36
11 E
5

Digitized by Google

IN CANTICVM

CANTICORVM SALOMONIS

Dilucidiſs. propeq. diuina Explanatio,

IN ISAGOGEN, PARAPHRASIN, ET QVINQVE poſteriores plenioris interpretationis libros diſtributa.

Hiſtoriam totius Euangelicæ Eccl. progreſſus, & myſteria, quę Salomon in hoc Epithalamio, ſub obſcuris figuris obſignata proponit, admirabili methodo, & exactiſſima, ac peruigili indagatione, ſub breui compendio mirificè declarata continens.

OPVS ADEO' PRAECL. ET TALI TANTAQ. DOCTR. REFERTVM, vt omnes ſacrarum litterarum ſtudioſi, qui eiuſmodi ſcriptis ſeſe applicuerint, in Concionando, in Diſputando, ac de veritate fidei noſtrę loquendo, immortalem gloriam adepturi ſint.

Auctore COSMA DAMIANO HORTOLANO Perpinianenſi, Theologiæ, ac Iuris Pontificij Doctore Eximio: Monaſterij Beatæ Mariæ villæ Bertrandi, Ord. Canon. Regularium D. Aug. Abbate, Philippiq. Secundi huius nominis Hiſpaniarum Regis catholici, in Synodo Tridentina Theol. deſtinato.

CVM DVPLICI INDICE, VNO LOCORVM S. SCRIPTVRAE EXPLICATORVM, Altero rerum Selectiorum locupletiſsimo.



VENETIIS, Apud Felicem Valgriſium. MDLXXXV.

36·11·E-5

S. C. Rq. M.

CVM vir eximia eruditione Coſmus Damianus Hortolanus, ſuperioribus annis,commentarios quoſdam in Canticum Canticorum Salomonis, eruditos illos quidem, luculentos, ac perpolitos lucubraſſet: edere illos in publicum ac typis mandare quàm vehementiſsimè ſatagebat: verum dum è Lugduno Barcinonem Grecos ac Hebræos caracteres adferri dat operam: euenit, vt vi morbi cuiuſdam correptus ſedes ad cœleſtes euolaret. Quamobrem extincto illo eximio viro, euulgandorum ſtudium eorum commentariorum mirandum in modum refrixit. Etenim quem eiuſmodi rei cura teneret, extabat nuſquam quiſpiam. Quare venire multorum in manus illos, à quibus negligerentur, oportuit. Cum autem poſtremum apud fœminam fratris ipſius auctoris vxorem eos eſſe comperimus, non potuimus nos, qui Hortolani cognati eramus, non magnopere propter eam cauſam condolere. Quid enim ſpei poterat nobis eſſe, dum apud fœminam illam ſorderent, fore ut eius cura ac induſtria monumenta viri tam docti prodirent vnquam in lucem, ac in manibus ſtudioſorum virorum verſarentur? Egi propterea cum religioſo quodam viro familiæ Franciſcanorum, vt copia commentarios eos legendi nobis a fœmina illa fieret. Id autem ſimul atque fui conſequutus, vnà cum aliquot ipſius auctoris ſtudioſis viris operam dedi, ut typis tandem hi commentarij mandarentur, in manuſque omnium uenirent. Qua in re facienda nihil equidem nobis prius fuit, nihilque antiquius, quàm vt illi veſtræ S. C. R. q; Maieſtatis nomini conſecrati apparerent. Nam cum docto illi Abbati nihil, dum apud nos ſuperſtes erat, charius, nihilque optabilius fuerit, quàm ut edendis aliquibus literarijs monumentis quàm magna beneficia a veſtra Maieſtate accepiſſet, palam cunctis faceret; animique ſui grati ſignificationem aliquam ederet quàm luculentiſsimam:

quid nos aliud potiſsimum ſpectare, quid nos aliud conſtituere oportebat? Prodeunt igitur hi nunc commentarij. S. C. R. q; veſtræ Maieſtatis freti patrocinio: cui debebunt, quicunque lecturi ſunt eos, quemcunque fructum ſunt ex illis legendis conſequuturi. Nam cum languere ſine benignitatibus Mecænatum omnia præclara ingenia ſoleant: munificentia, largitionibusque ueſtræ S. C. R. q; Maieſtatis vireſcere, mirificumque in modum effloreſcere ac fructus edere ſuauiſſimos ingenium docti illius Abbatis neceſſe fuit. Tam multis donis cumulatus, tam multiplicibusque honoribus uir ille a ueſtra Maieſtate cohoneſtatus, ad cantandum nobis tam mirabiliter Canticum Salomonis vires ingenij fuit ille conſequutus longè ualidiſsimas. Quamobrem pergratam rem me facere veſtræ S. C. R. q; Maieſtati ſperaui, illos in eo nomine prodire faciens: cum propter viri illius memoriam, tum propter operis tam præclari meritum ac dignitatem. Cumque nullæ ſint alię noſtrę curę, nulli labores, quam ut in munere a veſtra S. C. R. q; Maieſtate nobis commiſſo fidelem ſtrenuamque operam nauemus; ſupereſt, vt in quacunque alia re opera mea, veſtra S. C. R. q; Maieſtatis uti uelit, promptum, præſtoque meum animum conatumq. omnem futurum recipiam.

Qui manus veſtræ S. C. R. q; Maieſtatis oſculatur

Petrus Balle Regij Cathaloniæ conſilii Doctor.

IOAN-

IOANNES RAVSICVS
Presbyter Theologus,
HORTOLANIQVE DISCIPVLVS.

Pio Lectori Salutem.

EN tibi lector candide commentarij Coſmæ Damiani Hortolani Abbatis Villæ Bertrandi, quos in Cantica Canticorum ſapientiſ. Salom. ſuperioribus annis ille conſcripſit, nunc diuina iuuante gratia, tandem in lucem prodeunt. Hos commentarios omnipotens rerum auctor cunctis Eccleſiæ ſuæ ſanctæ calamitatibus ſolitus occurrere in huiuſmodi hiſtorica expoſitione edi voluit his noſtris calamitoſis temporibus, in quibus tam multiplices ſunt de vera religione ac fide Chriſtiana controuerſiæ, tam vehementes, tam multaque hoſtis ſponſæ, vni ei, ingenuique ſui nati ſuaſiones, quibus complures matris Eccleſiæ catholicæ filios, eos pro ſua inueterata vafricia quam plurimis terrenis rebus decipiens ſubuertit. Voluit igitur benigniſſimus dominus hos tandem commentarios hoc tempore euulgari, vt hi miſeri aliquando ad veram lucem conuerſi, ipſam vt ingenuam matrem ſequantur, ac amplexentur: a cuius agnitione per hoſtis artes ipſi fuerunt abducti, amore capti rerum, quæ ſenſibus ſunt obuiæ, quibus oculum aciemque propriæ intelligentiæ obtundentes, dum erga matris Eccleſiæ dogmata explicanda ſuis proprijs ſenſibus cenſuerunt eſſe vtendum; doctrinam reiecerunt illam, quæ reuelata fuit humilibus hominibus; qui ſeipſos, ſuoſq; proprios ſenſus abnegantes ſolum ſenſum ſanctæ matris Eccleſiæ, atque ſponſi eius ſequuntur, per quam ſolam illius viam, atq; ſponſi eius ingrederentur. At vero alij contrario modo ſe gerunt. Suæ namque prudentiæ innitentes in ſcientia ſapientium huius mundi ſe magnifice extollunt, cum tamen ſint à ſcientia vera lucis oppido quàm alieni. Atque illam alteram ſcientiam amplexati, putantes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, euaneſcentes in cognitionibus ſuis: aciem autem intelligentiæ matris Eccleſiæ obtundere ſunt conati: ac ſe veram matrem Eccleſiam profitentes monſtrare, pro vera matre aliam ſupponunt, per viam ſuperbiæ incedentes, elati, ambitioſi, ſubtilibus interpretationibus ſacrarum ſcripturarum, ac cognitione variarum linguarum inſtructi, varios ſenſus excogitantes, ab ſpiritu vero ſacrorum librorum quàm maxime alienos, ſacræ paginæ verba contor-

quent, contrariaſque vero ſenſui illius eliciunt ſententias. Quam rem illis hoc modo contingere, non eſt cur mirari debeamus Illorum enim magiſter Satanas, Chriſto huius noſtræ matris ſponſo aliquot ſcripturæ ſacræ teſtimonia adferebat, atque diuerſos ſenſus illorum reddebat ab ſpiritu vero ſacrorum bibliorum, Quæ quidem non in alio ſenſu, atq; ſpiritu accipienda ſunt, quàm in ſuo proprio, quem ſponſus ipſe Chriſtus in veritate ſui ſancti Pneumatis manifeſtari fecit, oſtendens nobis non debere nos proprietati literæ addictos eſſe, id per eos ſignificans à quibus eſt dictum; litera eſt, quæ occidit, ſpiritus autem dat vitam. Hos autem ſpirituales interpretes ſequi recuſant illi male feriati homines à ſuo magiſtro Satana ſeducti ſubtilibus quidem quibuſdam alijs interpretationibus, ſed à proprijs ipſorum ſenſibus profectis. Ex reb. enim huiuſmodi argumentantes in quandam philautiam perducti ſunt, vt ſe ſapientes eſſe exiſtiment, atque proinde ſequi refugiant illorum ſententias, quos ſpiritus Dei ſanctus docuit ipſam veritatem: Elatiq; proinde, atque inſoleſcentes in tantam mentium caliginem incurrunt, vt veram propriamque matrem cognoſcere haud quaquam valeant, ſimiles infantibus lactentibus effecti, qui pro vera matre quamcunque aliam admittunt fœminam. Neque propterea magiſtri ſui Satanæ animaduertunt aſtus atque verſutias, qui rationibus & doctrinis eiuſmodi ſubtilibus ipſos ducit obcæcatos, magnifica de ſe & de ſui ſimilibus ſentientes: oppido quam elati propter illud, quod ſe vident gratia maxima apud magnates atque potentiſſimos Principes pollere, ſua dogmata, ſuamque ſapientiam amplectentes, ac ſuſpicientes. Qui quidem alia commodiora via decipi non poterant, quam veriſimilibus quibuſdam ſubtiliſſimiſque aggreſſionibus magnarum ſcientiarum ſpecimen præſeferentibus; quarum quidem ſunt magnates illi ignorantiſſimi, cùm præſertim nebulones hi habeant apud ipſos Principes prætextum quòd ſint ipſorum magnatum ſalutis atque boni ſtudioſiſſimi. Qua quidem re conſequuntur facilè: vt fides maxima ipſis detur: fœlici porrò ſucceſſu vehementer elati vafriciam Satanæ nõ animaduertunt, qui ſemper ſtudet, vt per ea ſe inſinuet, perqua commodius valeat ipſis imponere, vt per eos commodiſſime quæ cupit ipſe efficiat. Summum eius ſtudium eſt auertere atq; abducere filios ſponſæ Chriſti. Quod quidem per quam plurimos varioſque homines eſt ſemper operatus, procurans ipſis miniſtris tantam gratiam, tantamq; auctoritatem, vt nocere quam plurimum filijs prædictæ ſponſæ poſſit. Quod quidem inter alios perſpici poteſt quàm verum ſit, in vno Aman magiſtro domus Regiæ Aſſueri, quem Satanas in tam ſublimem locum apud Regem illum euexerat, vt ſolus poſſet filios Dei perdere atque abolere. Quod quidem publicis adictis iam curatum ab eo fuerat, vt fieret, niſi Dei manus per tempus accurriſſet. Atq; ſtulti illi non vident qualem

*lem exitum Aman ille habuit:vt que ſit,vt alij multi,ex ſublimi loco in inſi-
mum deiectus,& pracipitatus; non ſecus atque Satanas horum magiſter
ex cœleſtibus delitijs ad fauces Tartari demiſſus. Atque Aman quidem vi-
liſſima opprobria crudeliſſimaſque pœnas perpatiens,illis ſaluis quos perde
re operam dabat,interijt.Sed hi miſeri non animaduertunt ſe per Satanam
eò eſſe ſublatos,vt ſe ſapere exiſtiment pluſquam vlli vnquam antea ſapue-
rint:& id gratia polleant quàm maxima apud orbis potentiſſimos:vnde ſit
ipſis exitus timendus maximopere miſerabilis.Quoniam ſequi nolunt illos,
quibus omnipotens Deus ſui ſancti ſpiritus gratiam contulit,vt illo illuſtra
ti alios docerent.Neque conſiderant non eſſe conſilium neque potentiam ad
uerſus conſilium Dei, qui dederat illis eiuſmodi matrem propriam,per quã
nutrienda eſſent & regenda omnes gentes, per quam habere valeant com-
modius bonum, quod ipſis conuenit, quam per Reginam Eſther,fuerat illi
Dei populo tributum.Tametſi tantum illud bonum extiterit,vt opprobrium
ceſſerit illi populo in honorem,& metus in gaudium,& mors ipſa in vitam.
Verùm in hac ſponſa Chriſti ac Regina corona redemita,non ſolum Deus no
bis dedit id omne,quod illi populo tributum fuerat, ſed multò cumulatiores
honores,ac vitæ æternæ conſolationes. Atque ſponſam in publicum,atque
conſpectum omnium prodire fecit, in hiſce Hortolani commentarijs adeo
refulgẽtem ac ſplendidam:vt nulli poſſit eſſe ambiguum,num ſit ipſa vera
propriaq; mater Eccleſia,per quam tantum boni ad nos ſit deriuatum.Quæ
quidem nihil aliud ſatagit quam filiorum ſuorum bonum,vt ipſum adipi-
ſcantur,eoq; ſecum fruantur;ſcit enim id ſponſum ſuum velle.Nam is vult
omnes homines ſaluos fieri,& ad agnitionem ſuæ veritatis peruenire.Et ve
rò cum olim Deus introduxiſſet per Salomonem eam per ſimilitudines ac
parabolas proprietateſquè myſticas rerum creatarum,& artificioſarum ſui
Regij cultus & ornatus refertarum,vt ſic in cognitionem ſui ſponſi omnes
homines adduci valeant: Nunc placuit ſummæ maieſtati per hunc Mardo-
chaum Coſmam Damianum Hortolanum declarare modos loquendi,et notũ
facere quid ſponſus de ipſa matre Eccleſia ſentiret. Itaq; hunc habens veſti
tum,reiectis difficilioribus difficultatibus,non aliter,atq; Regina olim Eſ-
her veteribus abiectis veſtibus,ad regem venerit:Prodit nunc ipſa ſeipſam
in ſuo proprio ſpiritu declarans, & quid ſibi velit ſpiritus ſanctus demon-
ſtrans:Qui tunc per Salomonem veteribus intelligentijs vtebatur:nunc au
tem nobis adhibitis Chriſti ſui ſponſi intellectibus,non ut dictum eſt anti-
quis,ſed vt ipſe dixit in ſpiritu ſua gratia,ego dico vobis. Et per Ioannem
ait:Ecce noua facio omnia:Vt lux ſolaris reſplendens in cõſpectum omnium
exit,vt vera cunctis mater eſſe agnoſcatur:atq; vera & immaculata ipſius
ſponſa intelligatur,quæ mater ſit omnium,& quòd alia non ſit,neque ſpecta*

ri debeat alia per quam ſimus ſeruandi: cum ſola ſit hæc per quam ſimus in ſalutis portum deducendi, non aliter, atq; illi. qui in uniuerſali diluuio reperti fuere: quando ſola fuit Arca Noæ, in qua aliqui ſeruari potuerunt; ad eundem namq; modum ſola hæc mater eſt, apud quam ſoſpites ad ſalutem venire valeamus. Eſt enim hæc nauicula illa ſancti Petri, nempe Eccleſia Catholica Romana. Et quidem per hanc Hiſtoricam expoſitionem non ſolùm ea quæ per Salomonem Spiritus ſanctus prædixit, demonſtrantur, verum etiam quæcunq; dixit idem Spiritus ſanctus in varijs ſcripturæ ſanctæ locis per varios Prophetas: atque etiam Chriſtus Dominus ſponſus monſtrauerit, & per ſuos fideliſſimos coadiutores euulgauerit in Euangelijs, & alijs ſanctis & approbatis ſcripturis, & queadmodum ab illa magna Spiritus ſancti tuba dictum fuit. Quod ſi ipſe vel Angelus de cælo vellet dicere aliam veritatem, atque illam, quam per ſe fuerat manifeſtata, nec crederent. Ita & nos credere oportet, non aliam eſſe veritatem, quam quæ eſt per dictam ipſam ſanctam matrem Eccleſiam demonſtrata: quam nunc per hos Commentarios reſulgentem, amabilem, & venuſtam prodire Deus miſericors facit, vt manifeſtius a cunctis agnoſcatur, eoſque vt propria mater in amorem ſui ſponſique multo vehementius cum profectu omnium trahat, quam Regina Eſther ipſum Aſſuerum. Vtque ad ſe ut propriam matrem redeant miſeri illi, qui abierunt: quemadmodum filius ille prodigus ad domum redijt paternam. Hæc enim eiuſmodi amore cum paterno tum materno filios transfugas expectat, cum ſtola immortalitatis Regioque conuiuij apparatu in cæleſti ſponſi menſa. Et quamuis Coſmæ Damiano Hortolano hæc fuerit collata gratia: vt operis tam eximij auctor eſſet: non placuit tamen Deo, vt dum viueret Hortolanus hi Commentarij in publicum prodirent: quantumcunque id ille peroptaret: ut quale opus eſſet nempe diuinum, multo melius noſceretur: idque maiori omnium emolumento: Sed quando viſum fuit domino faciendum eſſe, mouit corda Reuerendi patris fratris Tauernerij Franciſcanorum obſeruantium familiæ, & multum magnifici, eximijque Regij Doctoris, huius regij conſilij noſtri inſignis Principatus Cathaloniæ Petri Balle Hortolani cognatorum: & mei Ioannis Rauſici diſcipuli Hortolani obſeruantiſſimi & ſtudioſiſſimi, qui diuino conuenientes ſpiritu ipſam impreſſionem aggreſi ſumus: atque ad fælicem finem perduximus. Itaque candide lector, omnia boni conſules, & primo omniumque auctori gratias ages, ipſique laudes dicito, & pro ſecundo ad Deum funde preces, atque vale in perpetuas æternitates.

FRA-

FRATER MICHAEL TAVERNER GERVNDENSIS PIO LECTORI, S.

ETSI ſanguinis coniunctio, quæ in intima amicitia, ueraque beneuolentia agglutinata eſt, in alterius amorem, ad honoremque & bonum omne illi optandum vnumquemque mortalium compellit: ſuper omnia tamen perfectionis Chriſtianæ uinculum quàm arctiſsimum charitas, & uirtutis vnitiuæ ſanctum bitumen dilectio Chriſtianum animum, pectuſque pium cuiuſcumque viri cogit eius, quem amat, opera, beneque geſta, & præclara quæque magniducere, in magnoque ac debito honore illa ubique haberi operam dare. Hanc autem dilectionem, & chriſtianæ perfectionis charitatem ſi duo illa priora, ſanguinis inquam coniunctio, & intima amicitia comitantur: maiori cùm promptitudine, ac animi feruore, omnique cum alacritate, & oblectatione eadem certum eſt iri præſtatum. Quamobrem nemini mirum uideri uelim, quod ego Reuerendi pátris Coſmæ Damiani Hortolani cognatus, eiuſdemque amantiſsimus ac ſtudioſiſsimus uehementer, idque multo iam à tempore, luculentiſsima eius, propeque diuina in Cantica Canticorum Salomonis opera in lucem, orbique toti prodere ſatagens, illibatam illius uitam, quæ non modo in priſcorum philoſophorum indagandis ſcientijs, ſed & in ſanctorum induendis moribus tranſmiſſa fuit, mortalibus omnibus dem operam patefacere, vt illis operibus docti uiri, hac uero uitæ expoſitione pij poſsint maximopere iuuari. Hæc autem etſi facere impeditus occupationibus innumeris, detentus longiſsimis itineribus, quibuſdam etiam retardatus infirmitatibus ad hæc uſque tempora diſtulerim: nunc Deo optimo maximo largiente, pace & quiete conceſſa, multorum precibus, Reuerendiſsimique præſertim Petri Martyris olim Elnenſis Epiſcopi morem gerere ſtudens, Reuerendiq; patris Hieronymi Rabaſſa nuper Cathaloniæ prouincialis iuſsibus obtẽperans, & cõi omnium vtilitati cupiens conſulere: uitã tanti uiri, & opera ipſa diuino adſpirante, & bene fortunãte numine legenda cunctis, & imitanda propono.

Natus eſt Coſmas Damianus Hortolanus in ea Cathaloniæ regione; cui Roſſellio, ſiue Ruſcinno eſt nomen, in oppido Perpiniano. Verùm non multis poſt ortum illius elapſis annis, tranſmigrantibus parentibus ex eo oppido in urbem Gerundam, contigit illi, vt apud parentes, chriſtiana pietate præſtantes, omni cum religione, & morum honeſtiſsimorum diſciplina Gerundæ educaretur. Hic in primis infantiæ annis bonæ præclaræque indolis exiſtens, uirtutum ac literarum capeſcendarum maximum ſpecimen dedit, adeò ut honeſti flagrans deſiderio, relictis & patria & parentibus, Heroum dictis, factiſque permotus, longinqua loca, & gymnaſia peragrarit: ſicque Complutum celeberrimum pulcherrimarum diſciplinarum Emporium peruenit: ibi breui temporis ſpatio Latinæ linguæ, ac Græcæ peritiam adeptus collega in trilingui collegio creatus eſt. In ſeptem uerò liberalibus artibus bene inſtitutus magiſtri gradu ſupra alios auguſtiuri fuit inſignitus. Verùm non his contentus, alia ad Europæ regna ueniens, quodcunque genus ſcientiarum doceri percupiuit. Itaque Lutetiam Pariſiorum adiens Compluten-

plutenſis magiſter diſcipulus in ea urbe ſieri uoluit. A grammaticis igitur initium iterum faciens, poſtquam apud grammatices optimos inſtitutores, atque apud optimum Rhetorem Latinæ linguæ exactam cognitionem adeptus fuit, nec non & artem poeticam eximie calleret, inter eius enim ſchedas hoc deprehenſum eſt admirabile epigramma,

Quando ego crudeles pœnas, tormenta, crucesq́;
Cogito, quis durus me malè torquet amor,
Ad mortem totis contendo uiribus: illis
Tot finem ſperans fata datura malis.
Poſtquàm autem affulſit moriendi ſpes mihi, noſtra
Immodica opplentur pectora lętitia.
Maxima me ad uitam retrahunt ea gaudia: ſicq;
Mors uitam, mortem ſic mihi uita parit:
Sic uiuo ac pereo (quam dura hęc ſors) neq; uitam
Mors mihi, nec mortem tollere uita poteſt.

Virum doctiſsimum curſum philoſophiæ florentiſsimum percurrentem ſequutus fuit. Cumque litterarum Græcarum cognitionem haberet, Græca interpretantes magiſtros diſertiſsimos habuit: & ad Hebræam linguam ac Chaldæam animum adijciens, inſtitutores quam doctiſsimos nactus, in omnium linguarum peritia eminentiſsimus euaſit. Quamobrem cum eruditiſsimum quendam in mathematicis, & Theologos præſtantiſsimos per annos multos audiuiſſet, mathematicus tandem egregius & Theologus perquàm excellens eſt effectus. Verùm cum ex uigiliarum, ſtudiorumque nimia frequentia in morbum grauem, atque adeò in paralyſim incidiſſet, eius uicem Ioannes Syluius regius Medicus peritiſsimus dolens, viroque compatiens, omni cum diligentia illius iam à cæteris ſine remedio deſtituti curam geſsit. Deoque adiutore, ipſiuſque induſtriam fauente, in optimum ſtatum Hortolanum reſtituit. Mouit vehementer animum hominis ea res, in amoremque medici, ac artis medendi Hortolanum adeo accendit, vt deinceps Theologico ſtudio ſtudium artis medicæ coniungens, ſuiq. medici factus diſcipulus, non minorem ex cognitione artis Hippocraticæ, quàm ex peritia utriuſq. Theologiæ Pariſijs laudem conſequutus eſſe iudicaretur. Tandem cum finem ſtudijs ſuis poſiturus eſſe uidebatur, utpote cui nihil quod diſcere deberet, reſtaret: aliquid aliud etiam auidiſsima eius mens, atq. inſatiabilis ſapientiæ comparandę appetitus diſcendum agnouit, ius nimirum utrumq, Canonicum nempe, ac ciuile. Quare relinquens Lutetiam, ad nutricem iurium Bononiam fœlicibus auſpicijs ſe contulit. Nihil autem homo doctiſsimus, in omniq. genere prę clararum diſciplinarum excellens, ueritus eſt iuris diſcendi cauſa diſcipulus fieri. Quamob rem fœliciſsimo ingenio præditus, memoriaq. tenaciſsima pollens, breui tempore conſequutus eſt, ut Doctor in Canonico iure, ac in ſacra Theologia Bononiæ crearetur. Cum uerò is in examinibus & diſputationibus ſuis maxime admirabilis uir deprehenſus fuiſſet, atq. ex eo magnam nominis celebritatem ea in urbe ob tinuiſſet, Illuſtriſsimus ſimul & Doctiſsimus Cardinalis Contarenus ſanctæ ſedis Apoſtolicæ legatus, fama tanti uiri permotus, & iudicio tam prudentis hominis fretus, dedit operam ut cum Monachus quidam in linguis non mediocriter uerſa

tus

tus, dogmata quædam falſa publico in loco defenderet, & propter peritiam idiomatum, adeò excellens appareret, ut quàm plurimorum animos ſubuerteret; dedit inquam operam Cardinalis, ut ad certamen illud litterarium die quodam Hortolanus adueniret. Hic uerò ubi cœpit cum homine uerſipelle contendere, illeq. artibus ſolitis euadere ſe ſperaret, ſic ab Hortolano quam falſus eſſet, demonſtratus eſt: ut confuſus, & redargutus ad ueritatis ſemitas, & ueri luminis illuſtrationes reduceretur. Id uerò cum in cœtu hominum innumerorum ad illud certamen uiſendum undiq. confluentium actum eſſet, tanta urbem illam admiratio cœpit, ut urbi uniuerſæ die illo lux de cœlo decidens in medio illarum tenebrarum, & fluctuationum maris uiſa fuerit coruſcare. Nam cum Monachus ille ſua facundia, ac dicendi ſubtilitate plerorumque circumſtantium animos ad ſe rapuiſſet: propterea quod Doctor ſummus ab indocta plebe reputaretur: interuentu Hortolani inops iudicij, atque ignarus, & imprudens eſt illo die ab omni circunſtanti illa corona iudicatus. Hortolano uero Monachum illum uincenti vrbs vniuerſa tunc fauit, vt omnium calculis ſummus omnium Bononien. Doctorum ſit declaratus. Illuſtris porro Cardinalis Contarenus, ubi manus dedere Monachum omnium antea uictorem noſtro Hortolano uidit, è throno præ lætitia exiliens, manibus brachijſque extenſis ad Hortolani ſedile progrediens, in collum eius graui cum impetu irruit, in ædeſque ſuas illum venire iuſſit, eumque humaniſsime excipiens, pro tanto beneficio ſibi, populoque uniuerſo collato grátias immortales agens, ut ſecum Romam proficiſceretur ſatagebat perſuadere. Videbatur enim homo tam literatus illis temporibus, quibus uniuerſa eccleſia tã multis nouisq; hæreſib. fluctuare incipiebat: fore ipſi Eccleſiæ quam vtiliſsimus, ac commodiſsimus. Inuitabat animum Hortolani, ut eam profectionem ſuſciperet, non minus honeſta conditio, commodaq; uitę apud Cardinalem degendæ ratio, quæ illi proponebatur, quàm vrbis viſendę inenarrabile deſiderium. Verum enimuero parens Hortolani cum ſe in decrepita ſenectute eſſe videret: ac priuſquam è viuis excederet, gnatum tam admirabilem uidere percuperet: literas ad eũ miſerat, quib. caniciem ſuam, & incommodam valetudinem allegans, & amorem paternum in medium adducens, filio præcipiebat, ut daret operam, vt quam citiſſime ad uiſendum, priuſquam moreretur, properaret. His Hortolanus a patre literis acceptis, eiſq; Illuſtriſs. Cardinali oſtenſis, ueniam abeundi ob illo conſequutus, Gerundam uerſus iter arripuit. Verum non tam ille parentis iuſsib. obtemperare operam dedit, ut acerbis fortunæ caſibus anteuertet. Etenim cum in adornanda profectione, atq; in itinere cõficiendo fuiſſet diligentiſsimus, pater graui morbo correptus mortem, dum ille iter cõficere properat, obiuit. Ingreſſum in vrbem Gerundam, atq; adeò in luctuoſam patris domum, ubi ſe priuatum eius aſpectu, cuius cauſa venerat, vidit: maxime perturbatus, & dolore mortis paternę quam maximo affectus, quid faceret, diu apud ſe anceps fuit. Cumq; quieſcere per aliquot dies apud ſuos cõſtituiſſet, hortatu multorum inuitatus venire Barcinonam, cum illic numeroſam bonarum literarum ſtudioſam iuuentutem comperiſſet, à quam plurimis rogatus, ut ſui ſtudij ſpecimen aliquod ederet: libros Ariſtotelis aliquos interpretãdos ſuſcepit. Cum autem tanta hominis eruditio appareret, quantam in ullo celeberrimo gymnaſio uix reperiri poſſe exiſtimarent: effectũ eſt, ut à conſulibus vrbis, & à proceribus illius opera, optimo illi propoſito honorario, in annos tres conduceretur. Fuit ea in re dubius animus Hortolani. Etenim obſtringe

re ſeſe

re ſeſe in tantum tempus graue admodum apparebat. Deſiderium autem uiſen-
dæ Romę non mediocriter hominem ad profectionem in Italiam arripiendam im
pellebat. Euicit tamen fratris natu maximi, quem in patris demortui loco obſer-
uabat, ac colebat, exhortatio: euicerunt interceſsiones multorum, eorum que gra
uiſsimorum uirorum, vt inſtituendam academiæ Barcinonenſis iuuentutem ſu-
ſciperet: ac ſe conſignatis tabulis adſtingeret toto illo triennio munus ſuſce-
ptum non deſerturum. Quam autem prudenter tam firmo uinculo urbis conſu-
les, proceresſque illum adſtrinxiſſent, non longum poſt tempus manifeſtum fuit.
Exiuit diploma pontificum per orbem uniuerſum, ut oecumenicum Concilium
ad oppidum Tridentum certam ad diem congregaretur. Ibi Hortolanus maxi-
mopere ſua ſponte deſiderio Tridentum proficiſcendi flagrans, ubi reperit mul-
tos à quibus honeſta propoſita conditione eo proficiſci inuitaretur, Deus bone?
quanta opera, quibus artibus enixus eſt, ut uoluntate, & bona uenia vrbis conſu-
lum, ac procerum Tridẽtum proficiſceretur. Tanta tñ eruditio ineſſe Hortolano
deprehenſa fuerat, vt maluerit ciuitas particularem huius regionis vtilitatẽ gene-
rali orbis cõmodo præferri. Fuit ille per dies aliquot eluctatus, ubi tñ nihil ſe pro
mouere ſenſit: aĩum ad penſum abſoluendum reuocauit: euenit aũt ex eo ut cũ
recens eſſet extructa Barcinonenſis academia (ſuperiorib. n. ſeculis in conducta
domo literariæ exercitationes, eæque non admodum multæ fiebant) annis nimi-
rum à quatuor, aut quinque: ac nondũ forma ulla eſſet illi ludo literario indita,
nacti opportunitatẽ tam eximij, tamq; prudentis uiri conſules proceresq; urbis
Hortolano dederint negotiũ formæ alicuius bonæ excogitãdæ ac indendæ. Anno
igiƭ à ſeruatoris noſtri exortu 1543. pro tenuitate facultatũ, quib. tpe eo acade-
mia fulciebatur, formã quandam rector creatus, præſcripſit: qua vſi Barcinonẽſes
ad annũ uſq; 1559. fuerunt. Hoc aũt anno cum iterũ rogatus fuit alteram formã,
quę auguſtiorem & meliorẽ accademiam redderet, præſcribere: cum in priori for
ma ſolũ artium ſeptem, quæ liberales nominanƭ Barcinoni extaret cõmercium: in
hac poſteriori forma gymnaſium generale, & oĩum artium, ac ſcientiarũ, necnon
& quarũcumq; facultatum quoddã erectum fuit locupletiſsimũ emporiũ. Leges
porrò tam admirabiles tũ edidit, ut quamdiu ſolæ illæ in uigore fuerunt, maximè
benè recta cũ ab ipſo Rectore iterum atq; iterum creato, tũ ab alijs ſit academia
generalis, atq; ipſa adeò vniuerſitas literaria iudicata. Cum igiƭ primis annis ſeptẽ
artes ingenuas eloquentiſsime atq; doctiſsime iuuentuti Cathalanæ tradidiſſet: li
bros Metaphyſicos Ariſtotelis ſumma cũ diligentia rogatus fuit unũ per annũ in-
tegrũ interpretari, deinceps libros btĩ Thomæ atq; alios Theologiæ, quæ ſchola
ſticã nominanƭ, enucleãdos ſuſcepit: & multos annos ſacrã paginam per quam ad-
mirabiliter expoſuit. Dũ in his literarijs exercitationib. uir præſtantiſsimus uer-
ſabaƭ, tantam celebritatẽ noĩs ſui per uniuerſam Hiſpaniam atq; adeò per totã Eu
ropã ipſam diſperſerat: vt vnus eſſe, qui veros ſenſus ſcripturæ ſacræ teneret, exi
ſtimaretur. Etenim ſic eloquenter, ſic ſubtiliter theologiam utramque ſcholaſti-
cam & poſitiuam toto eo tempore legens, ſenſum legitimum Græcæ, Hebrææ,
Chaldaicæ, & Syriacæ linguæ conſonum ſuis quibuſque ſcripturæ locis redde-
bat: vt omnium animos maximam in admirationem commoueret. Quamobrem
totum ſe eis diuinis exercitationibus tradens, omnibus Cathaloniæ & totius Hi-
ſpaniæ hominibus, qui ad ipſum dubia declaranda referebant, rationem redde-
re fidei veræ, religionis ſanctæ, & noſtræ Chriſtianitatis ſe paratum propoſuit; vt

verè

uerè patrem Barcinonenſis ciuitatis, totius Cathalonię ſplendorem, & fidei catholicę inuictiſsimum propugnaculum non uulgares homines, ſed totius Tarraconenſis prouinciæ grauiſsimi quique uiri prędicarent: Omneſque proinde noſtrates ad eum tanquam ad oraculum quoddam, confugerent. Tam ſapienter enim omnibus aliquid ſciſcitantibus reſpondebat, tanta cum ſubtilitate intricata enodabat, ac pacificabat, & punctas ſtimulis aliquorum conſcientias tranquillabat, ut nihil amplius vlli eorum, qui eum aditabant, deſiderarent. Quid de ſanctiſsimę inquiſitionis patribus dicam? Quibus à conſilijs ſemper fuit; Quid de Illuſtriſsimis, Reuerendiſsimiſque Iacobo & Guillelmo Caſſadoribus Epiſcopis Barcinonenſibus referam? Hunc ſemper ſi quid graue & perplexum occurrebat, conſulebant, eius arbitrio illud decidendum proponebant: ſicque illo ut egregio conſultore in paſcendis ouibus, in reformandis moribus, in inſtruendiſque rudibus, in conſcientijs dirigendis in rectam uiam, ac denique in toto epiſcopatu regendo utebantur, vt maximum columen totius noſtræ huius regionis eſſe Hortolanus prædicaretur. Quibus rebus factum fuit, ut quo tempore Pius quartus Pont. Max. Concilium generale ad oppidum Tridentum conuocaret: Rex noſter Philippus uerè Pius & Catholicus fama Hortolani audita commotus, ipſum unum eſſe debere eorum, qui ex omnibus Regis prouinciis ſelecti ab ipſo ad Synodum œcumenicam mitterentur, decerneret: ac literis miſsis, ut ad eam profectionem ſe adornaret, inuitaret. Fama eſt Regem Philippum ob eam cauſam aliquot diebus ante, illum Abbatem Villæ Bertrandi feciſſe. Inſtante uero tempore profectionis, fertur Rex ipſe benignus erga Hortolanum ipſum extitiſſe inq. ſubſidium expenſarum itineris illius non paucas pecunias dari ipſi procuraſſe. Volebat autem Rex, vt Hortolanus in eo Concilio cauſam fidei nomine principatus Cathaloniæ tutandam reciperet. At uerò uir ſuper alios humilis, ſenectutis tamen & infirmæ ualetudinis incommodo grauatus, largitiones regias primis dieb. recuſauit: verum ab amicis admonitus vt ſeſe ad eam ſuſcipiendã profectionem animaret, medicorum conſilio vſus, periculum facere cœpit, poſsit ne ſeſe itineri committere. Cumq; per interuallum vnius uiæ ſpatij, quod leuca barbaro vocabulo nominatur, ſeſe in itinere faciendo exercere cœpiſſet, adeo impotentem ſe reperit, ut catholico Regi gratias agens de amplis in ſe collatis beneficijs, ſine maximo uitæ diſcrimine ſeſe Tridentum uenire non poſſe reſcripſerit. Perrexit tamen inſtare Rex, atque fidei Chriſtianæ, non modico inflammatus feruore, cõi nempe vtilitati totius Eccleſiæ cõſulens, tandem Hortolani animũ commouit, vt contra Medicorum conſilium, contraq. ſui animi decretum, non donis quidem illectus, quæ ſpreuerat, ſed in ſpem contra ſpem credens, Regis iuſſum diuinæ uoluntati adiudicans, maris terræq. periculis omnibus, non ſine omnium admiratione ſeſe commiſerit. Deo autem opt. Max. ita diſponente, tantum abeſt vt mors ſecuta ſit, verum etiam incolumitatem in itinere recuperauit. Quàm fortis in perferendis moleſtijs? Quàm animoſus in adeundis periculis? Quàm prudens in periculis uitandis? Et in ætate decrepita, & in corpuſculo extenuato quanto vigore præſtans? Certè velut aquilæ iuuentus viſus fuit renouari. Bona itaque valetudine utens, cũ Tridentum aduenit, tantam eruditionem in omnib. ſcientijs, tantam peritiam in diuerſis linguarum generibus, tantam ſubtilitatem in conuincendis hæreſibus, tantam charitatem in ſacris dogmatibus defendendis, in omnibus denique dubijs enodandis tantam curioſitatem orbe toto circunſtante,

cœpit

cæpit publicare, ut legati ſummi Pontificis, & ſacri concilij præſides uitæ ſanctitatem, & doctrinarum uarietatem Coſmæ Hortolani admirati, atque exoſculati, non modo apud patres concilij, ſed apud Illuſtriſs. Cardinales & ſanctiſs. Romanum Pontif. encomijs quam magnificentiſsimis ipſum extollerent, & commendarent. Qua ex re effectum eſt, ut Illuſtriſ. Cardinalis Barumeus Abbatiæ deplomata, quæ vulgò bullæ dicit ſolent, gratis, ſineq. vllis Hortolani ſumptibus obtinuerit expediri, ad legatosq. concilij remitti. His Hortolanus acceptis, ſeculo renunтiare ſtatuens ſponte in Concilio habitum Canonicorum ſancti Auguſtini ſe indui curauit, & profeſsionem peregit: nimirum vt non commendatarius Abbas, quemadmodum antè eum alij: ſed ut paſtor legitimus eſſe & dici verè mereretur. Quamobrem poſt finitum Concilium reuerſus in patriam Villæ Bertrandi reſidens, ita diligenter munus paſtorale adminiſtrauit: vt Canonicos illius cęnobij ſuo exemplo, ſuaque ſalutari doctrina, ſacris legibus, optimiſque inſtitutis ad priſtinum uitæ genus atque ſtatum in Dei gloriam, & circunſtantis populi ædificationem redegiſſe ſit uiſus. Hoc autem vt exactius, abſolutiuſque peregiſſe deprehenderetur, eo deductus fuerat Hortolanus, ut dignitati, ac titulo Abbatis renuntiare uellet, atque in ordinem redigi Canonicorum. Id uerò eo animo enitebatur agere, eoque conſilio, ut interueniente diplomate Pontificio, necnon & regio, libertatem & auctoritatem eligendi Abbatem Cœnobij illius Canonicis reſtitueret: ac per eam rem, illos ad uitam agendam in communi, abiectoque proprio, iuxta Apoſtolicæ traditionis formam procuraret. At uerò non fuit permiſſus id ad optatum finem perducere. Etenim cùm non multos annos, eoſque non admodum ſalubres in Abbatis munere tranſmiſiſſet, grauem in morbum recidens, poſtquàm magna cum reuerentia ſanctæ eccleſiæ ſacramenta ſuſcepit, diuinaque in eis compleuit myſteria: finem uitæ laborioſæ, finem miſerijs, finem peregrinationibus, finem calumnijs, finem denique omnibus, quæ huius mundi ſunt faciens, cum Deo optimo maximo uiuere, ſummaque Trinitate frui cœpit: corpus autem illius Villæ Bertrandi ſepulturæ mandatum fuit: unde nimirum beata anima ad dominum migrauerat Anno ab ortu domini. 1566.

Habes candide lector, uitam noſtri Coſmæ Damiani Hortolani paucis, ut mihi licuit, uerbis expoſitam: accipe opus illius aureum ne dicam diuinum, aut cæleſte in Iſagogen, in paraphraſim, inq. libros quinque plenioris interpretationis diſtributum, totius Euangelici ſtatus ab ortu & incarnatione Chriſti, vſq; ad optatam gentium & Iudæorum in pręſenti, futuroque ſeculo ſub eodem Chriſto capite congregationem & unionem ſumma complectens. Sicut enim beatiſsimus Ioannes in ſuo Apocalypſeos libro: ita & ſapientiſsimus Salomon ſub rebus quibuſdam & ænigmaticis uerbis totam Euangelicæ Eccleſiæ Hiſtoriam in hoc diuino Cantico adumbratam contemplandam propoſuit, ſub quo ſenſu propoſitam noſter Hortolanus explanauit, explanatamque ab eo typis mandare, tibiq. lectori ſtudioſo legendam, omni qua potui diligentia, curaui exponere. Vale.

DE

DE LAVDIBVS
COSMAE DAMIANI HORTOLANI
FRANCISCI CALZAE PARMEN.

INGENTI virtute viro, ingenioq. valenti
Haud quaquam mortis tela nocere valent.
Illum nanq. etiam poſt funera viuere ſemper
Inter mortales inclyta fama facit.
Illum præclaræ res geſtæ, ſcriptaq. docta
Haud quaquam mortis damna ſubire ſinunt.
Contegit Heroem Hortolanum tumba ſepultum:
Illius aſt animi gloria magna viget.
Hic animi virtute ingens, ingenioq. peracri,
Doctrina eximia, iudicioq. fuit.
Maiorem haud habuit quemquam, cui credere poſſet:
Verùm humilis, cunctis cedere doctus erat.
Eloquio pollens latio, quantum vllus in orbe.
Linguarum ſtudijs nocte dieq. vacans:
Hebrææ interpres linguæ fidiſſimus, atq.
Caldææ, ac Grecę nouerat eſſe probus.
Naturæ occultas cauſas: atq. abdita quaq.
Apprime excrutans ſubtilitate ſua:
Argumentator perquam admirabilis, idem
Contra oppugnantes ingenioſus erat.
Pagina ſacra ipſi quàm exploratiſſima, notaq.
Quæſtio quæq. Ingens nomen in orbe dedit.
Quid varias artes? quid deniq. dicam?
Doctior hoc noſtro tempore nullus erat.
Vrbe ipſe in noſtra profeſſor publicus artes
Ingenuas pulchra quam ratione docet?
Primus Ariſtotelis metaphyſica legit in vrbe
Ac quicquid pulchrum eſt, Barcino debet ei.
Scripturam ſacram enarrans compluribus annis
Profeſſorq. ſacer diutius eminuit.
Ter rector factus magna cum laude peregit
Munus, & exemplar, rectaq. norma fuit.
Legibus illius recta eſt Academia longo
Tempore, quo valde floruit illa bene.
Pergratus cunctis fit, charus regibus, Abbas
Villæ Bertrandi, moribus vſque probis.
Concilium ad ſacrum peruenit & ipſe Tridenti
Imperio Regis iuſſus inire viam.

Non

Non in poſtremis illic fuit, inclytus, omni
Virtute excellens, artibus, eloquio.
Ruſcinno pat[illegible]ti, nutrix præclara Gerunda.
Vtranq. exornat dotibus ill[illegible]ime.
Exornat noſtram vrbem: totam exornat is idem
Heſperiam, cunct[illegible] gloria magna ſoli:
Compluti hic ſtuduit, ſtuduit Lutetia apud te:
Doctorem dedit hunc inclyta Bononia.
Quid morbos dicam, paralyſim, multaq. damna
Fortunæ? tulit is quàm patienter ea?
Conſilio valuit prudens, ſapienſq. per æquè
Vitæ reſplendens integritate probæ.
Hoc doluit multum cernens ſe vrbs noſtra carere,
Extincto hoc doluit gens Gotalana nimis.
Hæc eadem lęta eſt, eius virtutibus aucta:
Eius congaudens laudibus eximijs.

COSMAE DAMIANI HORTOLANI

EPITAPHIVM.

FRANCISCO CALZA AVCTORE.

HOC Coſmæ Damiani Hortolani oſſa ſepulchro
Condita ſunt: paulum ſiſte viator iter.
Doctrina eximia, & rerum prudentia, nec non
Virtus, ingenium, iudiciumque probum:
Et ſine labe dies tranſmiſsi tempore longo,
In morbis animus perpatienſque mali:
Præclarum in terris nomen: uitamque dederunt
Aeternam in magnis, perpetuiſque bonis.

COS-

INDEX

ET ORDO TEXTVVM AB AVCT. EXPOSITORVM: Vt facilius, quæ cuique perquirenda fuerint, POSSINT OCCVRRERE.

Prior numerus Paraphraſis pág. Alter verò Commentariorum pag. denotant.

Paraph. Act j.c.1. Comment. Lib. I.

O Sculetur me. Parap. pag. 30 Comment. pag. 113

Quia meliora. 32.118

Fragrantia unguentis. 33.122

Oleum effuſum. 33.123

Ideo adoleſcentulæ. 33.123

Trahe me poſt te. 33.131

Introduxit me Rex. 34.137

Lætabimur & exultabimus. 35.137

Recti diligunt te. 35.137

Nigra ſum. 36.145

Nolite me conſiderare. 36.145

Filij matris meæ. 37.149

Indica mihi. 37.154

Si ignoras te. 38.159

Equitatui meo. 39.166

Pulchræ ſunt. 40.169

Murenulas. 40.171

Dum eſſet rex. 40.173

Faſciculus mirrhæ. 41.177

Botrus cypri. 41.179

Ecce tu pulchra. 42.183

Ecce tu pulcher. 42.187

Lectulus noſter. 43.187

Ego flos campi. 43.191

Sicut lilium. 43.193

Sicut malus. 44.194

Sub vmbra. 44.194

Introduxit me Rex. 45.198

Fulcite me floribus. 45.202

Læua eius. 46.202

Adiuro vos. 46.205

Paraph. Actus ij. Comment. Lib. II. Act. ij.

Vox dilecti mei. 47.209

Ecce iſte. 4 .211

En ipſe ſtat. 48.212

En dilectus. 48.214

Iam enim. 48.214

Flores apparuerunt. 49.215

Ficus protulit. 49.215

Surge propera. 49.215

Columba mea. 49.215

Capite nobis. 50.220

Dilectus meus. 50.222

Donec aſpiret. 51.225

Paraph. cap. 3. Comment. c. 3.

In lectulo. 53.228

Quæſiui illum. 53.228

Surgam. 53.228

Inuenerunt me. 53.228

Illum quem diligit. 54.228

Paululum cum. 54.228

Adiuro vos. 54.233

Quæ eſt iſta. 55.235

En lectulum. 56.239

Omnes tenentes gladios. 56.239

Ferculum fecit. 57.243

Columnas eius. 57.243

Egredimini. 57.249

Paraph. cap. 4. Comment. c. 4.

Quam pulchra es. 60.254

Oculi tui. 61.257

Capilli tui. 61.258

Dentes tui. 61.260

Sicut vitta. 62.262

Sicut fragmen. 62.262

Sicut turris. 62.264

Mille clypei. 63.264

Duo vbera. 63.267

Donec aſpiret. 64.269

Tota pulchra es. 65.269

Veni de Libano. 65.269

Vulneraſti cor. 6 .278

Quam pulchræ ſunt. 65.286

Fauus diſtillans. 66.288

Mel & lac. 66.288

Et odor veſtimentorum. 66.288

Hortus concluſus. 66.290

Emiſſiones tuæ. 67.292

Cypri cum. 67.292

Nardus. 67.292

Mirrha & Aloe. 68.292

Fons hortorum. 68.296

Surge aquilo. 68.297

Veniat dilectus. 69.299

Paraph. c. 5. Comm. Lib. IIII. Act. iiij. cap. 5.

Veni in hortum. 70.303

Ego dormio. 71.311

Vox dilecti. 71.311

Aperi mihi. 71.311

Expoliaui. 72.311

Dilectus meus. 73.317

Surrexi. 73.317

Peſſulum. ibid.

Anima mea. ibid.

Quæſiui eum. ibid.

Inuenerunt me. 75. ibid.

Adiuro vos. 76.338

Qualis eſt. 77.337

Dilectus meus. 77.339

Caput eius. 79.341

Oculi eius. 79.343

Genæ illius. 79.343

Manus illius. 80.346

Venter eius. 80.346

Crura illius. 80.347

Species eius. 80.347

Guttur ipſius. 81.348

Talis eſt dilectus. 81.348

Quo abijt. 81.349

Paraph. cap 6 Comment. c. 6.

Dilectus meus. 82.350

Ego dilecto meo. 83.353

Auerte oculos. 84.355

Capilli tui. 86.355

Dentes tui. ibid.

Sicut cortex. ibid.

Sexaginta ſunt. 87.360

Vna eſt columba. 87.360

Viderunt eam. ibid.

Quæ eſt iſta. 87.375

** *Deſcende*

Deſcendi in hortum. 89.392
Neſciui. 89.392
Reuertere reuertere. 90.396

Paraph.cap.7. Commen.c.7.

Quid videbis. 91.397
Quam pulchri. 92.398
Vmbilicus tuus. 93.400
Venter tuus. ibid.
Duo ubera. 94.400
Collum tuum. 94.403
Oculi tui. ibid.
Naſus tuus. ibid.
Caput tuum. 95.406
Quam pulchra es. 96.410
Statura tua. ibid.
Dixi aſcendam. 97.410
Guttur tuum. 98.411
Dignum dilecto. ibid.
Ego dilecto meo. 98.415
Veni dilecte mi. 99.417
Mane ſurgamus. ibid.
Ibi dabo tibi. 100.417
Mandragora. ibid.
In portis. ibid.

Paraph.cap.8. Comment.c.8.

Quis mihi det. 101.424
Vt inueniam te. ibid.
Apprehendam te. ibid.
Ibi me docebis. 102.424
Laua eius. ibid.
Adiuro vos. 102.427

Paraph. Actus v. Comment. Lib. V. Act. v.

Quae eſt iſta. 103.419.
Sub arbore. 104.431
Pone me velut. 104.433
Quia fortis. 105.433
Lampades eius. ibid.
Aquae multae. ibid.
Si dederit homo. 106.433
Soror noſtra. 106.441
Quid faciemus. 107.441
Si murus eſt. 107.443
Ego murus. 108.447
Vinea fuit. 109.449
Vinea mea. 110.449
Quae habitas. 110.456
Fuge dilecte mi. 111.456

F I N I S.

INDEX OMNIVM.
AVCTORITATVM SACRAE SCRIPTVRAE QVAE IN HAC PARAPHRASE AB AVCTORE DILIGENTER EXPONVNTVR.

NVMERVS ANTERIOR CAPITVLVM LIBRI Scripturæ. Et ex interioribus prior paginam: Alter numerum indicat.

Geneſis.

1 Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant ualde bona. pag. 9 num. 4.
1 Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram 10.6
2 Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. 30.3

Exodi.

6 Et nomē Adonai nō manifeſtaui eis. 129.3
32 Velata facie Moyſes deſcendit de Monte. 21.1

3. Regum.

4 Et fuerunt carmina eius quinq; millia. 2.2

4. Regum.

25 Sedechiam Regem cum reliquis principibus Iudæorum Regi Chaldęorum prodiderunt. 75.5

Pſalmorum.

13 Non eſt qui faciat bonum non eſt uſque ad unum 78.1
15 Quoniam bonorum meorū non eges. 84.2
15 Non dabis ſanctum tuū uidere corruptionem. 81.2
45 Turris fortitudinis à facie inimici. 109.2
94 Hodie ſi uocem eius audieritis, nolite obdurare corda ueſtra. 76.5

Prouerbia.

1 Vocaui, & renuiſtis, extēdi manum meam, & non erat qui aſpiceret. 75.1

Eccleſiaſticus.

Tanquam aurum in fornace probauit electos dominus. 85.2

Iſaiæ.

10 Reliquiæ Iſrael ſaluæ fient. 91.2
11 Et repleuit eum dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus. 78.2
6 Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua. 60.2
16 Emitte agnnm domine dominatorem terræ. 14.5
51 Conſolabitur dominus Sion, conſolabitur ruinas 83.4
52 Gaudete & laudate ſimul deſerta Hieruſalem, quia cōſolatus eſt dominus populum ſuum. 59.4
54 Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos. 83.3
62 Propter Sion non tacebo, & propter Hieruſalem non quieſcam. 18.3
63 Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt uir me cum. 78.4
65 Tota die expandi manus meas ad populum non credentē ſed contradicentē mihi. 60.2

Hieremiæ.

1 Ego dedi te in ciuitatem munitam 109.1
3 Conuertimini filij uagi dicit dominus, quia ego uir ueſter. 91.1
31 Reuertere uirgo Iſrael: uſquequo te ſubducis. 57 6
31 Confirmabo dicit dominus ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda. 18.4

Oſeæ.

2 Sponſabo te mihi in fide. 18.3
3 Dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege & ſine principe 54 3
13 Ero mors tua, ò mors. morſus tuus inferne. 111.4

Malachiæ.

3 Et ſedebit conſtans & emundans argentum 85.1

Matthæi.

2 Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum. 17.5
7 Nolite ſanctum dare canibus, neque proijciatis margaritas ante porcos. 8.3
13 Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mari. 5.1
13 Tollite iugum meum ſuper uos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde 34.5
13 Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro. 100.5
28 Ego autem uobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſeculi 82.5
28 Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. 44.1

Lucæ.

1 Ecce ancilla domini fiat mihi ſecundum uerbum tuum. 15.1
2 Nunc dimittis ſeruum tuum domine ſecundum uerbum tuum in pace. 17.4
2 Erat ibi Anna prophetiſſa. 17.2
10 Ecce dedi uobis uirtutem calcandi ſupra ſerpentes 34.5
13 Ignem ueni mittere, quid uolo niſi ut accendatur. 22.3

Ioannis.

1 Non ex ſanguinibus neque ex uoluntate carnis. 43.1
3 Qui habet ſponſam ſponſus eſt. 18.4

Actorum.

2 Et factus eſt repente de cœlo ſonus. 53.5
7 Stephanus autem plenus gratia & fortitudine. 50.4
8 Secus pedes adoleſcẽtis qui uocabatur Saulus. 51.4
9 Saulus adhuc ſpirãs minarũ, & cædis. 50.5
12 Vas electionis eſt mihi ut portet nomen meum. 53.1

Ad Romanos.

8 Neque angeli, neque poteſtates, neque creatura aliqua poterit nos ſeparare à caritate Chriſti. 51.3
9 Veritatem dico in Chriſto Ieſu teſtimoniũ mihi reddente conſcientia mea. 58.4

2. Ad Corinthios.

1 Chriſti bonus odor ſumus. 41.3

Ad Galatas.

4 Abraham duos filios habuit, unum de ancilla & alterum de libera 12.1

Ad Epheſios.

4 Vnus Deus, una fides, unum baptiſma 87.5
5 Non habentem maculam neque rugã. 14.2
6 Suſcipite gladium ſpiritus quod eſt uerbum Dei. 56.5

2. Ad Timotheum.

4 Bonum certamen certaui, curſum conſummaui. 111.4
4 Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. 74.4

2. Petri. 1.

Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. 4.4

Apocalypſis.

3 Introibo ad illum, & cænabo cum illo. 73.5
19 Rex regum & dominus dominantium. 1 4
22 Et reddet unicuique iuxta opera ſua. 111.1

FINIS

INDEX AVCTORITATVM
SACRAE SCRIPTVRAE.
QVAE AB AVCTORE
IN QVINQVE LIBRIS PLENIORIS
Interpretationis declaratæ ſunt,

Præter alias quæ ſparſim citantur:

Geneſis.

1 *FEcit Deus duo luminaria. pa.* 375.2
1 *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* 173.4
2 *Formauit Deus hoīem de limo ter.* 126.3
2 *Propter hāc relinquet homo patrē et mat.*
14 *Melchiſedech Rex Salem proferens panem & uinum benedixit ei.* 396.4
49 *Ligans ad vineam pullum ſuum & ad vitem fili mi aſinam ſuam.* 180.5
27 *Odor filij mei ſicut odor agri ple.* 289.3

Exodi.

2 *Non habebis Deos alienos.*
6 *Ego ſum qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob.* 229.2
12 *Dabo uobis terrā lacte et melle ma.* 220.2
15 *Dux fuiſti in miſericordia tua populo tuo quem redemiſti.* 140.5
15 *Dolores obtinuerūt habitatores Phil.* 150.1
20 *Ego Deus fortis & zelotes viſitans iniquitates patrum in filios.* 322.2
30 *Et comedetis in conſpectu domini Dei veſtri.* 176.1
32 *Hi ſunt Dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Aegipti.* 147.4
34 *Si inueni gratiam in oculis tuis, obſecro ut gradiaris nobiſcum.* 158.5

Leuitici.

15 *Offerebant filij Iſrael panes primitiarum & alia ſacrificia pacifica.* 211.3
26 *Habitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus.* 223.4

Numeri.

12 *Quare non timuiſti detrahere ſeruo meo Moyſi.* 327.5
12 *Mulierem Aethiopiſſam nomine Sephoram duxit vxorem Moyſes.* 149.4
13 *Amalech habitat in meridie.* 169.1

Deuteronomij.

6 *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* 434.4
10 *Et nūc Iſrael quid dominus Deus tuus petit a te, niſi ut timeas domin. Deum tuum, & diligas ex toto corde tuo.* 416.3
16 *Ieiunus manēbat populus donec litatum eſſet.* 210.5

Ioſue.

1 *Surge & tranſi Iordanem tu & omnis populus tecum in terram quam ego dabo filijs Iſrael.* 220.1
2 *Elanguit cor eorum, nec in eis remanſit ſpiritus, qui nihilominus populo Dei obſiſtere conati ſunt.* 207.3
4 *Aſcendit populus de Iordane decima die menſis primi.* 20.3
5 *Subito aſtitit angelus in ſpeciem armati militis ſtricto gladio.* 212.1
7 *Filij Iſrael præuaricati ſunt mandatum et vſurpauerunt de anathemate.* 141.3
7 *Heu Domine Deus quid voluiſti traducere populum iſtum Iordanem, ut traderes nos in manu Amorrhei.* 228.2
14 *Nunc ergo timete dominum, et ſeruite ei perfecto corde atque veriſſimo.* 224.2

Iudicum.

9 *Nunquid poſſum deſerere pinguedinem meam.* 12.2

1. Regum.

10 *Stetit Saul in medio populi, et altior fuit* vni-

vniuerſo populo ab humeris ſurſũ. 339.2

2. Regum.

1 Filius hominis aduenæ Amalechitæ ego ſum. 451.1

3. Regum.

8 Tunc congregati ſunt omnes maiores natu Iſrael. 241.5

10 Non habebat ultra ſpiritum, dixitque ad Regem: uerus eſt ſermo. 361.4

11 Rex Solomon adamauit mulieres alienigenas multas. 361.2

16 Is emit montem Samariæ a Somer duob. talentis argenti. 355.3

22 Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum. 264.2

Iob.

1 Pellem pro pelle & cuncta quæ habet homo dabit pro anima ſua. 440.3

5 Cum lapidib. regionum pactũ erit. 400.2

33 In quo propitier ei ſiue expiem eũ. 180.4

Pſalmorum.

8 Minuiſti eũ paulominus ab angelis. 212.1

9 Qui exaltas me de portis mortis, ut annunciem laudationes tuas. 423.5

17 Filii alieni mentiti, ſunt mihi, filii alieni inueterati ſunt.

18 Iudicia Dei uera iuſtificata in ſemetipſa. 288 2

18 Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. 379.2

22 Domin. regit me et nihil mihi deerit. 157.1

30 Abſcõdes eos ĩ abſcõdito faciei tuę. 196.2

30 Conturbatus eſt in ira oculus meus. 319.1

30 Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine. 118.5

36 Lex Dei eius in corde ipſius, & non ſupplantabuntur. 203.6

43 Propter te mortificamur tota die. 120.5

44 Audi filia & vide, & inclina aurem tuam. 173.4

44 Aſtitit Regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato circundata. 138.3

44 Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime. 167.2

6 Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. 246.2

67 Præuenerunt principes coniuncti pſallentib. 249.2

67 Currus Dei decem millibus millia lętantium. 168.1

68 Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ. 178.2

71 Adorabunt eũ omnes Reges terrę. 307.3

72 Defecit caro mea & cor meum. 185.3

72 Quid enim mihi eſt in cęlo, & a te quid uolui. 135.1

77 Generatio praua, quæ non direxit cor ſuum. 144.4

81 Ego dixi Dij eſtis et filii excelſi oẽs. 313.5

82 Vt ſciant gẽtes quoniã tu Deus es. 126.5

88 Quoniã gloria virtutis eorũ tu es. 144.1

88 Cõfirmatus eſt ſuper me furor tuus. 217.1

90 Ab incurſu & dæmonio meridia. 157.5

91 Iuſtus ut palma florebit ſicut cedrus libani. 194.2

91 In atriis domus Dei noſtri floreb. 295.5

92 Eleuauerunt flumina domine. 438.4

109 Dixit dominus domino meo ſede a dextris meis. 453.4

118 Hæc facta eſt mihi pro peccatorib. 122.5

120 Per diem ſol non vret te neque luna per noctem. 149.1

127 Vxor tua ſicut uitis abundans. 401.1

Prouerbiorum.

1 Audi fili mi diſciplinã patris tui. 171.5

1 Extendi manum meam, & non erat qui aſpiceret. 327.1

3 Time Deum & recede a malo, & erit ſanitas vmbilico tuo. 400.5

4 Omni cuſtodia ſerua cor tuum. 434.5

7 Lectulum meum ſtraui tapetibus pictis ex Aegypto. 187.3

8 Delitiæ meę eſſe cũ filiis hominũ. 249.5

9 Miſcuit uinum & poſuit Menſam. 402.2

14 Extrema gaudii luctus occupat. 200.6

17 Spes quæ differtur cruciat animũ. 118.1

21 Impius enim expiat pro iuſto. 141.2

21 Melius eſt nomen bonum quam diuitiæ multæ. 125.3

30 Omnis ſermo domini ignitus. 266.4

31 Nobilis in portis uir eius. 433.3

Sapientiæ.

7 Sedes ſapientiæ anima iuſti. 248.2

8 *Attingens a fine uſque in finem diſponit omnia ſuauiter.* 200.5

Eccleſiaſtici.

1 *Qui addit ſcientiam addit laborem.* 122.4
2 *Fili accedēs ad ſeruitutē ſta in ti.* 328.6
8 *No profertur cito cōtra malos ſnīa.* 315.3
15 *Cibauit illū pane uitę et intellectus.* 405.1
24 *Ego ex ore altiſſimi prodii.* 116.5
24 *Sicut cinamonum & balſamum.* 125.2
24 *Flores mei fructus honoris et hon.* 195.1
31 *Uinum & muſica lętificant cor.* 120.4
54 *Qui edunt me adhuc eſurient.* 203.6
50 *Pulcra ut luna, electa ut ſol.* 376.5

Iſaiæ.

1 *Heu conſolabor ſuper hoſtib. meis.* 315.4
2 *De Sion exhibit lex, & verbum domini de Hieruſalem.* 249.5
3 *In die illa auferet dominus ornamentum calceamentorum.* 399.3
5 *Vę qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam.* 211.1. & 354.2
15 *Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei.* 152.3
19 *In die illa erit Iſrael tertius Aegyptio et Aſſyrio.* 365.3
25 *Faciet dominus cōuiuiū pinguiū.* 205.3
35 *Eris quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarum.* 291.2
35 *Gloria libani data eſt ei, Decor Carmeli & Saron.* 191.5
41 *Sicut ſponſo alligauit mihi mitrā.* 283.5
43 *Ab oriente adducam ſemen tuū.* 272.4
43 *Adduc foras populum cęcum & oculos habentem.* 255.3
47 *Aquę eius de ſanctuario egredientur.* 194.2
49 *Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum.* 434.1
49 *Ecce leuabo ad gentes manum meam.* 307.4. & 351.2
49 *Audientes gentes gauiſæ ſunt.* 237.1
49 *Venerunt ſtructores tui, & deſtruentes te a te exibunt.* 73.2
49 *Dedi te in lucem gentium ut ſis ſalus mea.* 152.1
50 *Ecce uiſitabo regem Babylonis.* 259.3
51 *Et ponet deſertum eius quaſi delicias.* 354.2. & 358.6
53 *Quam pulchri ſunt ſuper montes Euangelizantium pacem.* 247.1
53 *Generationē eius quis enarrabit.* 217.3
54 *Lætare ſterilis quæ non paris.* 112.5
60 *Porta hæc clauſa erit.*
61 *Spiritus domini ſuper me eo quod unxit me.* 124.3
61 *Gaudens gaudebo in domino.* 143.6
62 *Videbunt gentes iuſtum tuum, & cuncti reges inclytum tuum.* 115.1
63 *Quis eſt iſte qui aſcendit de Edon.* 340.5

Hieremiæ.

2 *Hæccine eſt urbs perfecti decoris.* 355.4
2 *Ego te plantaui uineam electam omne ſemen uerum.* 153.1
3 *Dabo uobis paſtores iuxta cor meum.* 151.2. & 397.3
3 *Frons mulieris meretricis facta es.* 171.2. & 263.3
6 *State ſuper vias & uidete & interrogate de ſemitis.* 160.5
6 *Vt quid mihi Thus de Sabba offer.* 294.2
23 *Ecce dies uenient & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum & regnabit rex.* 129.5
23 *In omni colle ſublimi & ſub omni ligno frōdoſo tu proſternebaris meretrix* 197.4
31 *Reuertere uirgo Iſrael reuertere ad ciuitates tuas.* 250.4
31 *Ecce conſummabo ſuper domum Iuda teſtamentum nouum.* 255.5

Ezechielis.

16 *Egreſſum eſt nomen tuū in gētes.* 171.1
16 *Maculata es in iniquitate tua coram me.* 185.4
18 *Non nocebunt & non occident in uniuerſo monte ſancto meo.* 358.3
25 *Filii hominis duę mulieres matres unius fuerunt.* 179.2
33 *Speculatorem dedi te domui Iſrael.*
34 *Quemadmodum requirit paſtor gregem ſuum in die quando fuerit in medio ouium ſuarum diſſipatarum.* 134.6
36 *In die qua mundauero uos ab omnibus iniquitatibus ueſtris.* 456.5

37 *Ecce ego aſſumam filios Iſrael de medio nationum.* 387.5

39 *Et erit in die illa dabo Gog locum nominatum.* 385.4

Danielis.

2 *Lapis exciſus eſt ſine, manibus & creuit in montem magnum.* 259.1

2 *In diebus regum illorum ſuſcitabit Deus cęli regnum.* 391.5

7 *Millia millium miniſtrabant ei.* 458.5

9 *Septuagīta hebdomadę abreuiatę sūt.* 311.5

10 *Michael unus de principibus primis uenit in adiutorium meum.* 206.2

12 *Fulgebūt ſicut ſplendor fundamēti.* 375.1

Oſeæ.

2 *Sponſabo te mihi in fide.* 115.1

2 *Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.* 121.4

2 *Dabo uallē Achor ad aperiendā ſpē.* 141.2

2 *Dabo ei uinitores eius ex eodē loco.* 152.1

3 *Diligunt uinacia uuarum.* 202.4

4 *Nō offeratis ultra ſacrificiū fruſtra.* 176.2

4 *Dies multos expectabis me.* 231.1

11 *Ex Aegipto uocaui filiū meum.* 137.3

14 *Ero ros Iſraeli, germinabit ſicut liliū.* 192.

14 *Ego afflixi et iterum aſpexi eum.* 195.2

13 *O mors ero mors tua, morſus tuus o inferne.* 305.5

14 *Sanabo contritiones eorum.* 200.1

Amos.

6 *Vę uobis qui opulenti eſtis in Sion.* 316.2

9 *Ecce dies ueniunt, et comprehendet arator meſſorem.* 457.1

Michaeæ.

3 *Nūquid nō ueſtrū eſt ſcire iudiciū.* 327.5

4 *In nouiſſimo dierum erit mons domus domina pręparatus.* 503.1

7 *Paſce populum tuum in uirga tua.* 259.3

Nahum.

3 *Ecce ego ad te, dicit dominus exercituum reuelabo pudenda tua.* 332.4

Abacuc.

1 *Iuſtus ex fide uiuit.* 135.1

3 *Pelles terræ Madian.* 147.4

3 *Iuramēta tributus quę loquutus eſt.* 167.5

Zachariæ.

7 *Non audierunt, ſic clamabunt et non exaudiam eos.* 326.5

9 *Saluauit eos dominus Deus illorum in die illa.* 380.1

Frumentum electorum eſt, & uinum germinans uirgines. 401.3

10 *Reducam eos de terra Aegypti & de Aſſyriis congregabo.* 259.3

12 *Effundā ſuper domū Dauid, et ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritū gratiæ.* 409.4

14 *In die illa non erit lux ſed frigus.* 229.3. & 375.2

Malachiæ.

2 *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſciam.* 331.6

3 *Et ſedebit quaſi ignis conflans, & emundabit argentum.* 329.2

4 *Non eſt mihi uoluntas in uobis.* 256.4

Matthæi.

3 *Venit Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudææ.* 135.5

4 *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum.* 125.4

4 *Venite poſt me, faciam nos fieri piſcatores hominum.* 131.1

5 *Beati eritis cum maledixerint uobis homines.* 162.1

5 *Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambulat in tenebris.* 287.5

6 *Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit.* 185.1

6 *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor tuū.* 281.

7 *Nunquid colligunt de ſpinis uuas.* 152.3

7 *Lata eſt uia quæ ducit ad perditionē.* 158.1

7 *Attendite a falſis prophetis, qui ueniunt ad nos in ueſtimentis ouium.* 131.1

9 *Vidit hominem ſedentē in Telonio.* 131.1

10 *Inimici hominis domeſtici eius.* 150.2

10 *In uiam gentium ne abieritis.* 152.6

10 *Qui.n. receperit prophetā nomine prophetæ, mercedem prophetę accipiet.* 356.6

10 *Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini.* 426.2

11 *A diebus Ioannis uſque nunc regnum cęlorum vim patitur.* 141.4

11 *Alligant enim onera grauia & importabilia.* 148.2

11 *Venite ad me omnes qui laboratis.* 156.

13 *Separabūt malos de medio iuſtorū.* 193.5

15 *Omnis plantatio quam non plantauit pater*

ter meus, erradicabitur. 135.2
16 Quem dicunt homines eſſe filium homi-
inis. 450.6
18 Videte ne contemnatis unum de puſillis
iſtis minimis. 207.4
19 Domine ecce nos reliquimus omnia, & ſe-
quuti ſumus te. 453.5
20 An oculus tuus nequam eſt quia ego bo-
nus ſum. 184.1
20 Dic ut ſedeant hi duo filij mei. 223.1
21 Auferetur à uobis regnum, & dabitur
genti. 199.5
21 Simõ Iona amas me? tu ſcis domine. 156.2
21 Vos qui ſequuti eſtis me, in regeneratione
cum ſederit filius hominis. 453.6
22 Malos male perdet, & uineam ſuam loca
bit. 220.4
23 Omnia quæ dixerint uobis ſeruate & fa-
cite. 165.1
23 Væ uobis phariſæi hypochritæ qui deci-
matis mentam. 185.4
22 Ecce ego mitto ad uos prophetas, & ſa-
pientes. 264.7
24 Multi uenient in nomine meo dicentes, ego
ſum Chriſtus. 157.5
24 Cũ audieritis prælia & ſeditiones. 320.3
24 Eritis odio omnibus hominibus. 329.5
25 Homo quidã peregrè proficiſcens. 172.5
25 Tunc uidebunt filium hominis uenientem
in ſede maieſtatis ſuæ. 270.1
25 Quod uni ex minimis feciſtis, mihi feci-
ſtis. 420.1

Marci.

1 Pœnitemini & credite Euangelio. 129.1
11 Quæcunque orantes petitis, credite quod
accipietis. 235.2
16 Signa autem eos qui crediderint hæc ſe-
quentur. 128.5
16 Poſtquam loquutus eſt eis, aſſumptus eſt
in cælos. 142.4

Lucæ.

1 Ad faciendam miſericordiam cum patri-
bus noſtris. 168.1
1 Tu puer propheta altiſſimi uocaberis. 374
2 Et in terra pax hominibus bonæ uolunta-
tis. 116.1
2 Ego dabo uobis os & ſapientiam. 72.6
4 Omnes mirabantur in uerbis gratię. 123.1
7 Stans retro ſecus pedes domini. 174.1
7 Si ſciret quæ et qualis eſſet mulier. 176.3
9 Si quis uult uenire poſt me. 181.2
10 Ecce ego mitto uos ſicut agnos inter lu-
pos. 264.1
12 Sint lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ ar
dentes. 312.3
12 Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo
coarctor. 439.1
14 Simile eſt regnum cælorum homini regi
qui fecit nuptias. 236.1
17 Domine adauge nobis fiden. 132.4
18 Deſcendit hic iuſtificatus. 338.1
12 Hæc loquutus ſum uobis, ut nunc pacem
habeatis. 168.4

Ioannis.

1 Vidimus gloriam uſus gloriam quaſi uni-
geniti à patre plenum gratiæ. 449.1
1 De plenitudine eius omnes accipiemus.
402.2. & 81.1
4 Deus ſpiritus eſt, & qui adorant eum in
ſpiritu & veritate oportet. 190.1
5 Ego ueni in nomine patris mei, & non ac-
cepiſtis me. 387.2
6 Qui manducat meam carnem et bibit meũ
ſanguinem. 121.3
6 Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum au
dire. 144.4
7 Non erat ſpiritus datus, quia non erat Ie-
ſus glorificatus. 133.3
6 Domine ad quem ibimus uerba uitæ æter-
næ habes. 144.5
14 Pacẽ relinquo uobis, pacẽ meã do uo. 116.
14 Non vos relinquam orphanos, vado et ue-
nio ad uos. 155.4
14 Qui diligit me, diligetur a patre meo. 160.
14 Ego uobiſcum ſum uſque ad conſumma-
tionem ſæculi. 206.5
15 Niſi granum frumenti. 192.1
16 In mundo preſſuram habebitis. 168.4
16 Nunc triſtitiam habebitis, iterum autem
uidebo uos. 197.3
18 Ad hoc natus ſum, et ad hoc ueni mũdũ,
ut teſtimoniũ perhibeam ueritati. 259.1
19 Stabat iuxta crucẽ Maria mater Ie. 286.
20 Aſcendo ad patrem meum & patrem ue-
ſtrum, Deum meum et Deũ ueſtrũ. 203.1
21 Accipite ſpiritum ſanctum quorum remi
ſeritis peccata. 161.2

Acto-

Actorum.

1 *Poſt paſſionem ſuam præbuit ſe ipſum uiuum.* 199.2
1 *Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael.* 197.2
1 *Ecce duo uiri aſtiterunt iuxta illos in ueſtibus albis.* 204.1
2 *Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum.* 146.3
1 *Facta eſt in die illa perſequutio magna in Eccleſia.* 237.1
4 *Da domine cum fiducia ſeruis tuis loqui uerbum tuum.* 132.4
4 *Iniecerunt in eos manus & poſuerunt in cuſtodiam.* 147.4
4 *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu cõcilij.* 298.5
4 *Erat cor unum & anima una.* 379.4
6 *Surrexerunt quidam de Synagoga. quæ appellabatur libertinorum.* 220.5
7 *Domine Ieſu ne ſtatuas illis hoc peccatum.* 221.2. & 298.6
7 *Saulus autem erat conſentiens neci eius.* 2:2.1
9 *Saule Saule quid me perſequeris.* 283.6
12 *Videns autem quod placeret Iudæis, appoſuit ut apprehenderet & Petrũ.* 227.1
12 *Tolle de terra huiuſmodi, nec enim fas eſt eum uiuere.* 146.5
13 *Vobis oportebat primum loqui uerbum Dei, ſed quia ĩdignos uos iudicaſtis.* 152.1
15 *Inſanis Paule, multæ te litteræ ad inſaniam ducunt.*
15 *Poſt aliquot dies dixit Paulus ad Barnabam: reuertentes uiſitemus fratres.* 394.2

Ad Romanos.

1 *Paulus Apoſt. ſeruus Ieſu chriſti.* 129.1
1 *Non erubeſco euangelium, uirtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti.* 125.3
3 *Sed qui in occulto Iudæus eſt.* 147.4
3 *Omnes in Adam peccauerunt & egent gratia Dei.* 340.1
4 *Vbi abundauit peccatum, abundauit & gratia.* 145.3
5 *Per unum hominem peccatum & per peccatum mors.* 114.2
5 *Sit Deus uerax oĩs aũt hõ mẽdax.* 327.3
5 *Vix pro iuſto quis moritur.* 436.6
7 *Condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem.* 114.2
7 *Ego carnalis ſum uenundatus ſub peccato.* 114.4
7 *Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio.* 301.2
7 *Et nos primitias ſpiritus habentes etiam ingemiſcimus.* 359.4
8 *Omnis creatura ingemiſcit & parturit uſque adhuc.* 117.3
8 *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* 161.2
8 *Quos præſciuit hos prædeſtinauit.* 414.1
8 *Qui ſpiritus Dei aguntur hi ſunt filij Dei.* 425.1
9 *Teſtimonium reddente mihi conſcientia mea.* 248.1
9 *Cupio anathema eſſe pro fratrib.* 298.6
10 *Quõ prædicabunt niſi mittantur.* 2 8.6
11 *Si radix ſancta & rami.* 150.3
12 *Hortor uos ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem.* 238.1
14 *Regnum cælorum non eſt eſca ſed gaudium & pax.* 124.4

1. Ad Corinthios

1 *Paulus uocatus Apoſtolus Ieſu Chriſti per uoluntatem Dei.* 385.2
1 *Factus eſt nobis ſapientia & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio.* 140.2
1 *Non in ſapientia uerbi, ut non euacuetur crux Chriſti.* 144.2
2 *Animalis homo non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei.* 203.3
3 *Qui vult ſapiens fieri in hoc ſæculo, ſtultus fiat ut ſit ſapiens.* 293.5
3 *Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat.* 450.6
3 *Dei agricultura eſtis, Dei ędificatio eſtis.* 445.6
5 *Vſque in hanc horam & eſurimus & ſitimus & nudi ſumus.* 148.4
6 *Qui adhæret Deo unus ſpiritus.* 116.4
6 *Nemini dantes ullam offenſionem, ut non uituperetur miniſteriũ Chriſti.* 134.2
7 *Mulier ſui corporis non hẽt ptãtẽ.* 187.3
11 *Imitatores mei eſtote, ſicut ego Chr.* 162.6

12 *Vos eſtis corpus Chriſti & mẽbr.* 257.4

15 *Qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum* 125.2

15 *Canet enim tuba, & mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent primi.* 226.2

2. Ad Corinthios.

1 *Sicut abundant paſſ. Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſola.* 300.5

2 *Timeo ne ſicut ſerpens ſeduxit Euã aſtutia ſua ita corrũpantur ſenſus veſt.* 170.2

2 *Alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor vitæ in vitam.* 178.5

3 *Idoneos nos fecit miniſtr. noui teſt.* 322.5

3 *Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis.* 135.3

3 *Velamen poſitum eſt ſuper cor eo.* 409.1

4 *Nos prædicamus Chriſtum crucif.* 219.1

10 *Non enim qui ſeipſum commendat ille probatus eſt.* 187.5

10 *Arma militiæ noſtræ non carnalia ſed ſpiritualia.* 242.1. & 406.1

11 *Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum.* 247.6

15 *Si in hac vita tantum in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus oĩb. ho.* 149.2

3 *Intuentes in eandem imaginem transformamur a claritate in clarit item.* 184.4

Ad Galatas.

1 *Licet nos aut angelus de cælo euangelizet vobis præter quam quod euangelizauimus anathema ſit.* 166.1

2 *Viuo ego iã nõ ego, viuit in me Chr.* 282.5

6 *Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini N. Ieſu Chriſti.* 148.5

6 *Ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto.* 247.5

Ad Epheſios.

2 *Deus qui diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatem ſuam.* 146.2

2 *Fratres iam non eſtis hoſpites &c.* 251.1

2 *Conuiuificauit nos Chriſto cuius gratia ſumus ſaluati.* 454.2

4 *Donec occurrant oẽs in vnit. fidei.* 134.6

4 *Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat.* 288.3

4 *Vnus Deus, vna fides, vnum bapt.* 369.1

4 *Donec occurramus Chriſto in vnitatem fidei & cognitionis filij Dei.* 377.1

5 *Surge qui dormis et exurge a mor.* 322.2

5 *Nullam habentẽ maculã aut rugã.* 314.4

5 *Chriſtus dilexit Eccleſiam & tradidit ſe ipſam pro ea.* 440.1

6 *Confortamini in Domino & in potentia virtutis eius: induite vos armaturam Dei vt poſſitis.* 241.1

Ad Philippenſes.

2 *Omnia facite ſine murmuratione, vt ſitis ſancti.* 194.7

3 *Quæ a tergo ſunt obliuiſcens, & ad ea quæ a fronte ſunt.* 137.4

3 *Quorum finis interitus.* 289.1

Si quid aliter ſapitis Deus vobis hoc reuelauit. 381.2

2 *Propter quod & Deus exalt. illũ.* 452.3

4 *Nihil ſolliciti ſi is, ſed in omni oratione petitiones veſtræ innoteſ. apud Deũ.* 300.5

Ad Coloſſenſes.

1 *Non ceßamus pro vobis orantes, & poſtulantes.* 158.1

1 *Quoniam per ipſum habemus acceſſum ad patrem.* 451.4

2 *In quo omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ.* 141.1

3 *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* 129.2

3 *Induentes nouum hominem qui renouatur in agnitionem ſecũ. imaginem eius.* 285.4

Ad Theſſalonicenſes.

2 *Vos imitatores facti eſtis fratres Eccleſiarum Dei.* 150.5

5 *Ipſe Dominus in iuſſu et in voce Archãg. & in tuba Dei deſcendet de cęlo.* 271.6

5 *Dies Dñi ſicut fur in nocte ita ve.* 332.4

1. Ad Thimoteum.

2 *Mulier ſaluabitur per filiorũ gene.* 347.5

3 *Oportet etiam teſtimonium habere bonum ab eis qui foris ſunt.* 421.1

2. Ad Thimoteum.

4 *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui.* 132.3

4 *Erit enim tempus cum ſana doctrinam nõ ſuſtinebunt.* 158.3

4 *Lucas eſt mecum ſolus, Marcum aſſume & adduc tecum.* 266.2

Ad

Ad Titum.

2 *Apparuit gratia & benignitas ſaluatoris Dei omnibus hominib.* 5.

1 *Omnia munda mundis.* 319.1

1 *Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui, ſeductores.* 393.5

Ad Hebræos.

1 *Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ.* 188.3

4 *Propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit cru.* 133.2

4 *Viuus eſt ſermo Dei, efficax & pen.* 213.5

10 *Rememoramini priſtinos dies, in quib. illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum.* 151.1

11 *Eſt.n. fides ſperandarum rer. ſubſt.* 133.1

11 *Deficiet me tempus enarrantem de Gedeon, Barach, Sampſon.* 161.4

11 *Circuierunt in melotis et in pellib.* 395.1

11 *Sancti per fidem vicerunt regna.* 398.5

12 *Deponentes omne pondus & circunſtantes nos peccatum.* 133.2

12 *Acceſſiſtis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis.* 147.5

13 *Obedite præpoſitis veſtris, ipſi enim peruigilant.* 207.2

Iacobi.

1 *Voluntariè.n. genuit nos ver. veri.* 401.4

4 *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt.* 437.2

5 *Scire enim debet qui conuerti fecit peccatorem ab errore viæ ſuæ.* 420.2

1. Petri.

1 *Exultabitis in tempore nouiſſimo.* 328.2

2 *Offerentes ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum.*

2 *Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominib. quidem reprouatum.* 380.1

3 *Et quis eſt qui uobis noceat ſi boni æmulatores fueritis?* 163.2

4 *Tempus eſt ut incipiat iudicium a domo Dei.* 329.3

2. Petri.

1 *Gratia & pax adimpleatur in cognitione Dei.* 184.5

2 *Oculos habent plenos adulterio.* 183.6

3 *Non ex corruptibilib. auro & argento, ſed precioſo ſanguine agni immaculati.* 168.3

3 *Vnus dies apud dominum ſunt mille anni, & mille anni ſicut dies vnus.* 389.1

1. Ioannis.

4 *In hoc eſt charitas non quaſi nos dilexerimus Deum ſed quoniam ipſe prior dilexit nos.* 131.2

4 *Spiritus an ex Deo ſit probate.* 405.5

Iudæ.

1 *Dominationem ſpernunt, & maieſtatem blaſphemant.* 164.4

Apocalypſis.

3 *Qui non inquinauerunt veſtimenta ſua, & ambulant mecum in albis.* 125.5

3 *Ego ſto ad oſtiũ & pulſo, ſi quis ap.* 223.5

3 *Vtinam frigidus aut calidus eſſes, ſed quia tepidus es, incipiam te euomere.* 325.3

5 *Dignus es domine accipere librum, & aperire ſeptem ſignacula eius.* 273.4

5 *Et ſeptimus angelus tuba cecinit, & factæ ſunt voces magnæ in cœlo.* 322.3

6 *Vidi cum aperuiſſet ſigillum ſextum, & ecce terremotus.* 295.2

6 *Vidi & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illum habebat arcum, & data eſt ei corona.* 390.4

7 *Non eſurient, neque ſitient amplius, neq; cadet ſuper illos ſol.* 142.3

7 *Lauerunt ſtolas ſuas in ſang. agni.* 408.1

8 *Aſcendit fumus aromatum de manu Angeli.* 171.2

12 *Michael, & Angeli præliabantur cum Dracone.* 356.4

10 *Et cum loquuta fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas.* 386.5

14 *Vidi ſupra montẽ domini agnũ ſtã.* 223.5

16 *Ecce venit ſicut fur, Beatus qui.* 332.5

17 *Aquæ multæ populi multi ſunt, & gentes & linguæ.* 438.2

19 *Allel. regnũ iniit D. Deus omnip.* 243.1

19 *Ecce equus albus, & qui ſedebat ſupra eũ vocabatur fidelis & verax.* 341.1

20 *Et cum conſummati fuerunt mille anni ſoluentur ſathanas.* 386.4

21 *Vidi ciuit. ſanctam Hieruſalem.* 374.1

21 *Ecce vox de throno taber. Dei &c.* 378.5

FINIS.

INDEX RERVM
MEMORABILIVM AC SENTENTIARVM
OMNIVM IN HIS COMMENTARIIS

OBSERVATV DIGNARVM, QVAE IN HAC Paraphraſe & Iſagoge ab Auctore diligenter exponuntur.

A

ADuentum Chriſti inſtare ſuadebat quòd uiderent per vim & metum regnum Iudæ occupaſſe. 15. 1
Allegoria quid ſit. 11. 5
Amare Deum toto corde, tota mente, totiſque viribus debemus. 105. 1
Amor verus eſt in filijs Dei, qui deprauatæ naturæ impetū moderatur. 21. 4
Amor amori quid præſtat, humanæ uoluptati diuina quid intereſt. 32. 5
Amorem igneum ac cęleſtem e cœlo in terris detulit Dei filius dominus noſter Ieſus Chriſtus. 22. 3
Amorem ſuum ſponſo ſuo dilectiſsimo nuntiare ſponſa deſiderat. 76. 1. & deinceps.
Amore animarum Chriſtus mortuus eſt. 105. 6
Amoris diuini admirāda vis eſt, vt amantes extra ſe rapiat, nec ſui iuris eſſe ſinat, ſed amatorum, in quos amantes transfert, & unum efficit. 51. 3
Amor mutuus inter homines vnde natus ſit, ex dictis philoſophorum. 11. 5
Amoris Chriſti vis. 106. 4
Amoris vis & efficatia. 65. 3
Anima in tribulatione poſita, auxilium a ſodalibus poſtulat, ut ad ferendos cruciatus ſeu labores, mandata, & cōſilia, verbaq; & voluntatem diuinam in mentem reuocent. 45. 4
Antichriſti perſequutio. 50. 1
Apoſtoli pro veræ fidei confeſsione ceruices ſuas extremis periculis ſuppoſuerunt. 62. 6
Apoſtoli & diſcipuli, alij gladio percuſſi, alij fuſtibus cœſi, alij in crucem ſublati, alij ſecuribus trucidati ſunt pro Chriſti amore. 69. 1

B

BAptiſmus Chriſti fons ſignatus eſt. 67. 1
Bonitas, pulchritudo & iuſtitia a Chriſto tanquam a fonte nobis procedūt. 42. 6. & deinceps.
Brachium Dei, potentiam Dei, & robur ſpiritusſanctus appellat. 12. 1

C

CAnticum canticor. Chriſtum tanquam eum qui iam venit demonſtrat. 2. 4
Canticum cantic. quare ſic inſcribatur, & nuncupetur. 1. 5
Cantic. exemplar, quod in monte Moſi monſtratum eſt. 4. 5
Cantic. drama eſt, quo ad ſpiritualem & diuinum amorem excitentur, rapiantur, & inflammentur animæ. 6. 2
Chriſti Ieſu auxilio præmuniti, poſt ipſum facillime currimus: ſine cuius fauore beneuolo nihil cogitare poſſumus. 33. 5
Chriſti caput Deus. 79. 1
Chriſti verbum, mel merum eſt. 81. 4
Chriſtus ſponſus animarum per fidem inuenitur, per charitatem præhenditur. 54. 2
Chriſtus clauis & lancea confixus, atq; in

in cruce quaſi in torculari expreſſus prægrandis botrus, velut fons inciſus, ſanguine manat & aqua. 41.6
Chriſtus comparatur malo inter ligna ſiluarum. 44.3
Chriſtus adeſt in tribulationibus ſanctorum, & nunquàm relinquit orphanos. 48.2
Chriſtus coronatus diademate, quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis ſuę triumphat in cœlis. 59.2 & deinceps.
Chriſtum orationibus, gemitibus, laboribus quærere debet vnuſquiſque, qui inuenire deſiderat. 74.3
Chriſtus quare candidus & rubicundus dicatur. 77.4
Chriſtus plenus gratia, de cuius plenitudine omnes accepimus. 81.1
Chriſtum apud nos quærere debemus. 82.5
Chriſtus vnam ſolam dilexit eccleſiam. 84.2
Chriſtus eſt patrocinium totius eccleſiæ. 88.3
Chriſtus rex natura eſt. 95.5
Chriſtus ſoli comparatur. 99.2
Chriſtus Iudæis & omnibus remittit iniurias, ſi ſua cognoſcunt delicta. 103.1
Chriſtus nos redemit, & patri ſuo recõciliauit. 111.3
Crux Chriſti ſuæ glorificationis, & exaltationis cauſa fuit. 48.6
Crucis Chriſti vis & poteſtas. 104.6

D

Deus conuerſionem peccatoris maxime exoptat. 72.1
Deus ad pœnitentiam inuitat peccatores. 73.1
Diaconi hinnulis gemellis caprarum aſſimilantur. 63.3
Drama quid ſignificet. 6.2

E

Eccleſia ſagena dicitur. 5.1
Eccleſia de latere Chriſti dormientis in cruce proceſsit, ſicut Eua formata fuit de latere dormientis Adæ. 13.5
Eccleſiam unam perpetuã inde ab Abel iuſto uſque ad finem ſeculi cognoſcimus & confitemur ſponſam Chriſti. 19.4
Eccleſia ſponſa obnixe orat, ut illum vindicem & ſeruatorem Chriſtum cœleſtis pater mittat. 30.6
Eccleſiæ fidem ac pulchritudinem, laudat ſponſus. 42.2
Eccleſia aureus pomus, doctrinis & archanis quæ de regno Dei pertulit Chriſtus, veſtitur. 44.6
Eccleſia noua ſponſa mancipatur. 55.5
Eccleſia diuino præmunita eſt auxilio aduerſus ſeditioſorum hominum immanitatem & tyrannidem. 56.5
Eccleſiæ ſuæ captus amore Chriſtus, pia eius placent uota, pia delectant opera, eius ſpirituales hoſtiæ, & pura laudum ſacrificia. 60.4
Eccleſia ſicut pia mater omnes recipit, & tribuit omnibus chariſmatum dona. 98.5
Eccleſiæ ubera turribus ſimillima ſunt. 108.6
Euangelium Chriſti gladius acutus eſt, ad conficiendum mendacium, hipochriſim, ad confodiendam animi iniquitatem. 39.2

F

Finis legis Chriſtus. 53.3
Ferculum Salomonis quid ſignificet. 57.4

G

Gemitus hominum ſua peccata lugentium, turturum cantus eſt. 49.3

Ge-

Genus cantici quale ſit. 4.1
Gratitudo Deo ſemper placuit. 35.5

H

Homo etiam ſi in peccato mortuus dormit, cōſcientia vigilat. 71.5
Hominē ſine peccato eſſe quid ſit. 20.1
Homines liberalitate, & beneficentia Chriſtiana præditi maximè commendandi ſunt. 67.5

I

Ioannes adhuc materni vteri anguſtijs concluſus Meſsiæ ſenſit præſentiam. 17.3
Iuſti habent Deum tutorem & protectorē aduerſus inſidias impiorū. 46.5

L

Laudat Chriſtus eccleſiam ſuam. 86.4. & deinceps.
Lex & prophetę uſque ad Ioannem. 2.6
Legis obſeruatio ſpirituales inaures aureæ ſunt. 39.6

M

Maria tota animi contentione Deum orabat quādo paranimphus Gabriel a Deo de cœlo miſſus eſt. 14.4
Manus tornatiles quid ſignificent. 80 2
Martyres velut colūnę marmoreæ ſunt, occidi quidem poſſunt, at blanditijs flecti, aut voluptate emoliri, aut minis frangi non poſſunt. 80.5
Morte ſua inſignem uictoriam nobis Chriſtus comparauit. 111.3

N

Nomen Ieſus unguentum pretioſum eſt, & fragrantia unguentis optimis. 33.2
Nominis Ieſu captæ fragrantia animæ ſanctæ, gratioſum & feſtiuum ſponſum totis uiribus amant. 33.2
Nuptiæ in paradiſo, Ieſu Chriſti domini noſtri incarnationem, & futuram cum eccleſia coniunctionem prædicebant. 11.2.

O

Oculi eccleſiæ ſunt prælati. 61.1
Olim loquutus eſt Deus patrib. in prophetis, poſtremo autē in filio.

P

Parabola in ſacris litteris Deus vſus eſt, qa animalis & craſſus homo non poteſt diuina penetrare. 10.1
Partitio triplex operis, prima ſumpta ab operis argumento & materia; altera ab œconomia & ſtilo dramatico, tertia a cōſenſu ueteris teſtamēti cū nouo. 23.2. quæ in hac & ſeq. paginis continentur ſunt notatu dignißima.
Paſcua irrigua & uirentia quid ſignificent. 37.5
Paſsionis Chriſti meditatio animum recreat, & reficit. 41.2
Perſequutio impiorum aduerſus ſanctos Dei acerbiſsima. 75.1
Peccatōr ſemper ſe excuſat. 72.5
Peccatores poſt pœnitentiam dentibus ouium comparantur. 86.3
Poteſtas aperiendi & claudendi cœlum data eſt eccleſiæ. 43.6
Pſeudoprophetę eccleſiam Dei minime offendere nec uiolare poſſunt, quia Chriſtus legitimus ſponſus continuò ſeruat illam. 38.5.
Pulchritudo non in externa & corporea facie, ſed in puritate & ſinceritate animi, ſed fide & charitate, reliquiſque uirtutibus æſtimandam eſſe oſtendit. 36.3

R

Reſurrectio Chriſti maximam libertatem & ſummam gloriam vniuerſo mundo præbuit. 63.3

S

Sacra ſcriptura de deſcenſu uerbi ad nos, ut de eiuſdem aduentu in carne prophetat. 2.2
Sacerdotes comparati ſunt dentib. tonſarum, quæ aſcendũt de lauacro. 61.5
Sacerdotes porpugnacula argentea dicuntur. 107.4
Salomon author huius operis. 4.4
Salomonis inſtitutum uarie a doctoribus agitatũ, & quale ſit definitur. 12.5
Salomon figura fuit Chriſti. 59.2
Saulus a principe ſacerdotum ad damaſcenas ſynagogas acceptis literis Damaſcum properat. 50.5
Scopus huius libri proprius eſt, ſpecimen & ſenſum quendam diuini amoris nobis præbere, cuius incomparabili ſuauitate capti unicum Chriſtum tanquàm Deum & ſpõſum noſtrum toto corde amemus. 20.6
Spes in Deo figenda. 46.3.91.1
Spiritu ſancto aduemente in die pentecoſtes varijs linguis loquuti ſunt apoſtoli. 47.2
Spiritus ſancti muniti præſidio, impios homines, beſtias, gladios, ignes, omnes denique pœnarum turbines non timuerunt ſancti. 68.5
Sponſa inferior ſponſo, ideſt nempe eccleſia inferior Chriſto. 13.2
Synagogæ abiectio. 37.3
Synagoga regem ſuum Chriſtum tanquàm dæmoniacum & ſeductorem execrabatur. 40.3

T

Trahit Deus in requiem ſuã, trahẽtem ſequi feſtinemus. 34.5
Theologi diuinæ ſapiẽtiæ myſteria ſub prodigioſis ſimilitudinibus per uaria ænigmata, a communi ſenſu abhorrentia, uelata tradiderunt. 7.5

V

Verbum Dei melli & lacti aſſimilatur. 66.4
Vineam ſuam Deus prælatis & epiſcopis commendauit. 110.5

FINIS.

IN-

INDEX
RERVM MEMORABILIVM, AC SENTENT.
Omnium in his Comment. obſeruatu DIGNARVM.

A

ABIES *quid ſit.* 195.2

Adę peccatum innumera nobis præbuit incommoda. 114.2

Aduetus Chriſti maximè deſideratus. 115.3

Aduentus Chriſti omnia, tam cęleſtia quam terreſtria inſtaurauit. 115.5

Aduentus Chriſti in mundum tres. 376.3

Aloe ſimiles admodum cum mirrha habet uires. 295.2

Amicitiæ officium. 281.5

Amore Chriſti capti ſequuti ſunt eum Petrus & Andreas relictis retibus. 131.1

Amor libertatem animi aufert. 280.5

Amor cognitionem boni & pulchri ſequitur. pag. 282.3.

Amore Chriſtus pugnat cum eccleſia. 315.3

Amoris lex. 222.4

Amor Chriſti in eccleſia eſt deſiderium efficiendi gignendique amorem. 415.5

Amoris vehementia exprimitur. 424.3

Angeli tutores & adminiſtratores hominum. 206.1

Angeli cum phialis quid deſignent. 311.4

Angelus Danieli prænunciauit venturum fore Chriſtum. 391.3

Angelorum cuſtodia deſtituta fuit ſynagoga poſt paſsionem Chriſti. 393.2

Angeli tres ad timorem, & venerationem Dei hortantur vniuerſum orbem. 436.1

Anima pulchritudinem habebit per participationem diuinæ ſapientiæ. 272.4

Anima dicitur inquantum eſt uita corporis. pag. 281.2.

Anima ſpeciali Dei gratia & auxilio innixa a peccato ſurgit. 323.4

Animarum pulchr. in iuſtitia ſita eſt. 255.5

Antichriſti perſequutio. 157.5

Antichriſti vita, & perſequutio eccl. 330.1

Antichriſtus a ab omni ornatu & bonis temporalibus priuabit eccleſiam. 330.2

Antichriſtus velut ſi eſſet Deus ſe oſtendet. pag. 330.5

Antichriſtus prædicationem ſuam magnis ſignis, & prodigijs admirandis confirmare conabitur. 331.1

Angelicus Pontifex duodecim ſocios habebit, et per orbem euang. prædicabũt. 336.

Angelici Pontificis prædicatio erit qualis fuit Pauli prædicatio. ibid.

Antichr. perſequutio renouabit eccl. 355.2

Apoſtoli vinitores dicuntur. 152.5

Apoſtoli atque adeo omnes iuſti fercula & templa ſunt Chriſti. 248.1

Apoſtoli electi ad eccl. vtilitatem. 360.1

Apoſtolis dedit Chriſtus poſt Reſurrectionẽ parem poteſtatem, i. ſimilem. 369.4

Apoſtolos non ſolum reliquis hominibus, ſed etiam Angelis præluxiſſe fatetur. 390.1

Aqua benedicta in introitu templi quid ſignificet. 404.1

Aqua baptiſmi vim habet a paſſ. Chr. 408.2

Arriani, Photiniani, Eunomiani, Manichæi, Pelagiani, perſequu. eccl. fuerunt. 333.3.

Aſcenſionis Chriſti fructus. 252.4

Atrium ſacerdot. ordinem ſignificat. 332.1

Auaritia idololatriæ affinis eſt. 334.1

B

Bethel mons in Iudæa. 225.3

Bethel quid ſignificet. ibid.

C

Calix Babylon. 322.1

Carnis cura et amor ſui aduentum Chriſti in animam impediunt. 322.6

Caput eccleſiæ Chriſtus. 259.5

Carmelus Tyriorum mons frugifer. 407.1

Cerui cum ſerpentibus pugnant. 214.2

Cedar quis fuit. 147.1

Chananæi & Amalachitę bella in deſerto Iſraelitis intulerunt. 150.1

Charitas perforauit eccleſiæ aurem. 170.4

Charitas aurum dicitur. 172.5

*** *Cha-*

Charitatis vis & energia ad vniendos amantes. 283. 1
Charitas veſtis nuptialis eſt. 289.3
Charmel bonorum frugum mons. 237.2
Charitas fraternitatis explicatur. 426.6
Chriſtus eccleſiam ſuam velut ſponſam oſculatus eſt. 116.5
Chriſtus ſol dicitur. 148.2
Chriſtus & eccleſia ſpirituales filios procreant. 190.2
Chriſtus iudex viuorum & mortuorum. pag.226.2
Chriſtus, velut ſol mundum, ita eccleſiam ſuam illuſtrauit. 248.3
Chriſtus Rex & Imperator nuncupatur. pag. 251.6
Chriſtus mons & aceruus teſtimonij eſt. pag.259.1
Chriſtus peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. 340.1
Chriſtus peccata noſtra ſuſcepit. ibid.
Chriſtus rubicundus dicitur propter ingentem ſtragem, quam in die paſsionis ſuæ edidit de dæmone, mundo, carne, & morte. pag.340.4
Chriſti incarnationem, paſsionem, reliquaq; fortiſſima Chriſti facta, crura ſpoſi ſignificant. 348.1
Chriſtus lapis eſt excíſus ſine manib. 365.1
Chriſtus libenter paſsionem ſuſtinuit. 413.3
Chriſtum crucifixum prędicabant Apoſtoli. pag.414.2
Chriſtus qua homo, amoris vim a formoſiſsima ſua eccleſia patitur. 416.3
Chriſtus factus homo inter homines. 427.3.
Chriſtianæ reipublicæ felicem ſtatum poſt vniuerſale iudicium oſtenditur. 381.4
Cinnamomi duo genera. 294.5
Cinamomum multas habet proprietates. pag.295.
Conſilium Tauleri ſaluberrimum. 163.5
Columnæ argenteæ fidem & veritatem deſignant. 347.2
Contemplationes diuinarum rerum, in quib. verſantur viri Dei, paſcua pinguia, uirentia & irrigua dicuntur. 136.5
Columbæ proprietas. 184.1
Columba quid. 216.1
Columba in perforata rupe, & in receſsib. coclearęturris latent. 216.2
Conſtantinus magnifice ornauit, & ditauit templa. 305.6
Corona ſpinea Chriſtum coronauit ſinagoga. pag.249.5.
Corporis epitheta. 400.5
Crux Chriſti ſignificatur ſub ſolis Symbolo. pag. 149.3.
Cruci affigi cum gaudio nõ erubuit Chriſtus, vt peccatoribus ſalutem afferret. 250.3
Crucis Chriſti fructus. 413.1
Currus Salomonis mille quadringenti. 167.2
Cypri natura. 293.4

D

DÆmones Chriſti virtute expelluntur. pag.357.3
Dæmon in cælo nullam habet poteſtatem, nec tentare poteſt animam. 383.4
Deus Auctor bonorum. 140.5
Deo Opt. Max. paſtoris perſonam ſacræ litterę ſæpe tribuunt. 154.5
Deus Sadai dicitur. 191.3
Deus protector iuſtorum. 196.1
Deus auctor generationis, & regenerationis. pag. 274.5
Deus operatur in nobis velle & perficere. pag. 301.1
Deus auctor eſt ſalutis. 301.4
Deus ſuos corrigit & caſtigat. 328.5
Deus charitas eſt. 234.3
Deus auctor fidei & pulchritudinis animarum. 255.6
Deus ſpiritus eſt. ibid.
Deus vult omnes homines ſaluos fieri. pag.418.4
Delitię Chriſti ſputa & uerbera. 250.2
Dextera Domini Angeli dicuntur. 207.4
Diſpoſitio cęlorum in ordinibus virginum, continentium, & coniugatorum. 293.1
Dignitas Rom. Pont. 308.1
Diabolus aduerſus eccleſiam Dei hoſtis immaniſsimus. 240.5

Di-

Diaconi clipei eccleſię ſunt. 262.6
Diaconus euangelium prędicare poſſe certum eſt. 268.3
Diaconus ſi presbiter nullus ſit, poteſt eucharistiam diuidere. 268.2
Doctores & prędicatores dentibus comparantur. 251.5
Duo ſunt pręcipua, quę hominem cogunt claudicare. 400.1

E

EBrietas ſpiritus. 210.1
Eccleſia oppreſſa a Iudæis. 142.5
Eccleſia flos, roſa, & lilium dicitur. 192.2
Eccleſia obſignata ipſomet Chriſto. 291.2
Eccleſia Chriſti diſtributa, & in ſuas acies nimirum Duces, Apoſtolos, Epiſcopos, Tribunos, Doctores, Manipularios habet. 356.5
Eccleſia hortus nuncupatur. 352
Eccleſia catholica eſt ędificata ſuper Petrũ, cuius ſucceſſor eſt ſummus Pontifex. 368.2.& ſeq.
Eccleſia aurora dicitur. 374.3
Eccleſia errare non poteſt, nec ulla unquam fraude in poſterum, aut quoruncunque hoſtium ui labefactari. 241.5
Eccleſia Chriſti quare nigra dicitur. 148.4
Eccleſia ſoli comparatur. 374.3
Eccleſia lunæ aſsimilatur. 374.4
Eccleſia unica eſt. 367.1
Eccleſia eſt ciuitas. 378.1
Eccleſia aſsimilatur palmæ. 411.2
Eccleſiam ab Abel primum extitiſſe communis eſt doctorum ſententia. 260.4
Eccleſię firmitas. 143.1
Eccleſię catholicæ ingentia mala. 163.5
Eccleſię paritas. 186.1.& deinceps.
Eccleſię felicem ſortem laudat. 191.5
Eccleſię ętates. 200.6
Eccleſię perſequutores. 310.1
Eccleſię concordia. 258.2
Eccleſiæ caput eſt Chriſtus. 373.1
Eccleſię ſimilitudines ad auroram, ſolem, & lunam. 377.1
Eccleſiæ triumphantis & militantis differentia. 379.2.& deinceps.
Eccleſię triumphantis ſtatus. 383.4
Eccleſiæ ſtatus numerantur. 390.2
Epiſcopos a ſpiritu ſancto poſitos eſſe ad regendam eccleſiam Dei aſserit Paulus. 153.2
Epiſcoporum & prælatorum auaritia & cupiditas ingentia mala afferunt eccleſiæ. 310.4
Epiſcopi & ſacerdotes eelemoſinam erogare debent tanquam diſpenſatores opum Dei. 316.1
Epiſcopos & doctores egregios agnoſcimus.
Eſebon ciuitas ultra Iordanem. 404.1
Eſebon nunc Ebus urbs inſignis Arabiæ. 404.4
Euangelica doctrina & ſpiritus ſancti dona lacti comparantur. 119.2
Euangelicæ doctrinæ illecti & ineſcati dulcedine ſancti, omnia faſtidire cæperunt. 120.6
Euangelicæ doctrinę puritas & excellentia. 122.6
Euangelium bene affectis optime olet. 124.4
Euangelium peccatis & omnibus animi uitijs pręſentiſſima eſt medicina. 124.5
Euangelium Chriſti omni humanæ ſapientię longo præſtat. 146.2
Euangelium uerbum ueritatis appellatur. 167.3
Euangelium prædicatur gentibus. 236.5
Euangelium poſt pręcurſoris Antichriſti perſequutionem prædicabitur. 336.1
Euangelium Chriſti cor exhilarat, & hominem diuina cognitione inebriat. 415.1

F

FAbula Eleazari. 254.1
Fama bona aſſimilatur Mandragore. 421.
Faſciculus mirrhæ quid ſignificet. 177.5
Ferculum a fero deducitur. 234.1
Fides quid ſit. 133.1
Fidei noſtrę uis quanta ſit. 182.6
Fides perfecta ac cęleſte deſiderium omnem abſtergit maculam peccati leuioris. 273.1
Fidei firmitas. 247.3
Fides ſanctorum deſcribitur. 398.2

Eidem quanta dominus a nobis religione exigat. 415.5
Fiſtula vt cõtra aquam inter cutin fuſam, ita beneficentia præſentiſsimum eſt contra auaritiam remedium. 67.5.& 294.4
Fons Iacob. 296.5
Fortitudo ſanctorum admirabilis. 362.4
Franciſcus et Dominicus duo clariſſima mundi lumina. 391.1
Fructus pœnitentiæ Deus poſtulat. 218.2
Fructus uineę, quæ eſt eccleſia, a domino requiſitus. 418.5

G

Gallia fœdus cũ Dei hoſtib. iniuit. 321.5
Galaad mons Iudęę ex altera parte Iordanis uberrimus. 259.1
Gloria ineffabilis Dei in patria. 384.5
Gloriæ diuinæ magnitudo. ibid.
Gradus primus ad pænitentiã qui ſit. 326.1
Gratiam in dextera Dei, comminatoriam in ſiniſtra intelligimus. 205.8

H

Halitus qui ex ore & naſo ſponſę prodit poma dicitur olere. 413.1
Hebræi in circuitu ſedebant circa epulas, in ſiniſtrum brachium leuiter, & ſeruato grauitatis decoro incumbentes. 173.6
Hæretici in hoc uigilant & incumbunt, ut a Romana & catholica Eccleſia omnes tollant cęremonias. 409.2
Hippocratis ſententia de athletis. 308.5
Hieronimi ſententia notatu digna. 307.5
Hominem ſine peccato uiuere, ex ſingulari Dei dono affirmat Auguſtinus. 247.5
Homines pij ceu capilli nixi fide & charitate a Chriſto pendent. 257.2
Hominẽ emũctæ naris cur appellamus. 404.
Hoſtes eccleſię vulpibus cõparantur. 220.5
Humilitas ficta damnatur. 185.4
Hubera eccleſię ſponſę Chriſti pulcherrima, diaconi ſunt. 268.5
Humanitas Chriſti capreę hinnuloque ceruorum comparatur. 211.6
Hyems quid ſignificet. 216.5

I

Iehouah nomen Dei admirabile explicatur. 128.1
Ieruſalem ſita eſt in monte Sion. 396.5
Ieruſalem ſolium domini uocatur. 397.5
Ignatij laus. 304.3
Imber eſt agmen aquarum largius effuſum ex concretis nubibus. 217.1
Impietas iudęorum. 236.3
Impietatẽ & impudentiã deteſtatur. 256.6
Inclinationis myſterium. 214.1
Inimici hominis domeſtici eius. 150.2
Ingratitudo beneficiorum Dei magnum nobis timorem generare debet. 325.5
Ioſue typus Chriſti. 219.5
Iſrael hereditas Dei eſt. 365.4
Iudęorum immanitas, & procacia oſtenditur. 331.2
Iudæi deficient a fide Chriſti tempore Antichriſti. 394.3
Iuſtus ex fide viuit. 135.1
Iuſtorum laus. 161.1
Iuſtus hortus irriguus dicitur. 291.1
Iuſti aſperos tolerant labores, ſed ſperant in cælo ſe recepturos pręmia. 413.1
Iuſtorũ cõſtãtia et heroica fortitudo. 329.4
Iuſtitia quantuncunq; oppreſſa ſit, in altum ſeſe attollit. 414.1
Iuſti roborati ſcuto fidei multa paſſi ſunt martyria. 395.5
Iuſtis quomodo cæleſtis regni patrimonium debitum. 408.1

L

Lac fieri poteſt etiam in marib. 119.3
Lac in mulierib. mãmis quõ fiat. 408.3
Laudat ſponſam à genere regio. 399.2
Laus vera ornat, falſa caſtigat. 314.2
Lapis offenſionis Chriſtus. 230.4
Lectus floridus una omnium fidelium mens eſt. 189.1
Lex Moiſi a iudæis vitiata. 429.3
Lex Dei in corde iuſti. 203.6
Legibus carnis obtemperans rapitur homo ad peccatum. 323.2
Lectulus Salomonis, & tabernaculum Dei, eccleſiam prædicebant. 240.2

Lecti propugnatores accinctos gladijs, et rei militaris peritiſſimos, apoſtolos et apoſtolorum ſucceſſores epiſcopos, et doctores egregios agnoſcimus. 240.4
Lex vetus ſapientiam Dei ſcientiamque docebat. 410.1
Liberum arbitrium hominis male per ſe agere & peccare poteſt; bene agere, & quæ Deo grata ſunt non item. 114.2
Liberum arbitrium quid agit. 301.4
Libanus mons Fenices altiſſimus. 276.3
Libanus mons eſt altiſſimus inter Iudæam & Siriam, 405.2
Lignum libani, & lignum Cedrinum putreſcere non poſſunt. 245.1
Lilium conuallium quid ſignificat. 193.3
Loca publica & conuentus celebres portæ appellantur. 423.3
Lutheri, Anabatiſtæ, & aliorum hæreticorum inſolentia & damna. 163. & 164.
Lutheranorũ impudentia & impietas. 333.1

M

MAria virgo gratiſſimum Chriſto ornamentum me. itò dici poteſt. 284.2
Maria angelos uincit puritate. ibid.
Maria virgo cherubinis & ſeraphinis pulchrior. 363.3
Mariam magdalenam per crinem ſignificari oſtenditur. 285.1
Magnificum & vere regiũ ſuę eccleſię conniuiũ extruxit & exhibuit Chriſtus. 305.4
Mandragoræ deſcriptio. 422.6
Martyres promptum habebant animum ad martyrium ſubeundum. 419.3
Mahumeti ſecta. 319.3
Mens noſtra alta ut mons. 40/.3
Mirrha mortificationis ſymbolũ eſt. 274.1
Mirrha mortificationem ſignificat. 322.6
Mirrha & thus omnia ſpiritualium ſacrificiorum genera ſignificant. 238.1
Mirrha vngendis corporib. adhibetur. 238.6
Mons Moria in quo templum extruxit Salomon. 277.4
Montes & colles quid ſignificent. 213.2
Mors in omnes pertranſijt. 114.2
Mors Chriſti copioſius quàm omniũ hominũ mortes humani generis debita exoluit. 217
Mors valde ab apoſtolis & ſanctis deſideratur. 269.6
Morte ſua nouum teſtamentum & pactum Chriſtus confirmauit. 2,1.2
Mors inopinata. 386.1
Murenulę quid ſint. 171.5
Muſtum malorum granatorum exempla martyrum deſignat. 426.3
Myſterium de botro admirandum. 181.1

N

NArdus quid ſit. 174.4
Nardi odor dicitur, & odor Dei. 175.6
Nardus et cocus, fiſtula et cinamomum quid ſignificent. 293.5
Natiuitas. Chriſti tempore Herodis alienigenæ quid ſignificat. 231.2
Natiuitas Chriſti in ipſa die fuit qua deſolata fuit Ieruſalem per Titum & Veſpeſianum. 408.6
Nomen in ſacris litteris pro re ipſa ſumitur. 125.3
Nomen naturam & eſſentiam rei, cuius eſt nomen exprimit. 126.1
Nominis Ieſu dignitas et excellentia. 127.2
Nominis Chriſti uis & efficatia. 128.5
Numerus ſexagenarius quid ſignificet. 241.
Nuptiæ coniunctionem humanę naturæ cum diuina in Chriſto Dei filio ſignificãt. 236.

O

OCulus ſimplex quid. 185.1
Oculi dicuntur apoſtoli, epiſcopi. 258.1
Oculi ſponſæ ſunt columbæ. 399.3
Odor prædicationis euangelicæ aſſimilatur mandragoris. 422.2
Officium Diaconi. 267.6
Omnes in Adam peccauerunt. 198.2
Operarij iniquitatis per dulces ſermones ſeducunt corda innocentium. 222.2
Ornatum reginæ ſitum eſſe in rebus, non externis, ſed internis, probatur. 146.2
Orationis uis & efficacia. 233.2
Oſculum quid ſignificat. 116.2

P

PAulus uaria officia eccleſię pertinentia habuit. 120.1

Paulus perinde ac nutrix filios fouebat. 420
Paulus per murum in ſporta ſummittitur. 221.6
Paſſio Chriſti in imbre deſignatur. 217.1
Paſſio Chriſti commendatur. 407.6
Paſſionis Chriſti acerbitas. 409.1
Palmę proprietas. 413.5
Pax & tranquillitas eccleſię poſt mortem Antichriſti. 387.4
Peccata licet dimittantur per pœnitentiam, pęnę pro eis debitæ ſolent in poſterum ſeruari. 327.5
Pelles Salomonis quid ſignificent. 147.2
Petrus eccleſiæ caput. 336.5
Petrus ſuam primam ſedem in Antiochia conſtituit. 367.3
Petrus fundamentum eccleſiæ. 367.5
Petrus Chriſti uicarius. 376.2
Petro a domino conceſſum eſt, ut reliquis pręeſſet apoſtolis. 3704
Pęnę inflictę electis hominib. pro peccatis, quomodo proſint etiam peccatorib. 328.3
Perſequutiones innumeras a iudęis pertulit eccleſia Dei. 151.4
Pietas ad omnia utilis eſt.
Perſequutio eccleſię a Turcis & Sarracenis. 319.2
Pietas ad omnia utilis eſt. 295.1
Pontifex Roman. ſolus œcumenicus. 372.9
Pontificum & epiſcoporum ſucceſſio. 368.3
Potentia Dei deſcribitur. 430.1
Poteſtas apoſtolorum & epiſcoporum in quibus differat. 371.1
Poteſtate, quam Dęmon Deo permittente acceperat, quàm a Chriſto ſpoliatus ſit. 357.1
Prandium & cęna idem. 210.4
Prędicatores columbis comparantur. 185.6
Prędicatoris officium. 261.5
Prędicatorum labia rubra quidem, propterea quòd uniuerſus eorum ſermo ſit de paſſione & morte Chriſti. 262.4
Prędicatio & cultus diuinus, ſacrificia & cęremoniæ eccleſię ceſſabunt tempore Antichriſti. 386.6
Prędicator aceruus tritici uocatur. 401.5
Prędicationis auxiliũ omnino petẽdũ. 420.4
Pręſulis pietas & eximia animi ſimplicitas deſcribitur. 343.2
Pręlati uigilare debent tanquam rationem reddituri pro omnibus. 207.2
Pulchrũ et pulchritudo quid ſignificẽt. 187.6
Pulchritudo eccleſię. 184.4
Puteus magnus Alexandri. 297.2

Q

Quatuor ſimul eodem tempore exiſtent ſummi pontifices. 320.4
Quatuor animalia conuerſionem gentium deſignabant. 237.3

R

Rachel a filio ſororis accepit cupiditatem pariendi. 420.6
Reſurrectionis Chriſti effectus. 201.3
Regnum Chriſti ſolum manebit, mortuo Antichriſto. 391.5
Rixa Rachelis et Lię de mãdragoris. 422.1

S

Sacerdotes & doctores deſignantur in cęlo. 171.3
Sacerdotum ignauia & incuria. 315.1
Sacerdotis puritas magna eſſe debet. 332.2
Sacrificia per ſe Deo non placebant. 176.2
Sanguine ſuo eluit nos Chriſtus. 215.5
Salem & Ieruſalem. 396.5
Sãguis et aqua e latere Chriſti exiuit. 408.2
Sedi apoſtolicæ Romanæ a domino data eſt poteſtas ligandi atque ſoluendi. 368.1
Septem ſpiritus ſancti dona ſunt ſponſi unguenta. 123.1
Sequi Chriſtum non poſſumus ſine auxilio diuino. 131.5
Sequi debemus ueſtigia Chriſti. 162.5
Sermo Dei ſuauiſſimus. 2.885
Sedechiam ceperunt & exoculauerunt Babilonij. 334.5
Secreta & arcana ſua abſcondit Deus a ſapientibus & prudentibus, & reuelat humilibus. 141.3
Silueſtri laus. 306.6
Simplicitas cordis laudatur. 218.5
Sinodus Alexandrina contra Arrium congregata. 367.6
Signa aduentus Chriſti ad iudicium 395.2

Sol

Sol græce eleos nuncupatur. 135.4
Solidum cibum quid. 402.6
Spectare Chriſtum quid ſit. 276.2
Spes noſtra in Deo ſita eſſe debet. 228.1
Spes in Deo ſita eſſe debet. 252.2
Spiritus ſancti gratia uberrimam & velut paradiſum amenißimum reddit eccleſiam. 348.4
Stigmata domini noſtri Ieſu Chriſti per gradus purpureos deſignantur. 247.5
Sufficientia noſtra ex Deo eſt. 133.3
Sufficientia noſtra ex Deo eſt. 417.6
Sunamithis quid. 398.1
Synagoga uinea ſodomorum dicitur. 153.1
Synagoga fidem ſponſo ſuo fregit. 224.5
Synagogæ extremum repudium.
Synagogæ & eccleſię differentia. 425.2
Synagogę perſequutio. 430.3

T

TAbernaculum in monte ſina oſtenſum. 410.2
Tempus quo duratura eſt pax in eccleſia poſt Antichriſtum, mille annorum putant. 388.2
Tentationes et perſequutiones per Auſtrum deſignantur. 298.3
Terræmotus quem prędixit Ioannes oſtenditur. 409.6
Tiberium noctu & in tenebris uidere ſolitum fertur. 279.1
Trinitatis myſterium in pulchro deſignatum. 188.4
Triumphus eccleſiæ. 242.4
Thus ex lege Moſaica Deo attributum eſt 238.6
Turris Dauid in monte Syon ſita. 265.1

V

VAriæ ſententiæ de Aduentu Chriſti ad iudicandum. 388.4
Vindictam ſumet Deus iniuriarum in nouiſſimo die. 243.2
Veniet Chriſtus cum maieſtate, & congregabuntur ante eum omnes gentes. 271.3
Venter aſſimilatur aceruo tritici. 401.1
Verbi Dei efficatia & uis. 217.5
Vinum omnia quæ hominibus optime ſapiunt ſignificare videtur. 120.4
Vinum pro omni corporeo alimento. 121.5
Vini ſignificata. 200.5
Vinum altiſſima quæque myſteria & conſilia euangelica cum fide & charitate, omnique virtutum genere coniuncta ſignificat. 426.2
Vincentij prædictio. 320.4
Vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vxor, & nec uxor ſui, ſed uir. 225.2
Virginitas inanis eſt, ſi non ſit fundata uirtutibus. 341.2
Vita præſens horto aſſimilatur. 396.1
Virtus honeſtatis in oculis elucet maxime. 183.5
Vita actiua laudatur. 399.
Vnguenta eccleſiæ gratiæ & dona ſpiritus ſancti. 187.2
Vnitas fidelium. 366.1
Vnctus, Meßias & Chriſtus idem. 124.1
Vnio diuinę naturę & humanę. 339.4
Voluptas peßima. 122.1
Voluntas liberi arbitrij.
Vocat Deus electos. 317.6
Vſus Dentium qualis ſit. 361.2
Vſura prohibetur. 393.4
Vulnera Chriſti deſignantur. 408.4
Vulnerare cor quid ſit. 279.4

F I N I S.

Hi ſunt Auctores qui in his Comment,

CITANTVR.

A

Aeſchilus.
Agathius Buidaurius.
Albertus Magnus.
Aluarus Pelagius.
Ambroſius.
Apuleius.
Aquila.
Ariſtoteles.
Athanaſius.
Auguſtinus.

B

Baſilius.
Beda.
Bernardus.
Boetius.

C

Chryſoſtomus.
Cyprianus.
Cyrillus.
Cuicinus.

D

Damaſus.
Demoſthenes.
Democritus.
Dydimus.
Dionyſius Areopag.

E

Eleutherius.
Epiphanius.
Euſebius.

F

Fecinus.
Felix.

G

Galenus.
Gratianus.
Gregorius papa.
Gregorius Niſſenus.
Gregorius Nazianzenus.

H

Herodotus.
Hieronymus.
Hilarius.
Hippocrates.
Homerus.
Hugo.

I

Iacobus Valentinus.
Ignatius.
Iſidorus.
Ioannes Annius.
Ioannes Caſsianus.
Ioannes Gerſon.
Ioſephus.
Ireneus.
Iuſtinus.

L

Lactantius Firmianus.
Leo Papa.
Lyra.
Lyricius.

M

Malgrinus Cardinalis.
Marcellus.
Maximus epiſcopus.
Medras.
Melchiades.

N

Neylus.
Nicephorus.

O

Origenes.
Ouidius.

P

Petrus Lombardus.
Phocius.
Plato.
Plinius.
Plutarchus.
Ppmponius.
Pſellus.

Q

Quintilianus.

R

Rabi Abendzra.
Rabi Bararia.
Rabi haurim.
Rabi leui.

S

Silueſter Papa.

T

Taulerus.
Tertulianus.
Theodoretus.
Thomas monachus.
Vitercienſis.

COSMAE DAMIANI HORTOLANI

In Canticum Canticorum Salomonis *DILVCIDISS. EXPLANATIO.*

IN ISAGOGEN, PARAPHRASIM; Et v. plenioris interpretationis Libros diſtributa.

LIBER ISAGOGICON.

4 INSCRIBITVR HEBRAEIS hic Liber ſcirha ſcirim.
aſſer liſolomo. quod uerbum de verbo redditum Lati- *Inſcriptio.*
nis ſonat, Canticum Canticorum, quod Salomoni, uel
quæ Salomoni. hoc eſt, excellentiſsimum omnium Can-
ticorum quod conſcripſit Salomon, vel quæ conſcripſit
Salomon. Eſt enim Hebraiſmus, qualis ille *ſanctus ſan-*
ctorum pro ſanctiſsimus ſanctorum, & ille *Rex Regum*, *3. Reg.6.b*
& Dominus dominantium pro ſummus Rex, & Dominus. *Apoc.19.c*
5 Sic enim Hebrei eiuſdem vocis repetitione vſum ſuperlatiui ſupplere ſoliti ſunt.
Quod Origenes dictum exiſtimat ex collatione ad omnia, tum quæ ante Salo-
monem ſpiritu diuino aſflati ſancti viri conſcripſiſſent, tum quę poſt eundem
conſcripturi eſſent, cantica. quæ etiam ille enumerat in hunc modum. Primum,
Exod i15. Secundum, Numeri 21. Tertium, Deuteronomij 32 Quartum, Iu-
dicum 5. Quintum, 2. Regum 22. Sextum, 1. Paralipomenon decimoſexto, qui-
bus omnibus tanquam præſtantiſsimum pręſtantiſsimo loco, ſeptimo ſcilicet,
6 hoc Salomonis ſuccedat canticum. Quantum uero attinet ad reliqua, tam quę
a Prophetis, qui Salomonis tempora ſequuti ſunt, quàm etiam quę apud eiuſdem
patrem Dauidem aut cantici, aut Pſalmi appellatione inſcribuntur, in ijs omnib.

præſertim in cantico graduum, profectum ſponſæ per ſuos gradus & incrementa 1
ſignificari vſque ad perfectam ætatem, & annos nubiles, quum iam matura, & di-
uini ſucci plena ſponſo ſuo Chriſto iungenda erat. Quarum nuptiarum Epithala-
miũ Salomoni, qui idem Idida, id eſt, Deo dilectus dictus ſit, hoc celeberrimo car
mine celebrandum ſeruatum ſit, & decretum. Atque hanc ſententiam qui proba-
uerit inſcriptionem hanc ſic interpretabitur, excellentiſsimum omnium canti-
corum a Solomone conſcriptum. Vt referatur hoc canticum ad omnia cantica,
quæcumque ab alijs conſcripta ſint. Cæterum refert Ioſephus Antiquitatum Iu-
daicarum libro octauo, cap. 2. Salomonem de canticis, & modulationibus libros 2
mille & quinque compoſuiſſe, nixus nimirum auctoritate ſacræ Hiſtoriæ 3. libri
Regum, cap. 4. vbi enim in vulgata æditione legimus *& fuerunt carmina eius* nem-
3.Reg.4.d pe Solomonis *quinque millia*, in Hebræo eſt, & fuerunt cantica eius mille & quin-
que. Vnde etiam intelligere poſsis, non ſolum alienis, ſed & proprijs Solomonis
canticis hoc vnum ſua inſcriptione præferri. Tum propter ſtyli eximiam elegan-
tiam, tum propter operis ſummum argumentum. Et in hac ſententia fuit Euſe-
bius, ex cuius collectaneis in hunc libellum hæc latina fecimus, quæ huc adiun-
gere commodum viſum eſt. Omnis, inquit ille, diuina Scriptura prophetat de de-
ſcenſu verbi ad nos; & de eiuſdem aduentu in carne, hoc enim eſt Dei propoſi- 3
tum prophetis, & omni diuinæ Scripturæ, Hoc præcipuum inſtitutum eſt annun
tiare. Secundo loco ſequuntur in diuina enarratione ſermones de gentibus, de
Babylone, de Damaſco, de Moab, & alijs. Ac per ſingulas ſcripturas peccantes
quidem obiurgant, conuictos hortantur ad pænitentiam, comminantes futu-
rum ignis iudicium. Aliæ igitur ſcripturæ futura prædicunt, ut Moſes; Prophe-
tam ſuſcitabit uobis Dominus ex fratribus veſtris ſicut me. Eſaias vero, Ecce Vir
go concipiet, & pariet filium. Michæas autem, In extremis diebus manifeſtus erit
mons domini, & alius aliter prædicit, pro gratia ſpiritus. Et his dicentibus, pro-
miſſus expectatur dominus. Propterea & multi annũciant. At vero ubi uenit, ceſ 4
ſarunt prophetare. Atque ſunt hæc omnia cantica canentia uenturum ſeruato-
rem. Canticum autem canticorum non ſic prophetat, neq; tanquam præſignificat:
ſed illum alia cantica prænuntiant, hoc tanquam eum, qui iam uenit, demonſtrat,
quique carnem iam ſumpſerit: ac iuſte in coniunctione uerbi cum carne canit
Epithalamium. Quemadmodum igitur poſt diſpenſationem ſeruatoris nullum
amplius exſpectamus, ſic etiam poſt ea, quæ in cantico canticorum ſignificantur,
non eſt cur aliud quicquam recentius meditemur, aut expectemus ſignificatum.
Quæ enim in canticis ſignificantur, hæc eadem in prophetis, & in alijs ſcripturis
ex interuallo dicta inuenientur. Rurſumque. Quemadmodum Agnum demon- 5
ſtrante Ioanne, velut Ioannis gratia ſunt lex & prophetę, ſic etiam quę in cantico
canticorum ſignificantur, finis ſunt omnium, quę in diuina Scriptura ſignifican-
tur. Ac ſicut ſecundum legem erant ſancta, & poſt hęc ſancta ſanctorum, ſed
poſt ſancta ſanctorum nullus pręterea erat locus: ſic & præter cantica canticorũ
nullam licet expectare inferiorem, aut recentiorem promiſsionem. Semel nanq;
verbum illud factum eſt caro, & abſoluit opus. Hæc ille. Quibus ego recte mihi
uideor poſſe addere, ꝙ ſicut Ioannes dictus eſt a Chriſto pluſquam propheta, &
ab eodem tanquam prophetarum ſummus eſt commendatus, Propterea ꝙ quem 6
reliqui omnes prophetæ venturum prædixiſſent, ille præſentem demonſtrauit: ſic
& hoc pluſquam canticum ſit, hoc eſt, præſtantiſs. omnium cantic. propterea
quod

1 quod, quem reliqua omnia cantica uenturum cecinerunt, hoc iám ueniſſe canat,
præſentem mundo celebret: atque ideo dictum ſit canticum canticorum. Inquiſi,
tione præterea dignum dicat Origenes, quare Prouerbia inſcribantur, Salomo-
nis filii Dauid qui regnauit in Iſrael: alter uero eiuſdem liber, uerba Eccleſiaſtæ
Regis Ieruſalem, hic uero, canticum canticorum Salomonis. Hoc ideo ille fa-
ctum putat, quòd cum Salomon, qui typum gerit Chriſti, in primo illo libro
moralibus nos inſtituit diſciplinis, Rex eſſe dicitur in Iſrael, nec dum tamen in
Ieruſalem. Quia & ſi Iſrael dicimur propter fidem, non tamen in hoc adhuc
peruentum eſt, ut ad Ieruſalem cæleſtem acceſsiſſe uideamur. Vbi uerò eouſque Heb.12.f
2 profecimus, vt Eccleſiæ primitiuorum, quæ in cœlis eſt, ſociemur, & Ieruſalem
cæleſtem diſcuſsis diligentius priſcis, & naturalibus cauſis matrem noſtram no-
ſcamus cęleſtem, tunc iam nobis ipſe Chriſtus Eccleſiaſta, & eccleſiæ catholicæ
congregator, ac concionator efficitur. Ac tunc non ſolùm in Iſrael, ſed etiam in
Ieruſalem regnare dicitur. Quum uero ad perfectionem omnium ventum fuerit,
& ſponſa perfecta, omnis ſcilicet rationalis creatura illi coniungetur, *quia pacauit*
per ſanguinem ſuum non ſolum quæ in terris, ſed etiam quæ in cælis ſunt. tunc Salomon Colo.1.a
tantummodo appellatur quum tradiderit regnum Deo & patri. Et ita pacificatis
omnibus, Patrique ſubiectis *quum erit Deus omnia in omnibus*, Salomon tantummo- 1.Cor.15.d
3 do. id eſt, pacificus nominabitur. Qua propter in hoc libello, qui de amore ſponſi
& ſponſæ erat inſcribendus, neque filius Dauid dicitur, neque Rex, neque quid-
quam eorum, quæ ad corporeum uidetur pertinere intellectum: ut merito per-
fecta iam ſponſa de eo ſic loquitur, & ſi nouimus Chriſtum ſecundum carnem,
ſed iam nunc non nouimus. Ne quis putet eam corporeum quidquam amare, aut 2.Cor.5.d
in carne poſitum, & macula aliqua eius amori credatur induci. Propterea igitur
canticum canticorum Salomonis tantummodo eſt, & neque filii Dauid, neque re
gis Iſrael, neque in his aliqua miſcetur carnalis intelligentia. Hæc ille, mea ſenten
tia longe melius, quam Hebræi, qui putant Salomonem iam prouecta ætate Re-
4 gnum iniiſſe, ac tunc prouerbia conſcripſiſſe. in cuius operis inſcriptione ſe regē
Iſraelis dixerit, ut decem tribus, quibus male cum Iuda, & Beniamin cōueniebat,
quęque ad defectionem ſpectare uidebantur, eo titulo reprimeret, atque in offi-
cio contineret. Eccleſiaſten vero ſcripſiſſe uolunt, quum iam ſenex eſſet. Vbi ſe
Regem Ieruſalem præfatus ſit, hunc honorem Regiæ ciuitati, cui multis nomini-
bus deberetur, iam libere deferens, quum ſublatis factionibus, & paccatis rebus
omnibus, altiſsima pace frueretur. Hoc uero opus, quod adoleſcens nondum ac-
cepto Regno conſcripſerit, nudo Salomonis nomine inſcripſiſſe, nempe. Meſsię,
propterea quod toto hoc uolumine perpetuum hoc illius ſit Epithetum. Nec vſ-
5 quam ut proprium Auctoris nomen politum. Hæc uero Hebræorum ſentētia par,
tim cum ſancta Scriptura, partim cum ratione pugnare uidetur. Conſtat enim ex 3.Reg.3.b
3.Reg. lib. c.3. Salomonem iuuenem admodum regnare cœpiſſe: nec ante illud
tempus aut humana, aut diuina Sapientia fuiſſe præditum. Sic enim ipſe Domino
de ſe loquitur. *nunc Domine Deus tu regnare feciſti ſeruum tuum pro Dauide*
patre meo. Ego aut ſum puer paruulus, & ignorans egreßum & introitum meum.
Sed hoc illi dicant, qui etiam hoc ipſum epithalamium in gratiam filiæ Pharaonis
6 Salomonis ſponſæ ęditum uolunt. Ratio præterea illud magis ſuadere uidetur,
opus hoc ut præſtantiſsimum omnium, quę ſcripſit Salomon, ſic poſt reliqua om
nia extrema eiuſdem ætate fuiſſe conſcriptum, quum ipſe pœnitentia ſuperioris

vitę actus,ſe collegiſſet: ſeque ſic repurgandum ſpiritui ſapientiæ prębuiſſet,& 1
expiandum,ut dignum Deo templū efficeretur,unde hęc ille puriſsimi,& caſtiſ-
ſimi amoris ſui, & Eccleſię reſponſa daret. Quin,& ne cum illis contendamus,
Num in hoc libello loci aliquot inueniantur,qui ſoli Salomoni cōueniant, illud
certe inficiari cum ratione nemo poſsit,inſcriptionem hanc ideo pręfixam initio
operis eſſe,ne libri auctorem ignoremus.Ne ſi incerto auctore editus fuiſſet,cum
plerisq; aliis apocryphis reiiceretur. Certum eſt porro,non meſsiam, ſed ipſum
Salomonem Dauidis filium, qui patri in Regno Iſraelitico proximus ſucceſsit,
Genus cantici. opus hoc compoſuiſſe. Genus cantici quale ſit,idem Origenes nos docet in hunc
modum.Epithalamium libellus,id eſt, nuptiale carmen à Salomone in modū mi- 2
hi uidetur dramatis conſcriptus.quem cecinit inſtar nubentis ſponſę, & erga ſpō
ſum ſuum,qui ſermo Dei eſt, celeſti amore flagrantis. Adamauit enim eum ſiue
anima quę ad imaginem eius facta eſt, ſiue Eccleſia.Sed & magnificus hic ipſe,at
que perfectus ſponſus, quibus uerbis vſus ſit, ad coniunctam ſibi animam,ſiue
Eccleſiam,hęc ipſa Scriptura nos docet. Sodales quoque ſponſę Adoleſcentulę
cum ipſa ſponſa poſitę quid dixerint, quęque etiam Amici & ſodales ſponſi, ex
eodem nihilominus libro cognoſcimus.Facultas enim data eſt etiam ipſis amicis
ſponſi aliqua dicere,ea dumtaxat, quę audierant ab ipſo ſponſo lætantes de con-
iunctione ſponſæ. Et rurſum ſponſi ſermo non tantū ad ipſam ſponſam,ſed etiā 3
ad amicos dirigitur ſponſi.Et hoc eſt quod ſupra diximus, carmen nuptiale in mo
dum dramatis eſſe conſcriptum. Drama enim dicitur, multarum perſonarum can
tilena,ut in ſcenis agi ſolet fabula.Vbi diuerſæ perſonæ introducuntur, & aliis ac
cedentibus,aliis etiam diſcedentibus,à diuerſis, & ad diuerſos textus narrationis
expletur.Quæ ſingula hæc Scriptura continet. Hactenus Origenes. Ex quo om-
nia fere quæ hucuſque nobis dicta ſunt, de huius operis inſcriptione in medium
adduximus: eodemque negotio quis auctor operis,quæ materia,quę materię tra-
ctandæ ratio,& methodus ſit,quam breuiſsime indicauimus. Inde enim oſtendi-
mus,huius libelli auctorem eſſe Salomonem illum Hebręorum regem potentiſsi 4
mum iuxta ac ſapientiſsimum. Sed auctorem intellige ſecundarie,& uelut orga-
Auctor. num Dei,omnium ſacrarum Scripturarum Architecti. *Non enim* (vt docet Petrus
2.Pet.1.d Apoſtolus,) *voluntate humana allata ad nos eſt prophetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati*
Materia. *loquuti ſunt ſancti Dei homines*. Materiam præterea ſubindicauimus eſſe mutuum
amorem ſponſi & ſponſæ: nempe, Chriſti & eccleſiæ,legitimamque coniunctio-
nem: & vniuerſa denique myſteria,quæ apertius in Euangelio, Actis Apoſtolo-
rum, Epiſtolis Apoſtolicis, & in Ioannis Apocalypſi de hoc Sacramento reue-
lata ſunt,in ueteri teſtamento adumbrata. Hoc namque Epithalamium breuis
quędam, & ænigmatica deſcriptio eſt illius exemplaris, quod Moſi in monte 5
Exod.25.d monſtratum fuit: & collatio noui teſtamenti cum ueteri, ac proinde Eccleſię
cum Synagoga contentio:cōtinet enim Eccleſię encomium & laudum ipſius am-
plificationem per contentionem eiuſdē cum Synagoga,quod nos in noſtris quin-
que poſteriorib. huius operis libris,Deo aſpirante,ceu digito monſtraturos ſpe-
ramus,quum multorum locorum ueteris teſtamenti, quę hic canuntur, myſteria
adumbrantium Allegoriam,ut à theologis ſumitur proſequemur,quo pleniorem 6
noſtram huius libelli reddamus pro ipſius dignitate interpretationē,quem vtriuſ-
que teſtamenti epitomen eſſe exiſtimamus.Nec ulli uni animę conuenire quiſquā
putet omnia,quæ de ſponſa dicūtur hoc dramate.Immo quo perfectior ea fuerit,

1 eo minus multa, quæ aguntur tertio, & quinto capite in ipſa quadrant, ſed in ſolam præſentem Eccleſiam: quæ vt varia eſt, ita etiam varias & omnino diuerſas in hoc dramate ſuſtinere poteſt perſonas. Cum enim huius ſæculi Eccleſia inſtar ſagenæ, quæ iacta in mare ex omni genere piſcium cogit, bonos & malos complectatur, multa de ipſa dici poſſunt in perſona bonorum, multa etiam in perſona malorum, multa in perſona perfectorum, multa item in perſona imperfectorum. id quod animaduertens Auguſtinus in locum illum, nigra ſum &c. vtrunque inquit, ſe eſſe dixit propter vnitatem temporalem, intra vna retia piſcium bonorum & malorum. & Bernardus in eundem locum, Quamquam inquit, ſponſam dixe- *Matth. 13*

2 rim perfectam, ſed ex parte: non ex parte taberanculorum Cedar, formoſam tamen ſiue in illa portione ſui, quæ iam beata regnat, ſiue etiam in illuſtribus viris, quorum in hac nocte ſua ſapientia, & virtutibus tanquam cœlum ſuis ſyderibus adornatur. hæc porro varietas & alibi ſæpe, & hic vel maxime ei ſpectanda eſt, & acute diſtinguenda, qui nolit allucinari. Vt multi hoc tempore allucinantur: qui Eccleſiam Chriſti in ſolis iuſtis & prædeſtinatis conſiſtere cōtendunt. Eos dumtaxat ſacræ Scripturæ & catholicorum interpretum amplexantes locos, vbi de Eccleſia, vt ad iuſtos tantum pertinet ſermo fit, neglectis locis alijs, quos etiam ad catholicam Eccleſiam pertinere certum eſt. Qua parte malos & reprobos bonis

3 & electis permixtos, continet, vnius tamen fidei catholicæ energia & eorundem Sacramentorum ſocietate coniunctos. Adeo vt propter hos Origenes in 21. cap. Matthæi. Domum Dei uiui ex viuis lapidibus conſtructam Chriſto dictam interpretetur ſpeluncam latronum. Methodum inſuper & tractandi huius argumenti rationem in modo epithalamij & dramatis nuptialis inter perſonam ſponſi & ſodalium eius, ac ſponſę & puellarum ſponſæ ſociarum digeſti, & ſtylo poetico conſcripti conſiſtere compendio annotauimus: ſed illud præterea hoc loco adnotandum videtur, æmulas quoq. ſponſæ inter perſonas huius dramatis numerandas eſſe. Quarum frequens in eo mentio ſub appellatione filiarum Ieruſalem. Per quas *Methodus.*

4 allegoricos intelligimus Iudæos terreſtris Ieruſalem carnales filios. qui quemadmodum dixit Paulus, ſecundum carnem geniti, ſic nunc perſequuntur Iudæos ſecundum ſpiritum cœleſtis Ieruſalem filios, vt olim Iſmael ex ancilla ſecundum carnem genitus, Iſaacum liberæ ſecundum promiſſionem filium perſequebatur. Nec nos primi ſumus, qui hoc loco appellatione filiarum Ieruſalem Iudeos in vniuerſum venire putamus. Nam longe ante nos Rabbi Abenezra & antiqui doctores Hebræorum ſub hac appellatione complexi ſunt omnia loca, quæ habitabant Iſraelitę, atque adeo totum populum Iſraeliticum. Et dominus in Euangelio Lucę, quum ad ſupplicium raperetur, & hæc mulieribus ſequentibus ſe ac *Galat. 4. d* *Luc. 23. d*

5 lamentantibus diceret, *filię Ieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper nos ipſas flete, & ſuper filios ueſtros*, non tantum mulieres Ieroſolymitanas alloquebatur, quarum exiguus fortaſſe fuit in ea turba numerus, ſed etiam eas, quas multas à Galilæa cum Ieſu Ieroſolymam tunc aſcendiſſe memorant Matthæus, Marcus, & Lucas. Iuxta Phraſim igitur Hæbraicam, qua minores vrbes & loca Iudæi, filię Sion dicuntur: nempe Ieruſalem urbis eius regionis Metropolis in monte Sion ſitæ, ut Pſalm. 96. & 149. habitatores quoque eorum locorum filiæ Ieruſalem Hebræis *Mat. 27. g* *Mar. 15. d* *Luc. 23. h*

6 appellantur. Poetica porro methodo & ſtylo quòd ſacrum hunc libellum conſcriptum diximus, nemo miretur. Primum enim Poeticis numeris in eo vſus videtur Salomon, vt perinde atque numeris & carminibus maxime conſueuerunt

 homines

homines capi, & ad amorem carnalem excitari: Ita & hoc Dramate numerorum, 1
& modorum mira ſuauitate condito, ad ſpiritualem & diuinum amorem exciten
tur, rapiantur, & inflāmentur. Deinde quemadmodum. D. Dionyſius Pauli Apo-
ſtoli auditor annotauit ſecundo capite cæleſtis Hierarchiæ, poeticis fictionibus
Theologia affatim vtitur, humanæ mentis infirmitatem non ignorans, eique pro-
priam & cognitam viam per quam ad altiora feratur, benigniſsime prouidens, ac
ipſius modo in ſacris literis huiuſmodi aſcenſionis itinera ſternens. Neque enim,
vt idem auctor eſt, primo eiuſdem operis capite, fas erat infirmitati noſtræ lucere
diuinum illum radium, niſi ſacrorum varietate velaminum, quibus ad ſuperiora
ferremur, opertum: & Ijs, quæ nobis familiaria ſunt, paterna prouidentia veſti- 2
tum. Origenes quoque cum carmē hoc nuptiale in modum Dramatis ſcriptum eſ
ſe dixit, generaleſque omnes Dramatis partes habere docuit, in argumenti ordi-
nem (quod tertium eſt fabularum genus) retuliſſe viſus eſt. Ratio præterea inter-
pretandi, quam idem Origenes ſeruat in ſuis, quos in hoc opus ſcripſit, commen-
tariis, ſimilis admodum eſt ei, quam ſeruant fabularum interpretes. Illi namque
primo loco fabulam proponūt, deinde affabulationem, id eſt pręceptum & vſum,
cuius gratia inſtructa ſit fabula, ſubiungunt. Sic enim ille ſingulas Periochas in-
terpretandas ſibi proponit, vt primum in externo dictionis cortice inferens, quē
ſibi propoſuit locum velut contractius propoſitam fabulam dilatet modo, quo 3
res geſta proponitur, expreſſo; adhibitis etiam deſcriptionibus perſonarum, lo-
corum, temporum cæterarumque rerum pro eo, ac res, quæ narratur, videtur po-
ſtulare. Interpoſitis etiam perſonarum colloquijs, vt res non dici modò, ſed etiam
geri, & imitando exprimi videatur. Ac tum qui ſub eo narrationis cortice latent,
ſenſus myſticos exponens, myſteria nos docet ſpiritualia, & hiſtoriam Euangeli-
cam, ad cuius normam ſanctè, religioſeque vitam inſtituamus. Quam enarrandi
rationem nos etiam in noſtris commentarijs perpetuo tenere conſtituimus. Et
quidem certe ſi externum dumtaxat dictionis corticem ac mere Grammaticum
ſenſum ſpectes, Epithalamium, & fabula quædam nuptialis, partim comica, par- 4
tim tragica videri poſsit. Nam & omnium ordinum perſonas habet, & graues ca-
ſus, ac fœlices ſucceſſus: & quotidianam vitam belle exprimit, atque oculis ſubij-
cit: ideoque non tantum proſpera & læta, quę ſponſæ euentura ſunt canit (ut fe-
re fit in epithalamijs) ſed etiam aduerſa & triſtia, quæ coniungibus accidere ſo-
lent, quantum per epithalamij decorum licet, admiſcet obiter. At uero quum cor
ticem delibraueris, ſolidus iam tunc apparebit ſenſus allegoricus, qui & ipſe li-
teralis eſt, & à ſancto ſpiritu de nuptijs Chriſti & Eccleſiæ, reliquiſque myſte-
rijs Euangelicis inſtitutus. Hæc porro eſt ueriſsima & ſpiritualis hiſtoria, quæ
hoc ſacro uolumine ſub ſimilitudine humanæ vitæ & aliarum ſimilitudinum ue- 5
lamentis contecta proponitur, in quo etiam Drama hoc refert Tragædiam, & ue-
terem comædiam, in quibus (ut Donatus auctor eſt) fides ineſt uerę narrationis.
Refert, & in eo ueterem comędiam, quod ſicut carmina illa in uicis agebantur,
unde etiam ἀπὸ τῶν κωμῶν, comędia dicta fuit, ſic etiam multa hic in uicis & ru-
re geſta, canuntur, multaque rerum ruſticarum fit mentio. Nam ſimilitudines
habet hoc Drama non ab humanæ uitę modo conſuetudine ſumptas, quę ueri-
ſimiles ſunt, & nobis per quam familiares, ſed longius adhuc petitas. Vt à re 6
ruſtica, & animalium moribus. Quales ſunt illo loco, *Surge, propera ami-*
ca.2.c. *ca mea, columba mea, formoſa mea, & veni*, & quæ ſequuntur fere uſque
ad caput

1 ad caput tertium. Vbi per ſimplicitatem morum columbis innatam , ſimpli-
citas & innocentia Eccleſiæ, per lugubrem columbæ vocem prædicatio ad lu-
ctum & pęnitentiam prouocans, per turturis gemitum, ipſe lugentium luctus &
pęnitentia, per flores, fideles ad Chriſtum nuper cõuerſi, per cantillationes auiũ,
laudes & hymni, quos ijdem Deo concinunt, per vineas florentes ijdem ipſi fi-
deles edendorum aliquando fructuum (nempe bonorũ operum) certa ſigna pro-
ferentes, per uulpinos deniq; mores, vafrum perſecutorum adumbratur ingeniũ.
Quæ tota materia cum corticetenus a ſuperiori veritatis imagine longe recedat,
quia tamen ad prodendam ueritatem, & velut in ſpeculo quodam inſpiciendã ad
2 hibetur, ſeminarium quoddam Apologi fuerit: Verùm tum hæ, tum illæ, quas ab
humana uita ſumi diximus ſimilitudines ad priorem ſignificandi modum e duob.
illis, quos ſacris literis familiares eſſe admonuit Dionyſius, referri poſſunt, qui
quidem per ſimiles imagines ſimilitudineſq. procedit. Eſt & alter familiaris ſcri
pturæ ſignificandi modus ad promouendum per diſsimiles formas ita effictus, vt
diuerſa prorſus & alia quã uideatur, inſinuet. Namq; exteriora uelamina inquit
idem Dionyſius, in epiſtola, quam ſcripſit ad Titum, per quam ſane multa indi-
gnitate plena ſunt: quæ inſtar efficta prodigij, minus probabilia uidentur: puta
quum in ſuperſubſtantiali diuina generatione ventre Dei Deum corporaliter gi
3 gnere fingunt, verbum quę in aere ex corde uiri illud eructante profundi, & ſpi-
ritum ex ore ſpirantis prodire deſcribunt, ac ſinus Dei patris corporeo more
filium ulnis complectentes nobis cum laude pronuntiant. Atque huius poſterio
ris generis ſimilitudines hoc poemate paſsim occurrũt. Quales in prophanis poe
matib. ad ſolam legentium oblectationem cõfictis, centauri deſcribuntur, & chi-
mæra. Vt cũ deſcribitur ſponſa caput habens Carmelo monti ſimile, comam pur *Canticorum 7.*
puræ regiæ, oculos, Piſcini heſebonitis, naſum, turri excubitoriæ, collum, turri
eburneæ, hubera hinnulis, umbilicum prægrandi crateri, uentrem aceruo tri-
ticeo lilijs uallato, & crura monilibus. Quæ quidem deſcriptio & ex reb. tam di
4 uerſis cõpoſita ſimilitudo, primum genus fabulæ omnino refert: Poema ſcilicet,
quod inſtar ænigmatis, & prodigioſæ picturæ res uelut nugarum ſpecie in media
philoſophia recõditas, & obſcuram habet ueritatis ſignificationem: uel diſsimu-
lationem potius. Quo cõſilio ueteres Philoſophi naturæ arcana, magno labore in
uenta, uulgarib. & ignauis hominib. celare ſtuduerunt. Studioſis duntaxat, & qui
ad cognoſcẽda naturalia, effícti eſſent, & cõparati obiter, ac per tranſennã oſten
diſſe contenti: ut ea philoſophandi ratione craſsis, tãquam prophanis interdicta
naturæ ſacramenta nunquam uim leſcerent: ingenioſis & laborioſis adiri permiſ
ſa ſummo ſemper in pretio eſſent & honore. Et eo ſpectantem Mercurium triſ-
5 megiſtum dixiſſe ſolitum ferunt, tractatum tota numinis maieſtate plenum irre-
ligioſæ mentis eſſe multorum conſcientiæ publicare. Et Porphyrius de educa-
tione & diſciplina Plotini ſcribit, ipſum Plotinum a nonnullis creditum pedicu
lari morbo oppreſſum miſere perijſſe, propterea quod Ammonij ſacramenta
euulgaſſet, ad quæ perpetuo celanda ſe una cum Herennio & Origene iure iu-
rando aſtrinxiſſet. hoc etiam conſilio multo ante ęthnicos philoſophos primi
noſtri Theologi diuinæ ſapientiæ myſteria ſub prodigioſis ſimilitudinibus per
6 uaria ęnigmata a communi ſenſu abhorrentia, uelata tradiderunt. Id enim ut in-
quit Dionyſius 2. capite cęleſtis hierarchiæ myſticis ſacrarũ ſcripturã eloquijs
decẽtiſsimũ eſt, ſacram & obſtruſam cęleſtiũ ſpiritũ ueritatẽ huiuſmodi arcanis *1. Cor. 1. b*

velamentis & ſacratiſsimis ſignis occultare: & prophanæ multitudini in via po- 1
nere. Non enim omnes ſacri ſunt, neque iuxta ſcripturæ ſententiam, omnium
eſt ſcientia. Et in epiſtola ad Titum, Quid memorem inquit, iras, dolores, om-
nimoda iuramenta, pœnitentias, maledicta, furores, multimodas item obliquaſ-
que promiſsionum rationes, giganteam illam in geneſi expugnationem,
quando uiris illis potentibus ex metu dicitur inſidiari; idque cum ædificium il-
lud non pro aliorum iniuria, ſed pro ſalute ſua molirentur? Conſiliumque illud
quid referam aduerſus Acab fraude & deceptione capiendum in cęlo concinna
tum? Quid item canticorum carnales ac adamatorios quam plurimos affectus, &
quęcũq; alia ſacra & uiſibilia ſigna occultis obducta, & in multitudinẽ excreſcẽ 2
tia diuina fictio ſacris audacius inſeruit, atque effinxit, ſingularibuſque & indi-
uiduis, quæ diuiſionem non admittunt, & figuratiua atque multiformia ijs, quæ
formam figuramque non capiunt? Quorum profecto ſiquis intueri poſsit inti-
mum ſecretumque decorem, myſteria eſſe omnia & diuina mirabitur; atque in-
genti Theologiæ lumine plena. neque enim putandum eſt, viſibilium ſigna ſui
cauſa fuiſſe conficta: verum arcanæ illius plurimiſque inuiſibilis ſcientiæ idcirco
velatæ, ne prophanis fierent peruia, quæ ſacratiſsima ſunt: ſoliſque ueris ac legi-
timis diuinitatis amatoribus aperta paterent. Quippe qui puerilem omnem ſen-
ſum atque imaginem ſacra ſigna diſcutiendo, deponerent: ac ſimplicitate animi 3
& contemplatiuæ ratione virtutis, ad ſimplicem illam atque omnino mirabilem
Matt. 7.a ac ſupereminentem ſignorum veritatem penetrare ſufficerent. hæc Dionyſius
& pleraque alia in hanc ſententiam. Chriſtus etiam uetat ſanctum dare canibus:
& margaritas porcis exponere: ex quibus ſumpto argumento, non inepte dice-
mus, ut de Platone dixit Cicero in oratore ad Brutum, ſacrę ſcripturę locutionẽ
poema potius putandum eſſe, quam comicorum Poetarum, apud quos niſi quòd
verſiculi ſunt, nihil eſt aliud quotidiani diſsimile ſermonis.

At uero, ne quis offendatur hiſce ænigmatibus, quæ in hoc libello &
alijs ſacris Biblijs frequenter occurrunt, ne ut indignum iudicet Deum ſua 4
puritate & dignitate reliqua omnia ſupra quam dici poſsit, aut cogitari excel-
lentem, reliquaſque mentes nobiliſsimas cum rebus humilibus & abiectiſsi-
mis conferri, ijſque aſsimilari: ſed cum hoc faciendum fuerit, pręſtantiſsi-
mis quibuſque rebus & nobiliſsimis diuinitatem & nobiliſsimas mentes
aſsimilari oportere: idem Dionyſius doctiſsime oſtendit per huiuſmodi ſi-
militudines, quo magis alienæ ſunt conuenientius ac proprius diuina no
bis ſignificari, Perinde atque per negationem magis quam per affirmationem.
Idiotas præterea & parum perſpicaces homines ex ſimilitudinibus a præ-
ſtantiſsimis quibuſque rebus ſumptis, maiorem, quam ex alijs ſumpturos 5
fuiſſe in diuinis errandi anſam. cuius diuini Doctoris uerba quoniam ad no-
ſtrum inſtitutum maxime facere viſa ſunt, hoc loco ſi referrem, operæ precium
me facturum exiſtimaui. Aliquando inquit ille. 2. capite cęleſtis hierarchiæ, Diui
nitas ab iiſdem laudatur ſcripturis honeſtiſsime ac pene diuine, dum in eius lau-
dibus diſsimilibus vtuntur ſignis: eamque inuiſibilem & incomprehenſibilem
prædicant. Iis eam appellantes nominibus, quibus non quid ſit, ſed quid non ſit,
dicitur. Hoc enimuero (ut arbitror) in ipſa eſt, & de illa proprie magis aſſeri- 6
tur. Nam ſicuti ſecretior illa ſacerdotaliſque traditio docuit, dum illam eſ-
ſe aliquid negamus ex ijs quæ ſunt, verum profecto loquimur: & ſi modum

quo

1 quo illa indefinita eſt (quippe quæ ſuperſubſtantialis & incomprehenſibilis atque ineffabilis eſt) prorſus ignoramus. Si ergo in diuinis rebus negationes quidem ueræ ſunt, affirmationes uero nequaquam tantis arcanorum latebris congruunt, illa ſane in rebus inuiſibilibus conuenientior erit expreſsio, quæ per diſsimilia ſigna monſtratur. Honorant igitur illos cœleſtes ordines, non probro afficiunt, aut vllo dedecore ſanctarum literarum deſcriptiones, dum eos diſsimilibus formis ac fictionibus exprimunt, ac per eas indicant terrenis ac mortalibus rebus abſque vlla comparatione præcellere beatiſsimos ſpiritus. Porro, quòd mentem atque animum noſtrum ſimilitudines il-
2 læ, quæ uidentur abſurdæ potentius iuuent, atque ad diuina commodius ſubuehant, nemo qui recte ſentiat, inficiabitur. Nam ſiquidem quæ ſunt apud nos pretioſiora ſumantur, quis non uidet fore, ut per huiuſmodi figuras oberrare incipiat animus, putans cœleſtes illas atque æthereas ſubſtantias rutilantis auri præferre ſpeciem, uiroſque eſſe aliquos lucidos, & oris maieſtate coruſcos, decoros, & veſtis candore conſpicuos, ignemque innocue de ſe mittentes, & cętera id genus, quibus Theologia ſublimes illos ſpiritus pingit, & figurarum varietate deſcribit? Quod uti ne illi paterentur, qui nihil celſius mortali hac luce & corporum ſpecie contueri queunt, excellens illa ſanctorum virorum, qui diuina no-
3 bis documenta reliquerunt, ſapientia, ut adminicula neceſſaria infirmis animis daret, ad eas quoque ſimilitudines, quæ uidentur abſurdæ, ſingulari diſpenſatione deſcendit: nequaquam permittens imbecillam mentem noſtram fœdis inhærere imaginibus, atque illis prorſus acquieſcere: Sed potius erigens animæ partem ad ſuperiora tendentem, atque inhoneſtate formarum a viſibilibus omnibus reuocans, quaſi fas non ſit, neque ueriſimile omnino eſſe uideatur, ne ijs quidem, qui ſtolidioris craſsiorisque intelligentiæ ſunt, cœleſtia illa & diuina ſpectacula fœdis rebus reuera ſimilia eſſe. Ad hæc illud quoque cogitandum eſt: nihil eſſe in rebus humanis quod boni participatione ſit omnino priuatum.
4 Nã vt ſeſe ſcripturæ ſanctę ueritas habet, *fecit Deus omnia bona valde*, fas igitur fuerit, ex ijs omnibus pulcherrimas elicere intelligentias, ſpiritualibusque & intelligibilibus rebus ex humilioribus atque terrenis diſsimiles ſimilitudines (ſic enim dicuntur effingere) quum eadem aliter ſpiritualibus inſunt, aliterque animalibus. Hactenus Dionyſius. Cui conſentiens Auguſtinus epiſtola 119. Allegoriam in hunc eundem uſum ſacræ ſcripturæ familiarem eſſe docet in hunc modum. Ad ipſum autem ignem amoris nutriendum & inflammandum quodam modo, quo tanquàm pondere ſurſum, vel introrſum feramur ad requiem, hæc omnia pertinent, quę inſinuantur nobis figurate. plus enim mouent & ac- *Gen. 1.a*
5 cendunt amorem, quam ſi nuda & ſine vllis ſacramentorum ſimilitudinibus ponerentur. Cuius rei cauſam difficile eſt dicere. Sed tamen ita ſe habet, ut aliquid per allegoricam ſignificationem intimatum plus moueat, plus delectet, plus honoretur, quàm ſi uerbis proprijs diceretur apertiſsime. Credo, quòd ipſe animę motus, quamdiu rebus adhuc terrenis implicatur, pigrius inflammatur. Si uero feratur ad ſimilitudines corporales, & inde ad ſpiritualia, quæ illis ſimilitudinibus figurantur, ipſo quaſi tranſitu vegetatur, & tanquam in facu-
6 la ignis agitatus accenditur, & ardentiore dilectione rapitur ad requiem & quietem. Hęc Auguſtinus de uſu allegorię & tranſlatorum uerborum ſtatuit multo mea ſententia rectius, quàm Craſſus apud Ciceronem. Qui hoc in genere

cum

cum admiretur quid ſit, quòd omnes tranſlatis & alienis magis delectantur verbis, quam proprijs & ſuis, id accidere credit, uel quod ingenii ſpecimen quoddam eſt tranſilire ante pedes poſita, & alia longe repetita ſumere: vel quòd qui hæc audit, aliò ducitur cogitatione, neque tamen aberrat, quæ maxima eſt delectatio: uel quòd omnis tranſlatio, quæ quidem ſumpta ratione eſt, ad ſenſus ipſos admouetur, maxime oculorum, qui eſt ſenſus acerrimus. Acute ille quidem, ſed animalis & craſſus homo non poteſt diuina penetrare, quæ ſpiritualis & diuinus noſter Auguſtinus potuit intelligere. idem Pſalmo 140. & 147. eodem ſpiritu doctus triplicem reddit cauſam, quamobrem Deo placuerit in 1
ſcripturis ſacris per quaſdam quaſi caligines ſimilitudinum loqui: nempe, ut 2
quum antequam ſciamus quare aliquid dictum ſit, credimus ita dici debuiſſe quemadmodum dictum eſt, hæc pietas faciat nos capaces, ut quæramus, & quum quæſierimus, inueniamus, & quum inuenerimus, gaudeamus. Sunt enim inquit: in ſcripturis ſanctis profunda myſteria, quæ ad hoc abſconduntur, ne vileſcant: ad hoc quæruntur, vt exerceant: ad hoc aperiuntur, ut paſcant. Hæc vero Auguſtinus cum multis aliis ſcripturæ locis, tum uel maxime inſigni propoſito ex hoc opere exemplo, velut in tabella quadam ſpectanda proponit de ciuitate Dei lib. 2. cap. 6. quem locum ſic ille concludit. Nemo inquit, ambigit, &
per ſimilitudines libentius quęque cognoſci: & cum aliqua difficultate quæſita 3
multo gratius inueniri. Qui enim prorſus non inueniunt, quod quærunt, fame laborant: qui autem non quærunt, quia in promptu non habent, faſtidio ſæpe macreſcunt. In vtroque autem languor cauendus eſt. Magnifice igitur & ſalubriter ſpiritus ſanctus ita ſcripturas ſanctas modificauit, vt locis appertioribus fami occurreret: obſcurioribus autem faſtidia detergeret. Sic de allegoriis & ſimilitudinibus ſacrarum literarum philoſophatur Auguſtinus. Prodeſſe ergo cum uellet Solomon, ſimul & delectare, & in hoc tantum delectare, ut prodeſſet, ſic vtile cum dulci commiſcuit, & diuina arte temperauit, ut is demum omne punctum iure tuliſſe uideri poſſit. At uere ueteres philoſophi & Theologi 4
ethnici in tradendis ſuis myſteriis, dum eodem conſilio vti volunt, adeo impudentibus allegoriis & laſciuientibus numeris omnem philoſophiam dehoneſtarunt, ut uel ſuorum ſymmyſtarum iudicio Roma pulſi ſint, & qui in Socraticam Rempublicam una cum Homero omnium felice principe reciperentur, indigni ſint habiti. tantum abeſt, ut illi homines qui adulteria, furta, homicidia, & iis adhuc grauiora flagitia ab hominibus ad diuinitatem transferre non erubuerunt, omne tuliſſe punctum, omnemque laudem meruiſſe, (vt ille canit) cenſendi ſint: Quid? ipſe Plato qui primus philoſophiam fucis & pigmentis numerorum abſterſam in ſcholas inuexit, ridiculis (ne dicam impiis) fabulis ſic eam inuoluiſſe 5
deprehenditur, ut cum multorum iudicio diuinus habitus ſit, multis tamen rectius non diuinus, ſed diuinorum ſcriptorum, & Moſis præſertim ſimia videatur. Nam vt aliis eius viri myſteriis omiſsis, illud quod pręſentis inſtituti proprium eſt, commemorem, is quum hæc legiſſet apud Moſen, *creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit illos*: & poſt multa, *Miſit Deus ſoporem in Adam:*
quumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea: & 6
ædificauit dominus Deus coſtam quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam, hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de car-

Gen. 1

1 *ne mea : hæc vocabitur Virago, quoniam de uiro ſumpta eſt. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit vxori ſuæ : & erunt duo in carne vna.* Hæc inquam Plato quum legiſſet, minimeque animaduertens per anticipationem dictum fuiſſe Moſi, maſculum & fœminam creauit eós, Prophetam illum voluiſſe dicere exiſtimaſſet, eundem geminum creatum fuiſſe marem & fæminam, ridiculum in ſympoſio Ariſtophani fingendum permiſit Androgynum. Qui ſpecie & nomine ex maris & feminæ ſexu commixtus extitiſset, corpore rotundo, auerſis in terga vultibus, auribus, oculis, manibus, pedibuſque quaternis, ad nates habentem genitalia. inſuper cum Deo
2 auctore & pronubo tunc primum ſancta inita inter primos homines fuiſſe fædera nuptiarum illis verbis deſignari ignoraret diuinus Philoſophus, & longe magis quæ nuptiis illis adumbrarentur, Ieſu Chriſti domini noſtri incarnationem, & futuram cum Eccleſia coniunctionem, quæ multo ſanctiora fædera hoc epithalamio ſanctiſsime celebrat noſter Solomon : & propter quæ ſacramentum illud magnum eſſe exclamat Paulus : Ille hæc omnia ad libidinoſi amoris originem impie trahens, neſcio quam pugnam, & quod Androgini illi Dijs intuliſset, finxit bellum. in cuius impietatis vindictam ab Apolline, ita iubente Ioue, inſtar ouorum, uelut capillo ſecti ſint medii : & uultibus ac genitalibus in anterio- *Eph. 5.*
3 ra tranſpoſitis, diuerſi ſexus dimidiati homines ſeorſim ſubſtiterint, in morem Pſettarum Piſciculorum, qui ſecti ex uno duo efficiuntur. Ex qua diuiſione tunc primum natus ſit amor mutuus inter homines priſcæ naturæ conciliator. Qui ideo unum ex duobus efficere annittitur, ut hominum naturæ medeatur. Egregius uero medicus Apollo, è cuius medicamine ſcatent adulteria, tribadarum impuriſsimi congreſſus, Pæderaſtarum, & Cynædorum nefandiſsimi coitus, reliquique eiuſmodi morbi peſtilentiſsimi, & totius humanæ naturæ turpiſsimus interitus. Quorum tamen malorum eo loco non veretur Plato Philoſophorum ſapientiſsimus ſuum illum Deum auctorem facere. Vt me
4 rito propter eum, & alios eiuſdem ordinis homines dixiſſe uideatur Paulus Apoſtolus, Quum ſe arbitrarentur eſſe ſapientes, tunc maxime ſtultos fuiſſe deprehenſos, & propterea quod Dei cognitione abuſi ſint, in reprobum ſenſum à Deo traditos, quæ minime decent, facere. Nec moror myſteria, quæ Platonis interpretes de duplici animę humanę, lumine, ingenito ſcilicet, & infuſo, item & quæ de ſuperiore eiuſdem animæ parte & inferiore uelut de mare & fœmina ſimul iunctis ſub hiſce fabulis recondita eſſe docent. ego uero uni Euſebio uiro undecunque doctiſsimo, qui Platonem eo loco in Ariſtophanem iocatum fuiſſe admonuit, magis quam illis omnibus crediderim, idque impie factum eſſe conten- *Rom. 1.*
5 derim. Sed hæc hactenus. Noſtra interim unde digreſsa eſt, reuertatur oratio, eſt itaque ob eas cauſas, quas ex Dionyſio & Auguſtino protulimus, totus hic liber allegorice, ſiue ut Liranus ait, parabolice conſcriptus : eiuſque ſenſus hiſtoricus, uulgo dictus litteralis figuratus, & allegoricus. Non enim ſic allegoricus, ut à Theologis quum de quadruplici ſenſu ſacræ ſcripturæ diſſerunt, ſumitur. Tunc enim allegoria Theologis dicitur, quando ea quæ ueteris legis ſunt, ſignificant ea quæ ad nouam legem pertinent, ſeruata ſemper in hi- *Sensus.*
6 ſtoriæ contextu propria uerborum ſignificatione : & rebus quæ per uerba ipſa ſignificantur, pro rebus aliis nuſquam poſitis. Quem ſenſum ſæpe annotat Paulus, & nominatim in hiſtoria illa geneſeos de duobus Abrahæ filijs. *Abraham in-* *Gal. 4.*

quit,

quit, duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, 1
ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera, per repromiſſionem, quæ ſunt per
allegoriam dicta. Hæc enim ſunt duo teſtamenta &c. Quin ſic dicimus huius libri
ſenſum allegoricum, vt idem velimus ſignificare quod grammatici, quum
allegoriam tropum eſſe docent, quoties verborum fit inuerſio, & propria
ſignificatione trahuntur ad impropriam, vnde aliud verbis, aliud ſenſu ſi-
gnificatur, quod fit per metaphoram & parabolam, id eſt per tranſlationem
& collationem. Quomodo ſcriptura ſacra Dei brachium appellat ipſius po-
tentiam & robur, tranſlato verbo à brachio hominis, quod proprie, ad Dei
potentiam, quam improprie ſignificat: & qualis eſt in libro Iudicum inſi- 2
gnis illa parabola, quam propoſuit Ioatham Sichimitis. *Iuerunt inquit, li-*
gna vt vngerent ſuper ſe Regem: dixeruntque oliuæ impera nobis. Quæ reſpondit:
Iud.9.b *nunquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & Dij vtuntur & homines, &*
venire vt inter ligna promouear? Dixeruntque ligna ad arborem ficum: veni, ſu-
per nos regnum accipe. Quæ reſpondit eis: nunquid poſſum deſerere pinguedinem
meam, fructuſque ſuauiſſimos, & ire, vt inter cętera ligna promouear? Locu-
taque ſunt ligna ad vitem: veni, & impera nobis? Quæ reſpondit eis, nunquid poſ-
ſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum & homines, vt inter cætera ligna
promouear? Dixeruntque omnia ligna ad Rhamnum: veni, & impera ſuper nos: 3
Quæ reſpondit eis. Si vere me Regem vobis conſtituiſtis, venite & ſub vmbra
mea requieſcite: Si autem non vultis, egrediatur ignis de Rhamno & deuoret
cedros Libani. Cuius loci ſenſus parabolicus cum ſit, & allegoricus, eſt
tamen literalis & hiſtoricus præter alium ſenſum literalem & grammaticum
quem uoces proprie acceptæ reddunt. Significat enim locus ille per colla-
tionem & aſsimilationem Sichimitarum & Abimelech ab arbores, quod Si-
chimitæ quaſi nullum inueniſſet virum bonum, qui regnum illorum capeſſere
voluiſſet, hoc ipſum Abimelech homini immaniſsimo, à quo abſumendi eſſent,
Obſcuritas. obtulerint. Quod videtur exempli obſcuri vim habere: & abire in ænigma. 4
Iuxta ea quæ docet Fabius libro octauo. Qua etiam ratione videntur hoc li-
bello nuptiæ & mutuus amor Chriſti & Eccleſiæ tractari ſub perpetua alle-
goria, ſed adeo obſcura, ut continuum ænigma uideri poſsit: quamuis aper-
tæ interim admiſceantur ſimilitudines. Augent præterea obſcuritatem hanc
& difficultatem frequentes catachreſes, Hyperbolæ, aliæque id genus figu-
ræ. Tum abruptum dramatis initium, & quæ paſsim occurrit perſonæ nu-
merique ac temporis ſubita mutatio. Ad hæc uaſti & ſine ulla paraſceue,
aut tranſitione inter Dramatis partes hiatus, altiſsimæque uoragines. Inter-
miſsi quoque ſermonis poſt aliarum perſonarum & colloquiorum interpoſitio- 5
nem, reſumptio.

Quæ omnia mirum eſt quàm uarias inducant interpretum de literali huius
operis ſenſu ad certam ac definitam materiam accomodando, ſententias. In-
de enim eſt, quod ex hebræis alij putent, Solomonem hoc poemate ſuos
ſuæque ſponſæ Pharaonis Regis Aegypti filiæ amores canere. Alij amo-
rem quo Deus ſynagogam & plebem Hebræam, quam ſibi deſpondiſſe ipſe
teſtatur, & quo illa viciſsim Deum ſponſum ſuum diligit, celebrari uo- 6
Eccl.20. lunt hoc cantico. Nec inter eos deſunt qui dicant, inſtitutum eſſe Solo-
moni hoc opus de mutuo amore, quo Dei patris ſummi & primi pulchri
ſapien-

1 ſapientia inſtar ſponſæ patrem ſuum primum pulchrum proſequitur: ipſiuſque potentia concepta uniuerſum parturit ad exemplar ipſius ſummi pulchri: & uiciſ ſim ſummum ipſum pulchrum ceu ſponſus ſponſam, ſuam ſapientiam, & ab ipſo genitam primam pulchritudinem diligit, ut ipſum primum pulchrum tanquam nobilius, ſit ipſum amatum, quo ſibi coniuncto perficiatur ſapientia: ideoque à ſponſa perpetuo dilectus appelletur, ſponſa uero non dilecta, ſed formoſa, amica, columba, & ſoror à ſponſo dicatur. vt ſignificetur inferior ſponſo, & quæ cauſa amoris ipſi non ſit, nec perfectionis: ſed quem ipſa ſui amoris cauſam habeat, ſuæque perfectionis, cuius conferendæ gratia ſponſus ipſam amet. Sed hæc
2 ab Hebræis ex prophanis Platonicorum lacunis hauſta in hos ſacros fontes perperam transfuſa uidentur. Ipſa namque ſapientia genita eſt æqualis patri, nec extra patrem ædita: ſed in eo ſemper manens à quo eſt genita. Vt enim inquit Ioannes, *In principio erat uerbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat illud verbum*. & ipſa de ſe loquens ſapientia apud eundem Euangeliſtam, *Ego inquit in patre, & pater in me eſt*. Et rurſum, *Ego & pater vnum ſumus*. Adde, quòd ſponſus ipſe quam frequenter ſponſam uocat, ſemel, & iterum eandem Amorem uocat. Nempe.2. & 8.capite, & iuxta communem ſententiam etiam.3.cap. quæ honorificentior longe & familiarior appellatio eſt, quam ſi dilectam appellet, & (ut
3 nos interpretabimur ſuo loco,) ipſa quoque ſponſa 3.cap. ſponſum ipſum Amorem uocat, ut nihil efficiant iſti, qui inde inferiorem patre ſapientiam nituntur oſtendere. Iam uerò altero argumento facilè concedemus oſtendi ſponſam inferiorem ſponſo, nempe Eccleſiam inferiorem Chriſto: quem cum ſponſum appellare poſsit, modeſtiæ tamen & ſubiectionis gratia non ſponſum, ſed dilectum ſemper uocat. Ad exemplum nimirum ſanctarum matronarum (quæ ut ait Petrus Apoſtolus) ſperantes in Deum, puritate ſpiritus ſe ornantes, ſubiectæ erant uiris ſuis. Sicut Sara obediebat Abrahæ, Dominum eum uocans. Imo uero ut ipſa exemplum ſe exhibeat, quomodo Chriſtianæ uxores, iuxta Pauli præceptum,
4 ſubiectæ ſint uiris ſuis, eoſque reuereantur. Ex catholicis Lyranus putat hoc libro per ſponſum intelligendum eſſe Deum, per ſponſam Eccleſiam utriuſque teſtamenti ſtatum complectentem. Quomodo accipit Gregorius homilia 7. quum inquit. Quis ſimilitudinem patris familias rectius tenet, quàm conditor noſter, qui eos quos condidit, ſic poſsidet, quaſi ſubditos in domo? Qui habet uineam, ſcilicet uniuerſalem Eccleſiam, quæ à primo Abel iuſto, uſque ad ultimum electum, qui in fine mundi naſciturus eſt, quot ſanctos protulit, quaſi tot palmites miſit. In quam ſententiam Lyranum illud impulit, quod negotium exhibere uidit, tum ijs qui ad Synagogam hoc canticum referunt, tum
5 ijs qui ad ſolam Eccleſiam Euangelicam, nempe quòd nonnulla hic dicuntur, quæ Synagogæ non conueniunt: multa etiam quæ non quadrant in Eccleſiam. Ideoque reprehendit ille tam Hebræos, qui ſolam Synagogam ſponſæ nomine ſignificari contendunt, quam catholicos, quos ipſe ait communiter dicere, librum hunc loqui de amore Chriſti & Eccleſiæ, ut ea diſtinguitur contra Synagogam. Quæ quidem Eccleſia proceſsit de latere Chriſti dormientis in cruce, ſicut Eua formata fuit de latere dormientis Adæ. Qua catholicorum reprehen
6 ſione vehementer offenſus Dionyſius Carthuſianus, ſummis uiribus multaque lectione oſtendere nititur, hanc opinionem falſo impoſitam fuiſſe catholicis à Lyrano. Profert igitur teſtimonia ex Origene, Anſelmo, Bernardo, & Gregorio, quib.

putat

putat ſe manifeſte oſtendere, illorum grauiſsimorum auctorum, reliquorumque 1
qui illos ſectantur, catholicorum opinionem illam eſſe, quam Lyranus ſibi uendi-
cat, aut minus communem eſſe putat. Nec quemquam eſſe ſibi notum alicuius no-
minis & auctoritatis, qui aliam ſequatur ſententiam. Mihi uero auctor gloſæ, quã
ordinariam uocamus, Rabanus, aut quiſquis alius fuerit præclari illius operis ſcri
ptor, ſponſæ nomine Eccleſiam quæ ſub Chriſto cæpit, uidetur intelligere. Sic
enim in præfatione in canticum hic ait, ſponſum Chriſtum intellige, Sponſam Ec
cleſiam ſine macula & ruga. Quibus uerbis nemini dubium eſſe poteſt, illam ſigni
Epheſ.5.g ficari Eccleſiam, quam Paulus ad Epheſios ſcribens, unde uerba hęc ſumpta ſunt,
deſcribit: At uero Paulum eo loco Eccleſiam quæ ex aduerſo contra Synagogam 2
ponitur, deſignare manifeſtius eſt, quam ut nobis probandum eſſe uideatur. Ple-
nioris tamen fidei gratia, ne quis de eius auctoris ſententia dubitare poſsit, eiuſdẽ
interpretationem in locum illum Pauli huc aſcribere libuit. Non habentem ma-
culam, aut rugam. Quia inquit, per actionem bonam munda eſt à macula, & per
ſpem tenſa ad ſuprema. Proinde ueſtis eius in monte tanquam nix dealbata effulſit.
Quæ ſignificabat Eccleſiam omni macula peccati mundatam: quæ per Chriſti
in ligno crucis extenſionem, extenſa eſt à ruga, & deſiderio ad cæleſtia. Sed ut ſit
ſancta, hoc eſt, per bona opera, & immaculata, in abſtinentia mali. Præterea dili-
gentius obſeruanti eius gloſæ progreſſum, certo conſtabit, eam omnia, quæ hoc 3
dramate de ſponſa dicuntur, ad Eccleſiam noui teſtamenti referre. Iam uero glo-
ſa illa cum ideo ordinaria dicta eſſe uideatur, quòd à catholicis tanquam in quo-
tidianum, & ut uulgo loquuntur, ordinarium uſum ad interpretandum ſacram
ſcripturam omnibus ſit propoſita, huc ni fallor, ſpectans Lyranus, communem
ipſius dixit eſſet catholicorum ſententiam, quam ego quoque omnibus facile
prætulerim. Quod ſi ad Zachariam & Eliſabetam eius coniugem, Simeonem An-
nam Phanuelis filiam, & ſanctiſsimam uirginem Mariam ſponſi matrem, reliquoſ
que illius temporis ſanctos, qui ut aurora diem Chriſti præceſſerunt, eidemque
coniuncti fuerunt, ſpectemus, facile fuerit totum hoc argumentũ Eccleſiæ Euan 4
gelicæ accommodare, ad quàm illi haud ſecus, quàm aurora ad diem pertinere ui-
debuntur: horum namque propria uidebitur eſſe uox illa, *oſculetur me oſculo
oris ſui*. Sed in primis Mariæ quam uirginem θεοδίδακτου (ut pij noſtri pie nos do-
cent doctores) in penetralibus domus ſuæ reconditam, & hominum conſpectum
turbaſque deuitantem, quum ad eam miſſus à patre ſummo Angelus Gabriel ac-
ceſsit cum mandatis, pium admodum eſt credere, Deum tota animi contentione
oraſſe. Vt promiſſum agnum Dominatorem terræ de petra deſerti ad montem fi-
Iſa.16.a liæ Sion, hoc eſt, de ſolitaria & inacceſſa uirgine ad eccleſiam mitteret: Item &
ipſummet agnum ut cęlum diſrumperet: & iam aliquando in terram deſcenderet. 5
Iſa.64. Tunc certe crediderim ego Mariam laudare fortunas uirginis, quam ſaluo & il-
libato uirginitatis flore, Dei patri filium Emmanuelẽ concepturam ac parituram
Iſa.7.c fore Iſaias prædixiſſet. Dunque prædictas à Daniele hebdomadas bene numera-
Dan.9.f ret, atque inde beatam illã uirginem, aut iam factam grauidam, aut breui futuram,
cæleſtique prole nobilitandam coniectaret, nihil magis in uotis habuiſſe, quam ut
ſibi ſingulari Dei munere contingeret Diuæ puerperæ ancillari: eamque omnib.
officijs uel abiectiſsimis demereri: modo aureum ipſius partum omnib. gentibus 6
ſæculiſque exoptatum in lucem æditum uidere, manibus contractare, aut ſaltem
pedes eius ore ſuo poſset oſculari. Vnde factum ſit, ut quam de ſeipſa adeo ſum-
miſſe

1 miſſe ſentire, & pedum oſculum ſummi beneficij loco ducere, Deus obſeruaſſet,
eamunam ante omnes oris ſui oſculo dignam iudicaret. Quod Dei ſcitum ipſa
vbi ex Gabriele intellexiſſet, hoc ipſum Dei uerbis nuntianti Angelo, quum ſic
reſpondit, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum*; quid aliud quæſo
fuit, quam totius Eccleſiæ vice ac nomine Dei filium, ut ſe oſcularetur orare?
etenim paribus votis atque animis pro ſuæ quiſque fidei ac pietatis modo, pij oẽs
ſuffragabantur. Qui quo ſe uiciniores incarnationi Chriſti eſſe coniectabant, eo
ardentius ſuauiſsimum illud oſculum ſibi dari Deum oraſſe credendi ſunt. Inſta-
re uero ſub Herode Meſsiæ aduentum, ſuadebat, quòd uiderent, Tyrannum per
2 vim & ſcelus Regnum Iudææ occupaſſe, & magnis quotidie cladibus Iudæos affi-
cere, præſertim anno uiceſsimo ſexto Tyrannici Imperij ſui, quum (ut narrat Phi
lo in Breuiario temporum) Hircanum ſocerum ſuum à captiuitate Parthica re-
uerſum interfecit, quòd animaduerteret, illum, ut antea, Regem Hebræis ſaluta-
ri. Interfecit & unà cum eo ſocrum atque eorum filiam uxorem ſuam, & duos ex
ea ſuſceptos filios, & Ariſtobolum Hircani filium, quem ipſe Põtificem ſummum
deſignarat, unde conijcerent, breui futurum, ut is quo liberius regnare poſſet, uni-
uerſam poſteritatem Iudæ & Mathathiæ, Machabæi, omnemq; poteſtatem iudicia
riam, quæ ſumma in ſeptuaginta Senatoribus domus Dauidicæ Hieroſolymis re-
ſidebat, deleret. Nam celeberrimo illo patriarchæ Iacob oraculo, Non auferetur
3 ſceptrum de Iuda, hæc & cætera omnia tollenda fore ſciebant. ſceptrum ſcilicet,
hoc eſt capita captiuitatis Babylonicæ (ſic enim Hebræi interpretantur Sebeth)
eo ſymbolo intelligentes Zerobabelem & poſteros eius, Mathathiam item & po-
ſteros eius: Azmonay & Mehokek. (hoc eſt) ut idem Hebræi interpretantur ſe-
ptuaginta iudices Zanedrim appellatos, de quibus ſcriptum eſt 1. Paralip. 2. Et fa
miliæ ſcribarum habitantium in Iobes, & Deutero 17. Et facies quodcunq; dixe-
rint tibi, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus &c. Id uero non antea futu-
rum, quam Meſsias, in quo omnis ſpes ſalutis collocanda eſſet, naſceretur, ex eo-
4 dem illo oraculo perſuaſiſsimum habebant. Veriſimile etiam eſt, illos ad numerũ
ſeptuaginta Hebdomadarum intra quas uenturum Meſsiam, qui peccatum tolle-
ret, & iuſtitiam induceret mundo ſempiternam, nouumque pactum multis confir
maret. Gabriel Angelus Danieli Prophetæ prænuntiauerat, ex annalibus Zanedri-
norum, ſummæ apud eos auctoritatis & fidei uirorum, ſubductis rationibus colle
giſſe a primo Darij Longimani Anno, quo egreſſum fuiſſe ſermonem & decretũ
a Deo de inſtauranda Hieroſolyma, Prophetam illum idem Angelus reddidit cer
tiorem uſque ad 26. Herodis Regis annum iam elapſas fuiſſe 65 Hebdomadas, &
eo amplius annum unum. nec iam reſtare præter 5. hebdomadas, nempe 35. annos
5 plus minus, quod tempus ſatis exigere uidebantur res maximea Chriſto geren-
dæ. Hanc porro Annorum ſeriem ex Annalibus ijſdem in ſuo temporum Breuia-
rio memoriæ prodidiſſe uidetur Philo Iudæorum doctiſsimus, cui in temporum
ſupputatione multum tribuit Eccleſia. Iude uero hi breuiter colligi poſſunt an-
ni, Ieſus filius Ioſedec, anno primo Darij Longimani hortantib. Prophetis ædifi-
care templum reuerſus Hieroſolymam, repetitum Pontificatum geſsit annis 20.
Ioakim filius eius 48. Eliaſib. 22. Ioada. 24. Ioatham item 24. Iaddua 10. Onias
6 Priſcus 27. Simon Priſcus 13. Eleazarus 20. Manaſſes 27. Simon iuſtus 28. Onias
filius eius 39 Iudas Machabæus 5. Huius fratres, alter Ionathas 19. alter Simon 8.
Ioannes Hircanus 26. Ariſtobolus 1. Ioannes 9. Alexander 27. Alexandra uxor
eius

eius.9. ultimus Hircanus.34. Poſt quem à Parthis captum, Herodes ſtatim Re- 1
gnum Iudæorum inuaſit, & tyrannice tenuit.31. annis, ſex uero legitime.Nam tri
ceſimo ſecundo anno Iudæi ſæuitia uicti tyrannica , Regnum illi ultro obtule-
runt,iurantes in fide ipſius, ac poſterorum ſe permanſuros. Iam hos annos uſque
ad.28.regni Herodis ſi colligas,inuenias ſummam annorum 458.quam ſi per 7.di
uidas,inde exiſtent 65.hebdomades annorum, & inſuper anni 3.His ſi addas 33.
& menſes 6.quibus Chriſtus uixit, & 3.annos, item & menſes ſex, quibus Apo-
ſtoli proſecuti ſunt noui pacti confirmationem , Nimirum Euangelij prædicatio
nem, quæ poſtrema eſt Hebdomada, qua ille pactum multis confirmaturus fore
prædictus fuerat, colligas inde 495. annos.70. inquam annorum hebdomadas,& 2
annos quinque præterea. Is uero exceſſus nullum huic calculo inducit erratum,
facile enim in maiorem ſummam reduci poteſt , & ſuperioribus annis annumera-
ri. Nam in numerandis principum annis etiam in ſacris uoluminibus, ſæpe unus
pro duobus,& contra,duo pro uno accipi ſolent. Vltimus enim Regis alicuius an
nus,non raro primus eſt ſequẽtis:unde fit, vt unus annus duorum uicem ſubeat.
Atque iuxta hanc ſupputationem,& ea quæ eo loco narrat Philo, Chriſtus natus
fuerit uiceſimo octauo Regni Herodis anno, quem tamen Euſebius triceſimo ſe
cundo natum annotauit. Sic enim Philo ait,ſed cum Anno uiceſsimo ſexto tyran
nici Regni ſui Herodes reuerſum ſocerũ Hircanum aduerteret more priſco Re- 3
gis ſalutari ab Hebræis, illum ſibi ſocerum, ſocrumque atque filiam ſibi uxorem
& duos ex ea ſuſceptos filios,Alexandrũ & Ariſtobolũ interemit.Biennioq; poſt
Hebræos multis calamitatibus affecit.Anno uero triceſimo principatus ſui tyrãni
ci, Zanedrim ex domo Dauid deleuit, & Ananelum quendam, atque Zanedrim
ex proſelytis ſuffecit, qui in lege nimium uidebantur eruditi: tum & Salomen
ſororem ſuam, & uirum eius de tribu Iuda, itemque & proprium filium, quem
ex uxore eiuſdem tribus ſuſceperat, interfecit, quòd diceretur iam in lege pro-
miſſus Chriſtus natus: feſſi tandem Hebræi, ultro ipſi ac eius poſteris Regnum
obtulerunt, iurantes in fide ipſius ac poſterorum ſe permanſuros. Iam ex his 4
Philonis monimentis, & quæ alij tradunt auctores, conſtare uidetur, Biennio
ante annum Herodis triceſimum Magos ueniſſe Hiroſolymam (quod refert Ma-
thęus) de nato Iudęorum Rege ſciſcitantes, & infantium cędem triceſimo il-
lo anno contigiſſe, cum etiam proprium filium interficit pater . Macrobius enim
ſecundo libro Saturnalium hæc refert de Auguſto Cęſare: Auguſtus inquit, cum
audiſſet, inter pueros, quos in Syria Herodes rex Iudęorum intra bimatum iuſsit
interfici, filium quoque eius occiſum, ait, melius eſt porcum Herodis eſſe quàm
filium.In illud autem tempus dilata fuit cędes, propterea quod (ut narrat Sabel-
licus) decretum quidem erat Regis recepta prophetici carminis opinione , & 5
quòd a Magis fuiſſet deceptus,omnes pueros nuperrime ortos perdere, Cæterum
Ariſtobulo & Alexandro filijs eum ſeuitię accuſantibus apud Auguſtum, tam-
diu deſtinatum ſcelus diſtulit,quoad ſit Roma reuerſus. Tũ primum oĩum filios,
a quibus fuerat oppugnatus, & cum quibus in gratiam parum ſyncera fide redie-
rat, in Cæſarea laqueo necauit. Inde ad puerorum cędem conuerſus, qui eo fuerãt
bienio natis (tantum fere temporis ab Chriſti ortu interceſſerat) ex compoſito
trucidat. Conſtat pręterea, Sebeth, & meto x ex nempe regnum Iudęorum, atque 6
omnem poteſtatem Regiam & iudiciariam a tribu Iuda, ad hominem extraneum
(ex Antipatro enim genere Idumęo natum fuiſſe Herodem, omnibus eſt notiſsi-
mum)

1 mum)tranſiſſe. Idque poſt natum Chriſtum Anno quarto. Nam idem Philo eodem loco narrat, Herodem annos triginta vnum tyrannice, ſex vero, legitime regnaſſe. Atque ita tandem expletum fuiſſe vaticinium illud Iacob. Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, ſiue ſcriba de pedibus eius, donec veniat qui mittendus eſt. Quum ergo (vt eo vnde digreſsi ſumus, reuertamur) ſęuiente tyranno in populum Iudaicum, & maxime in tribum Iudæ, Pii omnes, omnem recuperandi Regni ſpem Iudæis ſublatam viderent, nec iam alium præter vnum Meſsiam patribus promiſſum liberatis ſuæ vindicem ſperare poſſent, & eo vſque numerata tempora illum propediem affuturum promittere deprehen-
2 derent, non dubium, quin aſsiduis ieiuniis & orationibus a Deo contenderint, aſſertorẽ ſuum tamdiu expectatum primo quoq; tempore ſibi exhiberi. In quam ſpem tum erectos fuiſſe non paucos oſtendit Lucas euangeliſta, cum ſub Chriſti ortum, quo die ille in templum productus fuit de more ſacrorum expiandus, de Anna Propheteſſa ſic ſcribit. *Et hæc in quit, ipſa hora ſuperueniens confitebatur domino: & loquebatur omnibus, qui expectabant redemptionem Iſrael.* Quam etiam ſpem maxime confirmaret reſponſum Simeoni ſpectatæ probitatis & iuſtitię ſeni redditum, Nempe, quod is Chriſtũ dñi antequam è viuis excederet, præſentem viſurus eſſet. Iam vero, concepto Chriſto, quib. gaudijs & encomijs oſculũ illud exceperit pio- *Luc. 2. ſ*
3 rum eccleſia, quas Deo pro tanto beneficio gratias egerit, diligenter proſequitur Lucas in Euangelio. Is enim primum narrat, vt anguſtijs adhuc materni vteri concluſus Ioannes Mæſsiæ ſentit pręſentiam, & præ gaudio inſtar hinnuli ſubſultans, velut occurere geſtit domino, debitum honoris ac gratiarum officium exhibiturus, vt ingentis gaudio perfuſa mater Ioannis Eliſabetha gratulandi gratia inuiſentis ſe Mariæ officium admiratur. Ad ſalutationem eius quæ Deo plena eſt, & ipſa Deo impletur, cælitus conceptum dominum ſuum agnoſcit, laudat, & veneratur. Vt Maria ingentium beneficiorum in ſe collocatorum magnitudinem reputans exultat ſpiritu, immenſam Dei munificientiam amplificat, & diuinitus *Luc. 1.*
4 concepto hymno encomiaſtico, celebrat. Tum nato Ioanne, Zacharias pater eius vir inculpatæ vitæ, quàm diſerte in eandẽ ſententiam Mariæ ſuccinit, & huic ſuccedens Simeon, qui vbi in lucem æditum Chriſtum contemplatur, manibus contrectat, & vlnis complectitur. Tum denique iuſtus ſenex lętus moriturus cycneam illam ædit vocem. *Nunc dimittis ſeruum tuum domine, ſecundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael.* Succinit & his Anna prophetis, quæ Deum laudib. euehit, Iſraeliticæ libertatis vindicem adeſſe clamat in publica concione, & pro ſingulari Dei dono ad gratias agendas votaque Deo per- *Luc. 2.*
5 ſoluenda ſuos hortatur populares: hortantur etiam ad eandem pietatem paſtores ſuos paganos, quos exultantes ab adorato Meſsia dum redeunt, & audita ac viſa referunt miracula, in magnam rapiunt admirationem, hortantur denique ad hoc idem officium ciues Hieroſolymitanos omneſque Iudæos Gentiles philoſophi ſuo exemplo, qui in Regia ciuitate tyrannico oppreſſa dominatu, rogant intrepide, ubi nam ſit, qui natus eſt Rex Iudæorum, cuius adorandi gratia, à Perſide vſque longum ſe inter emenſos veniſſe profitentur. At uero quum nomen & *Math. 2. a*
6 ſamam Chriſti ſubito ſic inclareſcere, pios omnes de illius conceptu & ortu tantopere gaudere, Deum laudare, eique quantas maximas poſſunt gratias agere, Chriſtũ adorare, cęleſtib. hymnis celebrare, & diuinos Chriſti amores perſonare

Canti.1.a legimus, quid aliud, quàm ſponſam, ipſam inquam piorum Eccleſiam, hæc canen 1
tem nobis audire videmur, *certe meliora ſunt bubera tua vino, fragrantia ungentis*
optimis, oleum effuſum nomen tuum. Ideo Adoleſcentulæ dilexerunt te. Cum igitur
quæ hactenus diximus hiſce perſonis, quas memorauimus, belle conueniant, has
autem ad Eccleſiam noui teſtamenti pertinere manifeſtũ ſit (niſi quis fortaſſe Ma
riam ſponſi matrem, in Synagogam relegare non veretur) manifeſtum quoque
& illud eſt, Sponſi & ſponſæ nomine Chriſtum & eccleſiam noui teſtamenti dun
taxat, hic ſignificari: atque illius Sponſæ nuptias hoc poemate decantari, quas
iam olim pertæſus Synagogæ Deus per Oſeam prophetam in hæc uerba deſigna-
Oſeæ.2.d uit. *Sponſabo te mihi in perpetuum, & ſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio, & in mi-* 2
ſericordia, & in miſerationibus, & ſponſabo te mihi in fide. Et apertius adhuc per
Iſa.63.a Iſaiam in hunc modum, *propter Sion non tacebo, & propter Ieruſalem non quieſcam,*
donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius, & ſaluator eius ut lampas accendatur: & ui-
2.a *debunt gentes iuſtum tuum: & cuncti Reges inclytum tuum. Et vocabitur tibi nomen*
nouum, quod os domini nominauit: Et eris corona gloriæ in manu domini: & diadema
regni in manu Dei tui. Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur am-
plius deſolata: ſed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata: quia com-
placuit domino in te: & terra tua inhabitabitur: habitabit enim iuuenis cum virgine,
& habitabunt in te filij: & gaudebit ſponſus ſuper ſponſam: & gaudebit ſuper te Deus 3
tuus. hoc eſt, ſicut ſponſus gaudet de ſponſa ſua, ita de te gaudebit Deus tuus.
Ioan.3.d Horum ſponſaliorum & harum nuptiarum Paranymphum ſe agere profitetur
Ioannes Baptiſta quum ait, *qui habet ſponſam ſponſus eſt: Amicus autem ſponſi qui*
ſtat & audit cum gaudio, gaudet propter vocem ſponſi. Hoc ergo gaudium meum im-
pletum eſt. Harum nuptiarum filios, eſſe ſuos Apoſtolos, & ſe ſponſum teſtatur
Chriſtus, quum illos a phariſæorum calumnia uendicat in hanc ſententiam. *Non*
Matt.9.b *poſſunt inquit filij nuptiarum, quam diu cum ipſi ſponſus eſt, ieiunare.* Harum nu-
Hebr.1.a ptiarum ſponſæ non iam per patres & prophetas (ut Paulus docet) ſed per propriũ
filium loquitur cœleſtis pater: non lex lapidibus inſcripta, & figurales cæremo- 4
niæ ſacrificiorum & purificationum, ſponſaliorum & dotis dantur nomine: ſed
teſtamentum nouum ipſius cordi inſcriptum, & ſpiritus ſancti dona, Dei cogni-
Iere.31.f tio, & remiſsio omium peccatorum. *Conſumabo inquit Dominus ſuper domum Iſrael,*
& ſuper domum Iuda teſtamentum nouum: non ſecundum teſtamentum, quod feci pa-
tribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti: quo-
niam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo: & ego neglexi eos. Quia hoc eſt teſtamen
tum quod diſponam domui Iſrael poſt dies iſtos, dicit dominus. Dabo leges meas in
mentem eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas: Et ero eis in Deum, & ipſi erunt
mihi in populum. Et non docebit vnuſquiſque proximum ſuum, & vnuſquiſque fra- 5
trem ſuum dicens, cognoſce Dominum: Omnes enim cognoſcent me, à minore vſque ad
maiorem eorum, & peccatorum eorum iam non recordabor. Atque hanc ſui liberatio-
nem à peccati ſeruitute & iugo legis, quod ferre non poteſt hanc gratiam & do-
num legis ſpiritualis, in qua perfecta conſiſtit libertas, Regia ſponſa domus ſpiri-
tualis Iſraelis & Iudę, Eccleſia euangelica Deum patrem orans hoc Dramate pri
Canti.1.a mum inducitur illis uerbis. *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Quemadmodum olim do-
Exodi.3.b mus Iſraelis Deum uindicem ſuum, ut ſe a duriſsima Pharaonis tyrrannide aſſe- 6
reret, magnis clamoribus oraſſe memoratur. Hæc igitur, hac de re eſt noſtra
ſententia, in qua etiam fuiſſe Origenem, Gregorium, & Bernardum illuſtres in

pi-

1 primis interpretes cognoſcet, qui eorũ commentarios diligenter uolet expende-
re,ut iam dubitare nemo poſsit,hoc eſſe,quod Liranus Doctores catholicos ſen
tire putauit.Cæterum ſcrupulus qui illum male habet, ex ijs quæ de multiplici &
varia perſona ſpõſæ retro diximus, facile diluitur. Quo fit,ut nõ ſatis mirari poſ-
ſim tantum virũ tã leui difficultate implicitũ,ut ſe inde explicaret,coactũ fuiſſe à
ſuo Rabino Solomone opem petere,& dũ hominẽ Iudæũ ad myſteria euangelica
intelligenda in cõſilium adhibet,ſuis poſitis aquilinis oculis,Nicticoracis oculos
ad euangelii iubar intuendũ ſumere.Neque enim vſquã magis ſui diſsimilis,quã
in huius operis interpretatione ille deprehenditur.Sed nos quas Liranus pro re-
2 bus umbras & figuras proponit,ſicà reb. ipſis diſtinguimus, catholicorum lumi-
ne vſi,ut quæ canuntur hoc cantico de Eccleſia euangelica,eorum umbras & figu
ras in Synagoga pręceſsiſſe,oſtendamus: & quæ in Eccleſiã collata ſunt à Deo be
neficia,beneficiis in Synagogam collatis tanto præſtare,quãto ſua corpus præſtat
vmbrã: & cæleſtia ueraque exẽplaria, ſua quæ ab illis expreſſa ſunt exempla: quo-
modo etiã Paulus ſacra Moſi tradita exempla uerorũ noui teſtĩ ſacramẽtorũ fuiſ *Heb.8.a*
ſe dicit.Ijs inſuper muneribus & Dei fauore,quibus impia Synagoga ad ſummũ
Idololatriæ ſcelus,& Chriſti parricidium abuſa fuit, pie admodum & officioſiſsi
me usã fuiſſe Eccleſiã.Nã quemadmodũ idẽ Paulus admonet.*Omnia in figuris con-* *1.Cor.10*
3 *tingebant illis: & ſcripta ſunt ad correptionem noſtram, ad quos fines ſæculorum,* id eſt
perfecta tpa,'vt interpretatur Origenes *deuenerunt*.Eodẽ item loco lettorẽ tẽpeſti
ue uolumus præuenire:ne nõ præmonitus,noſtra hac interpretatione offendere-
tur,exiſtimans fortaſſe,nos duas facere Eccleſias,Synagogã & Eccleſiã euangeli-
cã,Chriſti ſponſas,quarũ altera repudiata,alterã ille extremis temporib. duxerit.
Vnã enim perpetuã inde ab Abel iuſto,vſq; ad finẽ ſæculi, agnoſcimus & cõfite
mur Eccleſiã catholicam Chriſti ſponſam: Sed diuerſos illius diſtinguimus ſta-
tus ſub lege & ſub gratia,& diſparia hominum ingenia ac diuerſos mores haud ſe
cus quã ſeruorũ & ingenuorũ ac filiorum.Non quod omni ſtatu nõ fuerint in Ec
4 cleſia ingenui filii,homines procul dubio iuſti & euãgelici, ꝓpter quos ut inquit
Paulus,ex non ſit poſita,ſed propter tranſgeſſores,ut idem ait.Quales permultos
mediis tpib. habuit Eccleſia: qui ingenuum Dei timorem & amorem cum abie-
ciſſent, iugo legis & pęnarũ timore ab Idololatria reliquiſque flagitiis more ſer-
uorũ coercendi fuerũt.Propter quos etiam carnales ac perfidos homines in maio-
ra ſemper peccatorum præcipitia vſq; ad ſponſi necem prolapſos in ipſorum per
ſona Synagoga repudiata dicitur,& ob ipſorũ peruicaciam ac cęcitatem extremis
tẽporib. per ꝑdicatione euangelii, uocata & ducta Chriſto ex gentibus collecta
una cum Synagogæ reliquiis Eccleſia euangelica ab eodẽ ſanctificata & emũdata
5 lauacro aquę baptiſmi & virtute uiuifici uerbi euangelici. Quã ipſam Paulus ad-
miratur & prædicat nõ hñtem maculã,aut rugã,aut quicquem uetuſtatis,quãtum
attinet ad iuſtos & ꝑfectos, eidẽ Apoſtolo nouas in Chriſto creaturas, oĩ nimirũ
peccati mortalis labe ac uetuſtate exutas, atq. adeo(ſi Ambroſio credimus)omni
peccato emaculatas,quæq; omnino peccare deſierint. Sic enim ille ſcripſit in illa
uerba Lucæ.*Erant iuſti ambo ante Deũ,incedẽtes in oĩb.mãdatis & iuſtificationib. Domi*
ni ſine querela,quid inqt,ad hoc referũt,qui peccatis ſuis ſolatia referẽtes, ſine pec
6 catis frequẽtib.hominẽ putant eſſe nõ poſſe,& utunt uerſiculo quia ſcriptũ ſit in
Iob,*Nemo mundus à ſorde,nec ſi vnius diei vitæ ſit in terra: numeroſi mẽſes eius ab ipſo?*
Quib.rñdẽdũ eſt prius,qd ſit hominẽ eſſe ſine peccato,definiãt:utrũ,nũquã oĩno

peccaſſe,an deſijſſe peccare:ſi enim hoc putant, ſine peccato eſſe, deſijſſe pecca- 1
re,& ipſe cõſentio. Oẽs enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Si aũt eũ,qui ve-
terem errorem correxit, & in eam ſe uitæ transformauit qualitatem, vt temperet
à peccato, negant abſtinere deliƈtis, non poſſumus in eorum conuenire ſenten-
tiam: cum legamus,quia ſic dominus dilexit Eccleſiam, vt exhibeat ſibi ipſe glo-
rioſam, & non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid eiuſmodi: ſed vt ſit
ſanƈta,& immaculata. Nam cum Eccleſia ex gentibus (hoc eſt,ex peccatoribus)
congregata ſit,quomodo ex maculatis immaculata poteſt eſſe, niſi primò per Dei
gratiam,quòd abluta à deliƈto ſit, deinde quòd per qualitatem non peccandi ab-
ſtineat à deliƈtis,ita nec ab initio immaculata (humanæ enim hoc impoſsibile na- 2
turæ) ſed per Dei gratiam,& qualitatem ſui,quia iam non peccat, fit vt immacula
ta uideatur: Ecce vt aperte probat Ambroſius, poſſe hominem eſſe ſine pecca-
to: atque Eccleſiam ideo dici immaculatam, propter eos qui primum per Dei
gratiam abluti ſint à deliƈto, deinde quòd per additam qualitatem iam non pec-
cent. Diluit præterea idem Ambroſius argumentum ſumptum ex libro Iob:
quod plerique contra hanc ſententiam obijciunt, qua etiam ratione, & nos lo-
co illi Ioannis poſſumus ſatisfacere, *ſi dixerimus,quod peccatum non habemus ipſi nos
ſeducimus: & veritas in nobis non eſt*. Nam & hoc Ioanni diƈtum eſse intelligere
poſſumus, tunc demum nos ſeducere noſmetipſos, nec in nobis ineſſe verita- 3
tem,cum non peccaſſe dixerimus:quod ipſum voluiſſe ſignificare apoſtolũ illum,
ex eiuſdem verbis paulo poſt ſequentibus expoſitum, eſt colligere. *Si dixeri-
mus inquit idem, quod non peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non eſt
in nobis*. Eodem etiam modo interpreteris & illud quod obiicitur ex pſalmo 142.
Non iuſtificabitur in conſpeƈtu tuo omnis viuens. Hanc Ambroſij ſententiam nec ipſe
Auguſtinus improbat,ut oſtendemus libro 3. ſequentis operis in locum illum, *fer
culum fecit ſibi Rex Salomon &c.* confirmat uero Origenes qui eadem fere ſcribit
quæ Ambroſius in eundem Lucæ locum Thomo 2. & in epiſtolam ad Rom.ca-
pit.7. docens Paulum ſub aliena perſona, nempe infirmorum, loqui cum ait, ſci- 4
mus, quod lex ſpiritualis eſt: ego autem carnalis ſum &c. in poſtrema illa uer-
ba, *itaque ego mente ſeruio legi Dei,carne autem legi peccati*, ſic ait: hæc qui ex perſo-
na Pauli diƈta accipit, deſperationem mihi videtur incutere omni animæ, quòd
nemo ſit prorſus qui non peccet in carne &c. Hoc etiam confirmat Chriſoſto-
mus in locum illum Rom.8. *vt iuſtificatio legis impleretur in nobis &c.* Quid eſt in-
quit, iuſtificatio legis? finis ſcilicet legis, ſcopus & reƈtitudo. Quid enim aliud
illa,quid aliud inſtituebat,quàm vt ſine peccato viueretur? Hoc igitur nobis per
Chriſtum nunc eſt paratum & expeditum. Illius eſt, quod peccato reſiſtimus,pr̨e-
ualemuſq;. Verùm viƈtoria frui noſtrum eſt, &c. Cȩterũ q̃m ſacrum Concil. Trid. 5
non probat hoc cuiquẽ tribui, niſi cui ex priuilegio, & ſingulari Dei dono conti-
gerit,nos quoq; ijs dumtaxat hunc locum maxime proprieq; conuenire exiſtima-
mus: inter quos Paulũ vas illud eleƈtionis numeramus, & hoc illo peculiariter de-
Scopus. ſignatũ credimus, *ferculum fecit ſibi rex Salomon &c.* Scopus huius libelli proprius
1. Cor. 9. 4 eſt, ſpecimen & ſenſum quendam diuini amoris nobis præbere, cuius incõparabi
li ſuauitate capti, unicũ Chriſtum tanquam ſponſum noſtrũ noſtri amantiſsimũ
toto corde amemus, omniq; pietatis officio proſequamur. Huic enim vniuerſam 6
Exod. 34 d Eccleſiam tanquam ſponſo Salomon, perinde atq; Paulus, ſtudet deſpondere, &
vniuſcuiuſque noſtrum animam ceu virginem caſtam, eidẽ exhibere. Idem enim

nego-

1 negotium licèt diuerſa ratione vterq; vrget. Ille quidem ſub allegoriarum & ænigmatum inuolucris inſtar Moſis velata facie: Hic vero, ſublato ſub Chriſto Moſis velamine, & reuelata facie, gloriam domini quam contemplatur, nobis ſpectandum proponit. Vt perſpecta illius ſplendoris pulchritudine & maieſtate, ardentiſſimo in illum amore feramur: & à rebus terrenis fluxiſq; abſtracti, totis & corporis & animi viribus rapiamur. Quam eſſe amoris vim ex ſacris literis intelligimus: & hoc ipſum quam plurimos ex græcis ſapientibus exiſtimaſſe, Origenes annotauit: Inter quos Platonem in primis ſignificaſſe maxime fit veriſimile. Is enim amorem, modò pulchri, modo immortalitatis, partuſq; & generationis, in pulchro di- *2.Cor. 3.d*
2 cit eſſe deſiderium. Pulchrum porro intelligit primo loco, Deum ipſum, in quo Idea eſt pulchritudinis: ſecundo vero loco, id quod pulchri illius participatione pulchrum ſit: Hoc ipſum vero primum pulchrum, omnis nimirum Ideam pulcritudinis, quam ille ſub caliginoſa Philoſophiæ luce necquicquam contemplari nitebatur, nos eiuſdem qui vera lux eſt, ſplendore perfuſi, verbum illud Dei eſſe ex fide cognoſcimus, quod in principio apud Deum, & Deum eſſe per quem om. facta ſunt, affirmat Ioannes: Paulus imaginem Dei inuiſibilem ante omnem creaturam genitum ſplendorem diuinę gloriæ, expreſſamque paternæ ſubſtantiæ figuram. Hęc quidem forma illius pulchri eſt, & tanquam facies, quæ ſe ſuis amatori- *Io.1.a* *Colo.1.a* *Heb.1.a*
3 bus ampliſſimi pręmij loco cernendam præbet: adeoque mirabiles ſui amores excitat, vt ſui cupidos donec in eandem imaginem verſi ſint non ſinat conquieſcere. Cum autem non ſolùm ipſum primum pulchrum, ſed etiam quæ illud participant amabilia ſint, & omnium quæ in inferiore mundo ſunt, maxime ad ipſius imaginem & ſimilitudinem factus homo, alium etiam amorem, aut illius amoris partem alteram, quo mutuum diligamus, in nobis ineſſe voluit Deus. Quem ſane amorem accommodata Platonis finitione ad noſtra myſteria, Deſiderium immortalitatis & generationis ac partus in pulchro recte dici crediderim. Nam cum in omni animantium genere marem & fœminam ad ſui ſimilis *Cor.3.d.*
4 procreationem coniungi uideamus in hoc, ut indiuiduum, quod per ſe perpetuò manere & permanere non poteſt, per ſui ſimilis procreationem in pulchro (hoc eſt) in compari ſuo & ſuæ naturæ conuenienti perduret, & immortalitatem conſequatur. Hic quidem appetitus quamuis in filijs hominum, qui temere & more pecorum in libidinem ſoluti, tanquam ſi furijs agantur ruunt, omnino turpis amor ſit, nec amoris, ſed furioſæ libidinis nomine cenſendus (eiuſmodi enim homines corporalis pulchritudinis ſpecie abutentes, per quæ ueluti diuinæ pulchritudinis in materia impreſſa ueſtigia, in pulchri illius cognitionem & amorem peruenire debuerunt, in materiæ lutum & ſordes ſe effundentes, omnem diui-
5 næ pulchritudinis ſenſum amittunt, & in irrationalia pecora degenerantes, falſæ pulchritudinis illecti ſpecie, totos ſe commaculant, ſordibuſque libidinis impreſſam ſibi Dei imaginem fœdiſsime inducunt & obliterant.) At uero in filijs Dei, qui deprauatæ naturæ impetum contrario agentis ſe Dei ſpiritus impulſu frangunt & moderantur, uerus amor eſt, & pulchri deſiderium, nedum immortalitatis ac generationis partuſq; in pulchro. Hi namq; intra limites, quos Deus præſcripſit homini cũ legitima uxore continentes ſe, in uxorũ pulchritudine primam illã
6 colentes pulchritudinem & ſanitatem, in hoc unum ſe cum illis coniungunt, & unum fiunt, ut coniunctionẽ illam ineffabilemq; diuiuę naturæ cum humana vnitionem pure exprimant ac uenerẽtur, dum immortalitatem ac generationem par-

 tum-

tumq; in pulchro quærunt. Hi demũ ſciunt vxores ſuas, ſicut Chriſtus ſuã dilexit Eccleſiam, ſanctè diligere, & ceu vaſcula infirmiora ſanctè atq; honorifice poſsidere, ac tanquam uitalis gratiæ coheredes ſuas in orandi ſtudio ſua uirili temperãtia confirmare. Et deniq; ſicut Chriſtus ſuæ Eccleſiæ cunctorum bonorum cauſa fuit, ſic & ipſi quoad ipſorum eſt, ſuis vxorib. omnis boni auctores ſunt & pulchri illius aſſequendi cauſa. Quin & viciſsim uxores ipſis uiris per mutuam beneuolentiã cum timore & caſta conuerſatione coniunctam. Iam vero qui Dei ſemine fęcundati uirtutes, reliquaq; Dei dona parturiunt, hi animorũ duntaxat in proximis ſuis contemplantes pulchritudinem, illos maxime captant & conſectantur, quos uerbo Dei diuiniſq; uirtutib. excipiendis, ac intra ſe fouendis aptiſsimos uiderint, ſeque in eos, imo Deum, cuius ſemine pleni ſunt, curant transfundere: eoſdemq; Deos ex hominib. facere annitũtur. Quemadmodum Paulus Galatas, quos ſemel Xpo, aut potius in quib. Chriſtum pepererat, ſe iterum parturire, donec in ipſis rurſum formetur Chriſtus, clamat: & idem alibi dicit, ſe patris officio functũ Corinthios per euangeliũ Chriſto genuiſſe, quæ paterna maternaq; officia, quanto cũ amore omnes præſtiterint Apoſtoli in hoc ipſum diuino ſemine à Chriſto repleti, quamque illorum ſimiles eſſe oporteat, qui ipſis ſucceſſerint, Epiſcopos appoſitiſsimis allegorijs hic libellus nos eleganter docet. Iam uero prolificum hunc amorem & igneum, ac cœleſtem uigorem omnium, quæ hominibus a Deo data ſunt, ſummum donum, nõ Prometheus, ſed ipſe conſultiſsimus è cœlo in terras detulit Dei filius Dñs noſter Ieſus Chriſtus: qui nihil ſe magis quàm, ut in animis noſtris ignis ille accendatur expetere, non ſine magna amoris ſignificatione teſtatur. Quo tandem igni excoctam Eccleſiam ſuam ipſe omni ſorde & macula repurgauit: priſtinæque ſenectutis poſita macie, ac rugis omnibus, ut cœleſtis caloris & uiuifici ſucculentia formaque & ętate integram ſibi reſtituit, ac fœcundam. Huius porro amoris energia & cęleſtis uis prolifica tanquam in ſemine in ſermone ineſt euangelico. Hoc ſiquidem uerbum illud ueritatis eſt, quo ut initiũ aliquod & primitię creaturarum Dei eſſemus, ab ipſo nos ultro genitos gloriamur. Hoc illud uitale ſemen eſt, quodq; ipſum conceperit animam ſolum ſeruare poteſt: ac ne a morte, mortiſue aculeo peccato lædatur, efficere. Huius igitur cęleſtis ſeminis ſerendi gratia nouiſsimus Adam, in quo oẽs theſauri ſapiẽtiæ & ſcientiæ ſunt reconditi, in mundum cum prodijſſet, nec perinde atq; primus Adam pulchrum, in quod ſemẽ ſuũ iaceret, inueniſſet (ſiquidẽ homo pulchrum illud, quod ipſe Deus ſui quam ſimillimũ formauerat, innumeris peccatorum ſordib. fędarat, originalẽ iuſtitiam, Dei imaginẽ ac primi pulchri ſimilitudinẽ, iam olim amiſerat) indignum ratus ſe ſolum remanere, ſuumq; ſemen ſecum continere, nouas cępit artes, noua ſecum de ędendo pulchro, in quo amorem ſuum, & generationis deſiderium expleret agitare conſilia. Ea uero dum acrius reputat, & meditabundus ſuũ in crucis puluino reponit caput, vi & acerrimæ meditationis impetu in profundũ demerſus ſomnũ, qualem animo conceperat formandã ſibi comparem ſueq; naturę cõſortem & vitę ſociam ex intimo vſq; corde ſuo per latus quod miles confodiſſet, pulcherrimam & omnib. numeris abſolutam proprio ſanguine & aqua inde manante lotam protulit Eccleſiam, ex quo innumeros progreſſu temporis tolleret, *qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate uiri, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo naſcerentur Dei filios.* Qui maximus fuit & incomparabilis, quo nos ille, quum adhuc inimici ipſius eſſemus, dilexit, amor. Nec tanti erga genus noſtrum amoris uim quo-

Gala.4.c
1.Cor.4.d
Luc. 12. f
Iac. 1. c
Colo.2.a
Gen.2.d
Io.1.b

1 quomodo ad viuum magis exprimerent, ſancti illi maiores noſtri inuenerunt, q̃ ſi
ipſum cum amore, quo ſponſus aliquis formoſiſsimam ſponſam ſuam deperit,
compararent. Is.n.omnib.poſthabitis, et parentibus, quos chariſsimos filijs Deus
eſſe uoluit, vnicam ſponſam Deo auctore in amore anteponit: & ſi opus ſit, pro
ſeruanda ſponſa capitis periculum ultro adit. Quod pro ſeruanda Eccleſia Chri *Deut. 5.*
ſtum eximio ſponſæ ſuæ amore impulſum feciſſe Paulus admiratur. Et nos Eccle *Gen. 2. d*
ſiam Martyrum eodem amore flagrantem in ſponſi ſui gratiam hoc ipſum olim fa *Ephe. 5. g*
ctitaſſe in eccleſiaſticis annalib. dum legimus, admiramur. Huius ergo diuini amo
ris ſenſum omnib. ſeculis ſumma cum voluptate percipiendum vt exhiberet So-
2 lomon, in eum finẽ, quem ſupra memorauimus, Dramaticũ hoc opuſculũ in Epi
talamij conſcripſit modum. Quod ut cõmode partiamur, triplex mihi vr̃ partitio *Partitio.*
nis habenda ratio. Prima ſumpta ab operis argumento & materia. Altera, ab œco-
nomia & ſtylo Dramatico. Tertia a conſenſu ueteris teſtamenti cum nouo, quod
utrunq; hac breui epitome contineri iam diximus. Ab argumento quinq; exiſtunt
partes. Tranſactio nuptiarũ Chriſti cũ Eccleſia, nempe Xp̃i incarnatio, infantia
Eccleſiæ in imperfectis, & incrementa, Status eiuſdem in ſummo; inclinatio in ſe-
niũ, Renouatio & ad ſummã perfectionem reſtõ. Prima pars primos duos illos ver
ſus continet. *Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt hubera tua vino, fragrantia*
3 *unguentis optimis, oleum effuſum nomen tuum, propterea adoleſcentulæ dilexerunt te*. Se- *Canti. 1. a*
cunda, quæ inde ſequuntur vſq; ad illum tertij capitis locũ, *quæ eſt iſta quæ aſcendit*
per deſertum. Tertia hęc, & quę hinc ſequuntur complectitur, uſq; ad illa quinti ca
pitis uerba, *Ego dormio, & cor meum vigila &c*. Quarta hęc uerba, & quæ interiacẽt
uſq; ad illa ſexti capitis uerba cõprehendit, *Pulcra es amica mea &c*. In quintam &
poſtremam partẽ referũtur hęc, & reliqua huius libri omnia. Ab œconomia & ſty *Actus pri*
lo dramatico poema hoc, ut reliqua huius generis poemata, in quinq; actus partiri *mus.*
poſſumus. In quorũ primo inducitur ſponſa, quæ accepta Dei patris & unigeniti
filij eius legatione, a Patriarchis & prophetis procuratorio nomine in hoc miſ-
4 ſis, ut ipſam unigenæ Dei filio deſpõderẽt, quum uideret alios, atq; alios ſubinde
mitti paranympos, qui datam mutuam fidem confirmarent, & ſponſum breui ven
turum aſſererent, longioris moræ impatiens, cum his mandatis eodem remittit le-
gatos. Oſculetur me oſculo oris ſui. Atque his mandatis mirifice delectatus &
tractus ſponſus, tandem accedit: ſeque ſponſæ fruendum præbet. Hunc illa orat,
ut ſe puellis quoque ſodalibus ſuis facilem præbeat, ac familiarem: uotique com-
pos facta, ſuas, ſuarumque ſociarum fortunas laudat: & quam ob tantum ſpon-
ſi ſui fauorem ab æmulis patitur calumniam, benigne admodum, & humaniter
deprecatur. Interim ſolicita ſupra modum & anxia, quòd præſentiat ſponſum
5 peregre proficiſci cogitare, poſtulat, ut locum, ubi cum maxime opus ſit, in-
ueniri poſsit, indicet. Annuit ille facile: quin & uictus ſponſæ precibus, ea
die domi reſiſtit. vbi conuiuio ab eadem laute excipitur, precioſiſque un-
guentis perfunditur. At vero amatorio colloquio ultro, citroque habito, ac-
cenſa & graui cura ſaucia ſponſa paulatim linquitur animo: & in ſponſum ſe
conijcit quàm familiariter. Ille mediam complexus, in ſua inſert penetralia:
omnibuſque ſpiritualium antidotorum fulcit remedijs. Quibus illa recrea-
6 ta & refecta in ſponſi addormiſcit ſinu. Hanc deinde in cubili repoſitam,
ſuauiſsimumque carpentem ſomnum, ne excitent, neue ipſi obſtrepant, æmulas
ipſius mulieres Hieroſolymitanas ſponſus obteſtatur. Qui finis eſt primi actus.

Actus ſecundus. Secundo cap. Improbitate tamen & importunitate Aemularum excitata ſponſa 1
ſponſum, quem abeſſe deprehendit, ſolicita quæritat, & procul aduentare vbi ani
maduertit, vehementer gaudet, ac quam magnis ille clamoribus atque itineribus
ad ſe contendat, admonet ſodales ſuas. Refert deinde ſermonem amatorium deli-
cijs plenum, quo ipſam ſponſus ad ſe in agrum euocat, euocata libenter ſponſum
ſequitur: ſed vulpeculas quas iam florentes vineas vaſtare videt, vt capiant cohi-
beantque, ſponſum, ipſiuſque ſodales precatur, ac tum quamuis ipſum rurſum
abire doleat, eius tamen abſentiam fortiter ferre annititur. Suã interea priſtinam
recolens infelicem ſortem, quem antea repudiata amiſiſſet, diu multumque quæſi
tum ſponſum tandem inueniſſe gaudet, eumque matri ſuæ, quæ & ipſa domi tur- 2
piter repudiata deſidet, conciliare conſtituit, in eoque inſtituto tamdiu obſtina-
to perdurat animo, dum ſponſum ſuum ad vſque matris conclaue iam reconcilia-
tum reuocet, & introducat: vbi ille adeo facilius & ſuperiorum iniuriarum ob-
litus conquieſcit, & ſuauem ſomnum capere non recuſat. verita interim ſponſa
æmularum ſuarum malignum animum, & importunitatem, eas ne dormienti ſpon
Actus tertius. ſo obſtrepant adiurant. Atque ibi abſoluitur tertio capite ſecundus actus. Cæte-
rum peruicacia & difficilibus vetulæ moribus, atque æmularum importunitate
excitatus & excluſus ſponſus, ex peregrinis nationibus aſcitam puellam in mo-
roſæ illius annus inducit & ſufficit locum, cuius eximiam pulchritudinem, & 3
quam præter omnium ſpem in ea deprehendit dignitatem, ſponſa demiratur:
& ſponſus copioſe magnificeque amplificat. His laudibus exultans, & ſibi
gaudens noua nupta, quo certior fiat, ſponſum ita de ſe ſentire, ac prædicat,
ipſum benigne orat, vt ad ſe veniat, & quos tantopere in ſe laudauit fructus ca-
Actus quartus. piat. Ibique tertius actus & quartum caput finem capiunt. Annuens ſponſus
quo ſponſa vocat, lubens venit: & apud eam ſodales ſuos dubia excipit cęna, om-
neſque ampliſsimis afficit honoribus. Surgens deinde ſponſa peregre profecto
ſponſo petit Balneas: lota vngentiſque delibutait cubitum, quam tamen ſponſus
iuſſerat vigilare: ſeque dum rediret expectare. Sed ecce, dum molliter cubat, 4
in tempeſta nocte audit ſponſum pulſantem oſtium: ſibiq; vt aperiat, blande ad-
modum deprecantem. At ipſa luxu diffluens & delitijs, nectit moras, ęgreque
icta ſurgit. Interim tanto luxu & ſocordia offenſus ille præterit. Tum illa amiſ-
ſam occaſionem vehementer dolens, domum noctu egreditur, ſponſum per ur-
bem nequicquam quęritat & inclamat. In vigiles & cuſtodes urbis incurrit, Mi-
ſere cæditur, & multis acceptis vulneribus amiſſo pallio vix nuda euadit, æmula-
rum ſuarum opem implorat & fidem. Quibus vicem ipſius dolentibus, & ſponſi
ſigna rogantibus, admirandam hominis pulchritudinem deſcribit graphice. Illę
raram pulchritudinem admirantes, ſuam operam in perquirendo ſponſo pollicen 5
tur: quem ipſa per uarios caſus & maxima vitæ diſcrimina quæſitum in amęniſsi-
mis tandem hortis inuenit ęmulis comitata; & ab eodem comiter excipitur, am-
pliſsimiſque honoribus ac laudibus ornatur. & tanquam pulcherrima atque vni-
ce dilecta omnibus omnium temporum fœminis antefertur. Cęterum ipſa lau-
dibus ſponſi dum ſtudet reſpondere, & æmularum ſaluti proſpicere, graues ſibi
nec opinanti ab illis parari iniurias animaduertit. Quamobrem ab earum cętu
ſubito ſe proripere cogitur: ſed ab ijſdem non ita multo poſt honorifice reuo- 6
catur. Ipſa maiore cum fænore referre cupiens gratiam, omnes quas poteſt ſpon-
ſo facit delitias, quo ipſum reſipiſcentibus ęmulis ſuis pacatum reddat, & bene-
uolum.

1 uolum. Id uerò quia nec blandiendo, nec orando exorare poteſt, in animi deli-
quum delabitur. Sed ne amore ęmularum & matris ſuæ victa confectaque om-
nino concidat, amplexus ſponſi & opem cogitur implorare. Hic accurrens ſpon-
ſus labantem amplectitur: & amore confectam vt conſoletur, iam tunc ſe ipſius
matrem, atque adeo omnes fœminas Hieroſolymitanas in ſuam gratiam & fidem
recipere affirmat: atque ita confirmatam ſponſam quieti tradit. Denique cœ-
terarum turbam porro monet, & obteſtatur, ne, ſi in fide ipſius beneuolentiamq;
poſt hac velint perſiſtere, ſponſam excitent; neue cogant euigilare, ibique ſub fi-
nem ſeptimi capitis abſoluitur quartus actus. Recurrente poſtmodum per no- *Actus ſecundus.*
2 ctem cura, ſponſa euigilat: deque confirmando amore iam inter ſponſum & ma-
trem ſuam redintegrato, ſolicita, ſponſi repoſcit promiſſa: eumque in agrum
euocat, & ad deſerta uſque perducit loca. Vnde ſe fœliciter geſta, redeuntem il-
lam, & ſponſo de more amantium nitentem familiariter, ac de mutui amoris my-
ſterijs cum eodem confabulantem, puellę admirantur. Tum ſponſus occaſionem
captans, ut extremam gratiam ſponſæ poſsit iure reponere, eamque in publica con
cione ampliſsimis præmijs & honoribus exornare, quęcunque cupiat, ſpectanti-
bus amicis omnibus & audientibus iubet optare. Cui illa hoc unum ſe maxime
expetere, & ab eo optare coram omnibus profitetur, ut ſe in loca amœniſsima, &
3 feris inacceſſa quam primum, & quam celerrime abducat: ubi perpetuam & in-
diuiduam beatę vitę ſocietatem unà cum ipſo poſsit agere. Qui extremus eſt
quintus actus, & totius huius ſacri dramatis finis. Tertia partitionis ratio a con-
ſenſu veteris Teſtamenti, Nempe huius libelli cum nouo ſumi poteſt, ut eadem
ſit partitio huius operis & Apocalipſis Ioannis Apoſtoli, cui per quinque ſepten-
narios ſeptem Eccleſię Euangelicę ſtatur reuelantur. Nam & hos Solomon in
hac prophetia ſub obſcuris figuris uelut ſeptem ſigillis obſignatos filijs Iſrael,
dum reuelatam Moſis faciem intueri nequeunt, magis uenerandos, quam legen-
dos proponit: donec conuerſi illi ad Chriſtum (vt Paulus docet) ſublato uelami *2.Cor.3. b*
4 ne, & per eundem, qui ſolus potuit aperire librum reſignatis ſigillis, gloriam do-
mini reuelata facie una cum Ioanne poſsint contemplari. Primum igitur Eccle- *Apoc.6. a*
ſiæ ſtatum, quem uidet Ioannes equo albo deſignatum, & ſeſſore coronam geſtan *Cant.1. a*
te in capite, & arcum in manu Solomon initio huius prophetiæ adumbrat. Ibi
enim deſcribitur Chriſtus incarnatus puriſsima humanitate ceu diademate à ma-
tre uirgine coronatus: Item & Eccleſia Euangelica equitatui ſiue equæ albæ aſsi-
milata. Qui ſtatus prædicationis Euangelicæ ſub Chriſto cæpit & Apoſtolis, quũ *Apoc.6.a*
adhuc Chriſtus ageret in humanis: Secundum martyrum ſtatum ſub Chriſto
agno propter verbum ueritatis occiſo inchoatum, & in imagine equi rufi Ioanni
5 reuelatum reſignato ſecundo ſigillo, velatum proponit Solomon quum ſic loquē *Cant.1. c*
tem inducit ſponſam, *faſciculus Myrrhæ dilectus meus mihi. &c.* eo enim loco deſcri
bitur Chriſtus crucifixus: etiam ſi admodum obſcure. Tertium ſtatum delineat
Solomon ſub imagine vulpecularum. Paulum & Pauli ſocios de Hæreſi phariſæo *Cant.2. d*
rum aſſumptos, deſignantium, quum ſponſa ſponſum & eius ſocios orat, ut vulpe
culas florentes uineas deuaſtantes ſibi capiant. Qui ſtatus hæreticorum iam tum
cæpit in Eccleſia ſub Nicolao diacono hæreſis Nicolaitarum auctore. Is uero ſta- *Apoc.3.b*
6 tus ſub figura equi nigri aperto tertio ſigillo Ioanni reuelatur. Reſignato deinde
quarto ſigillo reuelatus Ioanni ſub typo equi pallidi ſtatus hypocritarum. Hunc
ipſum uelatum proponit Solomon, quum inducit Eccleſiam ex Iudæis collectam *Cant.3. e*
nouam

nouam nuptam ex gentibus aſcitam, his uerbis confirmantem, *En lectulum Solomonis ſexaginta fortes ambiunt &c.* Quæ dicta ſunt propter hypochritas, & propter il- 1
Gal.2.a los potiſsimum, quos Paulus ad Galatas ſcribens, falſos fratres ſubintraſſe ait, ut explorarent, & eriperent nobis libertatem Euangelicam. Præterea ſicut Ioannes
Apoc.5.c reſignato quinto ſigillo audit animas interfectorum propter uerbum Dei uindictam poſcentes de impijs, quarum ſingulis datæ ſunt ſingulæ ſtolæ albæ, quæ (ut
Apoc.19.b alibi idem Ioannes interpretatur) Iuſtificationes ſanctorum ſunt, dictumque eſt eis, ut quieſcant donec impleatur numerus fratrum ſuorum, eadem de cauſa interficiendorum; ſic & Solomon inducit ſponſam poſt acceptam ingentem cladem
Cant.5.a ab impijs quaſi ab ardentibus Auſtris in ſponſi hortos ruentibus ipſum orãtem, 2
ut in ſuos hortos ueniat, & ſuos inde fructus decerptos comedat: Item & ſponſum ipſam ſponſam, cui facile annuit, inuitantem unà cum ſodalibus ad fructus hortorum ſuorum, qui & ipſi ſunt iuſtificationes & egregia facta ſanctorum. Quod ſtatus quinti initium eſt, Quum Eccleſiæ per Conſtantinum Cæſarem pax reddita fuit, & quies à ſuperioribus perſecutionibus. Erit inſuper funeſtus admodum Eccleſiæ ſtatus ſextus ſub præcurſoribus Antichriſti, & ſub ipſo demum Antichriſto innumeris occurrentibus martyribus. Hic uero ſtatus, qui Ioanni reuela
Apoc.6.d tur aperto ſexto ſigillo ſub horrendis figuris & uerbis apertiſsimis, à Solomone quoque delineatur typis nimirum obſcuris, & uerbis ſatis manifeſtis inde uſque 3
Cant.5.b & 6.a hoc loco. *Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen*, ad illum locum. *Deſcendi in hortum meum. &c.* Septimus denique ſtatus qui breuiſsimus omnium & tranquilliſsimus Ioanni oſtenditur aperto ſeptimo ſigillo, ſub ænigmate ſilentij horæ di-
Apoc.8.a midiatæ, à Solomone obſcure, ut cætera, proponitur ab eo loco. *Reuertere Reuertere ſunamitis &c.* uſq. ad illũ. *Quæ habitas in hortis. &c.* quo loco poſtremus Chriſti aduentus in iudicium nobis deſignatur. Et hæc ſit breuis quædam ac rudis ſeptem Eccleſiæ ſtatuum adumbratio. Quos quidem ſtatus, ut recte diſtinguas, tempora potiſsimum tibi ſunt obſeruanda, quibus ſinguli maxime eminent ac uigent. Vt prædicatio Euãgelij ſub Apoſtolis poſt miſſum ad eos ſpiritũ ſanctũ: & ad ex- 4
tremũ, poſt ſublatum Antechriſtũ. Martyrum peſecutio & ſtrages, ſub Nerone, Domitiano, & alijs cæſaribus: Hæreſes ſub Cõſtantino, & filiis eius, & poſtremo ſub Antichriſto. Hypochriſis ſub Benedicto, qui eo uitio collapſam uitã monaſticam uenit inſtauraturus. Pax & quies ſub Carolo Magno, & maxime ſub finẽ mũdi. Alioqui, & extremi medios, & medii extremos ſtatus participant: & omnes denique omnium participes ſunt, excepto ſeptimo, in quo nulli erunt Martyres, q̃a nullus erit qui ſanctos perſequatur. In oĩ uero ſtatu reliquo erunt qui Euangeliũ prædicent, erunt Martyres, Hæretici, Hypocritæ, & aliqua laborum intermiſsio. Deprehendas inſuper & in hoc Dramate, ut in comediis, Protaſim, hoc eſt primũ 5
actũ & initiũ Dramatis, qđ ipſum prima partitione ſuperius indicauimus. Hinc uſq. in locũ illũ octaui capitis. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto:* Epitaſin idest, proceſſum incrementũq; turbarũ. Reliquũ cataſtrophe eſt, nẽpe conuerſio rerũ ad iucundos exitus, patefacta cũctis cognitione geſtorũ. Liber hic tertię claſsis eſt li-
Ordo. brorum ſacrorũ, qui in Hebræorũ canonẽ (ut auctor eſt Hieronymus) referũtur: nẽpe Agiographorũ, & in ea claſſe quinto loco: in continenti uero Hebręi Cãnonis ſerie, & inter Solomonis libros tertio & poſtremo loco reponitur. Namq; ut 6
docet Hieronymus, & ante hunc Origines, Solomon in Prouerbiis mores primũ format puellę, futurę Chriſti ſponſę, quam deinde ſancte inſtitutã, ad naturæ

arca-

1 arcana,tũ in inferiore mũdo,tũ in ſuperiore cõtẽplanda cognoſcẽdaq; inducit in Eccleſiaſte.Eandẽ uero vbi quãtũ ſatis eſt in ſctórum morũ diſciplina,rerũq; cognitione ꝑfecerit,tũ iam adultã viroq; omniũ ſctiſsimo iuxta ac ſapiẽtiſsimo idoneã,nẽpe Chriſto,nuptũ tradit hoc libello,vt arctiſsima tãti ſpõſi vtens neceſsitudine,abditiſsima diuinitatis diſcat myſteria:ſuperataq; ac contẽpta oĩ huius ſęculi vanitate & turbulẽtia,ſui ſpõſi contẽplatione & amore ſumma cũ quiete & animi trãquillitate fruatꝰ.Quot ẽt ethnici philoſophiæ ſuę partes fecerũt.Atq; ideo vt inquit Orig.inter alios Solomonis libros liber hic nouiſsimũ tenet locũ, vt tũc ad eũ fęliciter pertractãdũ veniatꝰ,quũ & moribus defecatis,& rerũ corruptibiliũ at-
2 q; incorruptibiliũ ſcientiã diſtinctioneq; lector didicerit.Per q̃ in nullo poſsit ex iȷs figuris,q̃bus ſponſæ ad ſpõſum cæleſtẽ,i.aĩæ perfectæ amor ad verbũ Dei, deſcribitꝰ ac formatꝰ,oſtendere.Qđ ſi q̃s roget ordinis huius rõnẽ,nimirũ,cũ hoc cãticũ certiſsima ſit ꝓphetia,quare nõ in ſcđa claſſe ſacrorũ librorũ veteris teſtĩ,nẽpe,ꝓpheticorũ reponatꝰ? (Partiunꝰ.n.Hebræi uetus teſtm̃,in legẽ Moſis,Prophetas,& Agiographa) Rñdent doct.Hebræi,eos dũtaxat Prophetas in ſacris appellari ſolitos,& eorũ libros ꝓpheticos,qui ꝑ inſomnia,aut inter uigilandũ à ſenſibus exterioribus abſtracti,uocẽ hoĩs,aut cuiuſuis alterius, ſub aliqua ſimilitudine loquẽtis,& futura prædicẽtis, ſibi uñr exaudire.Illos uero ſanctos appellari,& eorũ
3 ſcripta Agiographa,hoc eſt,ſanctorũ ſcripta, q̃ nullis grauioribus peccatis obnoxiȷ,purgatis aĩs templi effecti ſpũs Dei,diuinarum rerũ ſtudijs, & pietati cum oĩno ſtudeãt,ab exterioribus ſenſibus minime abducti, uocẽ nudã audiunt ad diuinũ amorem ſe excitantẽ atq; incedentẽ:qui ẽt aĩaduertunt,uerba ſapientiæ,& intelligentiæ ſibi inſtillari. Quia igiꝰ ſic à ſpiritu Dei Solomon, & huius pr̃ Dauid docti fuere,Ideo horũ ſcripta nõ Prophetias ſed Agiographa antiquis dicta fuiſſe illi exiſtimant.Sed Chriſtus Dei ſapientia, Lucę ultimo,aliã docet uetuſtiſsimis Hebræis veteris teſtĩ receptã fuiſſe partitionem.Nempe in lege Moſis, prophetas, & pſalmos.Sic.n.poſt reſurrectionem ſuã diſcipulos ſuos ille admonet.*Hęc inquit,* *Luc.24.f*
4 *locutus ſum uobis quum adhuc uobiſcũ eſſem.Quoniã neceſſum eſt impleri,quæ ſcripta ſunt in lege Moſis,& prophetis,& pſalmis de me.* Iuxta quã ſane partitionẽ ſcripta Solomonis,quẽ multa de Chriſto ſcripſiſſe certũ eſt,inter ſcripta prophetarũ olim relata fuiſſe conſtat.Ex hoc ergo ordine & ordinis rõne,quã tũ ex Origene,tũ ex Hebræis,& Chriſto reddidimus, expoſitũ eſt uidere, qualem huius libri lectorẽ eſſe oporteat, qualem ẽt auditorẽ. Nimirũ minime carnalẽ, craſſum, aut aĩalẽ.Ne delyramẽta q̃dã ſotadæa,& laſciuos ueneris,aut cupidinis hymnos legere,audireue ſibi uideanꝰ:ſed ſpũalẽ oĩno,& q̃ nõ ſpũm huius mũdi,ſed qui ex Deo ſit, acceperit: cuius ductu ſpũlia huius libri myſteria, ſpũalibus Euãgelij miſterijs cũ Paulo *Lector & Auditor.* *1.Cor.2.c*
5 poſsit cõparare.Aiũt, inq̃t Origenes obſeruari apud Hebræos, ꝙ niſi q̃s ad ætatẽ ꝑfectã maturãq; puenerit,libellũ hunc ne quidẽ in manibus tenere ꝑmittiꝰ.Sed & illud accepimus ab eis cuſtodiri,q̃ñ q̃dẽ moris eſt apud eos,oẽs ſcripturas à doctorib.& ſeniorib.tradi pueris,ſimul & eas quas deuteroſes appellãt.Ad ultimũ quatuor iſta ſeruari .i.principiũ Geneſis,in quo mũdi creatio deſcribiꝰ,& Ezechielis ꝓphetæ principia,in q̃bus Cherubim referunꝰ: & finẽ,in quo tẽpli ędificatio cõtinetur,& hunc Cãtici canticorũ liber.Hęc ille.Quas porro uerbo gręcorũ *δευτερώσεις*
6 Nos rerum difficilium,quæ nudæ primum ſimpliciterq.traditæ eſſent,& propoſitæ auditori,expoſitiones,quę ſecundo loco aliquanto poſt eidem à doctorib. traderentur,quaſi ſecundas,vel ſecundarias traditiones,ex Euſeb.lib.11.de prępa

ratione

ratione Euangelica c.3 .& li. 12.c.2.eſſe colligimus.Euſebij uerba ſunt hæc.Erāt 1
inquit,legum ſacrarū ac ænigmatū apud Hebræos expoſitores,quos ſecūdarios ſo
lebāt nuncupare.Rurſus,Iudæi inquit,re ipſa ſcripturæ hiſtoriā ſimpliciter quaſi
Vtilitas. fabulas paruulis tradere ſolent: Cūq; non magis ætate, quā habitu ſcripturarū cre
uerint,altiora ac latentiora dogmata per ſecundarios docent. Multas librum hūc
tū legēdo,tū audiendo,capere poſſumus vtilitates: ſed ex oībus duas præcipuas an
Apoc.1.a notaſſe ſatis fuerit,vt illis percipiendis perinde atq; verba ꝓphetiæ libri Apocaly-
pſeos legēdo,& audiendo,& q̄ in ea ſcripta ſunt,ſeruādo,ſponſore Io.Apoſtolo,
btī euadamus.Idē.n.arg.vtrobiq; tractari ſuperius oſtendimus. Altera vtilitas eſt,
vt varios Eccleſię obſeruando ſtatus,ad meliores ſemper,nēpe ad primū,& poſtre 2
mum,nos noſtraq; tpa,quantum in nobis ſitum ſit,cōponamus ad ea interim perfe
renda,q̄ præuiderimus inſtare mala, fide,ſpe,charitate, & maiorū noſtrorum exē
plis,ac quæcunq; illi pręclare dixerint,aut fecerint meditatione nos tēpeſtiue prę
muniētes.Vt qui in ſexto iam fere verſamur ſtatu,oīum calamitoſiſſimo,ad uerbe
ra,cædes,& extremā inopiam(quę oīa ab hęreticis,Pſeudo Chriſtis,& ab ipſo de-
Cant.5. mū Antechriſto Eccleſia quinto huius libri capite prędicitur perpeſſura)ad imita
tionem Apoſtolorum, reliquorumq; ſanctorum maiorum noſtrorum unuſquiſq;
noſtrū ſeſe iam cōparet, & qui chriſtiano gregi præfecti ſunt, obſeruantes q̄ ipſis
impreſſa ueſtigia ſanctus ille relinquit grex, quem Apoſtoli & ſuperiores illi pieta 3
te ac doctrina inſignes paſtores egerunt, paueruntq;: per eandem ipſi ſuum agētes
gregem vnà cum Chriſti peculio ad illorum paſtorū mapalia ſalui perueniant, iux
taque etiā ſuos laſciuientes hædos paſcant, vt facere ſolicitam ſponſam ſuam ſpon
ſus præmonet initio dramatis. Altera eſt, vt ſuum quiſque officium agnoſcat: &
quem in corpore Chriſti uſum præſtare debeat. Agnoſcet autem ſi quæ de laudi-
Cant.1.c bus partium corporis ſponſæ ſuæ Eccleſiæ Chriſtus ſponſus toto 4.c.& filiæ Ieru
ſalem 7. diſſerunt, item & quæ ſponſa ipſa de partibus corporis ſponſi ſui Chri-
Cā.4.7.5. ſti refert 5.c.diligenter expendat. His.n.præcipue locis anatome quædam corpo-
ris Chriſti myſtici eloquentiſsime deſcribitur, & admiranda Idea viri perfecti, 4
Eph.4. per unitatem fidei & agnitionis filij Dei,ut aliquādo proficiamus, & Chriſto per-
fecte coniungamur, docet Paulus Chriſtum ipſum quum in cœlum aſcenderet,
quoſdam dediſſe Eccleſiæ ſuæ Apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios Euan-
geliſtas,alios autem paſtores & doctores in conſummationem ſanctorum,in opus
miniſterii,in ædificationem corporis Chriſti. Hac uero cognita Anatome & par-
tium uſu,nemo iam magnificentius de ſe ſentiat,quàm oportet: ſed ut idem Pau-
Ro.11.a b lus hortatur,modeſte,ut quemq; de ſe ſentire æquum eſt pro ratione fidei,quam à
Eph.4.a Deo ſortitus ſit, illud dumtaxat donum quod acceperit exercere contentus in eo
corpore, & unitatem ſpiritus per pacis uinculum ſeruare ſolicitus,& qui nihil ſe 5
habere deprehenderit quod ad utilitatem corporis Chriſti conferre poſsit, hoc
maxime doleat,donec donum aliquod & ipſe ſortiatur,& utile Chriſti membrum
fiat.His igitur prolegomenis per confragoſa & obrupta loca uelut uiā pręmuniſſe
lectori ſatis ſit: qua ad Solomonis noſtri Regiū Amphiteatrū,ſacroſq, hymenæos
& Epithalamiō,facilior aditus haberi poſsit.Iis inquam, qui ſuccinctis lumbis,&
Eph.6.c calciatis pedibus ad hoc Euangelium pacis cōparati acceſſerint. Reliquis tanquā
prophanis hęc ſacra interdicta ſunto.Hoc porro oībus cupimus eſſe teſtatiſsimū. 6
Eum nobis eſſe animū in hiſce cōmentariis,ut omnia ex ſententia catholicæ fidei,
Rom.Eccl.nobis dicta velimus.Cuius cenſuræ nos, noſtraq; oīa oīno ſubiicimus.

ISAGOGICI LIBRI FINIS.

COSMAE DAMIANI
HORTOLANI
Paraphraſis in Canticum Canticorum Salomonis.

ARGVMENTVM.

ECCLESIAM ab orbe condito pactam, ſub finem ſæculorum ducit vnigena ſummi Patris Gnatus. Ea facta grauida dum ſe deſerere, peregreque proficiſci, ſponſo certum eſſe intelligit, amoris impatiens linquitur animo. Verum blanditiis delinitam is vbi confirmauit, adornatum iter aggreditur. Nec ita multo poſt rediens, vt ei gratificetur, ipſius matrem in fidem ſuam recipit & amicitiam. Vetulæ tamen improbitate excluſus, puellam ætate integra & forma egregia ex gentibus longe aſcitam in moroſæ anus locum ſufficit: vnamque ex reliquijs Iſraelis & gentium primitijs comparat Eccleſiam, ampliſſimis pręmijs auctam, & honoribus. At & hæc tantæ benignitati parum reſpondens, offendit ſponſum. Offenſus ille multis deſidioſam tamdiu exercet malis, dum priſtinæ pietatis operoſa ſeriò reſipiſcit: Ac tunc demum redintegrato amore, eandem ardentius deperit, & maioribus quàm antea afficit honoribus, maioribusque exornat encomijs. Recuperata priore dignitate, graues ſponſa a matre fortiter fert iniurias, modoillam quamuis inſanam, & eidem iratum ſponſum in gratiam reuocet. Hac tandem ſarta amicitia, ex Iudæis & gentib. conſtituta vna Eccleſia Chriſti ſponſa abſolutiſsima in cœleſtem Thalamum introducitur, in hoc ipſum a Deo patre electa ante iacta mundi fundamenta.

Actus

Actus Primus. Caput I. 1

Obſculetur me oſculo oris ſui.

Eccleſia ſpō ſa. QVOVSQVE tandem iraſcere ſupplicibus tuis optime generis no-
ſtri conditor & pater Deus? quamdiu iratus humano generi pro
miſſa tua repoſci, & nequicquam efflagitari patiere? Quem ad fi-
nem profuſa primum in hominem ſe contrahet, & in theſauris
Rom.7.g ſuis continebit benignitas tua? Nihil ne te occupatum à ſatana 2
orbis imperium? Nihil in ſeruitutem tui redacti filii? Nihil pec-
candi, & uel in eos, qui ſemetipſis non peccauerunt, moriendi inducta neceſsi-
tas? nihil ad uitam data lex, mihi cedens in interitum? Nihil data fides, piorum
uota, preceſque mouebunt? Iuſta eſt (fatemur) indignatio tua, Iuſta ſunt, quæ in
nos exerceſ, iudicia. incredibilis namque primum tua fuit in hominem benigni-
tas, ampliſsimi decreti honores, & quæ in eundem contuliſti, ingentia beneficia.
Contra uero, pro tanta tua benignitate incredibilis noſtra erga te exſtat impietas,
pro ampliſsimis honoribus, atroces iniuriæ, proque ingentibus beneficiis, quam
nemo homo præſtare poſsit, noxa grauiſsima. At qui pro magnis peccatis noſtris 3
Iſa.2.c parum ſupplicii tibi ſatis eſſe potuit patri: cuius miſericordia aduerſus iudicium
gloriatur, immenſamque amplitudinem, atque animi magnitudinem nobis magis
Gen.3. refert, ac repræſentat. Et tu pater clementiſsime, miſerandam ſerpentina fraude
aſtuque circunuenti hominis ſortem miſeratus, in eam ſtatim à lapſu noſtro, nos
ſpem erexiſti, exoriturum aliquando ex muliere ueteris fraudis ultorem acerri-
mum, qui & ſerpentis antiqui aſtus in auctoris caput impingeret, & perſoluto pro
nobis precio, Iuſtitiæ cumulatiſsimè ſatisfaceret, nos tibi reconciliaret, & poſt li
minio reductos in priſtinam filiorū reponeret dignitatem. Tu fidem tuam Abra-
Gen.22. hamo patri noſtro, uiro tibi ob inſignem fidem, ac pietatem inſigniter commen- 4
dato, aſtrinxiſti, iſtum ipſum ex poſteris eius extaturum Regem Iuſtiſsimum, no-
ſtræ libertatis aſſertorem potentiſsimum, & omnis nobis gloriæ ac beatitudinis
auctorem eximium. Hunc heroem fortiſsimum citra viri operam ex uirgine naſci
turum, eundemque Deum ex te citra matris opem natum, prophetæ promiſerunt.
In cuius etiam nuptiarum ſpem indubitatam ijdem me ſponſores tui deduxere.
Sed quis tandem noſtris nuptijs dictus ſit dies? Quem Rex magne, laborū & du-
ræ ſeruitutis das finem? Me miſeram multo ante quinquies mille annos ex ſplen-
dore Paradiſi Regia in cæcum hoc Satanæ regnum, inter rectores harum tenebra
rum excluſam, ſub peccato venundatam, & carnis meę ergaſtulo addictam. Quod 5
enim operor non intelligo, non enim quod volo bonum facio: ſed quod odi ma-
lum, hoc operor. Condelector legi tuæ ſecundum interiorem hominem: inuenio
tamen aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: & captiuan-
tem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infœlix ego, quis me liberabit à
corpore mortis huius? certe non alius, quam ſtrenuus ille heros filius tuus: & in
quo benedicendæ ſunt omnes gentes, exoptatus ſponſus meus. Illum igitur uindi
cem, & ſeruatorem, ut mittas ſumme pater, ſupplex oro. Ille non à tyrannide Pha 6
Exod.1. raonis, non ab operib. luti & laterum, Non ab Aegypto (vt olim maiores noſtros)
in regna Chananæorum, ſed a longe grauiore tyrannide, ſatanæ ſcilicet, qui ha-
Hebr.2.
bet

1 bet mortis imperium, à luteo corpore, peccato & morti obnoxio, à tenebroſo Sa
tanæ regno, in regnum gloriæ ſuæ, ut transferat, obſecro. Illi me ab orbis initio pa
ctam aliquando tandem coniunge. Illius me amplexibus & oſculis exple. Ipſe me *Gal.1.*
ſacri oris ſui attactu expiet, roſeum ac diuinũ os ſuum meo iungat ori, Mille mihi
figat baſia. Ipſe pax noſtra ſit, qui pacem tuam mihi tribuat, & bonam volũtatem. *Eph. 2.*
Eo denique charitatis glutine me ſibi adiungat, & agglutinet, vnus ut cum eo fiam
ſpiritus, & vnum corpus: nec iam duo ſimus, ſed unus ex ambobus extet homo. Id *Luc.2.*
quod admirandum myſterium tu primum in prothoplaſtorum parentum noſtro- *Gen.2.*
rum conditione adumbraſti: æditoq. per prothoprophetam tuum Adamum ora-
2 culo, promulgaſti, tum per omnes prophetas pro paranymphis ad me cum iiſdem
mandatis miſſos, confirmaſti. Quorum vnus Oſæas hæc mihi filii tui mandata
diſerte expoſuit. *Sponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in iuſtitia, &* *Oſea.2.*
fide: Et ſcies, quod ego dominus. Item, & alter prophetarum eloquentiſsimus *Eſa.2.*
Eſaias hanc eiuſdem nomine mihi explicuit legationem, *Videbunt gentes inclytum*
tuum, & vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit: & eris corona glo-
riæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui: Et gaudebit ſponſus ſuper
ſponſam, & gaudebit ſuper te Deus tuus. Qui re miniſcimini domini, ne taceatis,
& ne detis ſilentium ei, donec ſtabiliat, & donec ponat Ieruſalem laudem in terra,
3 hæc & pléraque huiuſmodi alia ſunt magnifica, quæ ad me, tum ex te pater opti-
me maxime, tum ex filio tuo, perlata fuiſſe mandata, recolo. Hæc ego aſ-
ſidue mecum verſo, hæc improbis clamoribus iam diu inculco, hæc promiſſa
repoſco. Nec (quemadmodum hortatur Eſaias) vnquam tacebo, non ante
clamare ceſſabo, quàm promiſſa præſtiteris, meque cæleſtium nuptiarum com-
potem factam, toto orbe reddideris celeberrimam. Hæc namquè ſpes tametſi
me miſeram in tantis malis reficit, & recreat, tot tamen protracta ſæculis im-
potenter amantem ſupra modum conficit, & diſcruciat. Adderem, & exani-
mat, niſi quod cogitanti mihi, & decurſa hactenus tempora, ex tuis oraculis
4 ad calculum reuocanti; breui perbeata fore uideo, dum meum ſponſum iam
aduentate præſentio, & magnis ad me itineribus contendere, perſuadeor.
Iam enim video regnum Iudæorum per vim & ſcelus ab exteris obtineri: & Iu-
daicarum rerum ſummam penes Idumæum Regem eſſe; Iudaico ſanguine &
cæde complentem omnia, adeo, vt breui futurum uerear, ne omnis Iudæpo-
ſteritas, in morem immanis belluæ ſeuiente tyranno, obſumatur. Tunc uero
inſtare aduentum filii tui, quem te uniuerſo orbi inſtauratorem ac ſeruatorem
daturum, ſæpe ſis pollicitus, morti proximum Patriarcham noſtrum Iacobum
memini prædixiſſe. Iam longe progreſſas uideo Danielis hebdomadas. Quo tem- *Gen.49.*
5 pore naſciturum fore Chriſtum ſanctorum ſanctiſsimum, & ſpiritu Sancto vn- *Dan.9.*
ctum inaugurandum regem, apud prophetam illum recolo me legiſſe. Sic præte-
rea in Iudęa diſtrahi ſacerdotium, ſacra omnia prophanari, & vbiq; terrarum de
ſperatas res humanas obſeruo, ut aut omnia breui peritura, aut qui omnia reſti-
tuat, neceſſum ſit expectare: & quidem certe rerum omniũ inſtauratorem, ac ſer-
uatorem ſponſum meum, ſi vnquam antea, nũc certum eſt expectare: quòd ſciam,
noſtrum Symeonem ſenẽ ſingulari iuſtitia venerandũ ex ſpiritus ſancti reſponſo
6 redditũ certiorẽ, ſe nõ prius è vita migraturũ, quã ipſum in lucẽ ędiium hominẽ *Luca.2.*
noſtri ſimilem fuerit cõtemplatus. Te igitur aduentantem expecto o exoptatiſsi
me ſpõſe mi, te breui affuturũ p̃ſtolor, cuius amplectẽdi, & oſculandi, à pronubis

&

& paranymphis noſtris,quo maior nobis ſpes fit,eo magis noſtrum gliſcit, & inar 1
deſcit deſiderium: noſterque medendo ægreſcit animus. Deſine oro iam, per le-
gatos me alloqui, per internuncios confirmare: ipſe veni, ipſe coram loquere;
Accipe meam, tuamquè uiciſsim da fidem,tu me amplectere,tu me ex oſculare,tu
qui ſolus potes, præſentiſsimam facere medicinam,tu inquam, impotenter aman-
tis miſertus,noſtro dolori precor vt medeare.

Quia meliora ſunt hubera tua Vino.

O me ter beatam populares,& ſupra quam ſperare potui fortunatam.O ingentem 2
tuam in me ſponſe mi,benignitaté.Ecce ego illa,quæ quondam humilis, & ſordi-
data,in luctu,& ſqualore iacens, mærebam, iam nunc gratuito dono tuo, ex imis
ſordibus,in regiam euecta dignitatem,nitida,compta diademate, omniquè orna-
tu ac cultu regio ornata, tua ſummi regis ſoror, & ſponſa incedo, vniuerſi orbis
miraculum, gratiſsimumquè Diuorum omnium ſpectaculum. Tu ille vnigenitus
Dei optimi maximi filius, Deus & ipſe optimus maximus, quod vnicum in ſinu
ſuo cæleſtis pater fouet delicium, meæ naturæ factus particeps, me humilem, &
abiectam ancillam tuam, tuæ naturæ participem facere, tuis nuptijs nobilitare, in 3
ſinu tuo fouere, omnibus delicijs oblectare, in ſummis tui delicijs habes, & oble
ctamentis. Deus in terris, homo in cęlis, Angeli cum hominibus in terris, homi-
nes cum Angelis in cœlis iungunt choros.Per te facta eſt una omnium permixtio,
Per te facta eſt iniuriarum obliuio, ſublatæ inimicitiæ, diſſolutum repente præ-
lium, Deus placatus hominibus, deletum peccatum, mors interrempta, factus
aditus in cœlum,nobis hactenus inacceſſum. Scaturiunt inde omnium gratiarum
fontes vberrimi,lactea ex ore tuo manat eloquentia,diuina inde ſpirat, quæ me in
cæleſtes delicias euehit & rapit aura.Corpus quidem humi repit,mens tamen mea
tecum iam in cœlo verſatur ſuauiſsime ſponſe mi, in cœlo tuis amoribus fruitur, 4
& eius generis bonis, quæ nec humanus oculus videre, neç auris audire, nec no-
Eſa. 64. ſter per ſe cogitatione complecti valet animus. Diſtuliſti tu quidem in multa ſæ-
1. Cor. 2. cula aduentum ad nos tuum: ſed diuturnam moram immenſa tuorum beneficio-
rum magitudine,abunde penſaſti.Diſcruciauit me hactenus (fateor) longum tui
deſideriũ,ſed optandus fuit ille dolor,& cruciatus,qui nunc longe maiore ingen
tium voluptatum lucro,penſatur. Nunc demum quàm veriſsimum illud eſſe pro-
Prouerb. 13 uerbium agnoſco, ſpem quæ differtur,animum cruciare. At uero deſiderium ue-
niens,lignum vitæ eſſe. Deus bone, amor amori quid præſtat? humanæ voluptati
diuina quid intereſt? Te ſine modo amare,is denique tui amoris modus eſt, & te 5
amantium virtus eximia. Humanarum rerum amor ſi modum teneat,friget: ſi ex-
cedat,extremum vitium,& ſumma dementia eſt. Tui uoluptatibus abſorpta mens
maxime ſibi conſtat,maxime ſobria eſt, diuina euadit: humanis velut uino inebria
ta delicijs,omnino diffluit, furit,bruteſcit. Harum appetentia placet, experientia
diſplicet. Illarum appetentia placet,experientia magis placet. Humanæ uoluptates
exquiſito ſenſu præditis putent,ſuo tandem fætore offendunt, & dolorem ſuum
aſsiduum habent comitem. Diuinas citra dolorem ullum aliæ, atque aliæ ſub- 6
inde excipiunt, quæ ſuauiſsime olent, mirificequè oblectant diuinæ uolup-
tates, optimorum quorumcunquè unguentorum uincentes fragrantiam.

Fra-

1 *Fragrantia vnguentis optimis.*
Oleum effuſſum nomen tuum.

His cæleſtibus vnguentis tu à ſpiritu ſancto perſuſus,totus Chriſte fragras, ſua- Iſa.11. 61.
uiſsime oles,atque admirandus dictis,ac factis tuis,tantum iam tibi nomen com- Pſal. 44.
paraſti, ſic tua inclyta fama, quæ olim intra cœlum ſe continebat, per Euangelij Luca 4.
tui prædicationem totam ſubito peruaſit Iudæam & Syriam,ſic ſalutiferum tuum
bone Ieſu,nomen magna omnium admiratione innotuit, vt nihil aliud, quàm vn-
guentum precioſiſsimum videatur, quod è cœleſti myrotecchio in terras effuſum,
2 ſuo odore longe, lateque diffuſo, circunſtantes mirifice delectat, & ad ſui ra-
pit admirationem, ac deſiderium.

Ideo Adoleſcentulæ dilexerunt te.

Me vero ante omnes: tum & quæ mecum ſunt, puellas ſodales meas, Nempe ani-
mas ſimplices, rectas, & doli expertes. Quæ propter iſtam cæleſtem doctrinam,
egregiaque facta,& dicta tua diuinitatē in te olfaciunt, eximia tui nominis captæ
fragrantia,te gratioſum, & feſtiuum ſponſum vnà mecum amant meum, tuam aſ-
3 fectant iuſtitiam, & feſtiuam conſuetudinem:adeo cumulate, quæ olim patribus
noſtris promiſeras,prœſtitiſti: & quod filijs Iſrael tuum nomen יהוה Adonai mul Exod.6.
tis æditis in Aegypto miraculis manifeſtaſti, hoc ipſum in tuo Ieſu nomine longe
maioribus rebus in noſtram gratiam geſtis, manifeſtius nobis oſtendiſti: manife-
ſtius adhuc (ut ſpero) oſtenſurus. Vt enim ſub Pharaone non antea omnipoten-
tiæ tuæ manum contraxiſti,quàm filijs Iſrael promiſſam terram lacte & melle ma
nantem expulſis inde bellicoſis, & ferocibus indignis populis, poſsidendam tra-
didiſti: ſic nunc à tuo incæpto non deſiſtes, donec nos germanos per fidem Iſrae-
lis filios,in tuam regiam & Regnum cæleſte, in ſedes (inquam)beatorum cæleſti-
bus delicijs affluentes induxeris,unde iam olim Satanam, reliquoſque inſolentes,
4 & præferoces ſpiritus, deturbaſti.Quo nimirum (vt animaduerto) iam properas,
meque, & haſce ſodales meas euocas, mundi huius deſertum penetraturas. Imus
igitur & nos tecum, iam nos itineri accingimus, cruces noſtras poſt te tollimus.I
præ ſponſe mi, ſequimur.

Trahe me, poſt te curremus.

Papè,tu quam celerrime curris:Nos vero imbecilles,& ſupra modū tardæ ſumus.
5 Præſertim hæ meæ ſociæ tenellæ adhuc,delicatæ, & Euāgelicæ paleſtræ nondū aſ
ſuefactæ.Quid?non te Ioānes ꝑcurſor tutus velociſsimus, nō virgo Maria mr̄ tua
nr̄a camilla Euangelica,aſſequat̄:quanto minus nòs,quæ dū te altiſsimo Euāgelica
rū inſtitutionū iuga raptim tranſmittentē obſeruamus,paſſu nobis videmur ingre
di teſtudineo: noſtræq; tarditatis, niſi tu me manu conſertá poſt te trahas,& ego
abs te tracta,me as mecū ſubinde traham ſocias, te aſſequi poſſe deſperamus.Quip
pe quæ ſine tuo numine, & fauore beneuolo, nihil te dignum cogitare poſſumus,
6 nedum facere, aut crucem quæque ſuam te ponè tollere. At uerò manum pre-
hendas meam, ſi meis aſpires votis, ſi fidem augeas, ut te penitus inſpiciam:
ſi ſemel perſpectæ pulchritudinis tuæ animum meum titillet illecebra, & incre-

dibiles, quos, qui te intus & incute norunt, amores iactare audio, in me con- 1
citet, meque, ut illos trahat, rapiat, tunc demum & ego poſt te curram: & nix
ſummis pedibus terram contingens, immo uero his uelut euecta talaribus, proxi-
mis te ueſtigiis inſectabor, poſt te curram, & eadem unà tecum tranſmittam præ-
ceptorum, & conſiliorum Euangelicorum quantumcunque alta faſtigia. Commu
nicabo & ego iſthęc tua dona cum meis puellis, quas mihi inſpiraueris uires, iiſdē
non maligne ſubminiſtrabo. Atque ita, ut ſpero, omnes inoffenſo pede, huius ui
tæ ſtadium quam celerrime percurremus, ſuam quæq; crucem te ponè facile per-
Rom. 8. ferentes. Neſcit enim tarda molimina, ſancti tui ſpiritus gratia. Alioqui, non eſt
uolentis, uelle, nec currentis, poſt te currere. Sic igitur me manu cōſertam, trahas 2
o bone Ieſu, ſic me rapias oro, ut & ego meas mecum traham ſocias, mecum poſt
te rapiam. Sic namque tractæ, ſic raptæ, conſertis manibus, continenti chorea,
poſt te ſaltabimus, poſt te cantantes curremus per ſuaſæ, per ſalebras, & uaſte quā
ingredimur, ſolitudinis prærupta loca, non tantùm labores, & arduæ uiæ difficul-
tates, ſed etiam inaudita ſolatia, tuaque omnia bona, nobis tecum fore commu-
nia. Io triumphe.

Introduxit me Rex in cellaria ſua.

3

O ſociæ, bono eſte animo, age, manus mecum conſerite, omnes ſponſo cohærea-
mus meo, omnes poſt ipſum curramus, qui me manu prehenſam trahit fortiter.
Matt. 11. b Hoc duce, & præſultore, ad ipſius regiam properemus, in regnum cęlorum irrum
pamus, & impetu facto, beatorum ſedes, quo nobis Rex noſter uiam pręit, occu-
pemus. Ego uero adeo certam eius regni potiundi ſpem cōcepi, ea me ſponſi mei
Mar. 9. d tenet fiducia, eo uſque ſubito aucta mea me rapit fides, nihil ut credenti mihi im-
poſsibile fore putem. Quinimmo iam mihi uideor eius Regni ſummam arcem
tenere, in intimis Regis noſtri Regięuerſari penetralibus, & inexhauſtos, qui
ibi reconditi ſunt, ſapientię, & ſcientię diuinę Theſauros contemplari. Tanta 4
Colo. 2. eſt uis, ac diuinitatis uirtus, quam à ſponſo meo profluentem, in me ſentio deri-
Lucæ 6. Ioan. 6. uari. Mira dicendo energia, ſtupenda in agendo efficacia. Verba quę loqui-
Ioan. 5. tur, ſpiritus & uita ſunt, pręclara quę gerit opera, Deum auctorem ſuum,
1. Cor. 13. profitentur: unde conſpecta mihi eiuſdem, quamuis in ſpeculo, & ęnigmate,
ineffabilis pulchritudo, mirabiles ſui in me amores excitat, meque omnino ad
ſe rapit. Vtinam uobis quoque o ſodales meę, eadem adſit mens, par ſpes,
fiducia, fides, & ſponſi mei charitas: & aderunt hęc omnia proculdubio,
ſi pariter atque ego, uos illi prębeatis morigeras, ſi uocantem attente, &
benigne audiatis, ſi ad ſe trahentem ſequi feſtinetis. morem igitur recta im- 5
Heb. 4. peranti geramus. Ecce uocat, audiamus. Trahit, in requiem ſuam trahen-
tem, ſequi feſtinemus. Nobis enim per fidem relictus eſt, & decretus ſabba-
tiſmus, unde propter diffidentiam ſuam olim repulſa fuit Synagoga: nihil nos pe-
netrandę ſolitudinis, ut illam incredulam, terreat ariditas, Nihil draconum mor-
ſus. Nihil hoſtium incurſiones, nihil denique crux grauis impoſita nobis ſarcina.
Audite magnifica ducis, & Regis noſtri promiſſa. Illud in primis. *Venite inquit,*
ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum 6
ſuper vos, & diſcite à me, quod mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem
animabus veſtris: iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Tum & illud. *Ecce*

dedi

1 *dedi vobis virtutem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem uirtutem ini-* Luc.10.
mici, & nihil uobis nocebit. Item & illud. *Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui non pote-* Luc.21.
runt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarij veſtri. Et denique (vt ſexcenta alia hu-
iuſmodi omittam). *Primum quærite inquit Regnum Dei & Iuſtitiam eius: & omnia* Mat.6.
adiicientur vobis. Magnifica ſanè, & quæ omnem curã, ac ſolicitudinem, omnemq;
metum ex animis noſtris excludere debent, promiſſa: fidus enim, & omnipotens
ſponſor eſt, qui nec fallere, nec falli poteſt. Adeſte igitur o ſociæ, *venite exultemus* Pſal.49.
domino Ieſu Chriſto, iubilemus Deo ſalutari noſtro: præoccupemus faciem eius in confeſ-
ſione, & in pſalmis iubilemus ei: Quoniam Deus eſt & magnus dominus: & Rex magnus
2 *ſuper omnes Deos: Nec repellet nos, plebem ſuam. Venite adoremus, & procidamus ante*
Deum, ploremus coram Domino qui fecit nos, quia Ieſus ipſe eſt Dominus Deus noſter, nos
autem populus eius, & oues paſcuæ eius.

Lætabimur & exultabimus in te, memores uberum tuorum ſuper vinum.

Ecce, adſumus bone Ieſu, ego, meæq; ſodales tuis prouolutę pedibus. Te Deum,
3 Dominum, & Regem noſtrum agnoſcimus, te colimus, Nos tuum profitemur po
pulum, tuum ſummi paſtoris gregem, te ingẽtium beneficiorum nobis auctorem,
non (ut olim Synagoga) Idolum adoramus, te à quo longe maiora expectamus, Exod.32.
quib. poſſumus proſequimur hymnis, & encomiis: coram te exultamus, geſtimus,
& prægaudio collacrimamur, hymnum tibi concinentes, quem lyricus noſter ua
tes Dauid tibi in regiam tuam & diuitiarum penetralia vocanti nos docuit decan
tare. Nullum unquam hiſce cantibus, iubilis, & lætitiæ noſtræ finem impoſituræ.
Quin earum nos perpetua oblectaturæ memoria (quas nobis facis, & perpetuò fa
cturus es) deliciarum omnem ſupra modum excellentium voluptatem.

4

Recti diligunt te.

Non ut obliuioſus ille populus, qui immemor immenſæ miſericordiæ & benefi-
centiæ tuæ, Deos ſibi fecit aureos, coram quibus edit, bibit, ac luſit: Generatio
praua & te irritare nata, quæ non direxit cor ſuum, ut nec tempore poſteri eius, Deut.32. Pſal.77.
plerique ex diſcipulis tuis, tuum de Euchariſtia ſermonem durum eſſe dicentes: Ioan.6.
Quem nos rectius, uerba uitæ æternæ eſſe iudicamus: teque de gratuito iſto mu-
nere meritò amamus, atque omnibus pietatis, ac gratitudinis proſequimur offi-
5 cijs: Illud teſtatiſsimum omnibus eſſe cupientes, quam adulterini filii ſcribæ &
pharifæi accuſant ſapientiam, nobis legitimis & germanis ipſius filiis iuſtam eſſe
habitam. Sed quomodo non te Dei ſapientiam, & Dei iuſtitiam iuſtum te-
ſtemur ſponſe mi Chariſsime? quomodo te non diligamus, qui optimus ſis
& per te amari digniſsimus? Rex omnipotens, & Iudex incorruptiſsimus,
qui pro tua ſumma potentia & ſapientia ab omni nos hoſtium iniuria libera-
ueris, pro Regia beneficentia, omnibus bonis cumulaueris, & tua præſertim
6 iuſtitia illuſtraueris, qui non manna, ut olim maiores noſtros, ſed te ipſo pane
cælitus demiſſo, nos paſcis, & reddis immortales? Qui me ſponſam tuam repul- Mat.21.
ſa, & excluſa ex penetralibus tuis, & myſteriis Euangelicis Synagoga, cũ ſuperci

lioſis ſcribis ſuis, & phariſæis, illuc induxeris, ſcripturarum ſanctarum cognitio- 1
nem, & earum interpretandarum auctoritatem ab eiuſdem legis peritis, tanquam
ab iniuſtis poſſeſſoribus, ſublatam, mihi dederis, & me eius Regni conſortem om-
Pſalm. 44. nigena ſapientia, & mira virtutum varietate, uelut Reginam auratis & uariega-
tis ueſtibus conſpicuam, dexteram tibi feceris aſsidere?

Nigra ſum ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula cedar,
ſicut pelles Salamonis. Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, de-
colorauit me Sol. 2

Sed iſthæc tua in me munificentia, & graue in Synagogam exemplum, quam acri-
ter illam urit, quam grauibus inuidiæ furiis uelut œſtro exagitat, quam atrocibus
mea me æmula proſcindit maledictis? obiicit uideo, quod nigra ſim. Nempe, quod
ex galilæis, piſcatoribus, illiteratis, idiotis, & omnino obſcuris hominibus, ex pu
blicanis & peccatoribus ac gentibus teterrimo Idololatriæ uitio denigratis, coa-
luerim, quòd dum te Crucifixum prædico, ſtulta iudicor, & execrabilis. Indignum
præterea creditu iudicat, Meſsiam Regem Ieroſolymitanum ſapientiſsimum, ſpre
tis ſcribis & phariſæis, omnibuſq. legis peritis Ieroſolymitanis, uiris legis Moſai- 3
cæ, cæremoniarumq;, & ſacrorum rituum cognitione præſtantibus, tū ſanctitatis,
& religionis opinione, uenerandis, Eccleſiam Galilæorum idiotarum, & ethnico-
rum idololatrarū, ſibi cooptaſſe: & in ſuū locum ſuffeciſſe. Neq; ego obiecta crimi
na inficior, ſed mihi uitio uerti nō debere, cōuiciantē ęmulam meā comiter, & be-
nigne admoneo: meq; nō ex obſcuris natalibus, aut anteacta uita, q̄ uelut externa,
& corporea facies mea eſt, ſed ex fide, & charitate, reliquiſq; uirtutibus, & ſcti ſpi
ritus donis, atq; exquiſita animi puritate, quæ interior facies eſt, & imago Dei, ue
raq; pulchritudo, æſtimandā eſſe contendo, haud ſecus quā Nomadū, & uel ipſius
Salomonis Regum oīum ditiſsimi, tęntoria, q̄ ut nemo ſanę mentis contempſerit, 4
propterea qđ externā illorū ſuperficiem nigrā, & ſolis ardoribus aduſtā, uideat:
ſed introſpecta, ꝑꝑ ingentē auri & argenti uim, quā continent, ꝑꝑ gēmarū & lapil
lorū ſplēdorē eximium, quibus intus nitent, ꝑꝑ admirandū, quod hæc oīa ſuperat
opificium, admiretur: ſic me, quā Sol iuſtitiæ exterius aduſerit, & offuſcarit, dū
obſcura patria, & natalibus ortā, illiteratam, Idololatriæ uitio, uarijſque peccatis
denigratā elegit, & liberā crucis profeſsionem, ac prędicationē gentibus ſtultā, Iu
1. Cor. 2. dæis uero execrabilē haberi fecerit. atq; oīum iniurijs expoſitam, propterea nemo
ſanus deſpiciat: ſed penitus inſpectā, admiretur, & ad miraculū formoſam prædi-
cet. Quā Ieſus Chriſtus lauacro aquæ, adiecto uerbo uiuifico, mundatā, ſanctam, 5
Epheſ. 5. & irreprehenſibilem, ſibi adiunxit ſponſam, fide, ſpe, charitate, oīq; uirtutū gene-
re, & oībus ſpiritus ſctī donis, auctam, dotatā, & ornatam. Quam meam gloriam
Pſalm. 44. admirans uates regius, hoc carmine celebrauit. *Omnis gloria eius filiæ Regis ab in-*
tus, in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus. Verum enim uero, Synagoga liuore
caligans, & inuidia, ſanctos animi mei receſſus cum nō poſsit inſpicere, me ob ex-
teriorem faciem, quam ſolam intuetur, inuiſam habet, & tuo thalamo indignam
Num. 12. iudicat. Vt olim maiores ipſius, Aaron & Maria, Sephoram oderant, quod Moſi 6
ſummo duci æthiopiſſam nupſiſſe, nefas eſſe ducerent: ut hæreditarium odiū iam
inde uſque in me conceptum uideri poſsit, & uelut typo quodam deſignatum.

Filij

1 *Filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem*
in vineis: vineam meam non cuſtodiui.

Quemadmodum & bella quibus tunc populus Hebræus ab Amalechitis & Chana
næis petitus fuit, bella quæ mihi à Iudæis mouenda prædicis, deſignarunt, hoc ipſo
iniqtriora, quòd matrem meam Synagogam exteri oppugnarunt, me uero ma-
tris meæ filij, fratres, ac ciues mei, maioribus odijs, quàm viribus impetunt & in
extremam perniciem ſuam deſertis propriis ſedibus, & cognatis meis, ad gentes
2 migrare compellūnt. Eas ego uineas tuas cuſtodiendas ſuſcipiam, ſanctioris uitæ
exemplo putandas, ſanctiſque inſtitutis fodiendas, & aſsidua euangelii prædi-
catione compluendas: relicta interim Iudæa, quæ domus Iſrael, uinea tua eſt Do
mine ſabaoth, mihi in primis abs te commiſſa, ſed te ita iubente, ob præfatam
pertinaciam, & implacabile filiorum matris meæ odium, deſerenda. Nec enim *Mat. 12.*
iubet fratres appellare, quam tu generationem cenſes adulterinam, & non ex *Ioan. 8.*
Deo patre noſtro, ſed ex patre ſuo diabolo genitam. Et quidem certe dolet mi- *Act. 14. 13*
hi uineam tuam deſerere: at quando tu ita iubes, ad gentes migrans uarias natio- *Iſa. 49.*
nes nouellas uineas tuas, Euangelij pluuias auide ſuſcepturas, ac uiuifico uerbi
tui ſemine fæcundandas, curabo ſedulo: curabo etiam quanta maxima potero fi-
3 de, & diligentia, Agnos tuos & oues, quē meæ fidei & curę cōmittis gregem tuum.

Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in me-
ridie. Heb. vbi Paſces, vbi accubare facies in meridie. ſub. gregem
tuum ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum. Heb. Et
quare ero ſicut operta aut palliolata ad greges ſodalium tuorum?

4

Sed heu me, ſponſe mi cariſsime, quam me illud ſolicitam tenet, quòd tu qui-
dem in cœlum profecturus, gregem tuum mihi credis: meque pro eo, quoties *Ioan. 20. a*
opus fuerit, capitis periculum tuo exemplo ultro adire adhortaris. ego uero te *Mat. 28. d*
maxime tuo munere amo, & colo, atque in tuam, & gregis tui gratiam, millies *Ioan. 10. b*
mori non recuſo: uerùm maiora mihi & tuo gregi imminere mala uideo, quàm
quæ ego niſi tuo nitar patrocinio ſuperare poſsim: & in tantis malis boni paſtoris
defungi officio. Propter hunc igitur bone Ieſu, amorem meum, quo te, tuum-
que gregem proſequor, te oro iam nunc ea loca irrigua, uirentia, & opaca, ut
5 mihi indices, ubi tu (quemadmodum olim te facturum promiſiſti) gregem, tuum
paſces, & tutum in maximis periculis facies accubare, montes illos Iſraelis excel-
ſos, & irriguos, Ezechielis celebratione nobilitatos, ubi ſunt Paſcua irrigua, & *Ezech. 24.*
uirentia: hoc eſt, altiſsimas diuinarum rerum contemplationes, in quibus qui uer-
ſantur, in montibus Iſraelis, uiri nimirum, qui Deum uidēt, uerſari dicuntur. In
talibus namq. montibus affatim prouenire credo herbida, & uirentia myſteriorū,
ac cęleſtis ſapientiæ, & ſcientiæ Paſcua, quibus de paſcendis piorum animi poten-
6 ter uegetanī, nutriuntur, & augeſcunt. Ibi plurima (ut exiſtimo) gratiarū ſpiritus
Sancti in uitam ęternā ſaliens, & qui ſe biberint ſalire faciens, erumpit aqua. Ibi ſe
mitas audio eſſe iuſtitię, nō accliues, ſinuoſas, & difficiles, ſed æquabiles, rectas, & *Ioan. 2.*

C 3 com-

complanatas: quas ingredientem nulla ſubit laſsitudo. Ibi (vt perſuaſa ſum) ex 1
familiari Dei conſuetudine ſic meus exacuitur, & humani animi confirmantur ui
res, vt qui in ea ſemel admiſſus ſit, conſuetudinem cum Deo contendere, & eiuſ-
dem benedictionem, nempe patrocinium, ab eo poſsit extorquere: cuius fauore,
Gen. 32. & tutela fretus, omni polito timore, exẽplo Iſraelis, hoſtes ſuos ualeat ſuperare.
Hæc inquam, loca, ut antequam abeas, mihi indices oro, ut his tempeſtiue cogni-
tis, quum te abſente, in maximis verſabimur malis, quum ardentiſsimus perſe-
quutionum feruebit æſtus, ego, & grex tuus, illuc recta confugiamus, ibiq. in tuã
tutelam nos recipientes, tamquàm in aſylo & ſumma arce tuti quieſcamus. Id ve-
ro ut mihi annuas, anime mi, eam obrem obnixe oro, quod ſciam admonita, mul- 2
tos fore pſeudo prophetas, & pſeudo Chriſtos, qui te abſente, bonos paſtores ſi-
mulent, & tuam mentiantur perſonam: miriſq. dolis, & artibus, mihi nitantur im-
ponere. Illi præſertim hæretici, qui quamuis ſodales tui nunquam fuerint, quia tã
men ex ſodalitio tuo prodierint, tuos ſodales, tuorum q. gregum paſtores maxime
omnium poterunt ſimulare. In hos ego veteratores incurrere pertimeſco, verita,
ne dum te inquirẽs quaſi uidua operto capite, erro, nõ te Chriſtũ ſponſum meum
mihi vnice dilectum, ſed Antichriſtum mihi maxime inuiſum, quaſi palliolata me
retricula, ſcortatorem quęrere videar: & falſa ſpecie tui deluſa, ad aliquem illo-
rum impoſtorum longe contra animi mei ſententiam, declinem, & diuertam, me- 3
que ac tuum peſſundem gregem.

*Si te ignoras o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt ve-
ſtigia gregum tuorum: & paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſto-
rum. Heb. Si ignoras tibi O pulcherrima inter fæminas, exi tibi per
veſtigia gregis illius: & paſce hædos tuos iuxta tabernacula illo-
rum paſtorum.*

Mihi vero o formoſiſsima mea Eccleſia, caſtus in primis & pudibundus tuus iſte 4
Chriſtus ſpõ ſuæ. timor, ſummũq. integritatis tuę ſeruãdę ſtudiũ, ac ꝓuida tuẽdi gregis mei ſolicitu
do, mirũ in modũ ꝓbantur: Nec quicquã eſt qđ ego magis optem, quã te mihi quã
caſtiſsimã permanere, teq. ac gregẽ meũ pſeudo Prohetarũ, & pſeudo Chriſtorũ
dolos declinare. Iam ergo ut his te expediã curis, qđ me oras accipe. Si qñ in ma-
ximas perſequutiones, & rerũ oĩum difficultates perplexa & inops conſilii hære-
bis, obſerua maiorũ tuorũ fidẽ, & in perferendis malis infractũ animũ: quæq. illi
his ueluti pedib. ſuis difficiles ingreſsi uias, reliquerunt impreſſa ueſtigia, heroi-
ca ſua facta, raræ fortitudinis, ac cõſtantiæ, tibi tuoq. gregi imitanda exẽpla: Iiſdẽ 5
tu quoq; ingredere pedib. eadẽ tere veſtigia, eã rectã tuq., & grex tuus, perpetuã
tenete uiã: ea uos ꝓcul dubio, ad mea paſtorũ principis, aliorũq. inſigniũ paſtorũ,
perducet mapalia, in virentib. irriguis, & opacis Iſraeliticorũ montiũ locis fixa.
Ibi nullũ q te deceptã uitiet, aut ſolicitet, oſtendas pſeudo Chriſtũ, nullũ pſeudo
prophetã: ſed meipſum, qui te incorruptã perpetuò ſeruaturus ſum, & illibatã, ve
rũ Chriſtum, & legitimũ ſponſum tuũ, meoſq. qui gregem meũ ex animi mei ſen-
tentia, doctrina ſana, & ſcientia paſcãt fidos paſtores. Ibi iubeo ut paſcas hædos, 6
tuos inquam filios, tibi recens natos, quin & adultos, ſed moribus adhuc,
& iudicio neophitos, laſciuientes, auribus prurientes, rerum nouarum cupidos;

&

1 & voluptatum (quarum virus redolent) magis, quàm mei, amatores. Ibi tuos
hœdos a meridiani ſolis incommodis tutos cum reliquo meo grege iubeo, vt fa-
cias accubare, prædicando verbum opportune, importune, obſecrando, incre-
pando cum omni patientia & doctrina.

Equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te amica mea. Hebr. Equæ meæ.

Habes certam viam, & rationem, quam teneas, Chariſsima mea Eccleſia, vt dum ti
2 bi, tuoque gregi ſub ardenti malorum, & perſecutionum ſole conſultum uoles,
ad montes Iſraelis, vbi ego fixa tibi ſemper habeo tentoria, inter virentia & ir-
rigua prata, ad me confugias, eo tuum gregem agas, Illic iuxta mea, meorum-
que paſtorum mapalia, tuum facias accubare, Illic laſciuientes tuos paſcas hæ-
dos. Iam quo magis gaudeas, ac contra omnia quæcunque tibi contingere poſ-
ſint mala, has audentior, audi quàm magnifica de te mecum conſilia agitem,
quàm magnis te rebus deſtinarim. Certum eſt mihi cunctis regibus & princi-
pibus bellum inferre, omnes debellare nationes, uniuerſum orbem meo ſubij-
cere imperio, Principem mundi diabolum cum toto ſuo præſidio inde exigere:
3 & quos in captiuitatem ille redegit fratres meos, ſuæ reſtituere libertati. Porrò
quæ ad hanc expeditionem arma paro, hæc ſunt. Euangelium in primis, qui meus *Pſalm. 44.*
vtrinque acutus gladius ad conſiciendum mendacium, & hipocriſim, ad confo- *Eph.6.*
diendam omnem iniquitatem, ad domandas & cicurandas efferatas nationes, ad-
mirandam habet energiam. Arcus, intentus Prædicationi animus. Sagittæ præ-
acutæ, quibus hoſtium meorum corda ad male actæ vitæ prioris pœnitentiam, &
ſcœlerum ſuorum confeſsionem adigens, transfigam, eoſque in deditionem
compellam, veritas doctrinæ meæ eſt, & ardens qua in omnes affectus ſum, Cha- *3.Reg.10.*
ritas. te uero ad hoc bellum gerendum in primis elegi, cui velut vniuerſo equita- *Zach.10.*
4 tui meo, & ſingulari præſertim equæ albæ & velociſsimæ inſidens (qualem olim *Apoc.6.* *Hab.3.*
ex Pharaone magno emptum equitatum ſuis curribus iungere ſolitum fuiſſe Sa- *Pſalm.67.*
lomonem Hebræorum regem, Sacri annales memorant) vniuerſum breui perua- *Exod.14.*
dam orbem, & ingentia prælia mira celeritate conficiam: Nimirũ apoſtolos meos,
Euangeliſtas, Doctores, & eccleſiaſtas innocentia & animi puritate candidos,
impigros, & qui magno prædicandi euangelium correpti ſtudio, breui admodum
tempore longiſsimos terræ mariſque percurrant tractus, & me ipſis uelut inequi-
tantem, per medias hoſtium acies inuehant, ac populos vndequaque proſternen-
tem circumferant. Per me namque, ſola mea præpotenti fretus dextera, fortia
5 & admiranda facta geram: atque arduum hoc & memorabile bellum tua quaſi
vectricis equæ vſus opera, profligabo.

Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis. Heb. in ornamentis, & collum tuum ſicut monilia. Heb. in torquibus.

Tuã porro pulchritudinem, & virginei oris, mentis.ſ.puræ, & oĩ uitio ꝑ fidem re *Ezech. 16*
6 purgatæ, venuſtatem, plurimũ auget diuinarũ rerum cum charitate, oĩq. uirtutũ ge *2.Cor. 11.*
nere coniuncta cognitio, ac diuinæ legis obſeruatio. Hæ nãq. ſunt ſpũales tuæ in- *Philip.4.* *Pſalm.44.*
aures aureæ, quæ capiti tuo, nimirũ ſpũi, appenſæ, miram turtureis, & pudicis tuis *Prouerb.1.*

Ioan. 15. genis conciliant gratiã, Hic tuus ſpiritualis torquis aureus, collũ tuũ, infractũ nẽ- 1
Matth. 11. pe tuum adornat animũ, ac uẹhementer decorat, ut bellatricem æquam adornant
& decorant phaleræ. Ornamenta enim dumtaxat in te uideo, frænũ nullum uideo:
ſed nec malas vllas, quas frænare oporteat, cupiditates. Eximiam uero temperan-
tiam obſeruo : & quæ in genis tuis effloreſcit turtuream demiror pudiciciam.

Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.

Quibus ornamẽtis quoniam ſcio te ad laſciuiam & luxum (ut Synagogam æmulã
tuam ſuis, quæ a me aceperat ornamẽtis) minime abſuram, preter hæc, Murenulas 2
aureas, argenteo emblemate diſtinctas, tibi fabrefacere conſtitui. Copioſiorem
adhuc ſapientiam & charitatem eloquentia Chriſtiana inſtar argenti, candida &
ſonora, uariegatam, & abſolutam deniq. dicendi uim exhibiturus: qua eos qui te
Eſa. 49. audient docere poſsis, mouere ſimul & delectare. His ego uiribus inſtructos per
multos ẽpos & doctores ditiſsima gẽtilitatis ſpolia, tibi adhibebo, aureos viros
eloquẽtes & diſertos. His ueluti affabre factis a me murenulis aureis, argento em-
Exo. 12. 14. blemate elaboratis, te ſponſam meam exornabo: ut olim Hebræum populum auro
& argento, ampliſsimiſquè ſpolijs ægiptiorum adornaui. Vt ad pulchritudinis, &
venuſtatis tuæ explendos numeros, nihil amplius deſiderari poſsit. Interim cum 3
iſtis, quibus iam nunc abunde ornata es, fidei inauribus ſapientiæ Euangelicæ, &
charitatis monilibus, uniuerſoquè uirtutum mundo, dextra mihi aſsideto, me-
Pſal. 44. cum epulare, o Regina, animo meo gratiſsima.

Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.

Eccleſ. Quid miraris, o Synagoga? Quid ommurmuras, Quòd ad me diuertat Chriſtus
Rex noſter? Quòd mecum edat, & bibat? Quòd arctam mecum coierit amiciciã,
& fœdera nuptialia? Ecce, ex quo in humanitate ſua quaſi in hemicyclio accum- 4
bens, nobis apparuit regis noſtri diuinitas, ex quo in nazareorum conſedit Syna-
Luc. 4. goga, & ad epulas ex Eſaiæ promptuario depromptas, tequè, meq; inuitauit, iam
Iſa. 61. inde uſquè tua perfidia ſuam uelut Aſſa fœtida, graueolẽtiam, & mea fides ſuum
uelut Nardus piſtica, & ſpicatum unguentum nardinum odorẽ Regi gratiſsimum
Mar. 3. protulit. Tu Regem tuum ſapientiſsimum iuxta ac ſanctiſsimum, inſanum, fabri
Mat. 13. filium, publicanorum amicum ac compotorem, ſeductorem, Samaritanum, Dæ-
Mar. 6. moniacum, & Dæmoniorum principis Belzebub confœderatum clamitas, & exe-
Luca 7. craris: ego contra tanquam ſapientiſsimum magiſtrum meum attente audio, filiũ
Ioan 7. Dauid, & Dei filium, Regem Iſrael & Meſsiam expectatiſsimum credo, uene- 5
Mat. 27. ror, & prædico. Hunc credo ingenue, publicequè profiteor, ſolo uerbo ægrotos
Mat. 12. quantumcunque deſperatos curare poſſe, & conclamatos ad vitam reuocare, ab
Marc. 3. energumenis Dæmonia excludere, & profligare. His ego mecumquè ſodales teſti-
Luc. 12. moniis ex cordibus noſtris uelut veſtibus nardino fidei vnguento odoratis, ex
Mat. 15. eburneis arcis de promptis, Regem in Iudeæ Synagogis, & templo Ieroſolymi-
Matt. 16. tano docentem, reſque admirandas magna cum gloria, & omnium admiratione
Ioan. 1. gerentem, induimus, mirificequè oblectamus. Quod noſtrum officium Re- 6
Ioan. 11. gius Pſaltes his olim uerſibus celebrauit. *Mirrha, & Gutta, & Caſſia à veſtimen-*
Matt. 8. *tis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ Regum in honore tuo.*
Pſal. 44.

Sed

1 Sed & Rex ipſe viciſsim me oblectat plurimum: & hæc mea qualiacunquè cu-
mulate penſat officia.

*Faſciculus myrrhę dilectus mens mihi: inter hubera mea commora-
bitur. Heb. ſtacte panniculo inuoluta.*

Quum enim illum contemplor innocentiſsimum, in cruce pendentem, quas ego
commerui pœnas, pendere, quæ ego admiſi ſcælera, luere, & ſua ſponte oblatum
mei amore velut ſtactem liqueſcere, mea omnia in ſe recipientem nomina, Pa-
trem ſuum mihi placaſſe, meque illi hactenus inuiſam, & putentem, iam nunc eo
2 liquore odoratam, eidem gratam & bene olentem reddidiſſe, meisq; omnibus cu-
ratis plagis ac morbis, priſtinæ ſaluti reſtituiſſe, Deus bone, qua tum me crucifixi
Regis mei hęc recreat & reficit meditatio. Erit ergo mihi poſt hæc Chriſtus Cru-
cifixus, purus, & incorruptus amor meus. Pro myrrha ſua ſponte ſtillante, mini-
meque adulterata, & pro optima illa ſubſtantia, quæ ex ea recente, & aqua tuſa,
organoque expreſſa, exiſtit compos virium plurimarum. Quamobrem mecum
conſtitui, hunc amorem meum incorruptiſsimum, & quæ ex eo tormentorum
aquis tuſo, ac prælo crucis expreſſo, extitit, inæſtimabilem diuinitatis ſubſtantiã,
fidei panniculo inuoluere in pectoris mei ſinu. In corde nimirum, quod inter hu
3 bera mea ſitum habeo, nempe in memoria, inter intellectum, & voluntatem, ve-
lut inter animi mei hubera repoſitum, ſemper habere, ac charitatis calore fouere.
Imo verò ex eo in mentis meæ, quę interioris hominis cor eſt, ſinibus, tanquam
vitali ſpiritu commorante, conceptum ſpiritum & calorem vitalem, in omnes in-
terioris hominis partes, tanquam a vitali principio, vſque ad exterioris hominis
membra, atque adeo vſque ad circunſtantes tranſmittere. Vt Chriſti mei bonus 2. Corin 2
odor ſemper ſim: & ſi quid adhuc in me ſit, quod peccati hircum oleat, huius ſic
inuolutæ & in ſinu meo calefactæ ſtactes viribus abſumatur; ſi quæ ſunt pecca-
torum vulnera, glutinentur, & inducta cicatrice curentur, vt ne cicatrix quidem,
4 aut vllum vulnerum veſtigium maneat, vllumve poſthac in me ſuboriri poſsit vi-
tium. Quin & animi mei ſic firmentur, & conſeruentur hubera, vt nec reb. ad-
uerſis frangantur, nec deſſluant proſperis. Aut vero ne (ſicut tua olim Synago- Ezech. 25.
ga in Aegypto hubera) procis vnquam ſubigenda frangendave exponantur. Oſe. 2.

*Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis engaddi. Hebr. Bo-
trus expiationis.*

Eſt mihi præterea dilectus meus Chriſtus pro prægrandi Botro expiatorio in
5 engaddinis uineis vuarum miræ magnitudinis feracib. nato. In regione inquam
engaddi, hoc eſt, in fonte inciſionis. Ea enim eſt miſtici uerbi uis, & rei geſtæ 1. Iohn.1.b
conueniens interpretatio. Siquidem meus Chriſtus ſemetipſum Antilytrum, &
ſummum dedit quo me redemit, pretium. Is ipſe clauis, & lancea confixus, atque
in cruce quaſi in torculari, expreſſus prægrãdis Botrus, uelut fons inciſus, ſangui- Ephes. 5.
ne manat & aqua. Ex quo ego lauacro luſtrata, emerſi expiata, & omni depoſita Psal.102.
uetuſtate, inſtar aquilæ innouata, iuuenis & formoſa, omni carens peccati macu-
6 la, omni uetuſtatis ruga, omni denique uitio emaculata, obque ſua ingentia in me
merita, hanc ego odoratam & efficacem Myrrham, hunc Botrum expiatorium
unice diligo, parentibus, propinquis, amicis, & omnibus meis fortu- Luca 14.
nis,

nis atque adeo mihi ipſi, in amore præfero: & cœlum, vnde ad me delatum eſt, 2
Nu.13.14 ſumma vi nitor capere. Nullos hoſtes metuens, nulla formidans pericula, ut tu olim mea æmula habitatores terræ Chanaã, unde miræ magnitudinis Botrus ille ad te ab exploratoribus exportatus fuerat, pertimeſcens, & Deo diffiſa, promiſſas ſedes obtinere poſſe deſperaſti: Ducem alium relicto Moſe, tibi conſtituere, in Aegyptum redire, abdicata libertate, & hæreditate tua, Aegiptijs iterum te addi-
Mat.27. cere, ſatius eſſe putans: Et nuper Barrabam Botrum amariſsimum in uinea Sodomorum, & Gomorræ ſuburbanis procreatum, Chriſto Botro ſuauiſsimo, in piorum hominum uinea, & ſuburbanis nato, prætuliſti: abiectaquè vera li-
Deut.32. bertate, & legitimo Regno tuo, te non alium habere Regem præter Cæſarem 3
Ioan.19. Stentorea uoce proclamaſti.

Chriſtus. *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es: oculi tui columbarum.*

Næ tu officioſa es, O amica mea Eccleſia, & grata mihi ſemper fuerunt tua officia. Merito te amo de Nardo hac, & hiſce Nardum ſpirantibus, (quas mihi protuliſti) ueſtibus. Laudo in primis, & admiror fidem tuam, quantam in Synagoga 5
Mat.8. inueni nunquam. Tuum in me amorem maxime probo, Quæ ſola amari digna es. Ecce enim tu ſola ad miraculum pulchra es, & columbinis oculis gratioſa: caſtitatis nimirum, & coniugalis fidei tenaciſsima, Simplex, innocens, ſceleris pura, & integra uita, quæ mihi maximè placet animi pulchritudo: ut maxime diſplicet exterior Synagogæ facies, falſa iuſtitiæ ſpecie fucata: hominibus tamen admirabi-
Mat.23. lis. Qui illius animum hypocriſi, iniquitate, omnique deformem ſpurcicia, ne queunt intueri. Porro, quod admirandam iſtam tuam pulchritudinem, & con-
Rom.9. ſummatam iuſtitiam omnino mihi fers acceptam, facis tu quidem vt te decet, gratam & piam ſponſam meam, longe quam Synagoga, diuerſo ingenio. Quæ ſibi iu- 4
ſtitiam arrogat proprijs viribus & operibus partam. Oblita interim violatæ fidei, & fornicationum ſuarum: & (quod omnem ſuperat impietatem) adimiſsi nuper in me parricidij. Parricida illa vipereo ingenio progenies viperarum.

Eccleſi. *Ecce tu pulcher dilecte mi, & decorus.*

Et ſi gaudeo chariſsime ſponſe mi, laudari abs te nunquàm ſatis laudato uiro, & Deo meo, non tamen ſine rubore eximias iſtas laudes præſentes audio: quibus 5
te ſolum maxime dignum iudico. Si quid enim in me eſt pulchritudinis, & iuſtitiæ (quod ſentio quam ſit exiguum) gratuitum tuum eſt, & ab inexauſto pulchritudinis, & iuſtitiæ tuæ, ac bonitatis fonte, in me deductum, atque collatum. Tu namque per te ſolus pulcher es, & nunc maxime reſumpto immortali corpore,
Heb.1. decorus & egregius: Imo uero ipſummet pulchrum extra aleam pulchrorum omnium poſitum, paternæ gloriæ refugentia, & ſubſtantiæ expreſſa Idea, cuius participatione quæcunque pulchra ſunt, pulchro potius ſimilia, quam pulchra, di- 6
cenda eſſe uideantur.

Le-

1 *Lectulus noſter floridus, tigna domorum noſtrarum cedrina, la-* Ioan.2.
quearia cypre sina

Qualem quoniam tu ita iudicas, me eſſe agnoſco, qualeſque, vt multos ex me ſpon
ſa tua in hoc electa, non ex ſanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uo-
luntate uiri, ſed ex te naſcituros, tibi gignas filios (qui tuus ingens noſtrum ſin-
gularis amor eſt) ex ſinu patris tui, in ſinum meum deueniſti, ſpiritum meum ſpi-
ritus tui ornatum gratijs, velut genialem lectum noſtrum ſuauiſsimis ſtratum flo-
2 ribus, compoſuiſti, Animam corpuſque meum tua manu fabricatas domos, hu-
manis uirtutibus uelut tignis cedrinis, & diuinis, quaſi laquearibus cypreſsinis,
charitate pręſertim, quæ in pondus nitens omnia ſuſtinet, cōtignaſti. Nulla te hic
graue olens, ut in fornicibus æmulæ meę, offendat fuligo, Nulla unquam inuenias
in lecto noſtro, vt in illius proſtibulis, alieni uiri veſtigia. Omnia ſingulari tuo
munere apud nos alba ſunt, omnia florida, omnia ſuaue olentia; in his igitur ſpon
ſe mi, amabo, domibus mecum age perpetuò, ſic te noſter pudor, ſic ſpecies, ſic
amor commoueat, ut te ibi Dominum Deum pure ſemper, ſanctequè adorem, nec
me, gentem meam, paternamue domum, in tuam gratiam obliuioni tradidiſſe, un-
3 quam pœniteat. Sub hac perenni & odorata contignatione, illi mihi pro patri-
bus meis naſcantur filij, quos vniuerſi orbis principes aliquando conſtituam, lau-
des nomenquè tuum in omne æuum celebraturos.

Caput II.

Ego flos campi & lilium conuallium.

4
O Fęlices, & bene fortunatas nuptias, o magnum mihi cum ſponſo Gen.2.
meo Chriſto commune myſterium. Ille homo factus Deo pa- Ephe.5.
tre & Synagoga matre ſua relictis, mihi uxori ſuæ adhæſit per na- Lucæ.1.2.
turarum pridem, nuperrime uero, per ſpiritum & animorum vnio Ioan.20.
nem: ſenſum ſcripturarum & Euangelium inſtillauit, ſuo me ſpi-
ritu afflauit, cęlos aperiendi & claudendi fecit poteſtatem. Quam
clęeſti genitura ſeminata, & uitalibus aquis irrigata, grauida facta ſum, & fœcun
5 data: Inſtar Saaron agri uberrimi, roſas, & inſtar irriguarum conualium, lilia par Iſai.35.
turio, Martyres, & Virgines, numeroſam Chriſtianorum ſobolem, qui admiranda
morum ac uitæ ſanctitate, cœleſtiſque doctrinæ fragrantia, totum orbem Dei no-
titia ſunt completuri.

Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.

6 His ego Roſis, his lilijs grauida, mera mihi roſa uideor, & merum lilium. O ſua- Chriſtus.
uem ſponſam meam Eccleſiam, inſtar lilij puram, candidam, & ſuauè olentem,
Mundi decus, & ornamentum. Sed hoc ornamento, heu quam indigna eſt huius

mundi

mundi ſenticoſa conuallis, reprobrum Eccleſias proferens, Phariſeorum et ſcri barum conciliabula, hæreticorum conuenticula, Ethnicorum, Pſeudo prophetarum, et aliorum impiorum hominum innumeras factiones. Inter has certe quaſi ſpinas innocētia, & puritate uitæ odorata & candida, uelut lilium mea fragrat Eccleſia. Quæ ipſam circunſtantes, maledictis, atrocibus iniurijs, & perſecutionib.
Ioan. 16. pungunt: totiſque nituntur obruere uiribus, ac ſuffocare. At uero tu mihi fide ſponſa mea, ego uici mundum: quem & tu quoque meis auſpicijs vinces. *Mihi data*
Matt. 28. *eſt omnis poteſtas in cęlo & in terra.* Ne cede malis, Doce, *Baptiza omnes gentes*. Me uide, *Ego tecum ſum vſque ad conſummationem ſeculi*.

Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios.

Eccleſ. Audiſti Synagoga, honorificam quam de me ſponſus meus Chriſtus pronuntiauit parabolā, & magnificum elogium; Iam audi de illo quem tu cōtemnis, & tamquam Crucifixum execraris, quid ego viciſsim dicam. Ille me lilio inter ſpinas flo
1. Cor. 2. renti comparauit: ego vero ipſum cum malo opaca, & fructifera in ſyluis inter ſteriles & inutiles arbores inſerta, confero. Quemadmodum enim ſi in deſertis & incultis ſyluis inſerat malus, arbor opaca & frugifera, aurea ferens poma, & ſuauiſsima, inter Rhamnos, & taxos, ac reliquas arbores, quæ aut nullum aut 3
noxium fructum ferunt, & noxiam præbent vmbram; ſic meus Chriſtus, in huius mundi Dei gratia deſtituti ſylua inter homines natus eſt, quorum plerique omnes
Pſal. 13. malefaciunt, nemo bene, ne vnus quidem. Ipſe humanitatem ſuam ceu electiſsimum ſurculum in hac ſylua inſeuit multis ditem gratijs, ad pulchritudinem & fragantiam, ad cibum & potum noſtrum, ad macularum ablutionem, & ſcelerum expiationem. In pomum illud deſiderant Angeli proſpicere, ipſius odor ſuauiſſimus eſt Deo patri, ſicut odor agri Pleni cui benedixit dn̄s. Caro eius vere eſt cib. & ſanguis eius uere eſt potus, ſpiritus & vita. Vt de pomo cōpreſſo cruentus, & ac quoſus manat humor: ſic, de Xp̄i mei latere in cruce cōfoſſo manauit ſanguis & ac 4
Rom. 3. qua in emundationē noſtri, & expiationē. Is ipſe cū Dei ſapientia ſit, arbor vitalis
Prou. 3. b eſt ijs qui ſe apprehendunt. flores eius fructus honoris & honeſtatis. In eo omnis
Eccl. 24. c gratia viæ & veritatis, ſpes vitæ & uirtutis. eius nimirum dicta & facta vitam æ-
Io. 6. g
Apo. 22. a ternam conferre nata ſunt: eius folia ad ſalutem gentium, propter ſalubrem vmbrā & tutelam quam ſub ipſa ſedentibus præſtant, comparata ſunt. Huius ego arboris fructus nunc carpo, eoque quam dulciſsimos, his ſumma cum voluptate fruor.

Sub vmbra eius quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. 5

Actio. 1. a Sub hac vmbra, quum tempore paſsionis & mortis ſponſi mei tua ſęuiret ira, de
Luc. 24. g ſideraui ſedere: & nunc voti compos facta, iam tuta ſedeo, aureis pomis, doctrinis & archanis ſcilicet, quę de regno Dei mihi profert, veſcor: tuorum ſcribarum & phariſęorum traditiones & hypochriſim, Hęreticorum, Philoſophorum, Pſeudo
3. re. 14. g prophetarum & quorumcumq. à meo Chriſti diſſentientium impia dogmata, & 6
ere. 2. e placita, quaſi ſylueſtrium arborum fructus inutiles, & mortiferos, auerſor; fron-
Iſa. 57. a doſas arbores, ſub quibus tu olim cum Idolis ſcortabare, execror, & eorum om-

1 nium tutelam velut Rhamnorum vmbram lætiferam fugio, quantumcumq. certam
bene beateque viuendi rationem omnes polliceantur, dicant ipſi quicquid velint:
fel draconum eſt vinum eorum, *& venenum aſpidum inſanabile*. Valeant igitur omnes *Deu.32.e*
cum ſuis traditionibus, & dogmatibus, ſuum venenatum uinum inſanis ſuis audi-
toribus dent bibere: ego interim generoſo vino, quod mihi propinat Rex meus
Chriſtus me oblectabo, Arduis ſcilicet myſterijs, quæ mihi de regno ſuo loqui- *Act.1.a*
tur, & abditiſsimis ſcripturarum ſenſibus, quos mihi aperit, contemplandis. *Luca.24.g*

Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.
2 *Heb. Cuius vexillum in me eſt charitas.*

Is namque in cellarium ſuum iam me introduxit, in turrim illius uineæ, unde pro
pter impietatem tuam te excluſit in gratiam meam, ut olim in tuā gratiam Amor-
rhæos & Moabitas propter ſua ſcęlera; de terra trans Iordanem copioſo ſpiritu
ſuo uelut nouo generoſo uino me potauit: quo agitante ſponſi mei amore incaleſ-
ſco, & tamen ſobria præſcriptum mihi ab ipſo quem in amore ordinem ſeruare
debeam, teneo. His ille quum me immeritam, attamen morigeram, & ipſi fiden-
3 tem, ingentibus cumulauit beneficijs, uiſus mihi plane eſt, in me ceu aciem quan-
dam, & ordinem, amoris ſui conſilia dirigere: meq. profuſis charitatis ſuæ uiſce-
ribus ceu uinculis fortiſsimis tractam, ultro ſibi deuincire. Vt certe deuinctam *Oſea.14.*
unà cum ſodalibus meis, erecto charitatis uexillo militari, nunc poſt ſe ducat, & *Luc.24.g*
copioſiorem adhuc ſpiritum pollicens, in Bethaniam euocat, ut te quondam in ur *Ioſ.1.b*
bem Iericuntem, & uniuerſam terram ex altera Iordanis parte ſitam, euocauit.
Nos uero quo uocat, ducem & Imperatorem noſtrum libenter ſequimur.

Fulcite florib. ſtipate me malis, quia amore langueo. Heb. vinaceis.

4 Me miſeram, quid ego audio. *Non eſt ueſtrum noſſe tempora uel momenta, quæ pater* *Mat.20.c*
poſuit in ſua poteſtate, hoccine eſt domine Ieſu, quod ego tandiu expecto, Re-
gnum Iſraeliticum per uim occupatum ab exteris, te duce repetendum eſſe, & Re
gi Iſraelitico reſtituendum? An non tu Rex ille es Iſrael, & Meſsias, quem pro- *Act.1.a*
phetæ uniuerſi orbis dominum, Ieroſolimis ſumma cum gloria regnaturum pro-
miſerunt? An non ego illa ſum ſponſa tua, cui ingentes decreti ſunt a Deo patre
ſummo honores, ut per te omnib. ſubactis gentibus, earum Reges filiorum meo-
rum nutritij, & Reginæ nutrices ſint futuræ, qui omnes proſtrati me adorent, & *Iſa.49.f*
5 pedum meorum lingant puluerem? Quid? an non poteſtatem omnem, & rerum *Mat.28.d*
omnium ſummam tibi a patre traditam eſſe modo dixiſti? certe hoc tempus ma-
gnis rebus gerendis maxime uidetur opportunum. Vis enim ſat ſcio Regnum uen
dicare, & nunc potes, quum immortalis redditus nulli humanæ potentiæ, nullius
iniurijs es obnoxius. Pater impenſe fauet: innumeræ cœleſtium militum myria-
des præſto ſunt. Quod igitur aliud in tempus tuum Regnum repetere, & ſummos
honores aggredi differas non uideo, nec per te licet uidere, ſed unū duntaxat ſępe
6 promiſſum patris Spiritum expectare. Tu interim ſuauiſsime ſponſe, abis, ego *Act.1.b*
uero tuo uerbo grauida uelut ouicula tua inter Pontifices Iudęorūm, ſcribas, &
phariſęos implacabiles hoſtes noſtros, uelut inter lupos, remaneo, Regibus, &
Prin-

Principibus & gentium velut leonibus, obijcior: apud quos omnes tuorum geſto- 1
rum & dictorum teſtimonium iubes dicere, & tuam abſentis cauſam agere. Vi-
deo, in procinctu es o bone Ieſu, iam abis, iam me miſeram deſeris, Actum eſt, pe-
rij. Ah, Quanto iuſtior hic dolor meus eſt, & in præſentiore periculo timoris
mei cauſa maior quam fuerit olim ſinagogæ Duce ſuo Moſe tum orbatæ, quum
Iordanem tranſmittere, & Regibus Chananeis bellum inferret cogitaret. Vt enim
illa eximium Imperatorem tum ſibi ereptum eſſe, merito doleret, armatorum ta-
men militum præſidio munita manebat: Ioſue & pleroſque alios conſilio & uiri-
bus præſtantes Duces, quorum tutela ſe ſolaretur, & confirmaret habebat. At
ego inermis turba, ſine duce & Imperatore, ſine ſacculo & pera, ſine ęre & argẽto, 2
omni denique præſidio & commeatu, omni patrocinio deſtituta, hoſtibus præda
obijcior: quorum quiſquis me interfecerint, proh dolor, Deum mea morte deme-
reri, ſibi ſit perſuaſurus. Vos ſaltem ut ſuperioribus diebus, adeſte Beati ſpiritus
ſodales Chariſsimi, ſuggerite mihi quæſo, quæcunque ille me docuit, & morti
proximus mandata dedit, quæcunque proximis quadraginta diebus de regno Dei
uobis præſentibus mihi locutus eſt, in meam reuocate memoriam: ut hiſce uelut
admotis floribus, aut uaſis uinaceis, & congeſtis pomis, ex diuite regis mei penu
depromptis, animum reuocem. Nam præ amoris impotentia liquor animo, & tan-
ta eſt amoris uis, ac perturbatio, ut eorum omnium memoria ſimul cum men- 3
te exciderit.

Leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Hei mihi, labaſco, Sponſe mi, fer opem, Serua me obſecro. Nutat mihi caput, læ-
uam tuam quæſo, ſupponito: ſoluuntur membra ſi igore, tua potenti dextera me-
1.Th.5.a diam me amabò, complectere: in ſinu tuo ne concidam foue. In te unum me reij-
cio, in te omnem fidem meam & ſpem colloco. Tu qui ſolus potes, ſpiritum meũ
impendentium malorum metu fractum, tuo fulci Spiritu, infirmam carnem meam 4
immenſa potentia tua corrobora. vt integer Spiritus meus, integra anima & cor-
pus, tibi ſemper maneant, tibiq. in tuum ad me ſeruentur reditum.

Chri.Sim. *Adiuro vos filiæ Ieruſalem, per capreas ceruoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, quo ad vſque ipſa velit.*

Quid fremitis? Quid tumultuamini? Quænam ſunt iſthæc, quæ in meam Eccleſiã
agitis conſilia, O pontifices Ieroſolymitani, voſque ſcribæ omnes & Phariſęi? 5
quieſcite ſi ſapitis, abſtinete ab ea impias veſtras manus homines ſanguinarij. Sit
ſatis, in me ſæuitum eſſe, ut lubuit. In ſuauiſsimam ſponſam meam ſęuire nondum
Ioan. 14.c permitto, quam ego in fidem & tutelam recepi meam, & ocioſo iuſsi eſſe animo.
Mat. 28.d Ecce domi ſuæ orat angelorum circunſepta præſidio. Per quas ſacroſanctas uos
Heb.1.a obteſtor mentes, ne orantem ſolicitetis, neue ſedato animo meæ fidei & promiſ-
ſis addormienti, obſtrepatis, aut negotium ullum exhibeatis. Niſi vultis cęleſtes a
c[illegible]es, quibus ſcelerum ueſtrorum pęnas detis, irritare. Acutius enim ipſis capreis 6
cum cernant, ueſtra quantumcunque occulta perſpiciunt conſilia. Capreis & cer
Heb.1.d uis longe celeriores, ſuis accurrunt ociſsime, atque opem ferunt clientulis. Om-

nes

1 nes ſunt miniſtratorij ſpiritus in meæ Eccleſiæ tutelam et miniſteriũ miſsi a me,
propter eos qui hæreditatem ſalutis æternæ ſunt accepturi, ut olim etiam miſsi
mihi fuerunt in Reges et populos Chananęos, propter maiores ueſtros, ut cœle-
ſtium exercituum meorum præſidio deletis impijs populis, illorum terras ipſi hæ
reditario iure poſsiderent. Illorum igitur exemplo moniti cauete, ne ſi legitimos
meos Iſraelitas, uos degeneres, ſuo Regno & hæreditate prohibere tentaueritis,
pariter atq. Chananæi illi, qui maiores ueſtros ſuo Regno prohibere conati ſunt,
meorum exercituum petiti armis, pereatis. Sinite atque meam Eccleſiam iuſtum
ſomnum capere: & quamdiu volet, conquieſcere, Regnum cœlorum obtinere:
2 & in eo Regnare pacifice.

ACTVS II.

Vox dilecti mei.

Bona verba quæro uiri Iudæi & Ieroſolomitæ. Quod nobis accidit hodie miracu *Eccleſia.*
lum hactenus inauditum, oro, prius cognoſcite, tum judicate. Principio, nos mini
me ebrios eſſe, ut uos exiſtimatis, uel illud uobis abunde fidem facit, quod dum
3 hæc geruntur, quæ uos ridetis, hora diei ſit tertia duntaxat: quin & illud quod prę
ter ſanctæ gentis noſtræ morem ſit, ante horam nonam accumbere, atque hac ce-
leberrima præſertim die, cum ex ſacræ legis præſcripto in templo multis prius li-
tandum ſit ſacrificijs, & ibidem coram domino epulandum. Nec uos noſtra fruga
lis & pauper uita latet: quos meminiſſe poteſtis præ pietatis ſtudio neglecta corpo
ris cura coactos aliquando fuiſſe, ut famem ſolaremur, in ipſo itinere, expreſſa è
confricatis ſpicis grana commandere, & non ſemel pietatis gratia in deſertis lo-
cis ſub omni rerum penuria ad noctem uſque perduraſſe, Qui ergo Pietatis ſtu-
dio, inediam & famẽ totos dies ad noctem ferre conſueuerunt, ſacra Quinquage-
4 ſima die, quę tota pietati dicata eſt, iam ante horam tertiam ebrij ſint, & muſto ple
ni? intelligite igitur has tam multas & diuerſas linguas, & admiranda Dei facta,
quæ uobis audientibus loquimur, non muſto aut ebrietati adſcribenda eſſe, ſed di
uinitati: cognoſcite Dei ſpiritum eſſe. Animaduertite donum hoc diuinitus no-
bis tributum, ingens illud eſſe donum, quod ſe nobis daturum ædito per Ioelem
oraculo, iam olim promiſsit Deus: & nunc tandem per Ieſum præſtitit Nazarenũ. *Ioel.2.g*
Qui Ieſus cũ definito conſilio & præſcientia Dei traditus, poſt multas res præcla
re geſtas, multaq; diuinitus ædita prodigia, & ſigna admiranda, a vobis occiſus eſ
ſet, deuicta morte à Deo patre ſuſcitatus eſt, ſolutiſque Inferni doloribus, incor
5 ruptus, ut regius noſter uates Dauid prędixerat, ab inferis in cęlum ad patrem eue
ctus ſumma cum gloria tanto ante promiſſum nobis ſpiritum Sanctum & donum
hoc, quod uos uidetis & auditis, inde vſq. in nos abunde effudit, hanc ille ſuam in
ſua Eccleſia nunc exercet energiam. Vox igitur mea, quam audis o ſynagoga, tam
diuerſa ſonans idiomata, & Dei facta magnifica, non mea, non temulentę congre
gationis uox eſt, ſed promiſſa iam olim uox ſpiritus Ieſu mei: vox non mea eſt, ſed
dilecti mei Chriſti, qui de ſpiritum ſuum in me ſua loquitur Eccleſia. Vox inquã
6 dilecti mei, & Domini Ieſu Chriſti.

Ecce

Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. 3

Audiuit ſponſus meus Ieſus, o ſodales, proculdubio, obſtrepentium quieſcenti
Act.4.5. mihi Principum & Seniorum noſtrorum tumultum, Illatam uim, & ſæuas minas:
Audiuit & noſtras opem poſcentium preces, concuſsit cęnaculum, Auxit ſpiritum, Addidit animum. En, ut properat? Quam celeriter ad nos opem laturus accurrit? En, Capream mihi uidere uideor, aut hinnulum montes colleſque raptim tranſilientem. Sic ille Pilatum Iudęæ Præſidem, Herodem Galilææ Regem, Principes ſacerdotum, Magiſtratus templi, Saducęos, & Phariſæos ſuperat, raptimq. tranſiliens ad nos feſtinat. Scilicet, hoc eſt, quod eius nomine iam olim pro- 2
Iſai.65.d. miſſerat Eſaias, ipſum nobis antequam clamaremus reſponſurum: et dum adhuc loqueremur auditurum. Hoc eſt quod nuper ad patrem abiturus, ut me confirma-
Ioan.14.c ret, dixit. *Non uos relinquam orphanos: vado & venio ad vos.*

En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, Proſpiciens per cancellos. Heb. Proſpiciendum ſe prębens.

Ecce iam adeſt. tametſi enim ex quo cęlum inſcendit, ſe manifeſte cōſpiciendum 3
Hebr.4.c nobis ſpecie corporea non præbet, ipſe tamen cuius oculis omnia nuda ſunt & aperta, nos velut per patentes cordis noſtri feneſtras aperte intuetur: ſeque poſt hæc techmiria ac neceſſaria præſentiæ ſuæ argumenta, quamuis obſcure, quaſi ſpōſus poſt parietē domus ſponſæ ſuæ ſtans, ꝑ cācellatas feneſtras ꝓſpiciendū ꝓbet. Audite uero, ut mihi aurē vellicet dilectus meus Xp̄s, ut intra mea ludat ꝓcordia.

En, dilectus meus loquitur mihi. Chriſtus. *ſurge, propera amica mea, columba mea, famoſa mea, & veni.* 4

Audite ipſius hortationem. O indignum ſcęlus ait, o facinus in primis aduertendum. In uincula inſons coniecta es mea Eccleſia, in publica detineris cuſtodia nihil commerita, immo uero de tuis ciuibus, & fratribus optime merita? Age, ego te iſtis ſoluo uinculis, ſurge, rumpe moras: Aperio carceris fores; egredere actutū dilecta mihi ſimplicitate columbina, innocētia, & puritate animi conſpicua ſponſa mea, ad me ueni, progrediamur unà in mundanum agrum animi gratia.

Act.6.d

Iam enim hyems tranſiit, imber abiit & receſsit. 5

Eo namque nos uocat mira clementia, & mundani Agri pulchritudo. Iam impietatis hyems rigida, & nubila infidelitatis, atque ignorantiæ, quæ me adhuc in humanis agente uigebant, tempora tranſacta ſunt: Ingentium malorum imber, quo ego ſuperiore hyeme complutus fui, & obrutus, iam defluxit, horridæ hyemi temperatum ac iucundum ſucceſsit uer, ex quo ego in crucem actus ceu irra-
Act.1.a dians Sol iuſtitiæ, omnia uiuificans, in cœlum exaltatus, ex Auſtrali cœli plaga meum ſpiritum, meoſque in terra dirigere cœpi radios: quorum uelut fidei luce, 6
& charitatis calore ſolutis ex hominum cordibus impietatis niuibus ac frigore, di

ſcuſ-

1 ſcuſsiſq. infidelitatis & ignorãtiæ nubibus, terrę facies renouata eſt, & hæc tanta *Pſal.103.d*
mundo inducta Cæli temperies, atq. clementia, meus nimirum meiq. Spititus ac
patris & omnium cælitum fauor beneuolus, Ver ſanè tanto gratius & iucundius
eo vere quo Moſes ex Aegipto meum eduxit populum; & eo item, quo eundem *Exo. 12.f*
populum Ioſue in terram lacte & mellę manantem induxit, quanto duriora, & hor *Ioſue.4.d*
ridiora fuerunt hyemis & imber (quę proxime commemoraui mala) graui illa ſer-
uitute, & malis omnib. quæ filij Iſraelis in ægipto, & horũ filij in deſerto ptulere.

Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis, aliâs, contila-
2 *tionis, aduenit, vox turturis audita eſt in terra noſtra, ficus protulit*
groſſos ſuos, vineę florentes dederunt odo rem ſuum.

Ac tum cælesti ſpiritu meo calfactis, & fæcundatis hominum animis, germina &
flores fidei bonorum operum maturos fructûs pollicentes, in terra cæperunt ap-
parere: tunc tempus putationi accomodum venit, quo deſperati Iudęi, velut aren-
tes palmites reſecentur in ignem cõijciendi, virentes autem per fidem & per cha-
ritatem fructuoſi, prędicationis falcę repurgati, vberiores in poſterum fructus
3 ferant. Tunc demum, auium cantilationes exaudiri, piorum hominum varijs lin- *Acto.2.a*
guis Deum laudantium hymni & cantici ſpirituales: item & turturum cantus, *Acto.2.f.*
hominum ſua peccata lugentium gemitus, quorum tu nupèr magnum numerum *4.a*
ad pænitentiam pertraxiſti: Ad has porro cantilationes præſens hoc vernum tem-
pus inuitat. Tempus mihi acceptum, tempus humano generi ſaluberrimum. Inſu- *Iſa.49.e*
per, & ficus illa quæ iam tribus Annis, longo nimirum tempore, terram ſterilis *2.Cor.6.a*
occupauit, nequicquàm antea præter patula & ad ſolam hypocriſim & oſtentatio *Luc.13.b*
nem compoſita humanorum traditionum & cęremoniarum folia obtendebat,
iam ſuos profert groſſos, Bonorum operum ſuo tempore reddendorum, qua- *Mat.27.*
4 ſi legitimorum & ſuauium fructuum, certa argumenta. Ad hæc uinea mea quæ
antea pro dulci vua, fel amariſsimum, proq. vino generoſo, uiliſsimum acetum
reddebat, Simul & gentiũ fel litæ uineæ, a quib. illa conſpecta liuorẽ duxerat, in
meliorẽ mutatæ naturã, modò fidei flores, & ſuauiſsimũ odorẽ cęperunt reddere.

Surge, propera amica mea, ſpecioſa mea & veni. Columba mea in
foraminibus Petræ, in cauerna maceriæ. Heb. in cauernis iſtius Pe-
træ, in receſſu iſtarum ſcalarum, aut, iſtius cocleæ. oſtende mihi fa-
5 *ciem tuam; ſonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, &*
facies tua decora.

Age igit, ſurge amica mea, formoſa mea, actutũ àd me ueni mea Eccleſia, innocẽs,
ſimplex, & recta, meũ inſtar colũbæ ſummũ deliciũ: & perforata rupe, ex cauerno
ſo & obſcuro iſtius rupis carcere egredere, ex receſſu & tenebris iſtius cocleatæ
6 turris, ex ſitu & pedore cuſtodię publicę, in quã te, principes ſacerdotũ, & impij
ſaducęi uelut immanes Milui, & Accipitres cõpulere, profer caput, in templũ ito,
ibi faciẽ tuã mihi oſtendito, & puru cor tuũ, ſanã cõſcientiã, & fidẽ minime fictã.

Euangeliũ meũ ad vitã æternã credentib. conferendã cõparatũ, uerbis nõ huma- 1
næ eloquentiæ lenocinio fucatis, & ad perſuadẽdũ cõpoſitis, ſed ſimplicib. nudáq.
ac natiuam ſpiritus mei uirtutem & doctrinam ſonantibus, me audiente, meque
probante expone populo. Quæ demum facies tua, meo iudicio, perquam uenuſta
eſt, & uox ſuauiſsima. Quod reliquum eſt Regni Euangelici, hoc verno tempo-
re inuade, interpretandarum ſcripturarum uſum a ſcribis & phariſæis tanquam
Pſal.2. ab iniuſtis poſſeſſoribus, & ueluti impijs Chananæis, tolle. Doce & baptiza om-
nes gentes, omnibus terram uiuentium me Duce trade poſsidendam. Hæ namque
meæ ſolius partes ſunt, qui Rex a Deo patre meo ſuper montem eius Sion conſti-
tutus ſum, & uniuerſitatis hæres. Nam Ieſus Naue filius, merus homo cum eſſet, 2
quamuis ſingulari virtute dux, nihil ueteri populo præter humanum regnum, &
ſedes aliquando deſerendas, neq; hic quidem ſine meo Numine, potuit exhibere.

Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, nam vinea noſtra floruit.

Eccleſia. O ſponſe mi chariſsime, quam me recreat hęc, quàm nobis pręſtas, cęli temperies,
quam mihi uolupe eſt, hanc diuina tua picturatam agri noſtri faciem, contempla- 3
ri. Sed me in primis delectat pulchre uirentem uineam noſtrã perluſtrare, ex qua
ut uberes fructus tibi ſuo tempore reddam, omnem do operam. Iam prodij in tem
plum ut iuſsiſti, docui meos populares, nec quamuis cæſa, atq. atrocib. Principũ
noſtrorum minis interdicta, publice in templo & priuatim in piorum hominum
Domibus, Euangelij & nominis tui prædicationem intermitto. Verum enimuero
Act.6.c vafri & veteratores quidã homines libertini, Cyrenenſes, Alexandrini, Cilices, &
Aſsiani, vulpeculæ dolis conſutæ, cum nos aperta ui aggredi non audeant, ſubor-
natis & ſummiſsis falſis teſtibus, & falſis confictis criminibus, concilium ac popu
lum Ieroſolimitanum in nos concitarunt: quorum uirib. & auctoritate nos oppri 4
Act.7.g mere conantur, & funditus perdere: iam.n. innocentem illum noſtrũ Stephanum,
virum tua ſapientia & ſpiritu plenum, unã de primarijs noſtrę vineę uitibus, è radi
Act.8.a cib. ſuffoſſam, perdiderunt: & grauem nobis excitarunt perſequutionem. Atq. in
ter haſce vulpeculas una ante omnes inſignis Adoleſcens ille Tharſenſis Saulus,
conſcius fraudum & conſiliorum, luctuoſæ Stephani cędi conſenſit: acri ingenio
iuuenis falſo Dei zelo ardens, & manu promptus. Is nos ſummis oppugnat uirib.
noſtramq. deuaſtat vineam. Et nũc quidem à Principe ſacerdotũ ad Damaſcenas
Act.9.a Synagogas acceptis litteris. Damaſcum ꝓperat ſui ſimilib. comitatus ſocijs, quoſ
cunq; ibi inueniat tui nominis profeſſores, nullo ſexus diſcrimine habito, raptu- 5
rus, & vinctos Ieroſolimam abſtractus. Huius adoleſcentis conſilijs, & impiæ pie-
tati niſi tempeſtiue occurritur, heu quam uereor ne noſtra funditus ſuffodiatur,
& pereat vinea, noſtrum penitus excindatur Regnum. Quamobrem te primum bo
ne Ieſu, oro, vos deinde precor communes amicos, & ſodales noſtros, ſancti An-
geli, ut illi ardentium iuuenum manui ſtatim occurratis, illas nobis vulpeculas, an
tequam maiores ſumant uires, capiatis, illas nobis cicuretis.

Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia. 6

Audiſtis ne o ſodales, quid Saulo Tharſenſi his proximis diebus contigerit? ut illi
furen-

1 furenti, & extremum excidium nobis minanti, dum Damaſcum contenderet, Dominus Ieſus in cœlo ſublimis apparuit: & ingenti ſua luce ipſius & comitum ocu
los perſtinxerit; Vt ex pernicioſa vulpe, ſuæ uineæ, quam ille antea vaſtabat, cuſto Act. 9. d
dem fecerit, & propugnatorem? Ecce, iam fidem noſtram, quam obſtinato animo
hactenus oppugnauit, Damaſci conſtanter prædicat, in Damaſcenis Synagogis cũ
legiſperitis de fide in Ieſum diſputat, apertiſsima ex ſcripturis in eos proferens
teſtimonia: Dominum Ieſum Meſsiam maioribus noſtris promiſſum eſſe conuincit, urget acriter, & tam ſubita, atque inopinata ſui mutatione ſuſpenſos omnes
tenet, & attonitos. Videtis præterea poſt tantam perſecutionem, quanta præter Act. 9. e
2 ſpem ſubito nobis per totam Iudæam, Galilæam, & Samariam reddita ſit pax, quan Pſal. 76. c
ta tranquillitas? certe ut mare compoſitis fluctibus, quum uenti poſuere, regiones
illæ nobis ſubito ſedatæ ſunt. Hæc plane mutatio dexteræ excelſi ſponſi mei eſt,
Hæc indubitata immenſi amoris, quo ille me ſponſam ſuam proſequitur, ſigna,
his ego argumentis perſuaſa ſum, Chriſtum mihi chariſsimum, meum perpetuum fore uirum, nullam aliam Eccleſiam præter me unam, poſthac amaturum: Rom. 8.
Nulli alij fidem daturum: meum denique omnino ſemper fore, meque illius a
quo *neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque
inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque vlla*
3 *alia creatura diuellere me vnquam poſſit, aut ſeparare.* Quæ admiranda diuini amoris uis eſt, ut amantes extra ſe rapiat, nec ſui iuris eſſe ſinat, ſed amatorum: in
quos amantes transfert, & ut unum ſint efficit. Hæc eadem diuini amoris uis nouum & æternum fixumque mihi in ſempiternum præſtat: quæ felicitas æmulæ
meæ non contigit: quippe quæ pace, & rebus ſecundis abutens, pactum ſub Moſe ſemel ictum cum Deo, ac deinde ſub Ioſue renouatum, ſæpe fregit, & datam
fidem ſuo nuper interempto ſponſo, turpiſsime uiolauit, in omnem libidinem &
impietatem ſe effundens cum immundis & ſanguinarijs amatoribus ſuis Dæmonibus: qui non inter lilia, ut ſponſus meus, ſed in libidinum & totius immundi-
4 tiæ cæno paſcuntur: generatio plane praua & Deum irritare nata, quæque (ut ei
regius exprobat uates) non direxit cor ſuum, ac cuius ſpiritus Deo fidelis numquam fuerit: mihi uero certum eſt, puritati, integritati, pietati, ueræque religioni
maiorem in dies operam dare: & hanc mihi conceſſam pacem non ad luxum &
delicias, ſed ad ſponſi mei Chriſti (cuius dono mihi contigit) cultum prorſus
conuertere Nullum alium præter illum, amare, nullius alterius dogmata, nouas cæremonias, aut confictam religionem recipere, illi ſoli me illibatam
ſeruare, cui meam ſemel aſtrinxi fidem: Illi ſoli puras offerre laudum & hymnorum hoſtias: qui, ſicut purus & puro corde nitidus hinnulus candida & ſuaue
5 olentia lilia pura depaſcitur paſcua, ſic ipſe inter puros, candidos atque integræ
famæ animos præſertim uirgineos, ueram pietatem quæritat: & laudum pura depaſcitur ſacrificia. 4 3. Act. 12. a

*Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ, reuertere: ſimilis eſto di
lecte mi, capreæ, hinnuloque ceruorum in montibuss Betel. Heb.
6 Bather.*

Heu funeſtam & luctuoſam noctem, heu grauem regij montis umbram. Sub ob-

ſcura impietatis & infidelitatis nocte ſæuit Herodes rex: & noxia poteſtatis ſuæ umbra nos opprimit. Iam bone Ieſu, Iacobus Ioannis frater primaria noſtra columna Regio percuſſus gladio, cecidit: Petrus ſummum domus noſtræ columen catenis uinctus ſeruatur in carcere, ſtatim poſt Paſcha & ipſe regio gladio feriendus: domus noſtra, quę tota in eam columnam inclinata incumbit, ruat, ingentique ruina ſua, nos omnes obruat, neceſſe eſt. Ah Domine Ieſu, tu ne hanc tantam cladem æquis potes aſpicere oculis? quin fers opem, & impendentibus his tantis malis nos eripis? Ades, Ades o ſeruator noſter, Reuertere ocyus, oramus: & qua celeritate nuper uocatus opem tuliſti, ad nos nunc accurre. Serua nobis Petrum,
Petrum nobis reſtitue incolumen, ne quæſo, his umbris nos omnes unà cum Petro permittas obrui, ſupera iam o ſumme noſter Sol, hunc præaltum montem, 2
tum ſuper montem hunc inſtar capreę & hinnuli ſaliens, gratiſsimum profer iubar, tuæ immenſæ potentiæ diffunde radios, quibus uaſta hæc, & tetra contrahatur umbra: & dum æternam tuam expectamus diem, huic Herodianæ perſequutionis nocti, aliqua fauoris tui lux, & quantumcumque breuis, ſuccedat pacata dies, ut ea laborum intermiſsione recreati domeſtici tui, ad proximam perſequutionis noctem quocunque auctore inferendam, alacriores accedamus. Nam dum principatus, ac poteſtates, huius mundi Montes, durabunt, eorum umbris & tartareis noctibus tuam familiam ſæpe infeſtandam fore ſatis ſcio. At uero illud in 3
Ioan.14.c memoria ſemper habeo, quod nobis abs te dictum ſit, *non uos relinquam orphanos: vado, & venio ad uos*. Et abiſti tu quidem, qui nunc dexter Patri aſsidens in cœlis regnas pacifice, expectans, dum (ut ille recipit) omnes hoſtes tuos quaſi ſuppedaneum, tuis calcandos ſubijciat pedibus. Quod ipſum & ego inter medios hoſtes noſtros uerſans expecto, dum te in nube lucida ſedentem, quemadmodum cęlum ſubire uidi, omnia irradiantem, montes iſtos inſtar ceræ colliquantem, & eorum umbras diſsipantem redire uideam, perpetuamque diem illam nobis inuehere, cui nulla unquam nox ſit ſucceſſura, ſub cuius auroram uitalis ac mortuos viuificans tua aſpiret aura: & improbis hominibus, quibus nunc iuſti ac probi ſeruiunt, tunc in diuerſum uerſa ſcena dominentur. Interim tamen te iucundiſsime noſter Sol obnixius oramus, ut quotieſcunque funeſtis iſtis noctibus & umbris nos opprimi uideris, quam celerrime (ut iam ſemel atque iterum feciſti) ſuper iſtos montes batherios, nimirum diuiſas & diſsidentes mundi poteſtates, nobis exoriare: & ſuper eos ſuas iras exhalantes, inſtar ſolis matutini, ad modum capreæ, aut hinnuli ſalientis, apparens, tartareas eorum umbras diſcutias, alternantes dies fauoris tui & pacis inferas: ut alterna requie in tantis malis recreati, uegetiores perduremus: & nos dum hæ contrahuntur & tolluntur umbræ, fœlici illi diei & rebus ſemper ſecundis ſeruemus. Quemadmodum olim ſub Ioſue & 5
alijs ducibus alternantes ſępe præſtitiſti lucis & fauoris tui dies maioribus noſtris, impiorum regum umbris & potentia oppreſsis, donec omnibus ſubactis regibus, omnem illorum regionem populo tuo promiſſam, ſub Salomone, qui typus tuus fuit, pacifice poſsidendam tradidiſti.

Psa.109.a
1.Cor.15.d
1.Thes.4.d
Acto.1.
Psal.96.a
Psal.48.c 4

Ca-

1
Caput III.

PApæ, quanta eſt ſodales, aſsiduę orationis & indubitatę in Chriſtũ
ſponſum meum fidei uis, quanta efficacitas. Ecce nobis obſtinate
orantib. & in Chriſtum credentib. iam ſecundò e uinculis libera-
tus eſt noſter Petrus. Iam ſemel & iterũ ſæuę in nos excitatæ per-
ſecutionis reſedit ęſtus. Saulus a Deo patre tractus, ex accerrimo *Acto.12.d*
hoſte factus eſt amicus, & fidei propugnator ſtrenuus. Herodes ceruicib. noſtris
2 quum maxime immineret, a Deo minime tractus, ſed pediculari morbo confectus
perijt, & ſuæ impietatis dignas pęnas dedit. Quàm uere a ſponſo meo dictum eſt:
Quæcunque orantes petitis, credite quòd accipietis, & fiet vobis. Item & illud, *nemo po-* *Mar.11.e*
teſt venire ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit eum. *Ioan.6.e*

In lectulo meo per noctem quæſiui quem diligit anima mea.

Certe (vt de me loquar) ego olim ſtudio legis Moſaicę dedita, ex craſſa legis obſer
uantia iuſtitiam mihi arrogabam: & falſo perſuaſa, offerendis irrationaliũ animan
tium ſacrificijs, celebrandis neomenijs, cõium ciborum abſtinentia, ieiunijs, reli- *Rom.2.d*
3 quiſq, id genus cęremonijs conſumatam me iuſtitiã comparare poſſe, in lege quaſi
in meo lecto, ſub obſcura ignorantiæ nocte quieſcebam, ignorans interim finem
legis & ſcopum Chriſtũ eſſe: & in eius fide conſummatã ineſſe iuſtitiam. cuius qui *Rom.10.a*
dem fidei quãdiu primigenia illa vetus Synagoga mater mea tenax fuit, in ea quie-
ſcens, Deo tãquam ſponſo ſuo vſa ſemper eſt perquã familiariter: ego uero ſupe
riore ignorantiæ meæ nocte in legis lecto unà cum parricida noua Synagoga quie
ſcens, quum euigilaſſem, & ſuauiſsimam Chriſti ſponſi mei conſuetudinem re-
quirerem, ſcripturas ut ille iuſſerat, expendere, ipſumq. in eo lecto cępi quęritate. *Ioan.5.*

4 *Quæſiui illum, & non inueni: ſurgam, & circuibo ciuitatem, per vi*
cos & plateas quæram quem diligit anima mea.

Verùm altiſsimis obducta tenebris quum iacerem, nuſquam ibi quem quærebam,
potui inuenire. Deffeſſa igitur quærendo, è lecto meo decreui ſurgere, per urbem
obambulare, per uicos eius & plateas Chriſtum quærere. Ad horrendum terræ *Mat.28.f*
motũ, inſolitã ſolis Eclypſim, & permulta alia quæ ſub mortem eius contigerant *Mat.27.e*
ſtupẽda prodigia, territa, per vrbis uicos, & plateas modò tres, mõ illos, cõſulebã:
5 & quid quiſq. de Meſsia ſentiret, rogabam: uarij uaria narrabant, nec quiſquam
quicquam certi referebat. Audio interim repentinum ſonitum, ad aduentum Spi- *Acto.2.a*
ritus ſancti æditũ, Galilæos homines idiotas admiranda de Deo arcana uarijs lin-
guis loquẽtes, res ꝓclaras Xp̃i nomine gerẽtes, & in tẽplo docẽtes conuenio, ſum
ma cũ admiratione audio, ad quę illi de Xp̃o mihi gratiſsima referũt, aures arrigo. *Acto.4.a*

Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem.

6 Id vero grauiter ferentes Sacerdotes, Scribæ & Phariſæi, illi qui clauem ſcien- *Luc.11.g*
tiæ cum tuliſſent, nec ciuitatem Dei intrabãt, nec alios intrare uolentes per- *Acto.2.a*
mittebant, ut me ab illis ab alienarent, ſobrios & diuina ſapientia plenos ho- *Acto.a*

mines irridere, & ebrietatis cęperunt inſimulare. Et ipſos in nomine Ieſu mi- 1
racula ædentes, & Ieſum in templo docentes populum, in uincula conijcere, fla-
gris cędere & prędicatione interdictos, prohibere conati ſunt.

Num quem diligit anima mea vidiſtis?

Et tamen rogati ipſi, nunquid certi habeant, quod mihi de meſsia renuntient, aut tacent, aut meras nugas referunt, & execrandas blaſphemias.

*Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea: te-
nui eum nec dimittam, donec introducam illum in domum matris 2
meæ, & in cubiculum genitricis meæ.*

His ergo ducibus cæcis contemptis, & prætermiſsis, Euangelium fęlix fauſtumq. quod de chariſsimo meo Chriſto afferebant apoſtoli, complexa nuntium, ad meſſiam, quo me pater trahebat, perueni, Meſsiam ſponſum mihi unice dilectum, per fidem inueni, per charitatem prehendi: cuius nunc ſuauiſsima fruor cõſuetudine, quem etiam matri meæ ſynagogæ quantumcunq; impiæ, & repudiatæ, vicem illius dolens, nitor conciliare. Quamobrem ipſum Iudæis tum Ieroſolymis in templo,
tum per omnes totius orbis ſynagogas, prædicare conſtitui: & omni ope ut ſuadeã 3
anniti, nec ab incæpto priuſquam perſuaſerim deſiſtere, ut me aliqñ ſpero perſua
Oſe. 3. b ſuram. Nec uana hæc ſpes mea eſt, quæ illo prophetæ nititur oraculo. *Dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege & ſine Principe, & ſine ſacrificio, & ſine Altari, & ſine Epod, & ſine Teraphim. Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid Regem ſuũ: & pauebunt ad Dominũ, & ad bonũ eius in nouiſſimo dierũ.*

*Adiuro vos filiæ Ieruſalem, per capreas ceruoſque camporum, ne ſu-
ſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam: Heb. amorem, donec ip- 4
ſa. Heb. ipſe velit.*

O ciues Ieroſolimitani, voſq. oẽs quotquot vicinas Ieroſolimis incolitis regiones videtis, ut ſumma fide & quanta maxima poteſt diligentia iam aliquot annos apud uos Euangelium meũ dilecta mihi mea prædicet Eccleſia? videtis ut multis meo quum prædicat nomine æditis miraculis, Prædicationis ſuæ certã uobis fidem faciat? nec in irritũ ipſius conatus abierunt. Singulari namq. mea gratia & propitio
numine iam Iudęorũ tum in urbe, tum per adiacentes urbi regiones, qui in me cre 5
diderunt, & in meo nomine baptizati fidẽ meam libere conſtanterq. profitentur, maxima eſt promiſcui ſexus multitudo, & magnus inter eos ſacerdotum numerus. Improbis deniq. precib. ſuis & labore quod hactenus magnopere optauit, mea Eccleſia in domũ tuam o Synagoga, & intima uſq. me cõpulit, & immiſit penetralia. Ibi nunc unà mecũ ipſa quieſcere, ac mea pace tecũ Matre ſua frui expetit ſupra modũ, & ego ut ipſi gratificer, hoc ipſum exopto, tu tñ (ut uideo) nũquã quieſcis,
inuidia rumperis, mihi meæq, Eccleſiæ ſemper obſtrepis, ut tibi noſter exproba- 6
uit Stephanus, Spirituiſancto ſemper reſiſtis; uos igitur porro moneo ciues Ieroſolimitani, diſinite iam meę Eccleſię maledicere, Deſinite progreſſum prędicatio

1 nis eius impedire: per cœleſtes uos obteſtor & adiuro exercitus, ne ſponſam meam
mihi unice dilectam dormire uolentem excitetis, neue ob excitatam illam & affli
ctam, me ſic irritetis, ut importuna ueſtra iſta perfidia & improbitate ſæpe ac ſæ-
pius laceſsitus, meos Apoſtolos procul a uobis abire iubeam, & uobis relictis, ad
gentes unà cum Euangelio commigrare: ego uero ueſtram urbem, uoſque omnes
meis militibus delendos tradam.

A C T V S   I I I.

Heu, quam metui tibi a perfidis & importunis ſcribis tuis & Phariſæis, Synago-
2 ga mater mea, quam nimirum vera, cum te ut quieſceres obteſtaretur, locutus eſt
ſponſus meus. Primum ut oportuit, prędicatum tibi a me fuit Euangelium: & per
eam prædicationem in domum tuam, & ad vſq; intima domus tuæ penetralia indu
ctus meus Chriſtus. Is apud te optauit quietem capere, in ueſtris animis molliter
cubare, & vobiſcũ familiariter habitare. Verùm, quia improbi Doctores tui nun- *Act.13.g*
quam illi obſtrepere, & ipſius euangelium prohibere, deſtiterunt, excitatus ille, &
tantam pertęſus impietatem, te iam reliquit: meq. ad Gentes cum Euangelio, te re
licta commigrare iuſsit, gentium Eccleſiam me pronuba deſpondit ſibi.

3 *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto quaſi virgula fumi ex aroma-
tibus Myrrhæ, & thuris & vniuerſi pulueris Pigmentarii? Heb.
ceu columnæ, aut ceu palmæ fumi.*

Ergo ne o noſter Petre, & gentibus quoq. dedit Deus pęnitentiam ad vitam? quid *Eccleſia.*
ego abs te audio? Spiritus ſancti gratiam in gentes quoq. ſe effudiſſe, & arida ha- *Hieroſoly-*
ctenus, ac dei gratia deſtituta gentilium hominum corda, cęleſtib. aquis ſęcunda- *mitana.*
ta eſſe, & reddita perquam frugifera? Iam ergo ſciſſæ ſunt (vt Eſaias prędixerat) in *Iſa.35.a*
4 deſerto gentium Spiritus ſancti aquæ: & torrentes gratiarum eius ſolitudinem il-
lam inundarunt, quarum inundatione, quę prius arebant ethnicorum corda, in ſta
gni morem nunc redundant, atq. ex ſiticuloſis infideliũ pectoribus erumpunt fon
tes aquarum? Quid eſt o fratres noſtri chariſsimi Paule & Barnaba, quod ego de *Act.15.*
deſerto gentium populo ſurgere video? Quæ eſt iſta noua ſponſa, quam uos pro
nubi ex deſertis gentibus aſcitam, in ſponſi mei thalamum inducitis, tantopere ſuf
fumigatam, Mirrhæ, & thuris, omniumque aromatum unguentarij arte contrito-
rum ac commixtorum ſuffitum ſpirantem, ut qui ex ea exhalat vapor uirgulam
primum, deinde in altum ſe agglomerans altiſsimas palmas & columnas referre ui *Rom.13.d*
5 deatur: nimirum propter aſsiduas orationes, & omnis generis pia opera, quæ ex fi- *Phili.2.c,*
de & charitate, qua ipſa tota ardet, cum prodeant, uelut ſuauiſsimi holocauſti *4.d*
nidores, uſque in Dei conſpectum in cœlum continenti caligine ſeſe attollunt,
ac ſponſum meum vehementer oblectant? Quis unquam crediдиſſet, tantam gen-
tium multitudinem olim Chriſti ignaram, a Republica Iſraelitica alienam, teſta- *Ephe.2.c*
mentorum promiſsionis extraneam, omni ſpe, & uel ipſo Deo carentem, nunc ci-
uitatis Dei iure eſſe donatam, quin & repudiata Synagoga matre mea, Chriſti
6 ſponſi mei coniugio nobilitatam? Admirabantur olim, & ſtupebant planè gentes
Chananææ quum uiderent maiores noſtros de deſerto Arabiæ aſcendere, & præ-
cedente eos columna fumea interdum, & ignea de nocte, in ſuas inuadere poſſeſ-

ſiones, Iam nunc viciſcim miramur Iudæi, gentes e deſerto infidelitatis aſcende- 1
re, & fidei ac charitatis ſuæ caliginoſum ſuauiſsimeq. olentem inſtar palmarum
& columnarum aromaticarum, ſurſum ſpirantes, in Regnum euangelicum genti
Rom. 11.c noſtræ hæreditarium, irrumpere. O admirandam rerum viciſsitudinem. ſ. hoc eſt.
Paule myſterium illud, quod tu Romanis prodidiſti, excæcationem ex parte con-
tigiſſe Iſraeli, donec plenitudo gentium aduenerit, & ſic omnis Iſrael ſaluus fiat.
Libet igitur tecum exclamare. *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, Quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & imperueſtigabiles viæ eius.* Quamob-
rem iam non inuideo gentibus tantam Dei gratiam & dignationem: ſed quas vo-
bis doctoribus, intelligo cohæredes mihi & concorporales, ac comparticipes ſuę 2
promiſsionis a Deo electas, ciuitatem noſtram, omnesque fortunas cum ipſis lu
bens communico. Quas video virgines animas Fide, Charitate, & conſummata
Iuſtitia mihi proximas, vobis paranymphis Chriſto meo deſponſas, & ad ipſum
Pſal. 44. (vt Regium vatem memini prædicere) adductas eſſe, in communem Thalamum
lætabunda, & præ gaudio geſtiens admitto.

En, lectulum Salomonis Sexaginta fortes ambiunt ex fortiſsimis
Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſsimi. Uniuſcuiuſ- 3
que enſis ſuper fæmur ſuum, propter timores nocturnos.

Acte 13. Sed vos ò Iudæi, Quid mihi & nouæ nuptæ regias inuidetis nuptias? quid adhuc
obſtrepitis? Quid, o falſi fratres, in regiam & intima noſtri Salomonis penetralia
tentatis irrumpere? Quid rurſum cæremonias & grauæ legis iugum, quod neq;
nos, neque patres noſtri portare potuimus, gentili Eccleſiæ in libertate Euange-
Gala. 2.a lica ceu in tabernaculo & cubili Salomonis quieſcenti imponere tentatis: ac li-
5.a bertate donatam, in Iudaicam nitimini redigere ſeruitutem: vt Eccleſiam in ſer-
uitutem redactam perinde atque Synagogam, quæ gratis oblatam repulit liberta- 4
tem, Chriſtus Rex noſter inuiſam habeat, & tanquam ancillam capite diminutã,
repudiet? Nón latuere Salomonem doli veſtri, non efferata iracundia, & ad om-
ne nefas parata inuidia. Ita ne putaſtis prouidentiſsimi Imperatoris ſponſam per
ignorantiæ & improbitatis veſtræ noctem poſſe opprimere? ecce veſtros ille do-
los & neſaria conſilia ut eluderet, impios conatus ut frangeret, & terrorib. quos
per infidelitatis & tenebroſæ inuidiæ noctem uos tumultuarios & ſeditioſos ho
mines quieſcenti ſponſæ ſuæ incutere paratos eſſe præuidit, tempeſtiue vt occur
reret, in cœlum profecturus, præſidium ſexaginta Heroum armatorum ex fortiſ-
ſimis Iſraelitarum delectum, concilium nempe Apoſtolorum, & ſeniorum, reli- 5
quorumque ſumma ante omnes alios Chriſtianos fide, ac charitate parique ani-
mi magnitudine præditorum, circa cubiculum ſuum collocauit: & libertatem
Rom. 12.f euangelicam Apoſtolis & ſenioribus, horumque ſucceſſoribus Epiſcopis & do-
ctoribus, circumſepſit: fortiſsimis ſane Iſraelitis, quorum ſinguli ſingula dena
milia præſtant eorum Iſraelitarum militum, quos circa tabernaculum ſuum hic
ipſe Salomon olim iuſsit caſtrametari.
Nume 2.a Hi tametſi mortali corpore & iniurijs obnoxio preſsi, in hac uita verſentur, 6
cœleſtib. tamen armis, gladio in primis Spiritus, quod eſt verbum Dei, & oĩ in ſu-
Ephes. 6.e per ſpirituali panoplia & virib. inſtructi, cęleſtẽ & ſpiritualẽ exercẽt militiã: tãta

1 Rei militaris petitia cæteros præcellentes, ut omnes munitiones, & omnem celſi- 2.Co.10.b
tudinem, quæ aduerſus cogitationem Dei extollitur, poſsint demoliri, omnem
intellectum ad obediẽdum Chriſto captiuum ducere, & omnem deniquè vlciſci
inobedientiam, non tantum veſtram præſentem o Iudæi, ſed etiam hæreticorum,
ſchiſmaticorum omnium, & quicunquè in poſterum noſtram oppugnaturi ſunt *Acto.15 f*
Chriſtianam fidem, & libertatem. Iam igitur, o ſocia, o ſoror mihi chariſsi-
ma Antiochena, & omniũ gentium Eccleſia, ocioſo te animo eſſe impero: pone
metum: & omnium poſthac ſecura, in cubili regio, nempe in libertate euangeli-
ca, in quam te recepit uerus noſter Salomon Ieſus Chriſtus, conquieſce. Nihil te
2 moueant tumultuantium & ſeditioſorum hominum qui e Iudæa euangelicam li-
bertatem tibi erepturi, ad te uenerunt, impia quę tibi obtrudere nituntur dogma-
ta. Nec enim regis cubiculi fores attingere poſſunt: tantum abeſt, ut a Salomonis
quamuis abſentis, thalamo, poſsint abducere, aut vim tibi vllam inferre. Ecce, iã
contra hos, & falſos alios quoſdam fratres, quos verius hoſtes dixeris, & hæreti-
cos Saducæos, Ieroſolimis pugnatum eſt: quibus ne ad horam quidem ceſsit for-
tiſsimus ille heros, & ſtrenuus hyperiſpaſta noſter Paulus. Ecce iam Petrus & Ia *Ga.2.a*
cobus & ceteri Apoſtoli ac ſeniores Heroes illi, quibus noſtri, noſtræque liberta
tis tutela commiſſa eſt, Plagiarios illos Iudæos hoc decreto, ceu gladio uerbi Dei
3 ictos a nobis repulerunt, *viſum eſt ſpiritui Sancto, & nobis, nihil ultra imponere nobis* *Acto.15.*
oneris, quam hæc neceſſaria, ut abſtineatis uos ab immolatis ſimulachrorũ, & ſanguine, &
ſuffocato, & fornicatione: à quibus cuſtodientes uos, bene agetis. Tumultuentur illi pro-
cul quantum uelint, & debacchentur: Nihil tibi imminet periculi: non magis,
quàm olim ſynagogæ, ab impijs hoſtibus ſuis, quamdiu ipſa in fide manſit & pie-
tate. Manebunt tibi rata tua cum noſtro Chriſto fœdera; & rumpentur inuidia
ſat ſcio, ualebuntquè quicunque inter uos diſsidium volunt.

4 *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis libani, columnas eius*
fecit argenteas, Reclinatorium aureum, Aſcenſum purpureum,
media, Charitate conſtrauit, propter filias Ieruſalem. Heb amore
filiarum Ieruſalem.

Iam quo minus metuas, & de noſtri Imperatoris tutela, eximiaq. in te munificen-
tia ut tibi magis gaudeas, Regium iſtud ferculum in primis tibi gratulor: opus
ſane admirandum, ac tum propter materię præſtantiam, tum propter diuinum opi
5 ficium, ipſo Salomone omniũ Regum longe ditiſsimo, dignum, & ſapientiſsimo:
huius namq. geſtaminis aceres cedrini ſunt, & tota contignatio cupreſsina: ex li-
bano monte aduecta materia. Columnæ argenteæ, Reclinatorium aureum, Gra-
dus quibus iſthuc aſcenditur, purpura infecti ſunt. Aulæa quibus totus interior
ambitus ſtratus ſplẽdet, in gratiam fæminarum Ieroſolymitanarum, Charitas eſt.
Hac ille ingenti mole inuectus in pompa, vbiq. terrarum triumphat, teq. tanquam
rerum ab ipſo præclare geſtarum ſociam, dextram ſibi aſsidentem ductat, & ma-
6 gna ęmularum tuarum admiratione in celeberrimo triumpho, quem olim Ieroſo
lymis acturus eſt, ducere inſtituit. Paulum intelligo fratrem & primarium colle- *Gala.19.*
gam noſtrorum, quem iam inde vſq. a prima ipſius conceptione Deus in hoc ſele

git,

git,ut Ieſum Chriſtum filium ſuum chariſsimum,per vniuerſum orbem prædica 1
ret: & uelut triumphale ferculum, per omnes gentes ſumma cum gloria trium-
phantem circumferret. ipſe deinde Dei filius de cælo uocatum, ſuo baptiſmo
Act.9. abluit, ſui Spiritus igni excoxit, atq. ita abſumpta in eodem concupiſcentia mala
& peccati corruptela, in nouum hominem transformauit: ac uelut geſtamen li-
gneum, carie & putredine confectum, ſic denuo inſtaurauit, ut corporis eius fa-
brica cum iam peccati carie tentari nequeat, quaſi cedrinum quoddam tabulatũ,
& contignatio cupreſsina uideri poſsit. Tanta præterea ſolidæ veritatis cognitio-
ne, fidei firmitate, animi magnitudine, & lenitate, malorum tolerantia, puritate,
modeſtia, ſcientia, iuſtitia, & ſuaui loquentia Euangelica, omni deniq; virtutum 2
genere ſic ornauit, ac conſtabiliuit, ut ijs ceu columnis argenteis, regia iſtæc mo-
les niti uideatur. Si animum ſpectes, Reclinatorium aureum noſtri Salomonis eſ-
ſe dicas: quippe qui dum Iudaiſmum profiteretur, auditor Gamalielis Iudęorum
Act.22. ſapientiũ ſuæ ætatis facile principis, omnes æquales ſuos in Iudaica Philoſophia
Gala.1. ſuperauit: At uero in Chriſtiana ſchola tantam diuini ſpiritus hauſit copiam, ut
omnia uel ipſas diuinæ ſapientiæ profunditates ſcrutari poſsit. Quin & in tertiũ
1.Cor.1. vſq. cœlum raptus doctore noſtro Salomone, ipſa Dei ſapientia, tam familiariter
2.Cor.12. vſus eſt, ut ea ex ipſo audiuerit, & intellexerit myſteria, quæ nefas ſit homini euul
gare. Sic viſus eſt celeſtis Rex Salomon ſe Paulo credere, inq. ipſius animum va- 3
ria ſapientia omni auro præſtãtiore, micantem, quaſi in ſui ferculi reclinatorium
ſumma cum maieſtate & gloria reclinare: ac quaſi in arca noui Teſtamenti, ubi
lex ſpiritus, & Manna cęleſtis alimenti inſint, ſedere: perque uniuerſum orbem
Gala.6.d geſtari uoluiſſe. Gradus huius geſtaminis purpura inſecti, ſtigmata ſunt domini
2.Cor.11.f Ieſu, quæ ipſe Paulus in ſuo corpore geſtare profitetur. Plagæ nimirum cruore
purpureo manantes, quas in Chriſti gratiam permultas accepit: & per quos uelu
ti gradus purpura tinctos aſcendentem Salomonem in aureum animi ſui reclina-
torium admittere ſolitus eſt: Media porro, & totus interior ambitus, Pauli nem-
pe uiſcera, quàm ardenti charitate atq; amore filiarum Ieruſalem ab ipſo Salomo 4
ne ceu continẽti quodam & ſuaue rubenti aulæo conſtrata ſint, ipſe teſtatur, quũ
Rom.9.a ad Romanos de ſe ſic ſcribit, *Veritatem dico in Chriſto Ieſu, teſtimonium mihi redden-
te conſcientia mea in ſpiritu ſancto: quoniam triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor
cordi meo. Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cõ-
gnati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ.* Hoc igitur eſt diuinum opus, quod
ſolus ille ſummus Architectus, & omnium conditor rerum Salomon ſibi potuit
affabre facere: Hoc illud uas, quod ille ſibi ex cunctis millibus in hoc ſelegiſſe di-
xit Ananiæ, ut nomen ipſius portet coram gẽtibus, & Regibus, & filijs Iſrael. Hæc
arca cethimæa, & triumphale geſtamen, in quo quia Deus per ſuum Salomonem 5
ſemper & ubique triumphat, ipſe Paulus Deo gratias agit.

Act.9.f

*Egredimini filiæ Sion, videte Regem veſtrum Salomonem in dia-
demate quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis ſuæ, & in
die lætitiæ cordis ſui.* 6

Pſalm.44. Io triumphe, Audi filia Sion, vide regem tuum Salomonem, obliuiſcere popu-
Ier.31. lum tuum, egredere de domo patris tui, Reuertere uirgo Iſrael, vſquequo te ſub-
ducis?

1 ducis? O filia uaga? Rem nouam audite iam,& uidete ciues Sion,quam fecit dominus ſuper terram. Virgo intacta concepit Chriſtum heroem illum, iam olim ab Ieremia propheta deſignatum. Virgo& mater eius Maria,omni fulgens puritate,Dei filium candido & puriſsimo humanitatis diademate ea die coronauit, quo ille cum ſponſa ſua Eccleſia nuptias inijt, ſummoq.cum gaudio cœpit conuerſari. *Luce 1. 2.*
Deus pater hoc ipſo diademate corona ſpinea cæteriſquè crebris paſsionis ictibus tuſo (quod alterum diadema impia mater Synagoga impoſuit)gloria reſurrectionis plenius adhuc illuſtrauit, & ipſo ſole reddidit clariorem. Io triumphe, o Iudæi electi à Deo,qui terreſtrem adhuc habitatis Sion, & terrenum Meſsiam fru *Ioan.19.4*
2 ſtra expectatis,egredimini de medio impiorum ciuium ueſtrorum, fidem Chriſti noſtri in cœlo regnantis ſuſcipite, hunc Salomonem Regem ueſtrum agnoſcite, hunc Meſsiam credite, ad huius ferculum propius accedite, Paulum fratrem noſtrum, quo ille ſublimis in hac pompa uehitur, audite, bella quæ per uniuerſum orbem imperator noſter geſſerit,narrantem auſcultate, Quot ille urbes ceperit, *Act.21.22*
quot nationes fidei ſuæ ſubegerit,cognoſcite.Spiritualem Ieruſalem gentium Eccleſiam ſponſam, quemadmodum prædixit Iſaias, à Diaboli tyrannide ereptam, *Iſa. 52.*
quanta cum gloria ad uos reducat, obſeruate. Io triumphe, In Eccleſijs Benedicite Deo,domino de fontibus Iſrael.Vos inquam Iſraelitæ, qui ceu aquæ ſemi- *Pſalm.67.*
3 nariæ de lumbis Iſrael,ceu de fonte proletario dimanaſtis, in noſtris Eccleſijs laudate dominum Deum noſtrum,quem nunc tanto manifeſtius uidetis in hac pompa procedere,quàm olim,quum hæc regius uates caneret,quanto manifeſtiora auditis & uidetis potentiæ & fauoris erga nos argumenta. Imaginem dumtaxat ille uates maioribus noſtris ſpectandam propoſuit: vos ad dei ſpectaculum properate. Ecce, non Arca ſublimis uehitur: ſed Deus ipſe humanitatis diademate conſpicuus: triumphus agitur non de Aegiptijs,Syris,Moabitis,aut Idumæis, ſed de uniuerſo orbe, dequè orbis principe diabolo.Ecce præcedunt in pompa Primarij cantores uiri ſpirituales, hymnos & cantica ſpiritualia in cordibus ſuis præci-
4 nentes Deo: Sequuntur plerique alij præcinentium laudes eodem ſpiritu excipientes, hos omnes circunſtant tripudiantes uirgines, & permultæ aliæ puritate inſignes Matronæ,tenſa per fidem,ſpem, & charitatem ſuorum cordium pulſantes tympana. Principes & Duces incedunt Paulus de tribu Beniamin olim ad miraculum imminuta, Iacobus, & Ioannes Salomonis noſtri propinqui de tribu Iuda, & Petrus & Andreas, & plerique alij de tribubus Zabulon, & Nephtalim, qui Galilæam ſortiti ſunt,Galilæi. *Gaudete & Iubilate ſimul deſerta Ieruſalem, quia conſolatus eſt dominus populum ſuum, reduxit Ieruſalem, in regiam euexit dignitatem.* *Iſa. 52. 4*
Io triumphe, *In Eccleſiis benedicite Deo domino de fontibus Iſrael*. Vos igitur filiæ *Rom.9.4*
5 Sion, ad quas in primis pertinet adoptio, & gloria & teſtamenta, & legis conſtitutio, & cultus, & promiſsiones, quarum ſunt patres, & Prophetæ, illi ex quibus Rex ueſter Salomon genus ducit, ad Salomonem Regem ueſtrum egredimini, Regi ueſtro fidite, ciues ueſtros cum ſua perfidia forti, & intrepido deſerite animo, nihil timete inuicti Imperatoris noſtri freti potentia, Qui ad ſua ſigna collectos,quemadmodum prædixit Eſaias,uos nihil trepidantes, aut tumultuantes præceſſurus eſt, & ab omni iniuria uindicaturus. *Iſa. 52.*

Ca-

1 *Oculi tui columbarum, præter id quod intrinſecus latet. Heb. extra comam prominentes.*

Exerit ſe porro eximia iſthæc animi tui pulchritudo, & maximè conſpicuam
foras profert in Apoſtolis, & epiſcopis, viris puris, & quorum candidum ac cer-
tum eſt omni de re iudicium: hos ego tibi ceu columbinos oculos in ſapientis ca- *Eccle.2.c*
pite, in hunc vſum ſitos, dedi, vt omnibus tuis membris præluceant, nihil imp u- *1.Cor.12.b*
dice, maligneue aſpiciant: ſed caſte, candideque, ac liberaliter, acri certoque *Eph.4.c*
2 iudicio omnia prouidentes, uniuerſo corpori tuo inuigilent, ac prudente r tem- *Heb.13.c*
peſtiueque proſpiciant. Quæ illi præcipua corporis tui officia modeſte citra-
què oſtentationem obeuntes, ſic inter reges, & principes tuos decenter eminent,
ut formoſæ mulieris grandiores oculi inter cincinnos decore prominentes, ſum
mam illi conciliant gratiam. Vt interim taceam pulcherrimi animi tui latentem
vitam, & quæ per iſtos oculos ſe profert, energiam: quam quia non uident, ue-
lut mortuam tuæ te contemnunt æmulæ. Sed in illud tēpus interioris tuæ pulchri-
tudinis ſplendor, vniuerſo orbi conſpiciendus & commendandus ſeruatur, cum
ego quoq. in quo tua nunc illa uita condita latet, imo, qui ipſamet uita tua ſum &
3 entelechia, ſumma cum gloria & maieſtate omnibus conſpicuus apparebo. tunc
ſane & tu meæ gloriæ particeps mihi ſimilis, magna cum tuarum ęmularum admi-
ratione conſpiciere.

Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt. Heb. apparuerunt. de monte Galaad.

Innumera dein populorum nationumq. cana, & innocens multitudo, quæ ex ca-
4 pite tuo fide, ſpe, ac charitate nitens, uelut admodum frequens & prolixa pen det
coma, tam tibi decori eſt, quàm innumeri caprarum greges monti Galaad, quum
eius montis paſcua depaſcentes, aſcendere inde apparent.

Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis in eis non eſt.

Paſtorū deinde & doctorum tuorum ſapientia, intellectus, conſilium, patientia,
5 ſcientia, exactum iudicium, & pia in docendo dexteritas, dentes tui ſunt, quibus
ipſa uerbum meum recte ſecās, utilia modò tibi tuiſquè agnis de meorum biblio
rum virentibus pratis carpis paſcua. Dentes quidem certe ſimiles dentibus
ouium fæcundarum æquabiliter tonſarum, quæ de flumine emerſerint probe
lotæ, & (ne una quidem excepta) gemellos poſt ſe ducentes fætus: atque his ipſis
ouibus ſimiles ſunt homines illi innocentiſsimi, quippe qui per pœnitentiam &
ſui ſuarumq: rerum abnegationem depoſito uetere homine, ac per baptiſmū elu-
6 tis peccatorum ſordibus, candidi, puri, & ad vnguem facti, emerſere, multos mihi
genitos de mea fide & doctrina adeo conſentientes ac moribus pares ductan-
tes filios, ut gemelli tamen omnes & vnà æditi uideri poſsint: quāuis multæ ſint,

oues

oues plane dixeris Euangelicas,de baptiſmi lauacro aſcendentes æquabiliter ton 1
ſas,& bene lotas, uerbo veritatis fætas omnes : & ſingulas(ne una quidem exce-
pta)gemellos ſuos ducentes fœtus,fide & morib.quàm ſimillimos:tales mihi Pau
lus peperit, & nunc iterum parturit Galatas:tales idem mihi peperit,& alit The-
ſalonicenſes,& alios quàm plurimos tum ipſe,tũ & alii paſtores & doctores Euã-
gelici in hoc à me conſtituti, ut huius numeroſos nec vnquam perituros fructus
ferant,vnde omnis ad patrem meum redeat gloria.

Sicut vitta coccinea labia tua,& eloquium tuum dulce. 2

Iam tui Euangeliſtæ, doctores, dono linguarum vtentes,& ſermonũ interpretes,
cum nihil aliud,quàm me crucifixum loquantur, idque non ſeſquipedalibus ver-
bis ad oſtentationem turgente ſermone,ſed humili prorſus & depreſſo,cuius ta-
men tanta ſit vis,& qui in eo uiget ſpiritus mei efficacitas,ut innumeram audito-
rum turbam de tuo concionantis ore pendentem teneat,& veluti ab auribus vin-
ctam,quocunque ipſa uelis trahat:pulcherrima tua labia eſſe iudico rubra & exi-
lia,uittæ coccineę quam ſimillima,qua auditorum auribus inſerta,de ore tuo pen
dentes turbas teneas,& quocunque velis,ultro ſequentes trahas.

Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, abſque eo quod intrinſecus latet. Heb. extra comam tuam ſubprominentes. 3

Admiror præterea uirgineum ruborem,qui præ charitatis gratia,in tuis Prophe-
tis,quaſi in genis ſe exerit,ſumma cum honeſtate conſpicuus:ingenui enim ſunt,
& in omne uitium erumpente Nemeſi cum charitate,honeſte rubent: & prophe-
tici ſpiritus mei igni caleſcentes, quam ueriſsima præfantur myſteria : adeo, ut
eam partem mali punici proximè referant, quæ ſoli expoſita decoctior eſt,& cum 4
qua propterea quòd rubeat,ac molliter promineat,pudibundæ uirginis genæ con
ferri poſsint, Quales demũ genæ inter tuos cincinnos molliter prominentes te ma
ximè decent, ac formoſam uideri faciunt, & gratioſam : atquè hæc eſt tuarum ge-
narum,quæ exterius apparet mira venuſtas & pulchritudo. Nam latẽtem interius
ſpiritus mei energiam eodẽ conſilio,quo paulo ante,prudens omitto cõmendare.

Sicut turris David collum tuum,quæ edificata eſt cum propugnaculis. Heb. in tumulum Orium. 5

Pulcherrimum quoquè collum tuum eſt,candidum,firmum,oblongum,& rotun
dum,præclare illi turri propugnaculis munitę (quem tumulum Orium Rex Da-
uid in arce Sion ædificauit)quam ſimillimum. Sicut enim in ſummitate illius tur
ris uocales ille conſtituit vigiles, qui diligenter obſeruarent, ut ſiquas hoſtes in-
cautę urbi inſidias ponerent,imminentis periculi ſtatim ciues ſuos magnis clamo 6
ribus admonerent ; ſiquem etiam ciuem ſuum errare animaduerterent, uiam illi
1.Cor.12.d ut tutus in urbem accederet,commoſtrarent : ſic & ego opitulatores & ſubſidia,
1.Thi.3.b meos diaconos, pro collo candido, oblongo, & terete, tibi dedi,homines puros,
can-

1 candidos, rotundos, & omni peccati ſublato tubere, æquabiles, magnanimos, *1.Th.4.c*
& longa ſpe in cœlum erectos: ſacrarum literarum cognitione ceu propugnacu- *Phil.2.d*
lis communitos, qui magnis charitatis uiribus roborati omnia ſuſtinent: ſed ma- *Rom.16.a*
ximè Apoſtolos, Doctores, & Euangeliſtas ſuis opibus & miniſterio fulciunt, *2.Cor.16.e*
& pro his cum opus eſt, ceruices ſuas extremis ſupponunt periculis: quo Euan-
gelii mei Præcones omni comparandi uictus ſolicitudine poſita, Euangelicæ do-
ctrinæ & prædicationis dumtaxat ſatagant, & ceu excubitores in ſumma ſpecula
conſtituti, fidelibus populis inuigilent, & periculorum, quæ ab hoſtibus im- *Heb.13.e*
minere uiderint, ſemper admoneant. Quos inſuper in uia fidei & morum erra- *Ezec.33.b*
2 re obſeruauerint, magnis clamoribus reuocatos, in Eccleſiam catholicam, quæ
mea ciuitas eſt, & ſpiritualis Sion, reducant.

Mille clypei pendent ex ea, omnis Armatura fortium.

Tam multis præterea exemplis, & ſacrarum ſcripturarum teſtimoniis Diaconi *Prouer.30*
noſtri inſtructi ſunt, quibus cum res poſtulat prolatis, fortiſsimos milites no- *Acto.6.a*
ſtros ceu clypeis & omni armorum genere poſsint inſtruere, ut eos ditiſsimum
3 Arcis meæ Sion armamentarium recte dixeris. In quem etiam uſum turris illa Da
uidica extructa fuit: Vnde olim innumeri pendebant clypei, & militū panophia.

Duo hubera tua ſicut duo himnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in lilijs.

Tuorum inſuper huberum admirandam pulchritudinem, magis pro dignitate
laudare, aut ad uiuum magis exprimere non poſsim, quàm ſi ea cum gemellis ca-
4 preæ hinnulis inter candida & fragrantia lilia paſcentibus, conferam. Vt enim il-
li ſua parili paruitate, & omnino conſimili ſpecie arrident: præſertim quum ſe
in ſeſe contrahunt, & actuoſi erumpere velle uidentur. Sua præterea munditie &
nitore perplacent. Quippe qui, minime ſtrigoſi, aut lutulenti inter florentia lilia,
munda carpunt paſcua. Sic etiam tua hubera, Diaconi illi, quos tu gubernatio- *1.Cor.12.d*
nes ideo vocas, quod tanquam æconomi & fidi promicondi, ſeruandis, bonaque
fide diſpenſandis bonis tui, præfecti ſint, & peculiari quodam dono meo ad hoc
munus bene obeundum prædití, quum de ſe humiliter ſentiant, ſeque in arctum
contrahant, omnium miniſtri & alumni, nullo luxu diffluentes, collecti, & quaſi
5 in orbem contracti, actuoſi tamen, & ad beneficentiam oppido quàm propenſi, *Ro.12.b*
ceu cęleſtium caprearum filij, ſua paruitate, & beneficentiæ ſtudio placent pluri
mum. Pura præterea, & omnis puritatis exemplis florentia ſacræ ſcripturæ prata,
ac ſuperſubſtantialem Euchariſtiam meam ſumma cum munditie depaſcentes,
cęleſti replentur ſucco: pareſue cum ſint fide ac moribus, & inter ſe quàm ſimilli-
mi (quippe, quorum ſit cor unum, & anima una) gemelli, & uno fidei partu æditi, *Acto.4.g*
a ſpectu iucundi ſunt, ſciti, & gratioſi: propter geminum munus ſuum pro duob.
6 pulcherrimis huberibus tibi dati. Hæc itaque ſunt formoſiſsima tua hubera, par-
ua, rotunda, contracta, parilia, nitida, & quibus tuos alumnos abunde alis,
ſucculenta, atquè omnibus numeris abſoluta.

Donec

Donec aſpiret dies, & inclinentur umbræ, uadam ad montem 1
myrrhæ, & collem thuris.

Et quidem certe quo magis ſingulorum membrorum tuorum formam egregiam,
& quàm inter ſe,ac cum toto corpore decentem ſeruant proportionem,exactam-
que harmoniam,contemplor; eo magis uniuerſam quæ inde exiſtit, pulcritudiné
demiror & amo tuam.Quamobrem, indignum iudico, te adeo formoſam & ciui-
lem ſponſam meam, in montibus,& ſiluis huiuſmundi inter barbaros,& inſtar leo
num Pardorumquè efferatos homines,atque adeo in montibus, & ſpeluncis inter
feras ipſas diutius agere.Te itaque iam nunc in cęleſtem meam Regiam,inter bea 2
tos ſpiritus reliquoſque cęleſtes ciues meos beatam mecum perpetuò victuram,
(quod iam pridem me oras)eueherem,niſi me maiora adhuc tua quæ procuro in-
crementa, reuocarent: ac ne te tam cito in cęleſtem inferam ciuitatem, cohibe-
Deuter.7.d rent.Verumenim uerò, quemadmodum olim, ut Synagogam in fide exercerem,
perquè aſsiduos fidei progreſſus ad iuſta incrementa perducerem, non ſtatim om
nes Chananæorum Reges deleui & principes: ſed inter eos ſolicitam uolui habi
3.Reg.12. tare vſque ad tempora Salomonis,cui pater Dauid, omnibus debellatis hoſtibus,
pacatum tradidit imperium:ſic te oportet mea Eccleſia, forti animo inter impios
Reges,& Principes,per uniuerſum orbem nunc longe lateque imperantes, velut 3
inter leones,& pardos,in ſuis montibus, & luſtris dominantes, agere: eorumque
Ephes.1.c aſsiduis iniuriis exercitam, in fide meique cognitione per omnes corporis tui par
tes ad ætatis & magnitudinis meæ modum tamdiu proficere,dum exactis regibus,
omnique ſublata poteſtate,Pater uniuerſum orbem meæ ſubiecerit ditioni.Ac tũ
1.Cor.15.d demum ad plenam filiorum Dei uocanda mihi es libertatem,& ſummam gloriam,
Rom.8.d quum clariſsima Reſurrectionis dies illuxerit: cuius luce eximia omnis delebi-
tur Regum ac poteſtatum dominatus,qui te nunc ceu montium & collium graues
premunt, & obſcurant umbræ.Ego interim multam ſalutem dicens iſtis mõtibus,
& ferinum virus olentibus luſtris,in cęlum me recipiam, ubi me regnare oportet, 4
dum hæc ſtata per ſuos numeros graduſque decurrunt tempora.Ibi (quo etiã pia-
rum orationum, ſuauiſsimeque olentium uotorum tuorum pertingunt montes,
Apoc.8.a mortificationis tuæ Myrrham,& colles pietatis incenſum ſpirantes) me longe ma
gis oblectabo,quã olim in Silo, quo in colle meum multo tempore habui taberna
culum,aut in monte Moria,ubi tandem magnificum mihi templum extruxit Salo-
Exod.34.c mon.Vnde aſsidue incenſum thymiam a inſtar montis myrrhiferi,& collis Thuri
feri ſe attollit.Vnde etiam,quamuis fędifragam,& adulteram,nõdum tamen uiri-
Deut.16.c cidam, ter quotannis ex quatuor Iudææ Plagis, quatuor inſignium montium ter-
minis,Libani,Amana, Sanir, & Hermon definitis, ad me uocare ſolebam. 5

Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. ueni de libano
ſponſa mea, ueni de libano, Veni, coronaberis. De capite ama-
na, de uertice ſanir, & hermon, de cubilibus leonum & de
montibus pardorum. 6

Math.25. Te uero, quam ſcio ab officio & ſemel data fide nunquam diſceſſuram, de cælo
orbem

1 orbem iudicaturus quũ venero oĩb. angelorũ meorũ comitatus myriadib. ſumma cum gloria, tunc ſpectante vniuerſo orbe, ex quatuor mundi cardinib. ad coronã & regios honores tuis meritis debitos, in hãc ſniam ſemel ad me euocabo. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Veni de libano ſponſa mea, veni de libano veni, coronaberis. De capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon. De cubilibus Leonum, & de montibus pardorum. Venite benedicti patris mei, paratum uobis ab orbe condito, poſsidete regnum.* Hæc tibi mea Eccleſia iã nũc dicta uolui, quorũ aſsidua meditatione te toto hoc confirmes tempore: & hac ſpe in aduerſis nixa, rebus te ſecundis ferues. Mat.25. Eph.5.f

2 *Vulneraſti cor meum ſoror mea, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum: & in vno crine colli tui.*

Sed ut ad laudes tuas vñ digreſſa eſt, noſtra iã reuertatur oratio, Tanta eſt ſoror & ſponſa mea Eccleſia, pulchritudo tua, & vniuerſi corporis gratia, ut te intuendo meam explere mẽtem nequeam. Ea eſt in oculis tuis, dextro præſertim, uis & energia, tam validos & efficaces inde eiacularis amoris radios, certiſq; me petis ictibus, ut cor meum ceu amoris ſagittis transfixeris, & hoc ipſum quod unum potebas, obiecta reliqui corporis tui, ſed colli in primis, egregia quadam torque cri-
3 neue ornati, ſpecie, per meos oculos in mea illapſa præcordia abſtuleris, totũque tibi uendicaueris. Adeo te ſolam ſumma cum uoluptate intueor, de te ſola cogito, de te dumtaxat commentor, ut in te maxime ineſſe mihi uidear, & in te uiuere. Quæ & ipſa quoq; extra te rapta, in me magis ines, magiſq; in me, quam in te ipſa viuis. Quippe quã ego prior ĩtuitus fui, & patris mei ex meis oculis & uniuerſa facie emicante luce per tuos oculos in tua illapſus uiſcera, cordis tui tenebras illuſtraui, meq; ut noſcas, & in cõniuis cordis tui oculis ut intuearis, tribui: ac mea imagine accẽſam, abſorptamquè in me transformaui: Sic me in te transfudi, teque totã meam feci, ut iure iam non tu, ſed ego in te uiuere dici debeam, quem- Ioan.14.e 15.a.17.c.d Ioan.15.c. 1.Ioã.4.d 2.Cor.3.d Gala.2.d
4 admodum & meus Paulus hoc ipſum in ſe expertus, profitetũr. Nec iam nos duo corpora, & unus animus, ut de raris amicis dici ſolet, ſed vnus homo in vnũ corpus, vnumque ſpiritum commxiti ſimus. Tanta eſt in te contemplationis mei, & amoris efficacia. In illa Ioannes, in hoc excellit Maria Magdalena: ſed vtraque in re facile primas tenet Maria uirgo, ſponſa, & mater mea. Quam ego ante omnes ſanctos depereo, propterea quod ipſa ut omnes, vel ipſos angelos, vincit puritate, ſic puriſsimi cordis ſui oculo cor meũ omnium penitiſsime penetrat, & rapit potentiſsime: atquè ut omnium maximè gratioſa eſt, ita maximo etiam, ceu inſigne quaddam aut egregium monile, tibi eſt ornamento, primaria quidem certe no- Eph.5.f 1.Cor.3.d
5 ſtri amoris illecebra.

Quam pulchræ ſunt mammę tuę ſoror mea ſponſa, pulchriora ſunt hubera tua vino, & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata.

Iam tuos oculos & collum ante laudaueram, o ſoror & ſponſa mea, verùm, quia
6 quo magis te intueor, eo magis admiror, & nouum aliquid ſemper quod mihi cõmendandum uideatur, animaduerto, eam ob rem eaſdẽ partes rurſum cõmendare viſum eſt. Quæ eadem ſane me impellit cauſa, ut quæ iã ſemel laudaui hubera, &

labia tua, nouis eadẽ iterũ encomijs celebrẽ. Vt. n. abſolutiſs. operis cuiuſpiã con 1
templandi, ſic & laudandi, egregiũ formarũ ſpectatorem, qualis ego ſum, nulla vn
quã capere poſsit ſatietas. Tua igitur hubera præter quã ꝙ formoſiſsima ſunt, ra
1.Pet.2.a tionabili minimeq́, doloſo ſacrarum ſcripturarum lacte tument: & ſuauiſsimo,
qđ omnem longe ſuperat humanam voluptatẽ, plena ſunt alimento. Odorata pręterea
ſunt, & cęleſtium chariſsimatum vnguentis probe delibuta, meos plane diui
nos, quiquè omnium aromatũ gratiã vincũt, odores ſpirant: & me prorſus olent.

Fauus diſtillans labia tua. 2

Iam uero, tãta, ineſt in labiis tuis grã, & ſuauiſsimi ſermonis lepos, ut inde ceu ex
fauo ditiſsimo, oĩ melle dulcior cęleſtis ſuadę medulla ꝓfluere uideat̃. Remiſsio
nẽ ſiqdẽ peccatorũ ꝓdicas, & oĩum iniuriarũ inter Deũ & hoĩem factã Amniſthiã,
pacẽ terris redditã, & bonã volũtatẽ. Deum factũ hoĩem, & hoĩes factos Deos. Ad
actuoſæ & frugiferæ fidei iuſtitiã oẽs hortaris, Ad charitatẽ & ꝓclara facta, quaſi
ſubiectis ignitę orõnis tuę facib. accẽdis: & cęleſtiũ amore accẽſos, ĩ cęlũ trãsfers.

Mel & lac ſub lingua tua. 3

Prou.5.a Sic uero ſuaues & melliti ſunt ſermones tui, ut nõ aliud exterior oratio ꝓferat, q̃
Ioh.10.b ꝙ oſtiũ intus celat, & animus ſecũ agitat. Vt faciũt meretrices & hæretici meretri
cib. perquã ſimiles, quorũ blandi quidẽ & melliti ſermones ſunt (nimirũ ad deci-
Rõ.16.c piendũ cõpoſiti) os tñ vñ ꝓdeunt, lęthale venenũ intus celat, & virus perinde ama
rũ, atq; abſinthiũ. Nec. n. hoĩes illi (vt recte admonet os tuũ Paulus apoſtolus) mi-
hi ſeruiunt: ſed ſuo uentri: quippe qui per blandiloquentiã & aſſentationẽ, inno-
centiũ corda ſeducunt, ſecumq; ad inferos rapiunt. At uero tu mea Eccleſia, Mel
Colo.3.c & lac ſub lingua tua, nẽpe, plus adhuc dulcedinis & ſuauitatis, in oris & animi tui
receſsibus ſemper habes, q̃ vllis uerbis quantumcunquè ſuaulbus afferre poſsis. 4

Et odor veſtimentorum tuorũ ſicut odor thuris. Heb. ſicut odor libani.

Tua inſuper Miſericordia, Benignitas, Humilitas, Modeſtia, Patiẽtia, meæ deniq;
Eph.4.c virtutes omnes, quibus ego te ſponſam meam nuptialibus ueſtibus indui, mihiq.
aſſimilaui, ingenti charitate accenſæ, ceu thus, aut mons libanus quàm ſuauiſsime
olent: & bene affectis conuiuis noſtris, atq. adeo ipſi nuptiarum auctori & conui-
uii domino Patri meo gratiſsimos odores ſpirant. Nam male affectis, perinde at-
Mat.22.b
2.Cor.2.d que ſerpentibus florentes vites, læthales ſunt & inuiſi.

Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.
Heb. fons concluſus, fons ſignatus.

Iſtam porro eximiam pulcritudinẽ & formæ prękantiã, plurimum cõmẽdat ſum-
ma cum fide coniuncta intemerata & incorrupta fæcunditas tua: mihiq; maxime
reddit ſpectabilẽ. Qui cũ non fluxam ab ſe uoluptatem, ſed numeroſam, eandẽq;
piam ſobolem tollere expetam, & eius te ſolius gratia deſpondi mihi, mea mini- 6
me ſpe falſus, multos quotidie perpulchros & pios ex te nulli acceſſa extraneo,
nulliuſue heretici, aut impoſtoris fraude uitiata, tollo liberos, & uelut electos
fructus

1 fructus ex horto mihi undiq; concluſo refero, cõtinenti firmaq; & perenni ange- *Iſa.51.a*
lorum ſepe circumſepta, neque vnquã ut mea illa uinea olim ex ęgipto translata di *Iere.31.b*
ripiendo a prætereuntibus, aut à feris vaſtando. Quin, & ꝙ mihi ſoli cor tuũ exhi- *Pſal.79.*
bes, me ipſo quaſi ſigillo obſignatũ fontem ſpiritu meo repleo, & ſacrarũ ſcriptu- *Iſa.12.a*
rarum intelligentia: eas vero aquas hæreticis & extrariis oĩbus obſignatas, populũ
meum dumtaxat haurire volo, fruique. & tute Baptiſmi vterum gerens, nullis im-
piorum dogmatum ſordibus pollutum, fons concluſus mihi es, crucis meæ ſigillo *Prouer.5.c*
obſignatus; venaquè benedicta, unde meas ego aquas, nempe ſapientes filios no-
ſtros Apoſtolos, Prælatos, & Doctores, reliquoſque ſanctos innumeros per vni-
2 uerſi orbis plateas, particulares Eccleſias, deriuo, atque diſtribuo. Qui & ipſi ſi- *Apoc.7.a*
gnum patris ſui Dei uiui in frontibus præferunt, ex te naſcentes, quæ ſolo uerbo
meo fęcundata, mater es, & uirgo permanes incorrupta: perinde ac ſi ex fonte con
cluſo, & obſignato limpidiſsimæ emanent aquæ.

Emiſiones tuæ Paradiſus malorum punicorum cum pomorũ fructib.

Propagines uero, & plantæ, quas ex te permultas, & pulchras profers, imaginem
paradiſi exhibentes, & hortorum ad meas delicias comparatorum, gratiſsimam
ſpeciem mali punicæ in primis ſunt fructiferæ, & ſuauiter rubentibus pomis
3 onuſtæ. Martyres nimirum, multis rebus in meam gratiam fortiter geſtis, cele-
berrimi, & uelut mali punicæ roſeo ſanguine rubentibus fructibus plenæ: mu-
ſtoque ex ſuis pomis expreſſo manantes, ac rubricatæ.

Cypri cum nardis.

Sunt præterea Cypri & nardi, ſancti ſcilicet homines, fidei ſummiſsione & fragrã
tia inſignes; ſed inter ſe alij alijs hac ipſa uirtute præſtantes, vt Cyprium herbam
colore & odore ſibi vicinam, uincit Nardus.

Nardus, & crocus, fiſtula, & cinamomũ, cum vniuerſis lignis libani.

4 Plurima ẽt in te prouenit crocus. Sancti quidẽ quam plurimi, aureo diuinæ ſapien *i.Cor.1.d*
tię colore conſpicui, eouſq; ſe deijcientes, vt pro ſtultis haberi gaudeãt, & calcari *4.b c*
in modũ croci, ac velut oĩum peripſema, atteri pede: quo ſic pereũdo, melius pro-
ueniãt. Frequens inſuper in te creſcit Calamus odoratus. Hoĩes intelligo, liberali
tate & beneficentia Chriſtiana cõmendatos. Quæ nimirũ uirtus cõtra Auaritiã,
Animi hydropiſim, quàm herba illa cõtra aquam inter cutem fuſam, longe præſen
tius eſt remediũ. Nec minus frequens ibi viſit cinamomum. Permulti ſane pietate
inſignes viri. Quæ uirtus proprias cinnamomo ad uiuum refert uires. Hæc enim in
5 primis humanarum cupiditatum caliginem animi noſtri oculis obuerſantẽ, poten
ter diſcutit, ut illud caliginoſum humorẽ corporeis oculis inſidentẽ. Deinde con
tra dæmones peccati virus eĩaculantes plurimũ confert, ut illud, contra ſerpentes.
Breuiter, vt cinnamomũ magni eſt ad oĩa vſus, ſic & pietas ad oĩa utilis eſt, promiſ *1.Tim.4.*
ſionem præſentes uitæ habens, pariter & futuræ. Ad hæc, vt libanus, mons altiſsi-
mus, oĩum inſignium arborũ prouentu ſpectabilis eſt, & celeberrimus, ſic & tu in-
numeros oĩum ordinum uiros clariſsimos, & inſignes, cæteris pietate pręcellẽtes,
6 proferens, admirandam libani ſpeciem & amænitatem refers, & facile ſuperas.

Myrrha & Aloe cum omnibus primis vnguentis.

Abundas denique Myrrha, & Aloe, atque omnibus plantis aromaticis, ex quibus 1
vnguenta fieri ſolent laudatiſsima. Viris inquam, qui amaram inſtar Myrrhæ &
Aloes, meam paſsionem aſsidue meditantes, variiſque & aſsiduis exerciti malis,
Rom.6.a complantati mihi primum per baptiſmũ ſimilitudine mortis meæ, perpetua dein-
Coloſ.3.b de pęnitentia, & chriſtianis exercitamentis, libidinem, ſcortationem, immundi-
ciam, concupiſcentiam malam, auariciam, iram, indignationem, malitiam, blaſ-
phemiam, turpem ſermonem, mendacium, reliquaque ueteris hominis membra
conficiunt, atque mortificant, ac ueterum peccatorum vulneribus inducunt cica-
trices. Omnigena inſuper uirtute inſtructi, & egregijs factis conſpicui, egre-
gium ſibi nomen, & famam optimis quibuſque unguentis ſuauius longe olentem, 2
compararunt.

Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de libano.

Accedit demum ad amænitatẽ iſtius horti, & ſummã gratiam, copioſiſsimus, quẽ
Ioan.4.b ego ex me in tua uiſcera effudi, ſpiritus. Is enim ex tuo ventre, velut ex puteo in
Ioan.7.f modum aquæ uiuæ miro erumpit in cęlum vſque impetu: inque multa ſe partiens
flumina, te & omnes tuas particulares rigat Eccleſias: omneſque noſtras plantas 3
ād cæleſtia prouehit incrementa. Quemadmodum copioſiſsimæ, ex prææalto mon-
te libani delapſæ aquæ uiuæ, per fontem illum & puteum notiſsimũ magno erum-
punt impetu, quæ per magnos deriuatę conductus, totam libano ſubiectam oram
influunt, innumeroſque eius regionis hortos irrigant: ac uniuerſam planitiem ad
miraculum fęcundam reddunt, & inſtar paradiſi amęnam.

Surge aquilo, & veni auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.

4
Merito itaque te amo o mea Eccleſia, & tuorum hortorum amænitate delector
magnopere. Sed aueo maximè iſtas tuas plantas aromaticas ſua aromata funden-
tes videre: atq; odorifero earum defluxu me oblectare. Faceſſe igitur aquilo, pro
cul a noſtris hortis abeſto horrida infidelitas: quæ, ut ille plantas, ſic tu hominũ
Mat.10.d corda contrahis, & cæleſti calore extincto, cogis congelaſcere. Tu uerò Auſter
Pſalm.25. veni, perfla hortos meos, Myrrham & Aloem, calamum & cinnamomũ, reliquaſ-
Pſal.16. que plantas noſtras aromaticas calfacito: vt calido tuo flatũ incaleſcentes, natiuũ
1.Pet.1.b ſuum calorem proferant, & eiuſdem vi colliquatos humores fundãt ſuauiſsimos.
Irrumpite iam, per me licet, in ſanctos meos, impij homines, gladios, ſecures, cru- 5
ces, Beſtias, fornaces, ignes, omnes denique pœnarum turbines veſtra dæmones ar
te collectos, in meam Eccleſiam immittite, per meæ Eccleſiæ hortos quantumli-
bet graſſamini. Nihil aliud, quàm plantarij quod plantauit pater meus, cœleſtem
calorem excitabitis. Nihil aliud in medijs tormentis, quàm fidem meam profiten
tes, vota preceſque pro ſuis tortoribus fundentes ſanctos meos, audietis. Ni-
hil aliud in eis quam fidei, charitatis, & magni atque infracti animi documenta vi
debitis. Non aliud quicquam ex ſanctis meis, quam præclare dicta & fortia facta 6
exprimetis. Quorum aromatum fragrantia vos æternum cruciet; me vero oblectet
ſupra modum.

1 *Veniat Dilectus in hortum ſuum : & comedat fructus pomorum* Eccleſ.
ſuorum .

O ſponſe mi ſeruator,fer opem,ſerua me obſecro.Ecce, quos tantopere laudaſti
hortos tuos,iam diu ardentes ſuccendunt Auſtri , iamdiu electarum omnis gene-
ris arborum Sylua conflagrat,iam diu crepitantes plantas aromaticas uoraces ab-
ſumunt flãmę,q̃ vnà cũ fumo ſe agglomerantes,cęli aſpectũ prohibent, & horren
da caligine cõfundunt oĩa. Iam à trecẽtis annis poſt Iudæos Nero ſæuã in ſanctos
tuos exercuit perſequutionẽ:hanc Neroni ſuccedens Domitianus renouauit.Ab
2 his,& pleriſquè alijs tyrannis ꝓceres noſtri Apoſtoli, & diſcipuli tui,cũ innume-
ris alijs ſanctis perierũt.Alij gladio percuſsi,Alij fuctib.cęſi, alii in crucẽ ſublati,
alii ſecurib.trucidati,alii pectinibus exarati,alii in nocturna lumina cremati,alij
in accẽſas pyras cõiecti,alii aliis exquiſitis ſupplicijs abſumpti ſunt.Omitto Tra-
ianũ, Valerianũ,Maximinũ,Decium, & pleroſq; alios Imperatores, ac Reges im-
pios,qui ceu ardẽtes Auſtri in cinnamomiferis regionib.ſanctorum tuorũ ſyluas
accendunt ubiq; terrarũ,& miſere deuorãt.Tm̃ his noſtris tporib. Maximianus,
Diocletianus,Mezentius,& Licinius incendium ſæuis ſui flatib.excitant,ſic tuos
hortos depopulantur, & vaſtant, ut quæ ipſi nunc inferunt, malorum magnitudo
3 ſuperiorum obliuionem iudicat : & eam reium deſperationem, ut niſi tu ip-
ſe ſtatim venias ingens reſtincturus incendium , & ardentes Auſtros procul aba-
cturus,omnes non breui perituros putem : nec vlla hortorum tuorum relictũ iri
monumẽta.Me miſerã,tu ne ſponſe mi ęquis oculis hæc aſpicere potes?Quos tibi
uni ſeruo fructus ſuauiſsimos ſic perire? Plãtas odoriferas tuis tm̃ deliciis excul
tas, crudelibus flammis abſumi? Breuiter, amæniſsimos hortos tuos impiorũ ho-
minum furijs deletos uidere? Quin tu venis bone Ieſu?tu qui ſolus potes,nos ſer
uas?Pacem nobis tribuis?vrentes Auſtros in placidos uertis Zephyros? Impios in
quam,tyrannos,in Reges pios nobis fauentes,& tuæ Eccleſiæ propitios? Qui ſe-
4 datis & pacatis oĩbus,diu multumq; expectatã tuis hortis inducant cęli temperiẽ,
& amęnitatem. Vt tuo munere compoſitis rebus omnib.te excipere,tibiquè gra-
tiſsimos fructus tuos, pia noſtra facta, & dicta, poſsimus apponere . vęni igitur
precor o bone Ieſu,veni;& ſi te noſtri quam præfers, tã fortis.urit cura, Si noſtri
(vt dicis)tui ſunt(ut uere tui ſunt)horti:ſi nõ ioco, ſed ſerio tibi tã magnifice cõ
mendantur(ut ſerio abs te commendatos eſſe non dubito,qui in te fidentes lude
re nunquam poſsis)Huc inquam ueni,tuorum hortorum fructus ęde, tuorũ hor
torum odoribus & uniuerſis delicijs tu ſolus fruere.Omnia enim tua ſunt. Ego 1.Cor.3.b.
tantùm, nec tamen ſine te, plantaui, ego rigaui , tu ſemina dediſti, tu auxilti, tua
5 omnis noſtrorum hortorum cultura eſt, tuus omnis prouentus.

Caput V.

Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa Meſſui myrrham meam
6 *cum aromatibus meis,comedi fauum cum melle meo,bibi vinum cum*
lacte meo : comedite amici mei,bibite; & inebriamini chariſsimi.

Chriſtus. EGo vero te o Eccleſia ſoror & ſpõſa mea ſuauiſsima, ſupra quàm 1
dici poſsit,amo: & meos hortos tãquam egregium opus demiror
& amo meum. Adſum igitur,& iam multo ante huc ueni:imo ve-
ro nec abs te, nec a meis hortis unquam diſceſsi. cum.n.tu mihi
omnino ſis morigera,& hìc meræ meæ ſint deliciæ,non poſſum te
non diligere,non poſſum non in meis hortis deliciari: & vel tunc
maxime, quum ex eis ſuaue olentes ramuſculos & aromata colligo:ut tunc certe
collegi,quũ tu nuper ſęuientib. Auſtris,omnia peſſum ire crederes,grauiſsimeq;
dolores.Nam cum tu dolebas meos martyres,alios ferro perimi,alios flammis exu
ri,alios uiuos excoriari,alios membratim ſecari, alios denique alio amaro mortis 2
genere abſumi,Tunc ego Myrrham meam, reliquaſq; plantas aromaticas vnà cum
ſuis aromatibus, meos inquam martyres vnà cum ſuis pręclare dictis & factis, de
meis hortis metebam, & ceu faſciculos ac ramuſculos ſuauiſsimos in cęleſtẽ meã
referebam apothecam.Quum tu prætere a Euangeliſtas meos,& pleroſq; alios elo
quentia Chriſti una inſignes viros, ad tribunalia carenis uinctos trahi defleres,
Tum ego meos oratores coram regibus, & principibus meam cauſam perorantes
quum uiderem, eorum eloquentia quaſi fauo ac melle ſuauiſsimo, mirifice dele-
ctabar:& litum melle panem meum ſumma cum voluptate comedebam. Tunc ẽt
uinum meum & lac ſuauiſsimum bibebam,quum eoſdem docentes audirem,& eo 3
rum maxime doctrinã probarem,qui perfectos quidem alumnos ſuos difficiliori-
bus,ſed tamen cognitu ſuauiſsimis,fidei meæ myſterijs, ceu generoſo uino ale-
rent, imperfectos, & imbecillos, facilioribus eiuſdem fidei rudimentis ceu lacte
dulciſsimo,ſaginarent. Aderam itaque tunc mea Eccleſia, aderam,in meis tunc
hortis deliciabar: præſens tamen numen meum quaſi abeſſem, non exhibebam.
Iuſtam nimirum captans ocaſionem,ut tu quidem tuæ relicta fidei, cum hoſtibus
quaſi ſola confligeres, meo tamen fauore freta, ingentia, quaſi per te,bella confi-
ceres: atque ego pro meis donis tanquam pro tuis meritis, ampliſsimis te tuo iure
donare poſſem præmijs. Quando igitur tot præclara generoſę tuæ fidei dediſti 4
documenta, et rem bene geſsiſti meam,iam quod optabas, et ſupra quam ſperare
potuiſti,feci. Altiſsimam pacem poſt diuturnum bellum dedi. Maximinos,Dio-
cletianos,Mezentios, Licinios,& id genus pleroſque alios ardentes Auſtros,no-
ſtrorum hortorum extremam perniciem, procul abegi: pro his placidum immiſi
Fauonium, Conſtantinum dedi pium Romani orbis Dominum,tibi fauentem, et
propitium. Vides iam q̃ molliter ſuauis hæc noſtros hortos inflet aura, q̃ magni-
fica templa pius hic imperator nobis ædificet, quàm magnificis eadẽ ornet dona-
rijs,quam utiles tibi leges ferat. Iſte ſenatoria te dignitate auxit, faſces & ſecures
tibi ſummittit,pronus te adorat,urbem Imperij ſedem,ampliſsimaque tibi ceſsit 5
vectigalia. Quas alij ſtrages & ruinas ædiderunt,hic reſtituit: et noſtros hortos
longe maiores reddidit, et auctiores. Huc ades igitur mea Eccleſia, adeſte om-
nes ſodales mei amantiſsimi,accumbite iam in hortis meis amęniſsimis. In myr-
rhifero,et thurifero monte meo comedite abunde, et bibite chariſsimi, ibi uos
Luc.12.c exhilarate. Iam nunc fidem meam liberabo, iam opiparum illud et iucundum con
Iſa.25.b uiuium exhibebo,quod olim prophetæ meo nomine promiſere. Iam nunc Euan-
gelio per uniuerſum orbem ſecuri et feſtiui incumbite. En utriuſq. teſtamenti 6
myſteria uobis appono,cęleſtem euchariſtiæ panem uobis frango,fęcundos cęle-
Luc.22.c ſti uino calices propino. Vos in primis familiares mei epiſcopi et doctores, ſapien

tiæ

1 tiæ operam date, cæleſti cibo & potu affatim fruimini: & reliquæ familiæ meæ quã *Mat.14.d*
tum ſatis eſſe cognoſcetis, edere date, & bibere. Regias opes in meorum paupe-
rum vſus tibi creditas, ne ſerua o mea Eccleſia, ſed pauperibus, quibus datæ ſunt, *Luca.12.f*
eroga. Pacis & rerum omnium affluentia, ad otium & luxum caue abutare. Quin *1.Tim.4.c*
ſobria lectioni, exhortationi, & doctrinæ, dum redeo inuigila, & horam qua re-
diturus ſim obſerua ſolicita.

Nota Lector.

Totus hic locus (qui modo ſequitur) de Eccleſiæ luxu, eſt ſane lubricus. Quamobrem ne *Admonitio*
2 *quis hoc tempore in eo labatur, lectorem admonere opere precium nobis uiſum eſt, quæ* *auctoris ad*
hic dicuntur ad prælatos ſpectare, non ad illos quidem, quos Paulus dicit uigilare, tanquam *lectorem.*
eos, qui de animabus ipſorum curæ commiſsis rationem reddere cogitant (quales ſemper
habebit Eccleſia) ſed ad illos duntaxat qui miſericordiam, humilitatem, benignitatem, pa-
tientiam, & charitatem (quæ eidem Paulo ſanctorum tunica eſt) exuerint: temperantiæ et
ſobrietatis inſtituta, Euangeliſtarum calceos excuſſerint, & abiecta functione Apoſtolica,
uòluptate diſfluentes dormiunt. Quos tamen in tanto ueterno ſuæ ſocordiæ urget conſcien-
tia: & Chriſtus ipſe qui eos vigilare iuſſit, ſeq. expectare, excitat, & proprij admonet offi-
cij. Qui igitur hæc legis, Fuge obſecro, & caue ne cum impijs hæreticis contra matrem no-
3 *ſtram Eccleſiam initere. Memineris dictum eſſe Chriſto, beati qui lugent, quoniam ipſi cõ*
ſolabuntur: & acrem illam Dauidis interminationem time, Noli irritari propter eum qui
proſperatur in via ſua, propter hominem facientem iniuſtitias. Deſine ab ira, & derelin-
que furorem: Noli irritari ut maligneris. Quoniã qui malignantur exterminabuntur. &c.

Ego dormio, & cor meum vigilat.

Sponſus quum abiret, ocium & luxum mihi interdixit, Euangelicam functionẽ, *Eccleſia.*
& pauperum curam iniunxit, ſobriam vigilare iuſsit, & horam qua rediturus ip-
ſe ſit, ſolicitam obſeruare. ego uero abiecta functione Euangelica, ocio nunc, &
4 luxu diffluo, commiſſam meæ fidei ſponſi mei familiam ſuo demenſo fraudo: nec
iam mihi curæ eſt, ꝙ alij fame, & frigore confecti, pereunt, alij odijs & inteſtinis *Mat.24.d*
bellis furentes mutuum conficiunt, Alij ignorantiæ tenebris offuſi, in hæreſes &
omnium uitiorum barathrum feruntur præcipites, dum ego purpuram, & byſſum
quotidie induo, auro & gemmis fulgeo, laute prandeo, lautius cæno, cruda lauor,
ex balneis ſuffumigata & peruncta in mollia ſtrata me recipio, ibiq; clauſo oſtio,
nec expectato ſponſo meo Chriſto, vt olim adultera Synagoga, hoc ipſo turpiter
repulſo & excluſo ſponſo ſuo dormiebat, in ſomnum deferor, nec ſolem orientẽ
vnquam uideo. At, hoc quid aliud eſt, quam poſitis ueſtibus & calceis euangelicis
5 dormire, vitamque in luxu & ſomno Synagogæ more, tranſigere? Verum enim ue- *Eſa.66.g*
rò, conſcientia ignauiæ, & ſocordiæ, ac luxuriæ meæ teſtis, perpetuò uigilat: hæc *1.Io.3.d*
me fortiter accuſat, damnat, & uelut per in ſomnia ſuſpenſa territat.

Vox dilecti mei pulſantis. Aperi mihi ſoror mea, amica mea, co-
lumba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum eſt rore, &
6 ## *cincinni mei guttis noctium.*

Quin & ſponſi mei numen in primis horreo: quem de nocte ad oſtiũ cordis mei *2.Pet.1.a*
pulſantem, atq; hæc inclamantẽ mihi uideor exaudire, *Aperi mihi ſoror mea, Amica* *Chriſtus.*

mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei gut 1
tis noctium. ac ſi dicat, o ſponſa mea, aperi mihi precor, non extraneo, ſed fratri, nõ
Epheſ. 5. a mœcho, ſed legitimo ſponſo tuo, quiq; totius nobilitatis, pulchritudinis, & purita
tis tibi auctor fuerim, & profuſus elargitor. Miſereat te obſecro, fratris & ſponſi
tui amantiſsimi, de te optime meriti, qui in tempeſta nocte ſub rigido & inclemen
ti cælo peregre reuerſus, ad tuum hoſtium frigore nũc & fame pereo. Primũ blan
dæ hæ & ſupra modũ honorificæ appellationes, immemoris ingentium beneficio
rũ acris, ſed iuſta exprobratio eſt. Deinde cũ meus me præter meritũ commendat
ſponſus, quid aliud, q̃ caſtigat, & ad meliorem mentẽ oblique reuocat? Nec enim
excidit memoria illa ſapientis cuiuſdã ſnĩa, vt laus uera ornat, ſic falſa caſtigat. Me- 2
mor prætereа ampliſsimorum, quos ab eodem accepi, honorũ, inſuper & manda-
torũ, quæ peregre profecturus mihi dedit, dum ipſum audio, & tñ non uideo no-
cturno gelu & glatie oppleta cæſarie ad oſtiũ meum trementem atque eſurientem
pernoctare, ſeq; vt admittam, orare, ad pauperum calamitoſorũ hoĩum cõmiſera-
tionem, quorũ ille incõmoda ſua æſtimat mala, non poſſum non cõmoueri: meq.
inſignis inhumanitatis non damnare. Querit. n. ſatis intelligo, mitiſsimus ſponſus
meus Ieſus, & meã accuſat ignauiam, meã damnat ſocordiam, & inſignem impie-
tatẽ. Quæ ingentium oblita beneficiorũ, abiecta pauperum cura, & functione Euã
gelica, pauperes, quorum quaſi capillorũ de ipſius capite pendentiũ, magnus eſt nu 3
merus, fame & frigore ipſa deliciis affluens, perire patiar: diuites & magnates, qui
in populo Chriſtiano velut cincinni in cæſarie inſigniores ſunt, frigida irruẽte in
eos ignorantię nocte, fidei lumẽ, & Charitatis ignẽ amittere ſinam, ac mortẽ obire
perpetuã. Hæc me blanda ſponſi mei vehementer angit querimonia. Quippe quæ
veteres ipſius & graues querimonias, grauiſsimaq; in Synagogam ædita olim exem
pla, mihi reuocat in memoriam: atque eorum meditatione miſere exagitat.

Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? 4

Eccleſia. Et velim quidẽ certe expergiſci, his byſsinis & ſericis ſtragulis me explicare: ue-
lim ſurgere, oſtium aperire, & ſuauiſsimũ ſponſum meum Ieſum admittere, pau-
perũ inquã, curam gerere, & Euangeliũ ſerio prædicare. Sed tanto tpe intermiſſas
difficultates, & quos doctorem Euangelicum ſubire opporteat, labores qũo poſ-
ſim ego repetere, aut ſuſtinere, omnium rerum copia tot annos affluens, tam mul-
tis aſſueta delicijs, oĩs prorſus penuriç, ac laboris impatiens, Domina mollis, ac de-
licata? Et ut ſperem eas me omnes difficultates ſuperare poſſe, At è ſublimi ſo-
lio ad humilem ſuggeſtum ſi concionatura deſcendam, Si ad ptocodochia ægro- 5
tos ſubleuatura accedam, ſi pannoſos & mendicos inter meos nobiles & holoſeri
cis ſplendentes aulicos ac exules uocem, qũo maieſtatem tueri poſsim, ſine qua ſa
cerdotij ſplendor & auctoritas minime conſtare poſſe uideat? inter metũ, & ſpem
plane hæreo, inops conſilij: lupum auribus teneo, nec quid agam ſatis ſcio.

Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius. Heb. propter ipſum. 6

Heu execrandam ignauiam, ſocordiam & impietatem meam, Heu deteſtabiles
ſupe-

1 ſuperioris uitæ meæ delicias, Heu graues & implacabiles ſponſi mei iras. Nimirum toties a me læſa illius patientia, in furorem uerſa eſt. Nunc plane ſentio quã uere, ſapienterque meo Paulo dictum ſit, Dei tollerantiam peccatores ad pœnitentiam inuitare: eos uerò qui peccandi finem cum non faciant, Dei tollerantia lenitateque abutuntur, ingentem ſibi iræ theſaurum, quo aliquando obruantur, accumulare. Nam, ut de me loquar, poſtquam ſponſus meus exactis tyrannis, me curis ſolutam, torpere uidit, impoſitum docendi munus abieciſſe, Regijs opibus, & honoribus auctam inſoleſcere, Regum eleemoſynas in meas delicias & prodigioſum luxum conuertere, pauperibus interim frigore, & inedia ad oſtium
2 meum pereuntibus, reliquis uero pleriſque aliis fidei lumine & charitatis igni extincto congelatis, fameq; ac ſiti uerbi Dei confectis, perditos meos mores, quanto tempore, ac quàm patienter tulit, quàm humane reprehendit, quàm comiter & benigne mei me admonuit officij; atque aliquando ut reſipiſcerem, ſeque in cordis mei penetralia ut admitterem, modo per ſe, modo per eccleſiaſtas ſuos, quaſi ad oſtia cordis mei pulſans, obſecrauit? At ego fallacis uoluptatis illecebra, & inanis gloriæ cupiditate, abſtracta, bene monenti parere uſque recuſaui, auſterioris uitæ deſſuetudinem, & maieſtatis curam quo minus è deliciarum ſomno ſurgerem, et oranti aperirem, impudenter, inhumaneque excuſaui. Tanta igi-
3 tur impudentia, et impietate mea uchemẽter offenſus ſponſus, ingenti facto ſchiſmate, ceu perfoſſa domo, tribus immiſsis dubijs pontificibus tanti ſchiſmatis materia, ceu per effoſſæ domus noſtræ foramen immiſſa manu, me quum omnium ſecura, et delicijs ſoporata cubarem, perterruit. Regibus et Principibus toto orbe in me unam conſpirantibus et coniuratis, ingens metus meum perculit, et perterrefecit animum; ut olim exercitus Chaldæorum grauis illa Dei manus, per effoſſum murum Ieroſolymorum, Sedeciam Regem cum tota Synagoga cõſternauit.

Rom.2.a — Apoc.16.e — 4.Re.25.a Iere.39.a 52.a

4 ***Surrexi ut aperirem dilecto meo, manus meæ ſtillauerunt mirrham, & digiti mei pleni ſunt myrrha probatiſsima. Peſſulum aperui Dilecto meo: At ille declinauerat, atque tranſierat.***

Atque ita tandem illius manum extrema minantẽ pertimeſcens, ex alto ocij et luxus mei ſopore uigili excitata, ſurrexi; ſed maiore cum fiducia, et meliore quàm Synagoga nitens animo, Nec me amplius ulla unguenta, ullæue detinere deliciæ potuere. Chariſsimum meum Ieſum ad animi mei penetralia admittere omnibus
5 ſublatis impedimentis, conſtitui; iam diu intermiſſam pauperum curam, et euangelicam functionem repetere prorſus decreui, Malas cupiditates, et omnem carnis meæ curam, grauiſsimum animi mei peſſulum, illico ſuſtuli. Ac tunc demum de meo duntaxat ſponſo Chriſto cœpi cogitare, illum ſolum uelle, illum omnib. uotis expetere. Et ſperaui quidem certe ſic illi patefactis animi mei foribus, intellectu, uoluntate, et omnib. ſenſibus, dulciſsimum Ieſum ad me ſtatim ingreſſurũ; Apo.3.d
et, ut ipſe aliquando pollicitus fuerat, mecum cœnaturum, meque grauiſsimis quę
6 mihi impendere uidebam, malis erepturum. Sed me miſeram, quam me tunc falſam ſpe deprehendi mea. ego quidem auida expectabam, dum chariſsimus ſponſus meus domum recta ingrederetur via.

At

At ille nuſquam erat: iam enim impijs moris meis & excuſationib. vehementer 1
offenſus, ab oſtio meo procul diuerterat, meque præterierat. Nec enim exortos tumultus componere, aut in horas gliſcentes coniurationes curauit compeſcere: tantum abeſt, ut ad me intrauerit, aut mecum cęnauerit, aut ſupra modum afflictę quicquam attulerit ſolatij.

Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt. Heb. anima mea egreſſa eſt in loqui ipſum.

2
Ah, quanto fuit ſatius, oranti olim annuere, pulſanti aperire, & vltró oblatam occaſionem arripere. Diſcrucior prorſus, & linquor animo, dum recolo, acriuſque mecum reputo, quàm blande, quàm humaniter, me quum molliter cubarem, & delicijs ſoluta, luxu diffluerem, ille foris tremens præ frigore, & nocturna obrutus glacie, ſororem ſuam, amicam ſuam, columbam ſuam, & immaculatam ſuam appellaret, quam miſerabiliter ſibi grauiter laboranti ut aperriem, obſecraret. Huius orationis, Ah me infelicē, quàm miſere diſcruciat, & exanimat recordatio, quàm miſere noctes dieſque excedit neglectæ occaſionis pœnitudo. Neque vero huius
me pœnitudinis unquam pęnitebit, quæ miros iam tunc in me abſentis ſponſi mei 3
Ieſu Chriſti amores excitauit, & ingens deſiderium. Quæque præcordijs meis ardentes charitatis ſuggeſsit faces.

Quæſiui eum, & non inueni illum, vocaui, & non reſpondit mihi.

His ego accenſa facibus, & ceu amoris furijs agitata, erupi, egreſſa domum, illum per noctem obſtinato cœpi quærere, & inuocare animo. Nulla nimirum ſalutis, aut uitæ meæ habita ratione, tot ſubito exortis ſectis, tot hæreſiarchis, Schiſmatitis, Pſeudo prophetis, & Antichriſti præambulonibus: a quib. perſuaſos tam mul 4
tos reges grauiſsima undiq. bella mihi parare viderem, & ingentium malorum caligine uel in meridiana luce atram noctem inducere. Verbum Dei forti animo prædicare aggreſſa ſum, inſtare, oportune, importune, arguere, obſecrare, increpa
2.Ti. 4.4 re cum omni lenitate, & doctrina: & denique opus Euangeliſtæ eo maxime tempore facere, quum uiderem homines ſanam doctrinam non ſuſtinere: ſed prurientes auribus, ſuis cupiditatib. ſeruientes Magiſtros, ſibi coaceruare, & ueritatem auerſantes conuerti ad fabulas. Aggreſſa ſum etiam ueterem diſciplinam reſtituere: et ad apoſtolica inſtituta noſtri temporis mores cōponere. Longa ieiunia, aſsiduas
vigilias, largas eleemoſinas, et totius pietatis officia mihi, meiſque imperaui, qua 5
primum detrita, et nobis præmonſtrata uia memini olim Maiores noſtros Chriſtum quærere, atque inuenire: Orationes tum publicas, tum priuatas, aſsiduum luctum, & perpetuos gemitus indixi: quibus clamoribus uocatum eundem illis reſpondere ſolitum fuiſſe ſciebam: & afflictos maximis calamitatibus liberare. Sed tanta eſt ſcælerum meorum magnitudo, tantus eſt numerus, ut is qui ſua natura mitiſsimus cum ſit, & ad miſerendum propenſiſsimus, quærentibus ſe ſtatim oc-
currit, & inuocantes illico exaudit, mihi tamen diu multumque quæſitus, inuen- 6
tus nondum ſit, & inuocatus nunquam reſponderit, nec in maximis uerſanti malis opē tulerit: adeo peccatis meis prouocatus (ut olim ſinagogę) mihi quoq. incxo

rabi-

1 rabilis eſt. Adeo intra tentorium & nubem furoris ſui ſe continet, ut ad eum mea
tranſire non poſsit oratio. Scilicet, hoc eſt quod ipſe olim interminatus fuit. *Quia* Threno.4.
vocaui inquit, & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret, deſpexiſtis om Pro.1.c
ne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis, ego quoque in interitu ueſtro ridebo,
ſubſanabo, quum id quod timebatis aduenerit: Quum irruerit repentina calamitas, & interi
tus quaſi tẽpeſtas ingruerit: quando uenerit ſuper vos tribulatio, & anguſtia. Tunc inuoca
bunt me, & non exaudiam: mane conſurgent, & non inuenient me: eo quod exoſam habue-
rint diſciplinam, & timorem Domini non ſuſceperint, nec acquieuerint conſilio meo, & de-
traxerint vniuerſę correptioni meæ. Comedent igitur fructus viæ ſuæ: ſuiſque conſilijs ſa-
2 *turabuntur. Auerſio parauulorum interficiet eos: & proſperitas ſtultorum perdet illos.*
Sic ſane me auerſa olim mea mens a monitis, & conſilijs ſponſi mei, vt refracta-
riam puellam nunc cędit, & interficit: ſic me inſolentem & rebus ſecundis antea in
ſanientem, regiæ opes, & ſumma proſperitas (vt olim Synagogam) perdiderunt.

Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem, percuſſerunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum, cuſtodes murorum.

3 Quæ enim recte monenti ſapientiæ antea parere recuſaui, nunc abſentem dum
quærito, in perfidos incurri doctores, & pſeudo Chriſtos, qui tanquam vigiles, ci-
uitatem noctu luſtrare uideri uolunt, & cuſtodire: quam tamen funditus perde-
re nituntur, & euertere, ut olim Chaldæi urbem Ieroſolymorum. Hi quia ipſo-
rum placita & impia dogmata recipere recuſo, congreſſum execror, Soli me Chri
ſto meo intactam ſeruo, Impiorum gladijs traditam, grauiſsime percuſſerunt: ac
multis inflictis vulneribus, proh dolor, quam male mulctarunt. Schiſmatici & im
pij reges, ac Principes factioſorum Eccleſiaſtarum aſsiduis declamationibus in
me concitati, pallium mihi abſtulerunt: nec ulla habita ratione pietatis, & conſilij
4 maiorum ſuorum piorum Regum, & Principum, ſed meam duntaxat ſpectantes
auaritiam, ignauiam, meam inſolentiam, & abuſum diuitiarum, omnem templorũ
ornatum, & opes quas ſuperiores reges in uſus pauperum, & diuini cultus ſplendo
rem, meæ fidei commiſſerant, per ſummum nefas, & uim (ut olim Nabuchodono-
ſor uaſa templi Ieroſolymitani, & opes Iudæorum) me nuda relicta, abſtulerunt: Re.25.c
in ſuos impios uſus & ſceleratas libidines conuerterunt. Id quod ego nefarium Iere.52.
& impium factum non tam meo, quã Dei cauſa, doleo: cuius cultum prorſus ſubla
tum uideo: & pauperum, quos quotidiano uictu priuatos, frigore, & fame paſsim
perire obſeruo. Sed, heu crudeles & ſanguinarios Antichriſti concionatores, qui Iſai.62.b
5 dum peruigiles uideri uolunt ciuitatis Chriſti cuſtodes, & de eorum ordine uigi-
lum, quos dominus promiſerit ſuper muros Ieruſalem nec interdiu, nec noctu ta
cituros conſtituere, prælatos, & nobiliſsimos quoſq; ordinis eccleſiaſtici uiros,
ad inuidiam uocant, & impijs Principibus produnt trucidandos, ut olim Chaldęi
excubitores Sedetiam regem cum reliquis Principibus Iudæorum, regi Chaldæo- 4.Re.25.b
rum prodiderunt. Hoc ego egerrime fero, hoc me diſcruciat, quòd ſacerdotes Iere.39.b
Domini paſsim cæſos, compilatas & pollutas ſacras ædes, ſuffoſſa altaria, diruta
6 templa, & legitimum Domini mei cultum viderim abrogatum. Hic demum eſt in-
gens o Iudæi, dolor meus, quem maiorum ueſtrorum dolorem ſuperare, diceret
proculdubio Ieremias ſi adeſſet. Hoc me maxime torquet, hoc omnino enecat, Thre.1.d

hoc

hoc clamito, & in publicis ac priuatis congreſsibus deteſtor, ac damnō, Ieſum 2
Chriſtum tantę impietatis vltorem, & ſuorum pauperum vindicem, vbiq; gentiū quæro, vbique inuoco, tametſi frequenter vapulo in medijs clamoribus, dilaceror, ac diſcerpor.

Adiuro vos filię Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nunctietis ei, quia amore langueo. Heb. Quid nunciabitis ei? Quod infirma amore ego.

Et quoniam apud nullas nationes meū Chriſtum inuenio, nec mihi iam apud alias gentes quærendi illum, aut vocandi relictus eſt locus, tametſi defeſſata nunquam tamen defatigata, ad vos, ò ciues Ieroſolymitanæ tranſeo, vobis mea mala, meosq; quos in quęrendo & vocando ſponſo meo labores, hactenus perpeſſa ſum, refero, ingens illius inueniendi deſiderium, quo iam diu conficior, libere vobis expono: quod ſciam mea mala nullos alios magis, quàm vos, olim ſimilia paſſas, mouere poſ ſe. Si forte ad vos ille diuerterit, quem maiores veſtros Babilone ſeruatorem deſi
Oſea.3.a deraſſe, & vos diu expectare intelligo, ad quas aliquando venturum fore, ex Oſeæ 3
oraculo certo ſcio, quod ipſum tempus appetere, multis & magnis vt credam, adducor argumentis. Sed hoc vno in primis perſuaſa, quod videam vos (quemadmodum propheta ille prędixit) tot annos ſedere ſine rege, ſine Principe, ſine ſacrificio, ſine Altari, ſine Ephod; ſine Theraphim: & ad hoc vſque tempus ſedere quum (ſicut prædixit ſponſus meus) iam Euangelium Regni Dei per vniuerſum orbem prædicatum eſt, quo pacto idem inſtare prædixit rerum omnium conſuma
Mat.24.b tionem, qua etiam inſtante, Oſeas vos ad Chriſtum meum conuertendos fore, ip-
Oſa.3.d ſumq; magno ſtudio quæſituras, atquè obſeruaturas prænuntiauit. vos igitur per ueſtram fidem obteſtor ciues Ieroſolymitanę, vt ſi iam ſponſum meum charisſimum cępiſtis quærere, ſi iam inueniſtis, quid nam auditis tot malis meis et cogni- 4
to meo tam ardenti, quo illum hactenus quæſiui, ſtudio, quid inquam aliud poteritis illi de me renunciare, quàm, quod illius amore langueo? Quid aliud, quam quod illum, inquirendo, atque inuocando, diſpereo? Quod ſi nondum inueniſtis,
Pſal.94. ſed hodie vocem eius vos ad ſe vocantis, audire contigerit, Regis et prophetę ue-
Heb.3.b ſtri uerbis uos obſecro, ut ad illum occurratis, illi obuiam ire properetis, nec corda ueſtra (ſicut olim fecerunt patres ueſtri) obduretis, qui ipſum in deſerto ſæpe irritarunt, et ſuo magno malo diffidentes, quadraginta tentarunt annos. Illorum quęſo malo vos ſapite: et ad optatam requiem, vnde illi ſua diffidētia repulſi ſunt,
Heb.4.c uos robuſta nixi fide, unà cum Chriſto meo ingredi feſtinate, ac tum illi ingētem 5
amorem meum, bona fide nuntiate. Ego interim ipſum quærere nunquam deſiſtam, etiam ſi mille mihi cruces, inter quęrendum, et clamandum paratas uideam,
Eccle.2.a, mille mihi ſecures imminere. Noui namque ſponſi mei ingenium illud eſſe, ut
4.b (quemadmodum quidam me ex veſtris ſapientibus docuit) pertinacia quęrentis ſe, et obſtinato inquęrendo ſtudio uinci velit, eique ſe tandem credere gaudeat, quem nullis iniectis terrorib. nullisve obiectis periculis, a ſui perquiſitione auerti poſſe, probauerit. 6

Qua-

1 *Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum? Qualis
eſt dilectus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos?*

Audiuimus Eccleſia Chriſtiana, uarios tuos caſus, varia rerum diſcrimina, *Filiæ Ieru*
& graues quos in perquirendo ſponſo tuo labores hactenus adijſti. Et (ut *ſalem.*
ipſa taceas) liuores & uulnera; quæ in uniuerſo corpore tuo ſe oſtendunt, quan-
tam uim, quàm atroces iniurias ab impijs hoſtibus tuis paſſa ſis, per ſe clamant. Iſta
macies, & cadaueroſa facies tua, iſte ſordidus habitus, in quanta rerum omnium
penuria & egeſtate uerſeris, eloquuntur. Nec nos tot tantaque mala tua poſſu-
2 mus ſine dolore audire, nec ſine magna tui cõmiſeratione videre. Sed in primis mi
ramur incredibilem animi tui in adeundis periculis magnitudinem, & in perfe-
rendis malis conſtantiam, atque heroicam fortitudinem, indefeſſum in perquiren
do ſponſo tuo ſtudium, intemeratam fidem, & amorem eximium, reliquaſque præ
claras animi tui dotes, propter quæ omnia, omnium quas hactenus uidimus, aut au
diuimus, Eccleſiarum te præſtantiſsimam & longe pulcherrimam meritò iudica-
mus: & ex te ſponſi tui præſtantiam ac pulchritudinem æſtimamus. At uero quan
do ſic nos ſancte adiuraſti, ſtudemus ex te audire, quid inſigne ille tantopere di-
lectus tuus præ cęteris aliarum Eccleſiarum dilectis habeat, quamobrem ſolus
3 amari dignus ſit, ſi modò tibi eſt ocium, & ſi vis. Nam ut præſtet Mahumetem, ho-
minem impuriſsimum, reliquoſque uariarum ſectarum auctores Philoſophos, &
pſeudoprophetas, atque adeo ſanctos omnes prophetas noſtros, at Moſem exi- *Num. 12. b*
mium illum prophetam, & legis latorem noſtrum, uirum ſumma ſapientia, & ma-
ximis rebus tum togæ, tum militiæ geſtis, clarum, quin & arctiſsima (quæ ipſi cum
Deo fuit) neceſsitudine, prę cæteris obſeruandum, quod præſtet, uix adduci poſ-
ſumus vt credamus.

Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Hebr.
4 *vexillanus in millibus.*

An eſt o ciues Ieroſolimitanæ quod ego malim, quàm ſpõſum meum vobis quam *Eccleſia.*
notiſsimum eſſe? otij autem ſatis eſt, quamdiu a ſuperioribus perſecutionibus li-
cet reſpirare. Deinde iſta ueſtra ſtudia uel maximis occupationibus meis antefer
rem libenter. quando igitur dicturæ mihi de laudibus dilecti mei Ieſu Chriſti,
vos ultro beniuolas, dociles, & attentas, eſſe uideo, nullam mihi apud uos facio au
dientiam: nec oratorio cultu ornatam affero orationem: ſed nudum (ut ipſum ex- *1. Cor. 2. a*
5 poni gaudet) uobis expono (quod de me audire cupitis) Euangeliũ: Principio, uni
ce mihi dilectus meus, & mea mihi uita charior Ieſus Chriſtus, candidus eſt, & ru
bicundus, innumeros quos ſub ſignis ſuis habet, ſtrenuos milites ſupereminens
vexillanus, & (vt ſemel dicam) omnium hominum formoſiſsimus. Nam (vt omit- *Pſal. 44.*
tam) quod omnium qui hactenus fuerunt, quique in poſterum futuri ſunt, optime
temperatus cum ſit, effloreſcente pituita roſeo ſanguine premixta toto corpore
candido ſimul & inſtar roſæ ſuauiter rubente, aſpectu eſt ante omnes gratioſus,
6 & uel ob id longe gratioſior, quòd puriſsimum corpus eius ex uirgineo ſanguine
citra uirilem operam concretum & conceptum, nullius libidinis æſtus (ut omnes
alios homines) offuſcauit, eſt ille candore animi (in quo omnis pulchritudinis ſo-

lida

1. Peti. 2. d lida laus eſt) maxime commendabilis. *Quippe qui peccatum non fecit: nec inuentus eſt* 1
Pſal. 13. *dolus in ore eius*. At (ut teſtatur Regius uates) reliqui omnes a recto aberrarunt:
nec quiſquam eſt qui bene faciat, ne unus quidem. Meus uero Chriſtus roſeus il-
le flos eſt, ob idq; prophetis omnibus, Nazareus dictus, quem ueſtrorum prophe
Mat. 2. d tarum diſertiſsimus Iſaias de radice Ieſſe exoriturum uaticinatus eſt, dominici
Iſai. 11. a ſpiritus delicias, & quem ille ſpiritus ſua ſapientia & intellectu; conſilio & forti-
tudine, ſcientia & pietate, ac timore domini repleturus eſſet, & illuſtraturus. Nec
admirandæ natiuitatis rationem idem propheta ſubticuit, qui illum a uirgine clau
Iſai. 7. c ſa concipiendum, pariendumque, & pro Emanuele habendum, affirmauit: eun-
demque pro indubitato liberationis ueſtri ſigno Regi ueſtro Achaz Dei uerbis 2
olim dedit. Miramini (uideo) quum hæc auditis, ciues Ieroſolymitanæ, ſed maio-
ra adhuc audietis, modò me (ut hactenus feciſtis) patiēter & attente audiatis. Can
didus eſt ſponſus meus Ieſus Chriſtus, nempe lucidus: quod uox Sach, proprio
ueſtro ſignificat idiomate. Imo ipſa lux: Dei enim filius eſt, de Dei ſubſtantia ge-
Io. 1. a nitus: quod ipſum Regius propheta Dauid 2. Pſal. Item & 109. diſerte teſtatur.
Heb. 1. a Deus autem ignis eſt non tenebroſus, ut hic noſter elementaris, ſed cœleſtibus
Pſal. 2. ignibus ultra modum purior, & lucidior: Vt prophetarum maximus uir Moſes in
Pſal. 109. Deuthe. prodidit, & noſter Ioannes theologorum princeps, docuit. Dei itaque fi
Deut. 4. d
Heb. 12. g lius & ipſe lux de luce, et ignis de igni genitus eſt, et lux uera, quæ omnem homi 3
nem in inferiorem hunc mundum uenientem illuminat, tanquam paternæ gloriæ
ſplendor, et refulgentia. Vt contribulis ueſter, et ſummus doctor noſter Paulus
Sapien. 7. d Apoſtolus vobis aliquando prædicauit, ſapientiſsimo regi ueſtro Salomoni ſub-
ſcribens, qui hunc ipſum candorem lucis æternæ eſſe dixit, ſpeculum maieſtatis
Dei puriſsimum, et eiuſdem imaginem. Iam et ex hac ipſa luce, quantus Deus bo
ne, in eiuſdem humanitate, cui admirando et ineffabili ſacramēto iuncta eſt, ſplen
dor emicat, quantus diuini ignis et amoris meum ſponſum accendit, et rubere fa-
Luc. 22. e cit calor. Rubet præterea, quod olim paſsioni proximus roſeum toto corpore ſu
dauerit ſanguinem: & in extremo agone, quum in noſtram gratiam cum morte cō 4
Io. 19. a, flixit, verberibus cęſus, ſpinis confixus, clauis & lancea confoſſus, ceu ad decur-
d, f rentes canales expoſitum totum corpus ſuum cruore infecit purpureo. Rubicun
dus etiam viſendus eſt, quum deuicto & domito vniuerſo orbe rediens in cœlum
Iſai. 63. a rogantibus angelis. *Quare rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcan
tium in torculari?* hæc ille reſpondebit. *Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt uir
mecum. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea, & aſperſus eſt ſanguis
eorum ſuper veſtimenta mea: & omnia indumenta mea inquinaui*. Denique quia inno-
cens & inſons eſt, candidus eſt. Quia vero reorum & ſontium in ſe fidentium ex-
piator, fuit profuſus, & non fidentium vltor inuictiſsimus, rubicundus. Idem ve- 5
ro electus uexillanus eſt in decem millibus, quippe qui omnes ſuos milites longe
præſtet, & antecellat, crucemq; propiro ſignatam & depictam ſanguine, pro vexil-
lo ſublatā, in medio innumerabiliū militū ſuorū fortiſsime teneat, & in hoc oſten
dat, ut ipſius milites depoſitis & abiectis peccatorū ſarcinis (ut nr̄ hortatur Pau-
Heb 12. a lus) per patientiā, ad propoſitū ipſis certamen currant: aſpicientes in auctorem, &
conſummatorem fidei Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucem, confuſio
ne contempta, atq; in dextera ſedis Dei ſedet, optimi nimirū uexillani defunctus 6
officio: cuius partes ſunt, ut nullis territus tormentis bellicis, aut in ſe unum dire
ctis omnium hoſtium iaculis, ſemel erectum ſignum, quamtumuis ingentib. ani-
mis

1 mis ab hoſtib. impetitum, in ſublime tenſum ſemper oſtendat; atque ita ſuis ſalu-
tem, aduerſarijs uerò extremum excidium paret.

Caput eius aurum optimum, comæ eius ſicut elatæ palmarum, Hebr. ſicut tiliæ, nigræ ſicut coruus.

Expoſui generatim, & in ſumma dilecti ſponſi mei pulchritudinē, & excellentiā:
iam ſpeciatim, & per partes eiuſdem laudes accipite. Et ut ordine inſtitutū aggre
diar, a capite dicere incipiam. Caput habet Chriſtus meus inſtar præſtantiſsimi au
2 ri formoſiſsimum: quodq; omnium capita longe pręſtat, perinde atq. cætera me-
talla excellit aurum puriſsimum. Caput. n. Chriſti Deus Opt. max. eſt. Eſtq; caput
illud egregie comatum, adeo denſa & prolixa coma, ut tiliā, aut Palmā proxime re
ferat. Vt. n. ex ſummo culmine earum arborū tenſi & prolixi circunquaq; confer- 2. Cor. 4
tim pendent rami, ſic ex Deo patre ſummo Chriſti mei vertice, magnanimi pendēt
ſancti, numeroſum capillitium, & impenſe nigrum, ut coruus, Sancti namq; tum
ſuorum, tum alienorum peccatorum luctu ac mærore, inſuper & aſsiduis aduſti
perſequtionibus, valde nigricant. Nigra porro coma fortes decet & ſtrenuos. At,
quæ eſt uniuerſi oris gratia, quæ maieſtas?

3 *Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſsima. Heb. in plenitudine.*

Oculos in primis habet albarum columbarum perſimiles, quæ lotæ primum in lim
pidarum aquarum riuulis: deinde in uaſis lacte plenis & ſuperfluentibus, ſe am-
plius lauerint, iuxtaque uerſantur perpetuò. Tales nempe ſunt noſtri epiſcopi,
quibus uelut oculis meus Chriſtus ſuas res conſiderat, & perluſtrat, uiri primum
puriſsimis aquis baptiſmi probe loti, atque a peccatorum ſordibus repurgati: tum
4 qui lacteis euangelij doctrinis, ac copioſa ſpiritus Sancti gratia ſe aſsidue abluen-
tes, ſanctarumque ſcripturarum libris lactea doctrina plenis & ſuperfluentibus,
perpetuò incumbentes, eximia puritate ac ſimplicitate albicant, atque in facie
Chriſti emicant.

Genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ a pigmentariis, Heb. areola aromatis. turres unguentariorum. Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam.

5 Superiores ipſius genas pyxides ceplaſiariæ officinæ eſſe dixeris: inferiores verò,
areolas quaſdam aromaticis herbis pigmentaria arte cōſitas, medijs inde molliter
eminētib. diſtinctas lilijs, prophetę inquā, in quib. quaſi in facie ſua dilectus meus
Chriſtus futura oſtendere anteuertit. intus quidem Sancti ſpiritus donis ceu pixi-
des unguentariorū optimis unguentis pleni, optimeq; olentes: foris uerò, pudibun
di cū ſint, ingenuo pudore ſuffuſi, quaſi pixides minio aut purpuriſſo pictę, rubēt.
Miro deinde ordine diſpoſita fidelis populi multitudo, magnoq; cōſēſu Euāgelij
6 pcones, liliatū Spōſi mei os circūſtās, fluentēq; ex illius labijs, uelut ex lilijs doctri
nā de cruce & morte ipſius a peccati putredine & corruptela pſeruantē, excipiēs,
quabilis & odorata barba illius eſt, ſpeciem quādam areolarū referens, Nardo et
ſimi-

ſimilibus herbis artifficioſe diſpoſitis conſitarum, inter quas media leuiter ex- 1
tant lilia, myrrhinum circumquaq; fundentia vnguentum optimum.

Manus illius tornatiles aureę plenę hyacinthis. He. orbes auri imple-
ti hyacinto.

Atque hęc de capite et facie ſponſi mei breuiter dicta ſint. Iam vero vt ad inferio-
ra eiuſdem membra deſcendamus, manus habet pulcherrimas, brachijs & extre-
mis manibus adeo crebris brachialibus & annulis aureis hyacintis plenis ornatas,
vt nihil ibi præter eiuſmodi orbes videre poſsis. Adeo, vt tornatiles videri poſſint 2
propter eiuſmodi orbium torno affabre factorum, quibus obtectę ſunt copiam.
Eas ſpōſi mei manus noſter Paulus voce græca ἀντιλήψεις appellauit, latini opitula-
1. Cor. 12. tiones & ſubſidia vocant. Pios inquam homines & ad benificientiam perquam
propenſos. His veluti manibus ſuos Chriſtus ſuſcipit pauperes, & vlnis comple-
ctitur. Illi namque in gratiam Chriſti mei hoſpitalitatem ſectantes, Chriſtianos
pauperes magno ſtudio ſucipiunt, iiſq; ſubſidio ſunt: ſanctis præſertim prædicato-
ribus, ac charitatis euangelicę Doctoribus, & hyacintorum inſtar charitate ruben-
tibus: quos quum ita ſuſcipiunt, quiſq; ſyncero & ardenti animo fouent opibus,
ceu orbes quidā aurei hyacinthos complecti, atq; intra ſe videntur concludere: 3
taliumque lapillorum fulgenti charitate ornari, atq; hunc ornatum ſuum facere.

Venter eius eburneus, diſtinctus ſaphiris.

Venter eius pixidulæ eburneæ ſaphiris contectæ, & ornatę ſimilis eſt. Tum, quod
uterq; uenter ipſius, & quæ intus habet præcordia, omni careant uitio & macula,
inſtar eburneę pyxidis: tum quod cogitationes & affectus cęleſtes diuina ſapientia
collucentes habeat, quibus uelut ceruleis lapillis punctis aureis collucenti-
bus in modum eburneæ pixidis exornatur. Tales quoque ſunt ſancti coniuges
& inculpati, quos Chriſtus meus pro uentre habet: ut qui ſancto & puro animo 4
liberos ipſi procreent uirgines: eoſq; cęleſtib. morib. ſed uirginitatis ſtudio p̄ſer-
tim, & diuina ſapiētia imbuant: ut ſic illi inſtituti ſtellati cęli ſpeciē Saphirorū in-
ſtar referant: parentes ſuos velut eburneas pixides contegentes atq; exornantes.

Crura illius, colūnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas.

Crura deinde quæ uaſtum ſponſi mei corpus fulciunt, columnæ marmoreæ ſunt,
ingentib. aureis baſib. impoſitæ, & altè infixæ, Martyres. ſ. uiri innocentiſſimi he-
roica fortitudine, & inuicta malorū tolerantia ceu candidę & firmæ columnę mar-
moreæ, templum Dei, qui ipſemet Chriſtus eſt, & veritatē fidei Chriſtianæ incon- 5
Apoc. 2. 8 cuſſam fortiter ſuſtentantes. Occidi quidem poſſunt: At uero blanditijs flecti, aut
uoluptate emolliri, aut minis frangi non poſſunt. impoſiti nimirum & altiſsimè in-
fixi prægrandibus & latiſsimis geminæ charitatis baſibus, quæ ſolæ inſtar auri pul-
1. Cor. 13. chræ, omnia ſufferre poſſunt, omnia ſuſtinere.

Species eius vt libani, electus vt cedri.

Sed quid ego per ſingula ſponſum meū, Ieſum Chriſtum laudare nitor, quod opus 6
eſt immenſi laboris? Breuiter omniū hominum formoſiſsimus eſt, inſtar libani: &
omnium maximus, inſtar cedri. Quemadmodū. n. libanus mons, omniū montium

iucun-

1 iucundiſsimus eſt, & aſpectu gratiſsimus, propter innumeras omnis generis arbo
res, & plantas quas ex ſe profert: ſic ſponſus meus omnium hominum formoſiſsi-
mus eſt, & pp ſanctorum turbam innumerabilem, qui ex ipſo nati, & in eodem ra
dicati, ipſum vehementer ex ornant, aſpectu gratiſsimus. Et quemadmodũ ex liba
no copioſiſsimę & ſaluberrimę decurrunt aquæ, omnem ſubiectam planiciem irri
gantes, eamq; fæcundantes, ſic ex meo Chriſto copioſiſsimæ & ſaluberrimæ ſpiri
tus ſancti gratię in omnẽ dimanantes Eccleſiam, uberrimam ipſam reddunt, & ceu
Paradiſum amęniſsimã. In ſuper & oẽs homines ſublimi ſua dignitate longe ante-
cellit: ſicut cedri reliquas eius mõtis arbores longe ſupereminent Solus.n.citra ip
2 ſe menſuram a Deo accepit ſpũm; & de plenitudine eius (ut nr̃ Theologus ai)oẽs *Ioan.3.A*
accipiunt uiri clari, & Deo pleni. Quin & perinde atq; cedrus arbor odorata nulli *Ioan.1.b*
putredini, corruptionive obnoxia eſt, ſic meus Chriſtus egregiæ fidei, & gloriæ
ſuæ famam velut odorem ſuauiſsimum, in uniuerſum orbẽ longe lateq; diffudit.
Hunc Deus pater (ut regius ueſter uates canebat) non permiſit uidere corruptio
nem. Inſtitueram auditrices beneuolæ, hic finem dicendi facere. Sed eius generis *Pſal.15.*
eſt hæc de laudib. ſponſi mei inſtituta oratio, ut longe difficilius ſit, ipſius exitũ,
quàm initium inuenire.

3 *Guttur ipſius ſuauiſsimum: & totus deſiderabilis.*

Hoc unum igitur, ſi per uos licet, addam. Guttur habet, & os quam dulciſsimum:
cuius incredibilem ſuauitatem expertus olim paſtor ille noſter Petrus, *Domine, in-* *Ioan.6.g*
quit, quo ibimus: verba uitæ æternæ habes. cuius etiam in dicendo uim ſtupẽtes hoſtes
eius, neminem unquam ſic loquutum fuiſſe teſtati ſunt. Et pater eius Rex ille Da- *Ioan.7.g*
uid, diuinæ & ipſe quoq; eloquentię Spiritu afflatus, in huius filij ſui Salomonis la
bia diuinæ eloquentiæ gratiam fore cecinit effundẽdam, & iam effuſam admirata *Pſal 44.a*
eſt olim Synagoga Nazareorum: tales quoq; ſunt apoſtoli, & doctores Euangeli-
4 ci, per quos ille quaſi per lacteum & mellifluum os ſuum, verba uitæ æternæ elo- *Luc.4.d*
quitur. Et (ut ſemel dicam) quantus, quantus eſt meus Chriſtus, Mel merum eſt,
Meræ deliciæ, totus deſiderabilis, & expetendus. Adeo formoſus, & gratioſus, ut
nihil in eo deprehendere poſsitis, quod non in ſui amorem & deſiderium tra-
hat, & pelliciat.

Talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus filiæ Ieruſalem.

Talis plane, me miſeram o ciues Ieroſolimitanæ, talis eſt, qualem uobis hactenus
5 deſcripſi, omnibus numeris abſolutiſsimus dilectus meus, & ſponſus chariſsimus
Ieſus Chriſtus. talis inquam, qualem alium hactenus nec uos unquam uidiſtis, nec
uobis uidendum ſperare potuiſtis. Hunc ego amoris impatiens toto orbe exani-
mata quærito. Quo minus iam miremini, quòd ipſum omnium Eccleſiarum, & ſe
ctarum amicis, Philoſophis, & pſeudo prophetis, quin & ſanctis prophetis, atque
adeo ipſi Moſi ter maximo, præferam, uoſque ſic adiurem.

6 *Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum? Quo declinauit*
dilectus tuus? & quæremus eum tecum.

Filiæ Ieruſalem. Optimum ingenium, diuinas & corporis, & animi dotes, ac fortia facta ſponſi tui 2
Ieſu Chriſti narras o Eccleſia omniũ formoſiſsima. Cõmouit nos iſthæc tua orõ:
& tum ad tui cõmiſerationẽ, tum ad illius admirationẽ plane rapiunt. Ille qui ſem
certe tot ſęcula expectatus Meſsias ad nos nondũ peruenit: Nos vero defeſſę ſimul
ac defatigatæ expectando, nunc tandem tñ non perſuaſę tuũ eſſe ſponſum, quem
maiores noſtri prophetę promiſerunt Meſsiam, vnà tecum quærere percupimus.
Quamobrem te ẽt atq; ẽt oramus, quæ illius ingenium, mores, amicos, ſodales, &
in quib. ipſe diuerſari gaudet, loca probe noſti, acrius ut tecum omnia repute; An
coniectura aſſequi, aut ſaltem ſuſpicari poſsis, locum, aut ſodalitium quo abierit;
In deſertum ne aliquod ſeceſſerit, an in urbana penetralia dę reb. magnis delibera
turus ſe abdiderit, te prętereita. Nos. n. te libenter comitabimur, omnemq; tibi in
eo perquirendo nauabimus operam. Et una hæc ſpes eſt, ubi ubi Meſsias eſt, iam
diu celari non poteſt. O ſtrenuum Meſsiam. Delemus omnes de hinc ex animis no
ſtris pſeudo Chriſtos, tędet prorſus quotidianorum horum impoſtorum.

Caput VI.

Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum, ad areolas aromatum, vt 3
ibi paſcatur in ortis: & lilia colligat.

Eccleſia. ROgas Synagoga, locum, quo abijſſe, quoue diuertiſſe, meum Chri-
ſtum putem? Falſo nimirum perſuaſa, & fruſtra a me ſperans certa
ſigna Meſsię accipere: quem tu diu multumq; expectas mundo for
midabilem, Regio apparatu, ſummaq; cum gloria, ingentib. pedi-
tum atq; equitum copijs inſtructum, Regnum Iſraeliticum initu
rum. Imo quem iam uenisse tibi perſuades; ſed alicubi interim dũ 4
ſe ad res nouas comparat, deliteſcere. Ego uerò te porro moneo, dilectum meum
Meſsiam illum a prophetis tuis promiſſum, iam ante multa ſæcula ueniſſe. Nec me
hactenus in tantis malis verſantem, corpoream ipſius præſentiam quæſiſſe, quem
certo ſcio, iam olim in cœlum, unde prius deſcenderat, ſe abduxiſſe: ac dextrũ pa-
Mar.16.d tri ſuo, ut regius propheta ueſter canebat, aſsidere. Vnde ẽt omnino pſuaſa ſum,
Act.1.b ipſum innumeris Angelorum & Sanctorum myriadib. ſtipatum, ſumma cum glo-
Pſa.109.a ria ad nos aliquando rediturum uniuerſi orbis iudicem, & Imperatorem eximiũ.
Mat.24.c Cæterum, tam magnifici & inſignis aduentus ſigna multa, ex quib. præſentiri ille
Mat.24.d poſsit, præceſſura fore, ex eiuſdem oraculis te certiorem redditam uolo: Quin in 5
ſperatum caſum omnes illius temporis homines impræmeditatos & nihil tale cogi
tantes ſubito inuaſurum. Non ego nunc talem meum Chriſtum quæro; non, an ta-
lis apud nos ſit, rogo. Sed, quantum intelligo, iſthuc ille me præterita, non diuer-
tit. Quamobrem, cogitanti mihi, & memoria uetera repetenti, rurſum apud nos
Mat.28.d ſponſum meum quærere, certum eſt. Namquia in mentem uenit illius promiſsi,
Mat.18.c *ego inquit, vobiſcum ſum vſque ad conſumationem ſæculi*: Item, & illius: *vbi*
cunque fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum ego ſum, 6
ipſum alicubi apud nos (ubi permulti in nomine eius ubique terrarum conuè-
niunt) diuerſari non dubito. Dum etiam maiorum noſtrorum res geſtas ex no-
ſtris

1 ſtris annalibus conſidero, & uetera cum nuperis confero, in ſanctorum hominum
cętus & contubernia (quales permultos noſtra tulerunt ſecula) ipſum ſe recepiſ-
ſe, ibique familiariter & iucunde verſari, in amœniſsimis hortis ſuis inter Areo-
las aromatum ſe oblectare, ibique, ut olim, lilia colligere, bona fide uobis auſim 3. Cap. 4. a
affirmare, ac ſancte iurare. Id quod ipſum aliàs iam feciſſe, experientia mihi com
pertum eſt. Nam Apoſtolorum, & Martyrum noſtrorum temporibus diu quæſi-
tum, & uocatum, ibi tandem inueni, quo etiannum, ut credo, nec uana fides, uo-
cat: & hæc eadem, quæ olim, mihi uidetur in aurem inſtillare, *veni in hortum meum*
ſoror mea, ſponſa, Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis, comedi fauum
2 *meum cum melle meo: & bibi vinum meum cum lacte meo. Comedite amici*
mei, & bibite, & inebriamini chariſſimi. Et quoniam uideo uos miro cognoſcen-
di loci teneri deſiderio, hunc ipſum ex ueſtris prophetis iam indico. Certum eſt
Ieruſalem illam olim urbem populoſiſsimam, reliquaſque Iudęę urbes, & oppida, Pſa 106. d
iam eſſe reſtituta: & totam terram Iſraelis, quæ propter improbitatem accolarum Ezech. 36.
eius, multo tempore manſit ſterilis & ruinoſa, hoc tempore, haud ſecus quam ma-
iorum ueſtrorum temporibus habitari, lacte, melleque manantem. Sed, quod ma-
gis miremini, quodque longe magis expetendum uobis ſit uidere, multi ibi ſunt
fide, & Iſraelitica pietate inſignes uiri, ex quibus ceu ex ſelectiſsimis lapidibus, cę
3 leſtis illa Ieruſalem extructa ſit, qualem iam olim noſter Ioannes uidit extructam, Apo. 21. a
& extruendam fore a domino, multo ante illum hiſce domini uerbis ueſter præ-
dixerat Iſaias, *Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſaphiris,* Eſa. 54. c
& ponam iaſpidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes ter-
minos tuos in lapides deſiderabiles, vniuerſos filios tuos doctos à domino & multitudi-
nem pacis filijs tuis, & in iuſtitia fundaberis. Multas ibi uideatis Eccleſias, tanta
gratiarum ſpiritualium copia redundantes, tot diuinæ ſapientiæ aquis irriguas,
tam multis bonorum operum fructibus abundantes, tantaque ſanctitatis opinio-
ne fragrantes, ut iam illud eiuſdem prophetæ oraculum expletum eſſe, nullus re-
4 lictus uobis ſit dubitandi locus. *Conſolabitur dominus Sion, conſolabitur ruinas* Iſa. 51. a
eius: & ponet deſertum eius quaſi delicias; & ſolitudinem eius quaſi hortum domini.
Ecce hortus o ciues Ieroſolimitanæ, in quem deſcendiſſe dico dilectum meum,
Meſsiam noſtrum; Ecce horti, in quibus illum ſumma cum uoluptate paſci, &
ſuauitate aromatum oblectari, liliaque affirmo colligere. Quod etiam ex aliorum
prophetarum ueſtrorum reſponſis facile poſsim confirmare. Sed quoniam inge-
nioſæ eſtis, & ſcripturarum peritiſsimæ, ex uno, & altero Iſaiæ in medium iam
prolatis teſtimonijs, reliqua uos ipſę expendite. Adeſte igitur, & ſi inueniendi
quem quæritis Meſsiæ tenemini deſiderio, eò frequentes me ſequimini, guſtate,
5 & uidete, quam ſuauis ſit dominus & Meſſias noſter. Vos enim eſtis (ut Petrus no
ſter olim dicebat) filiæ prophetarum, & teſtamenti, quod diſpoſuit Deus ad pa- Pſal 33 b
tres noſtros, dicens ad Abraham, in ſemine tuo benedicentur omnes familię: Vo- Act. 3. d
bis primum Deus ſuſcitans filium ſuum, miſit enim benedicentem uobis, ut con-
uertat ſe unuſquiſque a nequitia ſua.

Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia
6

Videtis o ciues Ieroſolimitanæ, ut mea nec me, nec uos fefellit ſpes? Ecce in-
uentus tandẽ mihi eſt diu multumq; quæſitus ſponſus meus. Ecce apparuit vobis

me cũ quęrentibus, & ſe tãdem cognoſcendum prębuit, quem hactenum ignotum 1
auerſabamini noſter Meſsias. Sed quas o fratres & domeſtici mei, domino noſtro
Ieſu Chriſto agamus gratias, qui pſeudo Chriſtos & pſeudo ꝓphetas illos de me
dio tulerit, qui cum ciuitat ē Dei prodere, ac funditus perdere niterentur, pro cu-
ſtodibus tamen eius, ſe gerebant, & inſtauratoribus? quam ego ſponſo meo parem
referam gratiam, qui me a petulantibus illis procis, in quos ſuperioribus tenebro
ſis temporibus dum ſponſum quærerem, incurri, ſępe eripuit: nec ipſorum impo-
ſturis deceptam capi, aut vi ſuperatam in impia trahi permiſit dogmata, ſed inta-
ctam ſibi perpetuò ſeruauit, & incorruptam, Ac nunc tandem pace reddita in ſi-
nu fouet, ſeq; frui, & inſigni noſtrorum Iudęorum acceſsione auctam tribuit ex- 2
Pſal.13.a ultare? Maiora ſunt hæc beneficia, quàm vt ipſi, qui bonorum meorum non eget,
parem pro his meritis vicem rependere poſſe putem: aut eorum magnitudinem co
gitatione complecti; nedum pro dignitate laudare. At annitar ſaltem grati animi
ea ſigna dare, vt huius inſignis beneficentiæ teſtificatio vtiq; maneat ſempiterna.
Nunc plane video (vt ſępe alias ipſius fidem, & tutelam experta ſum) me nuper
Chriſto meo in tantis periculis maximæ curę fuiſſe, quo me ſibi tanquàm ſponſam
vnice dilectam, incorruptam ſeruaret, & illibatam. Quibus etiam argumentis om
nino perſuaſa ſum, Illum meum perpetuùm fore virum, Nullam vnquam illam
præter me vnam, amaturũ Eccleſiam, nulli alij daturum fidem. Ego igitur viciſ- 3
ſim (quod vnum poſſum) tibi vni me addico ſponſe mi, tibi vni me totam deuo-
Ro.8.g ueo. Mihi perſuaſum habeo, quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque
principatus, neq; poteſtates, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque
profundum, neque vlla alia creatura me poterit à charitate Dei, quæ in te Chriſte
Ieſu, ſponſe mi ſuauiſsime, nitiũ ſeparare. Sic certum eſt, et in animo fixum, poſt-
hac puritati, pietati, veræque religioni maiorem indies operam dare, tibi me ſoli
illibatam ſeruare, tibi ſoli puras, & ex puro corde depromptas, Hymnorum offer
re hoſtias: qui vt purus & mundiſsimus hinnulus inter candida & odorata lilia pu-
ra depaſcitur paſcua, ſic ipſe inter puros, candidos, atquè integræ famæ animos, 4
Pſal.49.d virgineos pręſertim, veram pietatem, & religionem quęris, ac laudum pura de-
paſceris ſacrificia.

Pulchra es amica mea, ſuauis & decora ſicut Ieruſalem. Hebr. vt Thirſa, decora ſicut Ieruſalem. terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Heb. terribilis vt acies inſtructa.

Chriſtus. Recte tu quidem. Eccleſia ſponſa mea ſuauiſsima, de meo in te amore ac fide iu- 5
dicas. Ego namque te iam olim adamaui, uitam meam, ſummum quod potui pre-
cium, perſolui tibi, meæque uitæ precio feci, ex ſerua ut ęſſes libera; ſordes quas
in ſeruitute contraxeras, uitali baptiſmo proprio meo ſanguine rubrícato, meaq;
Eph.5.a doctrina elui, meo ſpiritu lumen iuuentutis afflante purpureũ, peccatorum ſenio,
& rugis abolitis, vel, Vt ſerpentino detracto exuuio, te mihi puellam ętate integra,
& forma egregia, ut nihil ſupra, reſtitui, ſtabili ac ꝑpetuo meo connubio nobili- 6
taui. Nec me initi ſemel tecũ fęderis unquã pęnituit, aut pęnitebit: Verùm, ꝗa (ut
eſt hominum ingenium laboris impatiens, ambitioſum et procliue ad uolupta-
tem)

1 tem)te nuper ocio torpere,regijs opib.inſoleſcere,& lõge liberius,q̃ meam ſpon
ſam decerct,uiuere obſeruaui,hoſtes qui te exercerẽt,tibi excitaui,homines ſchiſ
maticos,hæreticos,pſeudo prophetas,& pſeudo Chriſtos. Ab illis te grauiter va *Eccl.2.a*
pulare,uulnerari,omnib.opib.priuari, permiſi; & atrocib.affici iniurijs. Nec diu
quæſitus,& uocatus, me tibi prius inueniendum præbui, non ante reſpondi, q̃ te
his tantis malis exercitam,ceu aurum,& argentum, in fornace excoctam,omni ui
tiorum ſcoria uidi repurgatam,& priſtinæ puritati reſtitutam. Tu quidẽ magnis
oppreſſa calamitatib. me anxia quęrebas,me inuocabas:ego uero(ut olim per pro
phetam meum me facturum prædixeram)tunc ſedebam,te ceu argentum cõflans, *Mala. 3.a*
2 teq; emundans. Tum ego filios leui ſacerdotes tuos,cum toto ordine ſacerdotali,
quaſi aurum,& argentum colabam,& te totam deniq; renouabam, ac priſtinã pul
chritudinem reſtituebam. Quamobrem iam nunc mihi uideris formoſa,ſuauis &
decora. Nunc mihi tua,ut olim Patriarcharum & Apoſtolorum,ſacrificia placẽt,
& uictimæ ſpirituales.Nunc certe meo iudicio,ꝑ ſingularem gratiam & pulchri
tudinem tuam, pulcherrimas illas urbes Thirſam, & Ieruſalem, alteram Regum
Iſrael,alteram Regum Iuda Regiam,mihi referre uideris. Illius pulchritudinẽ &
gratiam ſuum nomen abunde teſtatur:hanc Ieremias uates meus,urbem decoram
eſſe dixit,& gaudium uniuerſæ terræ. Tu uero utranq; in te complecti uideris,& *Thre.2.a*
3 continere.Sublatis nimirum,per ſanguinem meum,& crucem antiquis duorũ re- *Ephe.2.d*
gnorum inimicitijs,& ſpiritus ac fidei meæ efficacia, in unum corpus unumq; ſpi
ritum coniunctis omnib.Iſraelitis.Iam.n.ſublatus eſt(quod futurum meo ſpiritu *Iſai.11.d*
afflatus Iſaias prædixerat)Ephraim,iam hoſtes Iudę perierũt.Iam Ephraim nõ æ-
mulatur Iudam:nec Iudas pugnat contra Ephraim. Totum illud ſemen & nomen
tuũ pro cęlo nouo,et terra noua,ubi pax ſumma uiget,mihi ſunt: quamobrem et
tu nunc noua mihi uideris Ieruſalem de cęlo deducta, et tanquã ſponſa mihi uiro *Apo.21.a*
tuo,omni ornatu regio exculta, ac præparata. Oẽs ciues tui Reges ſunt,et à Deo
docti ſacerdotes,Heroes,et ſtrenui milites permixti angelis,et cęleſtium ſpirituũ *Apo.5.c*
4 adeo arcta utentes neceſsitudine, ut cęleſtis plane tua politia in terris fęliciter in *Iſai.54.d*
ſtituta,et militares acies tuis hoſtib formidabiles,ex præſcripto diſciplinæ milita
ris apud tę probe inſtructæ,uideantur. Cum quib. auſus nuper confligere Draco
ille ſerpens antiquus,Diabolus dictus,et Satanas,unã cum omnib. Angelis ſuis,et *Apo.12.b*
tartareis copijs deuictus fuit,et in terrã de cęlo turpiſsime deturbatus.Iam inua-
ſerunt Ephraim et Iudas in humeros paleſtinorum, iam per mare filios orientis *Iſa.11.d*
prædati ſunt,iam Idumæa et Moab ipſorum imperata faciunt,iam filij Amon ipſis
obediunt. Superato nimirum impiorum omnium Imperatore ſatana, noſtrarum
acierum ductore Michaele,meque ſummo piorum omnium Imperatore,qui eoſ-
5 dem aliàs multo ante debellatos,ingenti præda expoliueram,fortiterque traduxe-
ram, de ijs omnibus triumphans per meipſum.

Auerte oculos tuos a me,quia ipſi me auolare fecerunt. Heb. de contra me,quia ipſi me excedere fecerunt.

6 Es itaq; nunc tu ſponſa mea ſupra quã dici poſsit,formoſa,et aſpectu adeo admi- *Col.2.a*
rando,ꝑſertim micantib. iſtis tuis oculis,et ignitas charitatis ſagittas in meũ vſq;
cor,quũ me intenta intueris acie, eiaculantib. ut pr ę amoris vi, me mihi auferant:

mcq; extra me rapiant. Tantus eſt qui in tuis Epiſcopis emicat ſapientię cęleſtis, 1
qua me intuentur, & ignitæ charitatis, qua me amant, cęleſtis vigor .

Capilli tui ſicut grex caprarum, quæ apparuerunt de monte Galaad.

Innumera inſuper populorum, & nationum cana atque innocens multitudo, quæ
fide, ſpe, ac charitate nitens, ex capite tuo, velut admodum frequẽs & prolixa pen
det coma, tam tibi decori eſt, quam innumeri caprarum greges monti Galaad,
quum eius montis paſcua depaſcentes, inde pendere conſpiciuntur.

Dentes tu, ſicut Grex ouium, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes 2
gemellis fœtibus, & ſterilis in eis non eſt .

Paſtorum deinde, & doctorum tuorum ſapientia, intellectus, coſilium, patientia,
ſcientia, exactum iudicium, & pia in docendo dexteritas, dentes tui ſunt, quib. ip-
ſa verbum meum recte ſecans, vtilia modo tibi tuiſque agnis, de meorum biblio-
rum uirentibus pratis carpis paſcua. Dentes quidem certe ſimiles dentib. ouium
fęcundarum æquabiliter tonſarum, quum de flumine emerſerint probe lotę, & (ne
una quidem excepta) gemellos ſingulæ poſt ſe ducentes fætus. Atq; his ipſis ouib. 3
ſimiles ſunt homines illi innocentiſsimi. Quippe qui per pęnitentiam & ſui ſua-
rumquè rerum abnegationem depoſito vetere homine, & per baptiſmum lotis pec
catorum ſordibus, candidi, puri, & ad vnguem facti emerſere, multos mihi geni-
tos de mea fide & doctrina adeo conſentientes, ac moribus pares ductantes filios,
vt quamuis multi ſint, gemelli tamen oẽs, & vno partu ęditi, videri poſſint . Oues
plane dixeris Euangelicas de baptiſmi lauacro aſcendentes, æquabiliter tonſas, &
bene lotas, uerbo veritatis fætas omnes, & ſingulas, ne una quidem excepta, gemel
los ſuos ducentes fœtus, fide & moribus quam ſimillimos. Tales olim mihi bis pe-
perit Paulus Galatas; Tales mihi peperit Theſalonicẽſes, & alios quamplurimos, 4
tales mihi nunc, Alios bis, alios ſemel parturiunt, pariunt, & alunt fœtus oues iſtæ
meæ, in hoc a me electæ & deſtinatæ, ut plurimum fructum ferant, in perpetuam
patris mei gloriam duraturum .

Sicut cortex mali punici ſunt genæ tuæ, abſque occultis tuis. Hebr.
extra comam tuam ſubprominentes .

Admiror præterea uirgineum ruborem, qui præ charitatis abundantia in prophe-
tis, quaſi in tuis efflorეſcit genis . Summaquè cum honeſtate ſe exeritur . Ingenui 5
enim ſunt, & in omne uitium erumpente Nemeſi, cũ charitate liberaliter rubent :
ac prophetici ſpiritus mei igni caleſcentes, quàm ueriſsima pręſantur myſteria .
Eam plane mali punici partem referentes, quæ ſoli expoſita decoctior eſt : & cum
qua, propterea quod rubeat, ac molliter promineat, pudibundæ beneque habitæ
virginis genæ conferri poſsint . Quales demum inter tua antras Reges & princeps
decore prominentes, te maxime decent & honeſtant. Atque hæc eſt tuarum gena-
rum, quæ exterius apparet, mira uenuſtas ac pulchritudo. Nam latentem interius 6
ſpiritus mei energiam, eodem conſilio, quo ſemel antea, atque iterum, commen-
dare prudens ommitto .

Sexa-

1 *Sexaginta ſunt Reginæ, octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus.*

Sed quid attinet ſingulas partes tuas nunc iterum perſequi o mea Eccleſia catho-
lica; quas cum nihilo nunc quam unquam antea, deteriores habeas, memini me
aliàs magnifice copioſeque commendare? Iam igitur ut ſemel dicam, & admiran
dam amplitudinem tuam quam breuiſsime comprehendam, Sexaginta apud te
magna cum uoluntate ob ſeruo reginas primarias vxores meas, concubinas uxo-
2 res ſecundarias octoginta, & quæ mihi aliquando nupturæ ſeruantur, puellas in-
numaras. Permultas nimirum primæ notæ, & aliquanto plures ſecundi ordinis
Eccleſias meas, earundemque principes animas, innumeras denique alias infimi
ordinis, ceu uirgines incorruptas, per fidem & charitatem mihi deſponſas. Quæ
cum in religione, meique cognitione quantum ſatis eſt, nondum profecerint, tan
quam puellæ nondum nubiles mihi ſeruantur, liberaliterque & religioſe apud te
educantur: quum uero maturæ fuerint, & ipſæ quoque in penetralia myſteriorũ
meorum inducendæ mihique nupturæ fœliciter. *Pſal.86.a*

3 *Una eſt columba mea, perfecta mea, una eſt Matri ſuæ, electa genitrici ſuæ.*

Verum enimuero vt olim Ieroſolimam Iudeæ Metropolim, præ cæteris eius re-
gionis urbibus & Synagogis, adamaui: ſic nunc uuam ante omnes admiror & ada-
mo Petri Eccleſiam, columbam meam, Simoni columbæ filio creditam, innocen- *Mat.16.c*
tia, ſimplicitate, fide & charitate columbina, reliquiſque ſpiritus mei dotibus, *Ioan.21.f*
meo quidem iudicio, omnium mearum Eccleſiarum abſolutiſsimam. Quam etiam *Galat.4.d*
4 mater illa, quæ ipſam genuit cæleſtis Ieroſolyma, cælitum Eccleſia, ex omnibus
delectam, omnibus anteponit.

Viderunt eam filiæ, Reginæ & concubinæ: & laudauerunt eam.

Quin, & quæ unà cum illa apud te agunt puellæ, ipſe Reginæ, & concubinæ, cum
5 illius dignitatem contemplantur, primas eidem citra inuidiam facile deferunt: *Pſal.86.b*
cuius indiuiſam in primis affectantes unitatem, unum eiuſdem omnes ab uno ip-
ſius ſummo ſacerdote, ſuæ unitatis initio trahunt ſpiritum, unam fidem, unum
habent dominum, unum Deum & patrem omnium, atque unius charitatis nexu *Epheſ.4.a*
in unum corpus omnino cohærentes, unam te conſtituunt catholicam & indiui-
ſam Eccleſiam meam tanquam cœleſtem partum, perfectam. Te tanquam ma-
trem ac Reginam ſuam meæ quidem puellæ beatiſsimam prædicant: Reginæ ve-
ro & concubinæ ijs ampliſsimis in cœlum laudibus euehunt.

6 *Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens? Heb.pro-*

ſpectans. pulchra ut Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum 1
acies ordinata

Sodales Sponſæ. O nouam Ieroſolymam cælitus deſcendentem gratioſam Chriſti ſponſam, om-
nibus gratijs & cęleſtibus ornamentis conſpicuam. Quis te non ſuſpiciat & ad-
Apoc.12.a miretur, quæ his extremis temporibus mundo tetra ignorantię, & malorum nocte
obruto, ceu è ſummo cælo conſurgens ac proſpectans progredienſque aurora,
caput tuum duodecim ſtellis ornatum profers, orbi gratiſsima exoriris; & inſi-
gnium duodecim eccleſiaſtarum apoſtolica cæleſtique doctrina fulgentium, ope 2
ra, ſuperioris noctis tenebras, omnemque mæſtitiam diſcutere incipis, ac diſsi-
pare? Quis te non terque quaterque beatam prædicet, quæ ſub finem ſæculi ſa-
pientiæ & iuſtitiæ Chriſti ſponſi & ſolis tui rectos excipiens radios inſtar plenæ
lunæ formoſiſsima, exceptum a ſupramundano tuo ſole, copioſum tenebricoſo
Ephes.4.c mundo breui refundes lumen: quæque vbi per unitatem fidei & cognitionis
eius ad iuſta incrementa, per omnes tuas partes profeceris, plenis annis pro ra-
tione ætatis Chriſti perfecta, tuo occurrens ſoli, te ipſam tota in ipſum condes:
eoque tanquam coruſco & radiante amictu conueſtita, ipſius ſplendorem ac ma-
ieſtatem proximè referes, & omni ex parte irradians, eximiæ ſapientiæ ac iuſtitię 3
radios in vniuerſum orbem longe lateque diffundes per omnia inſtar mundani ſo
lis omnium rerum, quæ inferior habet mundi machina, pręſtantiſsima? Quis tua-
Psal. 86.b rum Eccleſiarum heroicam fortitudinem non pertimeſcat, quas a Chriſto duce
tanquam cęleſtes conſcriptas copias, & ex pręſcripto cœleſtis diſciplinæ milita-
ris inſtructas acies, contra Tartareos exercitus fortiter intrepideque ſtare ui-
deat, Rectoribus, & ducibus tenebrarum formidabiles? Quis fortiſsimos tuos
heroas tuarum acierum duces, Epiſcopos & Eccleſiaſtas militię Chriſtianæ pe-
ritiſsimos, auſit prouocare, quorum ſingulari uirtute ſub Archangeli Michaelis,
Apo.20.a & Chriſti ſummi imperatoris auſpicijs iam deuictus Draco ille ſerpens antiquus, 4
Diabolus & Satanas, unà cum omnibus tenebricoſis copiis ſuis, de cęlo in terram
turpiſsime corruit, grauiora adhuc ruina deturbandus, & uinctus tandem catenis
Ps. 125.a ferreis in ima tartara detrudendus? Admirabantur olim impiæ gentes inſpera-
1.Esd. 1.2. tam a captiuitate Babylonica Synagogæ liberationem, Admirabantur gentem Iu-
daicam ex ſqualore & pedore ſeruitutis argento & auro nitentem per ſuos ordi-
nes & inſtructas acies militares diſtributam, ſuis hoſtibus formidoloſam in Iu-
dæam aſcendere. Agnoſcebant res maximas quas dominus in illius gentis gra-
tiam geſsiſſet, & quo auctore proſpera omnia illi contigiſſent. Sed leuia ſunt ea
omnia, ſi cum ijs quæ Chriſtus nuper in tuam geſsit gratiam, conferantur. Non 5
mirum igitur ſi poſt deſtructam Babylonem te inde ereptam nouam Ieroſolymã
ingenti cum ſplendore & gloria de cœlo in terras proſpectantem uniuerſus mun
Apo.14.b 18.a dus ſtupet. Non mirum ſi non homines modò, ſed & ipſe aereæ & tartareæ pote-
ſtates tuam horrent potentiam, tuas inſtructas acies reformidant; quarum Chri-
ſtum ſponſum tuum ſuo magno malo ſummum agnoſcunt Imperatorem, tuique
nominis & uniuerſæ fœlicitatis auctorem.

Deſcendi

1. *Deſcendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium. Heb. plan*
tas virentes iuxta torrentem: & inſpicerem, ſi floruiſſet vinea, &
germinaſſent mala punica.

Quoties ſponſe mi ſuauiſsime, abs te comendor, toties me beatam iudico. Tibi Eccleſ.
enim de me, magis quàm mihi ipſi, aut cuiquàm alij credere, conſilium eſt. Nam
quem tu commendaueris, ille demum commendari dignus eſt. Et mihi quidem 2.Cor.10.d.
nunc maxime gaudeo, tũ quòd ab omni ordine ſanctorum, tum quòd abs te maio-
2 re laudum cumulo, quam unquam antea, ornata ſim. Ego verò tam magnificis en-
comiis nihilo inſolentior, aut ſegnior reddita, ſed mei muneris ſemper ſatagens,
meas aſsidue inuiſo Eccleſias, & Iudæos in primis ad te nuper conuerſos: quo-
rum maxime ſum ſolicita, tum quòd adhuc neophyti ſunt, tum quòd illorum in-
genium nuci arbori perſimile eſſe iudicem. Quemadmodum enim nux niſi perti- Pſal.77.d
cis, & lapidibus icta, fructum nullum reddit domino, ſic memini, te ab illis olim
niſi percuſsis & afflictis, nullos vnquam fructus retuliſſe. Memini etiam parrici-
darum illorum ſcribarum & phariſæorum, quos te in humanis agente, habuit
Synagoga putridis nucibus perſimiles, quales etiam poſtquam impias in te ma-
3 nus parricida illa intulit, Rabinos proferre nunquam deſtitit: impios thalmudi-
cos legis ſenſus pro nucleo ſub duplici læthali putamine, altero mortuæ, mortiſe
ræquè legis, altero humanarum cum diuinis præceptis pugnantium traditionum
continentes. Præterea, ſicut ea arbor proximas ſegetes, & plantas graui ſua lædit
vmbra, ſic gens illa alias nationes quibus cum verſatur, improbo uitę ſuæ exem-
plo, impiaquè doctrina male afficit, nec fructus vllos Euangelicos ferre permit-
tit. Metuens igitur, ne ſi ad ſuum redeant ingenium, tibi inutiles ſint, & no-
bis noxii, illos frequenter inuiſo, & omnem do operam, optimam Abrahami,
Iſaaci, & Iacobi, reliquorumquè patriarcharum Maiorum ſuorum naturam,
4 & fidem recuperent: inuiſo etiam, & aſsidua mea prædicatione cæteras colo
Eccleſias. In quibus alii ad fluenta ſacrarum ſcripturarum perpetuò ſedent, Pſal.1.b
quaſi mali frugiferæ in uallibus iuxta decurrentes aquas inſitæ, anxia, ut fructum
ſuum illi ferant ſuo tempore, nec vnquam defrondeſcant, &, ut quæcumquè ag-
gredientur, cedant fęliciter. Alij ſunt, qui tibi quaſi viti palmites, inhærent Ioan.15.a
per fidem, & charitatem. Eos ego diligenter obſeruo, an floreant, & certa iam
præbeant bonorum operum, ceu prædulcium vuarum, ſuo tempore ædendo-
dum, argumenta. Alii ſunt, quos in noſtris hortis plantauit pater, & heroica
fortitudine roborauit. Hos ego etiam ſæpe obſeruo, quæ nam certa fortitudi-
5 nis ſuæ dent ſigna, quaſi malorum punicarum germina; vnde certo ſperare poſ-
ſim, ipſos ſi aliquando pro fide tua certandum ſit, ſuum ſanguinem libenter effu-
ſuros inſtar purpurei ſucci, qui ex malogranatis exprimi ſolet.

Neſciui, anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.
6 *Heb. anima mea poſuit me ſicut vectarios populi mei principis.*

Sed heu uides bone Ieſu, Quanto aliter de me mundus ſentiat, Quam diuer-
ſo in me ſit animo. Dũ tu ſanctiq; oẽs familiares noſtri, me magnifice cõmendatis:

& ego vt ueſtrę de me factæ prærogatiuæ reſpondeam, annitor. Ecce, neſcio quo- 1
Apoc.12.c modo per uniuerſum orbem ingens tempeſtas meo imminens capiti, tam ſubito
exorta eſt, quam ſubito, & præter opinionē extitit illa, qua huic olim Antiochus
1.Mach.1. Epiphanes, impuriſsimi Antichriſti typus impuriſsimus, in ſynagogam præluſit
Apoc.20.c proſequutio: iam ſatanas à mille annis hactenus in uinculis ſeruatus, nunc, quan-
tum intelligo, ſolutus, & ſuæ libidini permiſſus, maxima mihi ubique terrarū bel-
la mouet, exit iam e medijs emerſus Inferni paludibus perditus ille homo, pecca-
ti filius, Antichriſtus. Veteratorem illum Deus bone, qui te ſemper repulerunt,
Ioan.5.g quibus acclamationibus, quibus plauſibus, tanquam diu expectatum Meſsiam
2.Thes.2.c ſuum Iudæi exceperunt. Is in templis tuis ſedet, ſeque omnibus alijs, qui hacte- 2
2.Thes.2.a nus pro dijs habiti ſunt, atque adeo tibi, qui ſolus uerus Deus es, impudentiſsime
præfert, magna ambitione contendens, ut ſolus ipſe pro Deo colatur: & in eos
qui ſe recuſent colere, inaudita crudelitate ſæuiēs, ſine diſcrimine vllo ſexus aut
ætatis. Non iam vſquam Euangelium prædicare, aut de fide tua reſpondere licet:
ſed ne mutire quidem, aut hiſcere, adeo ſæuiſsimo veteratori fauent omnes, pars
Apoc.13.a minis, pars muneribus perſuaſi. Quamobrem ſi Euangelium prædicare nitar his
iniquis temporibus, quum me nihil profecturam ſpero, hoc ego nihil aliud eſſe,
quàm cum ratione inſanire, iudico. Tuum igitur ſponſe mi, conſilium ſequi
ſatius fuerit: qui uetas ſanctum dare canibus, & inter porcos margaritas ſemina- 3
Matt.7.a re, ne pedibus conculcent eas, & in nos conuerſi, nos dilacerent, & diſcerpant. Ta
cere itaque coram his porcis & canibus, certum eſt. Et ne ſi hic maneam, fidei pa-
trocinium ſuſcipere fruſtra cogar, ut hinc fugiam, & quàm celerrime uelut cita-
tis equis & & rapidis principū quadrigis, in deſerta loca me proripiam, meus me
impellit animus: ibique dum efferueſcit perſecutionis æſtus, in ſpeluncis, & mon
1.Mac.2.c tibus ut deliteſcam. Quod ipſum olim populus tuus Antiochum fugiens ſub Ma-
tathia, & permulti alij ſancti factitarunt: Id quod inſuper ut faciam, omnino
Apoc.12.a perſuadet, hanc meam fugam portendens, ni fallor, uiſa Ioanni mulier illa, cui
datæ ſunt alæ ſunt aquilæ magnæ, ut draconem fugiens auolet in deſertum. 4

Reuertere, reuertere, ſunamith, reuertere, reuertere, vt intueamur te. Heb. ſulamith.

Vah, quam male perijt Scælus ille qui nos perdidit. Vah, quam iuſtas dedit im-
pijſsimus ueterator ſuorum ſcælerum pænas. Si modo iuſtæ, & condignæ ſatis
Filiæ Ieruſalem. tantæ impietatis pænæ vllæ excogitari poſſunt. Heu nos impias, quæ Ieſum Chri- 5
ſtum ſemper obſtinato repulimus animo. Heu nos leuiſsimas & male credulas,
quæ tam cito à vero Meſsia deficere potuimus Dæmoniacis præſtigiis dementa-
tæ, impuriſsimo nebuloni nomen dare, Eccleſiam Chriſtianam de nobis optimè
meritam hoſtiliter perſequi, Ad montes & ſpeluncas cogere, & ad loca inacceſſa
fugare. Væ nobis miſeris, ciuitatem ſanctam nouam Ieroſolymam, in terram de-
ductam cælitus, quæ nos quaſi poſtliminio reuerſas humaniſsimo exceperat, euer
tere conatæ ſumus, & funditus abolere. Actum eſt de nobis. Chriſtus e cœlo ſubli 6
mis ultor imminet, celeſtes illius acies extremum perfidis minantur excidium, ci-
uitatem noſtram amiſimus, intra cuius dumtaxat muros ſaluæ eſſe potuimus: er-
go ne ideo deſperabimus? Quin potius reuocamus animum, & ueteres Dei noſtri
miſe-

1 miſericordias memoria repetentes cogitamus, illum ad ueniam, quàm ad uindi-
ctam ſuapte natura eſſe propenſiorem. Quin potius prophetarum oracula euolui-
mus, quę pleraque ad certam recuperandę ciuitatis Ieroſolymitanę ſpem nos poſ-
ſint erigere. Illud pręſertim Ieremię Prophetę, *conuertimini filij uagi (dicit domi-* Hiere.3.d
nus) quia ego uir ueſter. Et aſſumam uos unum de ciuitate, & unum de congregatione
(Nempe paucos) *& introducam uos in Sion: & dabo uobis paſtores iuxta cor meum, &*
paſcent uos ſcientia, & doctrina. Cumque multiplicati fueritis, & creueritis in terra in
diebus illis, ait dominus, Non dicent ultra, Arca teſtamenti domini: neque aſcendet ſu-
per cor, neque recordabuntur illius, nec viſitabitur: nec fiet ultra. In tempore illo uo- Sophon.3
2 *cabunt Ieruſalem, Solium domini, & congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine do-*
mini in Ieruſalem: & non ambulabunt poſt prauitatem cordis ſui peſſimi. Item & il-
lud Eſaiæ, *ſi fuerit numerus filiorum Iſrael ſicut arena maris, reliquiæ ſaluæ fient.* Eſa.10.e
Paucæ igitur, quę de tanta ſuperſumus multitudine, reſipiſcamus tandem, Ad
Chriſtum noſtrum reuertamur, Illi ſupplicemus, ueniam erratorum ipſum hunc
oremus. Sed quo certius exoremus, uota noſtra cum Chriſtianorum uotis iunga-
mus, Chriſtianorum procuremus ſuffragia, Illos nobis quæramus diuinæ ultio-
ni interceſſores; ex montibus & ſpeluncis, ubi nunc latitat, ciuitatem Ieruſalem
reuocemus, Illam ut nos rurſum excipiat, & iniuriarum immemor (quæ ipſius
3 eſt animi magnitudo) ut nos ſponſo ſuo Ieſu Chriſto reconciliet, obſecremus,
Miſſam arcam teſtamenti maiorum noſtrorum faciamus: nec fruſtra poſt hac de
illa, aut de alia inſtar illius fabricanda cogitemus; Eccleſiam Chriſtianam, nouam
Ieroſolymam, ſolium domini ex noſtro Ieremia agnoſcamus, ſolium domini ap-
pellemus. Salue, fœlixque nobis ſis o Eccleſia Chriſtiana, Ieruſalem ciuitas ſan-
cta, cælitus demiſſa, ſolium domini, ciuitas noua. Prodi oramus te, ex iſtis an-
tris, & deſertis montibus, diuinum tuum caput profer, diuinioris tui maieſta-
tem nobis oſtende, da ueniam ſupplicibus tuis, Reuertere ad urbes noſtras, rur-
ſum nos recipe rogamus, immemor iniuriarum, quæ tua eſt animi magnitudo,
4 Intercede pro nobis irato ſponſo tuo, Impietati noſtrę ueniam impetra, doce nos
omnes ueram pietatem, ueram religionem. Iam ſuperioris perfidiæ nos pęnitet,
Iam impuriſsimum Antichriſtum cum tota ſua factione abiurauimus; ſolum,
quem tu colis & prædicas, Ieſum uerum Chriſtum eſſe credimus, Illum ab ſe au-
dire percupimus, illi ſoli nos addicimus. Iam arcam ueteris teſtamenti obliuiſci-
mur, nec de illa amplius aut de alia inſtar illius fabricanda, cogitamus, te nouam
Ieroſolymam Solium domini agnoſcimus, & uocamus. Quamobrem apud te
Deum adorare cupimus, apud te Deum patrem noſtrum, poſt quem perpetuò in-
grediamur, uocare. Reuertere igitur, reuertere ad nos precamur o noſtra Su-
5 lamith, reuertere, reuertere, vt intueamur te. Age, liceat reſipiſcentibus, te prę-
dicantem Ieſum Chriſtum audire, te docentem obſeruare.

Ca-

Caput VII. 1

Quid videbis in ſunamithe, niſi choros caſtrorum? Heb. Quid ſpectabitis in ſulamith ſicut chorea caſtrorum.

Eccleſia

ADSVM coram, quam quæritis o ciues Ieruſolymitanæ, adſum 2
coram, quam vos nouam Ieroſolymam, ſolium domini appellatis. Sed quid nouam Ieroſolymam ſic intente ſpectatis: & magno facto choro, perinde atque milites, in duas diuiſæ alas, venerabundæ paratis excipere? Quid in noua Ieroſolyma uidebitis, niſi acies militares inſtructas, & veteranos milites ad pugnandum pro Chriſti fide expeditiſsimos, *qui iam per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones*. Quales denique recenſuit olim contribulis veſter Paulus in epiſtola quadam ad maiores ueſtros ſcripta? Quid aliud uidebi-
tis, niſi ueſtigia, & certiſsima ſigna memorabilis illius belli toto tres proximos an 3
nos cum dimidiato inter Michaellem & Michaellis Angelos, & Draconem eiuſdemque Angelos geſti? Mihi interim gratum eſt veſtrum officium, quòd poſitis priſtinis odijs, abiurataque ſuperiore perfidia, atque omni impietate, meliorem mentem receperitis: & de more militum, qui ſuum repulere Imperatorem, ſuæ poſtmodum perfidiæ compulſi pęnitentia, reuocatum eundem honorifice parant excipere. Ita & uos me, quam nuper egiſtis in exilium, nunc ab exilio reuocatam recipere, ac ſummis honoribus in gratiam domini mei Ieſu Chriſti paratis afficere: Ego uero (quod à me contenditis) pro uobis intercede-
re, & pro uobis orare dominum meum Ieſum Chriſtum, illum uobis prædicare, 4
illum verum eſſe propitiatorium & ſolium in quo auguſtius, maioreque cum maieſtate quàm olim in propitiatorio veteris teſtamenti, Deus ſedeat, uos docere, illam arcam noui teſtamenti domini uobis oſtendere, in qua non lex tabulis inſcripta lapideis, non manna deplutum cęlitus, ſed omnes theſauri ſcientiæ & ſapientiæ ſint reconditi, omnis plenitudo diuinitatis inſit corporaliter: & quæ-
Coloſ. 3. cunquè ad ueram religionem pertinent, uos docere parata ſum: & meam deniquè vobis operam in omnibus libenter exhibere.

5

Filiæ Ieruſalem. *Caput VII. Hebræis. Quam pulchri ſunt greſſus tui in calciamentis filia principis.*

Sed quis te non intentis ſpectet oculis? Quis te non ſuſpiciat, & admiretur, ò noſtra Sulamithis, principis cęleſtis, Dei patris ſummi, filia? quis te cælitus de-
miſſam non honorificentiſsime excipiat, & omni officio ac potius pietate proſe- 6
quatur, quæ ore & habitu diuinum ingenium, & Regiam maieſtatem præ te fers, & manifeſte declaras? Primum quàm te decent iſti calcei, quàm pulchre, quàm graui-

1 grauiter, & regio more his calciata ingrederis. Ecce, quum Euangelium præ- 1.Cor.4.
dicas omni excuſſa ambitione, omni abiecta auaritia, & mala cupiditate, audi- a.b
torum dumtaxat incrementa, & Ieſu Chiſti ſponſi tui gloriam procuras: atque 1.The.2.a
his ceu calceis munitis cogitationibus, & affectibus tuis, uiam Euangelicam tu-
ta ambulas, in nullum impingens lapidem, ſuper aſpidem & baſiliſcum ingrede- Pſal.90.c
ris, ac pro data tibi poteſtate, ſerpentes omnes fortiter calcas, & ſcorpiones, nec Luca.10.c
te vis ulla, aut dolus inimici Dæmonis poteſt lædere.

2 *Iunctura ſeminum tuorum, ſicut monilia, quæ fabricata ſunt ma-
nu artificis.*

Deinde, quis ſatis pro dignitate laudare poſsit exquiſitam veritatem, quæ in te
eſt, & perfectam charitatem: quibus uelut artificioſis & exquiſitis commiſſuris Eph.4.d
ac nexibus à Chriſto capite tuo deductis, tua ſemina inter ſe, & cum toto corpo-
re perbelle cohærent: vt expeditè greſſus tuos moderari poſsis, & minime claudi-
cans, rectè incedere? Opus ſanè quod Dei ſummi opificis præfert ingenium,
quale in monilibus aſtabre factis peritiſsimi artificis exactum conſpicitur arti-
3 ficium. Id uero eſt quod olim præmoſtrante ſpiritu ſancto, intuens Iſaias pro-
pheta clamabat, *Quam pulchri ſuper montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem,* Iſa.52.b
annunciantis bonum, prædicantis ſalutem, & dicentis Sion, regnauit Deus tuus.

*Vmbilicus tuus, crater tornatilis nunquam indigens poculis. Heb.
temperatura.*

Iam uero, quam fæcunda es, & pro menſura ac ratione ætatis ſponſi tui Chriſti,
4 ætate integra, totoque reliquo tuo præſtanti corpore omnibus numeris abſolu- Eph.4.e
ta? Id in primis indicat indicat vmbilicus, & totus exterior venter tuus exacte
rotundus, & in modum crateris torno læuigati, ac lunæ plenæ ſimili, temperatu-
raque ſemper pleni, per politus, Nullaque ruga, aut vitio uetuſtatis deformatus, Eph.5.f
ſapientiæ diuinæ temperatura redundans perpetuò, & plenæ lunæ ſemper ſimilis.
Quæ tuorũ antiſtitum, & doctorum, ceu nutricum, mens, mitis eſt, minimeque au 1.The.2.b
ſtera, ſuum diuinæ ſapientiæ ſolem ſemper ſpectans, rectoſque illius radios ſem-
per excipiens: atque inundantia illa diuinæ temperaturæ longe manantis: ſed ad-
huc per uaria, & plurima, diuiduaque, ad ſimplicem & fixam conſtantemque Dei
5 ſcientiam manuducentis, paruulos tuos abunde nutriens filios, pro captu ac mo-
do ſingulorum: perinde atque luna, quæ cum plena eſt, inferiorem mundum hu-
more replet ſubſtantifico.

Venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus liliis.

6 Tuus etiam uenter interior (Quæ eadem tuorum paſtorum mens eſt) ſimilis eſt
aceruo triticeo. Cœleſti enim ſemine, & charitate ſcientiæ plenus, in omnem Dei
plenitudinẽ turget, & ſolido ſcientię intellectualis pſeuerantiſq; pſectionis, atq; Iaco.1.c
idem-

Lucæ 8.b idemtitatis repletus cibo (quo iam adultos & robuſtos tuos alit filios) intume- 1
Epheſ 3.d ſcit. Quibus omnibus tuis liberis inſigni candore animi, & pleriſque eorum
Apoc. 14. corporis etiam integritate florentibus, quaſi aceruus titriceus lilijs circunſeptus,
interior venter tuus mirifice condecoratur. Atque hæc eſt noſtra ſulamitis, pro-
Zach. 9.d fuſa in te Dei benignitas, & gratia: de qua noſter Zacharias admirabundus di-
cebat, quid enim bonum eſt eius, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electo-
rum, & vinum germinans uirgines, ac ſucculentas reddens?

Duo hubera tua, ſicut duo hinnuli capreæ. 2

Sunt tibi præterea pulcherrima duo hubera, gemellis capreæ hinnulis inter li-
lia ſua carpentibus paſcua, quàm ſimillima. parua, rotunda, contracta, parilia,
nitida, & actuoſa. Tui inquam Diaconi gubernationes, & æconomi: peculia-
ri & gemino quodam ſponſi tui dono, ad geminum illud munus bene obeundum
præditi: tibique pro duobus huberibus dati. Qui cum humiliter de ſe ſentiant,
ſeque in arctum contrahant, omnium miniſtri, atque alumni, ſed puellorum maxi
me, nullo luxu diffluentes, collecti & ceu in orbem contracti, actuoſi tamen
Hebr. 1.d ſunt: & ad beneficentiam oppidò quàm propenſi, tanquam cæleſtium caprearum 3
filij, tuis, qui hæreditatem capiunt ſalutis, miniſtrant filijs.

Collum tuum ſicut turris eburnea.

Formoſiſsimum inſuper collum tuum, quantum tibi decoris addit & gratiæ, can
didum nimirum, teres, rectum, æquabile, firmum, turri eburneæ quam ſimilli-
mum, propter inſignem innocentiam, lenitatem, fortitudinem, iuſtitiam, &
charitatem inſignium tuorum diaconorum. quibus inſignes, & primæ notæ Do- 4
ctores tuos, uelut egregium caput, egregio collo impoſitos, eleganter, fortiter-
que ſuſtentas.

Oculi tui, ſicut piſcinæ in heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis.

Quæ porro eſt iſthæc tuorũ oculorum, tuorũ dico Epiſcoporum acies, quæ ad di-
uina myſteria contemplanda, atq; intelligenda perſpicacitas, quo impetu ad res di 5
uinas penetrandas tui iſti feſtinãt, ac rapiuntur oculi: unde copioſiores in dies di
uinæ ſapientię excipientes aquas innumeros tuos explent, ac reficiunt ciues. Quę
præterea eorum admiranda prouidentia, qua omnia longe, lateque tibi diſpi-
ciunt: ac tuis ciuibus conſultiſsime proſpiciunt. Iſtorum certe tuorum oculo-
rum vim & pulchritudinem eximiam, nemo melius expreſſerit, quàm qui eos cum
duabus illis prægrandibus piſcinis conferat, quæ iuxta portam Heſebonis, vrbis
1.Cor. 2.d olim populoſiſsimæ, quaſi in facie eius ſita, ingentem ſaluberrimarum aquarum 6
1.Ioan. 4.a vim ex montibus Galaad perpetuò manantium, continentes, innumeræ multitu-
Ioan 16.b dini magno erant vſui, & admirandas præſtabant vtilitates.
Apoc. 14.

Naſus

1
Naſus tuus, ſicut turris libavi, quæ reſpicit contra Damaſcum.

Iam quis non admiretur tuum tam certum & exactum de moribus hominum, ac
fide iudicium, quo ſimulatos & adulterinos pſeudo prophetarum mores, & fi-
ctam fidem, a ueris ac germanis Chriſtianorum moribus, & fide, diſcernis cer-
tiſsime? Quis diuinam tuorum prælatorum ſolertiam non veneretur, & colat, qua
hæreticorum, pſeudo prophetarum, pſeudo Chriſtorum, reliquorūmque ho-
2 ſtium tuorum ſecreta, quæ illi captant, conſilia, quæque in te moliuntur machi-
namenta, ſtatim ſubolſacis, anteuertis, atque in irritum deducis, ut ſuperiori-
bus tempotibus ſæpe feciſti: & nuperrime ſub nefandiſsimo illo ueteratore An-
tichriſto, omnium quos unquam habuiſti hactenus, aut in poſterum habitu-
ra ſis, hoſtium aſtutiſsimo, ac potentiſsimo? Adeo ſimilis eſt iſte tuus tam emun-
ctus, & diuino ſpiritu repurgatus, (quem in Chriſto ſummo tuo capite ſitum
habes) naſus, turri illi, quæ in edito libani montis loco ſita, olim Damaſco im-
minebat: inde enim maiores noſtri quicquid in ipſos molirentur perpetui Iſrae-
litarum hoſtes Syri, ſtatim deprchendebant: & eorum conſilia, atque inſidias
3 anteuertentes, eludebant.

*Caput tuum, ut carmelus, aliàs. Heb. ut coccum, & comæ capi-
tis tui, ſicut purpura regis, iuncta canalibus. Heb. Rex alliga-
tus laquearibus.*

4 Sed, o lepidum, & omnium elegantiſsimi corporis tui partium ornatiſsimum,
caput tuum Chriſtus: qui ſuo perfuſus ſanguine, totus rubet inſtar cocci baphi- *Epheſ.1.d*
ci: inſtar etiam carmeli undique uino manantis, cuius eſt mons ille feraciſsimus.
Egregii quoque tui capitis comæ, ſunt martyres innumeri, qui per fidem & cha-
ritatem iuncti Chriſto, ſicut coma capiti, ſuo proprio velut conchæ, item & de
capitis ſui plagis decurrente ſanguine, quaſi rubro humore aqua temperato, de
cocco per canales, ut uino, unà cum aqua ex carmelo decurrente, tincti rubent,
non quantum ipſum coccum, ſed vt purpura, & ad uirtutem paſsionis Chriſti
accedunt quantum poſſunt, eique aſsimilari contendunt. Quam etiam ob cau-
5 ſam, ipſe rex Chriſtus ſuis martyribus ceu elegantiſsima coma, perinde atque
purpura, ſe exornat. Quin & ipſamet Chriſti capitis tui coma, copioſo ſangui- *Ioan.19.a*
ne de ſacro ipſius uertice ſpinea corona undique confoſſo manante madens, pur- *Ioan.19.d*
puræ magis regium uerticem amicientis, quàm comæ, refert ſpeciem. Iam igi-
tur ex tuis concionibus, Regem noſtrum agnoſcimus decuſſatis affixum laqueari
bus: & quem olim indigne tulimus, quum crucifixus penderet, Ieſum Nazare-
num Regem Iudæorum, Ieroſolymis in publico orbis theatro a Pilato præſide
6 declarari, hunc tandem legitimum Regem noſtrum ſummo cum honore recipi-
mus, hunc genibus in terram prouolutæ adoramus. Valeat Cæſar, ualeant cæ-
teri Reges, & principes: Nos iam non alium regem, præter Ieſum Chriſtum, &

hunc

hunc diademate ſpinea coronatum, ac crucifixum, habere profitemur. Hunc, 1
cuius manus, pedeſque ac latus olim tranſfiximus, iam nunc meliorem mentem,
ac ſpiritum gratiæ ad ipſum deprecandum, ſingulari eiuſdem dono, conſequu-
Zach. 12. e tæ (ſicut futurum uates noſter prædixerat Zacharias) tanquam ſeruatorem no-
ſtrum & Dominum, intentis in ipſum oculis, ſuſpicimus & obſeruamus, ab eo
impietatis noſtræ (quam maiorum noſtrorum acta probantes, admiſimus) veniam
precamur, noſtram ſupra quam dici poſsit, damnantes perfidiam, ex quo nos Dei
patris ſummi primogenitum, & Mariæ uirginis unigenam filium Regem noſtrum
occidiſſe intelleximus: & ex eo tempore uſque collacrimantes, eiulantes, ac ſu-
ſpirantes mortem lugemus, Pectora dolentes tundimus. Fulminas enim tu pro 2
Apoc. 11. d concione, tonas, ac grandinas, quum de Cruce & morte ſponſi tui Chriſti de-
Heb. 12. f clamas; conterritæ itaque & tremefactæ, vt olim dux noſter Moſes, apparentem
nobis in cœlo Arcam noui teſtamenti, cuius exemplum maiores noſtri coluerunt,
Rom. 3. d obſeruamus. Chriſtum inquam, quem tu ex Paulo conſtitutum eſſe à Deo pro-
pitiatorium in ſanguine ſuo per fidem, & in quo Deus fidentibus in eum exora-
bilis ſedeat, doces; in quo etiam (vt olim in Arca ueteris teſtamenti, lex & man-
Col. 2. a b na condita ſeruabantur) omnes theſauros ſapientiæ & ſcientiæ reconditos eſſe,
omnem plenitudinem diuinitatis habitare corporaliter, ipſum denique panem eſ-
Ioan. 6. d ſe uiuificum de cœlo demiſſum, ex Euangelica doctrina manifeſtam fidem facis. 3
Iam igitur re ipſa & ueritate exhibita, cethimæam & auratam illam Arcam, hu-
ius umbram, obliuiſcimur, uale illi dicimus, hanc proni colimus, hanc proci-
dentes adoramus. Tuam uero o fida Sulamithis, ſemper laudamus fidem, cuius
energia quem hactenus in te obſeruauimus, ſummum a ſponſo tuo decorem con-
ſecuta ſis, & admirandam venuſtatem.

Quam pulchra es, & quam decora in delitiis chariſsima. Heb. Amor.

Sed in primis totius pulchritudinis & decoris tui ſummã, ipſum Ieſum Chriſtum 4
regium & purpuratum caput tuum o noſtrum delicium, o ſponſo tuo Chriſto
vnice dilecta Sulamithis, quàm pulchra es, quàm iucunda, & meræ delitiæ.
Adeo qui te obſeruat diligenter, multum & multa, quæ in te admiretur, ſemper
inueniat. Ecce quàm multa hactenus de te diximus, quàm de facie tantùm no-
uimus. Quid ſi nobis contingat, quod expetimus, in tuum admitti contuber-
nium, tuos mores ac diuinum ingenium familiariter, penituſque inſpicere, in
tuos complexus uenire, te deoſculari, tua ſuauiſsima frui conſuetudine? Quan-
to plura de te dicamus, quanto amplioribus encomijs proſequamur? 5

Statura tua. Heb. Iſthæc altitudo tua aſsimilata eſt palmæ: & hubera tua botris

Sed quomodo nos ſperemus te complecti, & oſculari, qui quum tuam iſtam al- 6
tiſsimam ſuſpicimus ſtaturam, puſiones plane nobis præ te uidemur, ſic inſtar pal
mæ nos omnes ſuperemines: & formoſiſsima tua hubera quaſi botros in ſumitate
pal-

1 palmæ prominentes, oſtentas. Nec enim uidemus quomodo magnanimitatis,
& conſumatæ iuſtitiæ tuæ præſtantiam commodius exprimamus, quàm ſi colla- *Pſal.19.a*
tionem illam, qua prius rex noſter uſus eſt, proſequentes, te cum palma confe-
ramus, cuius ingenium eſt, ut urgentibus, & opprimentibus non cedat, ſed in
pondus nititur, ac repandatur. Qualis tui ingenij ſemper, ſed maxime his pro-
ximis diebus maxima dediſti documenta, dum grauiſsimis Antichriſti perſequu-
tionibus oppreſſa, nunquam ceſsiſti: ſed heroica tua fortitudine, & diuina pla-
ne animi magnitudine nitens, infracta perſtitiſti. Perinde etiam atque ea arbor
inter alias in altum ſuccreſcit, & excellit arbores, ſic tu in mediis tuorum hoſtium
2 perſequutionibus extitiſti: & illis omnibus depreſsis, ceu generoſa quædam pal-
ma in altum ad miraculum ſuccreuiſti, ac propter permulta & inſignia iuſtitiæ
tuæ palmaria opera, uictoriæ palmam tuliſti. Quamobrem tuam iuſtitiam, quæ ex
Chriſto & fidei Chriſtianæ conſurgens radicibus in tantam te euexit dignitatem,
dum contemplamur, nunc iam humilitatem noſtram agnoſcimus, noſtram iuſti- *Phil.3.b*
tiam, quam ſola legis obſeruatione nitentem, hactenus maximi fecimus, iam *1.Cor.2.a*
flocci pendimus, & damnamus: dum etiam tuos doctores, tua hubera, ſuſpici-
mus, nec ſe aliud ſcire, præter Ieſum Chriſtum crucifixum ingenue profitentes
audimus, nec aliud quicquam docere, merum Chriſti ſanguinem, ceu muſtum,
3 & merum ſuauiſsimum ex vuis expreſſum, ex tuis manare huberibus nobis ui-
dere uidemur: diuinam nimirum vim & efficaciam diuinæ illius uitis in te agno- *Ioan.15.a*
ſcentes, in qua inſerta ſemper manens & eiuſdem naturæ particeps, perpetuò *Epheſ.3.a*
perſeuerans natiuos illi fructus profers. Ac tum maiorum noſtrorum traditio- *2.Pet.1.a*
nes phariſaicas quaſi uappam, & uinum acidum, quaſi fæces, & ſtercora, auer- *Philip.3.b*
ſamur: tua tantum ſugere hubera, diuinum os tuum deoſculari, & ad tuæ iuſti-
tiæ culmen aliquando pertingere, exoptantes.

4 *Dixi, aſcendam in palmam, & apprehendendam fructus. Hebr.*
ramos.eius. Erunt. Hebr. ſint obſecro, hubera tua ſicut botri
vineæ, & odor oris. Heb.naſi tui ſicut odor malorum.

Per te igitur in altum ſurrepere, quando ſic firma es, & inſtar palmæ procera,
certum eſt, & aſsiduis precibus quaſi rependo, brachia tua tuoſque fructus pre-
hendere, tuum auxilium & fauorem impetrare, atque ita tandem ad tua hubera,
& ſummum os euadere. quapropter, te etiam atque etiam oramus noſtra Sulami-
5 this, ut per te nobis liceat, quæ noſtra omnia, Pauli Apoſtoli exemplo, ceu ſter-
cora contemnimus, ad tua hubera conſcendere, in tuum pectus & ſinum nos
inſinuare, in tuorum doctorum ſcolam admitti. Age, illi nos inſtituendas,
& docendas committe, ut ex illis tuis huberibus quaſi ex botris uineæ, pri-
mum cathecuminæ ſicut paruulæ prædulcia fidei, & paſsionum Chriſti rudi- *Heb.5.d*
menta ſugamus. liceat deinde oramus, ubi ſatis ſub doctoribus illis profeceri- *6.a*
mus, tanquam grandiores, & robuſtiores, quibus iam ſolido cibo opus ſit, ad ſu-
6 premi ordinis doctores, qui naſus tuus, & os, & guttur ſunt aſcendere: & quam
illi inter perfectos loquuntur ſapientiam, audire, altiora, & ſolidiora ſapientiæ
Chriſtianæ myſteria ab ijs accipere. Quibus veluti odoratis pomis, cęleſtem il- *1.Cor.2.b*

lum ſpiritum,ex tuo naſo inſpiratum dentibus abunde veſcamur:& eo afflati ſpi 1
ritu, ſic ſpirituales reddamur,ut ſpiritualibus veteris teſtamenti myſteriis ſpiri-
1.Cor.2.e tualia noua Teſtamenti myſteria fęliciter conferamus.

Guttur tuum ſicut vinum optimum.

Liceat oramus,te aliquando oſculari:& abditiſsima diuinitatis arcana ex tuo gut
ture ebibere:quod generoſum & optimum vinum ſpiritualis hominis cor exila- 2
rat,ſine vitio inebriat,& virgines,Chriſtianas animas, ſucculentas reddit, ac ma-
xime ſobrias. vt iam nemo tibi vitio vertat (vt illi) quòd dum oſculum das, ui-
num propines.

Dignum dilecto meo ad potandum, labiis quoque & dentibus illius ad reminandum. Heb. recte incudens ad dilectum meum, loqui faciens labia ſenum. 3

Id vero uinum in te prius a ſponſo tuo iam mihi chariſsimo, infuſum, ex tuo gutture quaſi ex euripo quodam, quo tu in alios docendo diuina, refundis, ad Chriſtum amores meos, unde prius manauit, tanquam ad ſuam primam recurrit originem: quod ille ſumma cum voluptate repetitum bibit, perque os ſuum uerſat. Quin & hoc ipſum illud uinum eſt, quod ſenes alioqui infantes, & idiotas, diſertos reddit, & eloquentes, cœleſti nimirum calore accenſos, ac recreatos. 4

Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.

Oratis Ciues Ieroſolymitanæ,vt uos ſuſcipiam,& porrectis manibus ceu inclina-
tis ad uos ramis palma,ad mea hubera,& amplexus,atquè oſcula eueham: hoc ve-
ro mihi uolupe eſt a uobis audire, quæ cupio iuſtis ueſtris uotis omnino ſatisfa-
Rom.14.a cere.Sic enim memini meum Paulum mihi conſulere,ut infirmos fide ſuſcipiam,
mihique adiungam. At uero ego meam fidem aſtrinxi Chriſto ſponſo meo Cha-
riſsimo,quam eidem ſeruo intemeratam: ſcioque me ſic ab illo uiciſsim amari,ne 5
minem ut mihi integrum ſit, in meam conſuetudinem & gremium recipere, qui
non ſic ſe totum ipſi crediderit, ipſique omnino fidens deuouerit, ut eius fidei
beneficio,pars eius aliqua factus ſit, & viuum membrum. Nec excidit memoria,
Mat.7.a quòd ipſe vetuit, ſancta ſua dari canibus, & ſuas quas mihi credidit, margaritas
porcis exponere: ſi ergo creditis Ieſum ſponſum meum Meſsiam eſſe, & Dei fi-
lium, iam uobis manus porrigo, iam uos primum ad catheciſmum, deinde ad Ba-
ptiſmum, reliquaquè ſacramenta, & myſteria noſtra, admitto. Sed prius ad 6
ſpōſum meum ſuauiſsimum adibo, ipſum conſulā, ipſum hunc orabo,ut ipſe uos
primum recipiat, ipſe vos meis amplexibus, me is huberibus, & oſculis dignas effi
ciat.

1 ciat. ego namque eo inconſulto, uos ad noſtra ſacramenta non auſim admittere:
nec citra illius opem tam arduum opus me perficere poſſe ſperauerim.

Veni Dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.

O facinus memorabile, ô fœlix ſingulare tuum bone Ieſu, cum ferociſsimo aduer
ſario, & potentiſsimo hoſte certamen, in quo ancipiti & peracuto oris tui gladio,
iuſta uidelicet, & efficaci abs te prolata ſententia, ictus ille periit: ac meritas ſuis 2 Theſ.2.a
flagitiis pœnas dedit. O ingentem aduentus tui ſplendorem & gloriam, cuius ful- Iſay.11.a
2 gore eximio perterritus nebulo, e medio æthere deturbatus eſt, omnes magica- Apoc.19.c
rum ipſius fraudum nebulæ diſsipatæ ſunt, infidelitatis caligo e mentibus homi-
num diſcuſſa eſt, perſequtionum imber abactus, omnis denique malorum noſtro-
rum ſublata tempeſtas, poſtquam impius ille, qui Cælum conſcendere impuden-
tiſsime ſimulare auſus eſt, in terram alliſus ſceleratiſsimam coram omnibus ſuis
turpiſsime afflauit animam. Gratias ago tibi ſumme Sol Ieſu Chriſte, qui immen-
ſa tua luce fœdiſsimam tempeſtatem nobis ſoluiſti, præualidis iuſtitiæ tuæ radiis
non fabuloſum Pythonem, vt Apollo, ſed draconem illum ſerpentem antiquum
diabolum, & totum de illo expreſſum Antichriſtum, cum tota ſua impia factione
3 confoſſos, perdidiſti, Cælum ſerenaſti, tranquillum & amænum uer reſtituiſti.
Ecce iam nunc omnis ager, omnis iam arbor parturit, Syluæ omnes frondent: om- Apoc.8.a
nis inquam mundus, omnes nationes, & quæcunque nuper ſylueſtres, & efferatæ
gentes fidem tuam iam expetunt, fideiq; fructus tibi proferre meditantur. Quàm
gliſcit animus ſi per te liceat bone Ieſu, tuum per uniuerſum orbem prædicare Colo.1.d
Euangelium, omnes nationes tuis inſtitutis, præceptiſque euangelicis excolere:
& (quemadmodum olim Paulus faciebat) omnem hominem cum omni ſapientia
docere, quo tandem omnes tibi perfectos reddã, & abſolutos, omniq; fructu exu-
berantes. O ſi tibi libeat ſponſe mihi chariſsime, ad arduum hoc opus quod medi
4 tor, mecum egredi, & mihi vbique adeſſe. Non dubium, quin breui tempore om-
nes tibi pareant nationes, omnes te adorent homines, omnis denique mundus te tã
quam Deum colat, ac ueneretur. Adeo omnes ſuæ pœnitet impietatis, & præce-
dentium erratorum, omnes tuæ fidei & religionis aſſequendæ inceſsit cupido.
Ego uero niſi tu adſis, & præſens proſperos noſtro labori ſucceſſus tribuas, fru-
ſtra nitar oleum & operam perditura. Nec enim quicquam boni ſola per me cogi- 2.Cor.3.a
tare ualeo, ne dum præſtare. Veni igitur obſcero mecum Domine Ieſu. Age, ani-
mi gratia mundanum agrum inuiſamus. Nationes inquam, quæ fide & cognitione
tui priuatæ, extorres, & tua carentes ciuitate, per agros & ſyluas, monteſque, &
5 præcipitia huius mundi errant. Agamus rure aliquandiu, in villis commoremur,
omni inquam nationi Euangelium prædicemus, eas omnes, quæ ceu ruſtici &
pagani, ciuilitatis Chriſtianæ expertes, rure, & in pagis infidelitatis, atque impie-
tatis incultæ, agunt, ciuilibus & Euangelicis noſtris moribus, ſanctiſque inſtitu-
tis excolamus, excultas ciuitate donemus, atque intra urbis noſtrę ſepta cogamus.
Vaſta eſt enim noſtra ciuitas, & omnium ſatis capax.

6 *Mane ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fru-
ctus parturiunt, ſi floruerunt mala punica.*

Et habes tu Domine ſabaoth, in eo agro multas vineas: ſed vnam ante omnes tibi 1
charam, & ex ſelectiſsimis vitibus conſitam, apris tamen omnibus, & reliquis fe-
ris iam diu expoſitam, atque ab ijs miſere deuaſtatam, gentem inquam Iudaicam,
quam plerique pſeudoprophetæ & tyranni, ut olim Antiochus, & nuperrime ſin
gularis illa fera, Antichriſtus, ſuffoderunt, ac deuaſtarunt. Ea me nunc gens ro-
gat, ac improbis fatigat precibus, ut ſe colam, Euangelium a me audire contendit,
in noſtram admitti ciuitatem, ſupplex orat. Mane igitur obſecro, exacta iam tene-
broſa impiorum hoſtium noſtrorum nocte, ſurgamus, primo quoque tempore
tuam uineam adeamus, oblata nunc amabò, ne nos prætereat occaſio. Prędicemus
genti illi Euangelium, an in eadem perſtet ſententia, rogemus; an hoc in ipſis reci- 2
piendæ fidei tuæ indies increſcat deſiderium, quod quaſi parturientes vitium flo-
res futurorum fructuum magnum ſit argumentum. Prædicemus & reliquis gen-
tibus, quas tu domine uineas aliquando utiles futuras prænoueris, & idem de om-
nibus periculum faciamus: atque illis in primis hominibus prædicemus, quorũ no
ſtri ardens ingenium, & ad adeunda pro fide tua pericula, ſi opus ſit, promptiſsi-
mum, de ipſis pariter ſumamus experimentum.

Ibi dabo tibi hubera mea. 3

Ego quidem omnem quam præſtare poſsim meam tibi, dum ſic ruſticabimur, pol-
1. The. 2. a liceor operam. Paruulos noſtros cathecumenos materna cura, & lenitate in ſinu
meo fouebo, quemadmodum Paulus ſuo exemplo me docuit, perinde ac ſi nutrix
foueat filios ſuos. Hoc uero faciens, mea hubera tibi ſugenda dare mihi uidebor,
quippe qui officia omnia quæcunque tuis paruulis exhibentur, inter tuas accepto
rum rationes referre ſolitus ſis.

Mandragoræ dederunt odorem. 4

Ibi quoq; dabo tibi mandragoras, poma pulcherrima, ac ſuauiſsime olentia, qui-
bus te ad amorem vehementer excitem. Meos enim amores, mea dicta, & facta, no
ſtris cathecumenis ſic probabo, ut his quaſi mandragoris, ſuauiſsimo notitiæ tuæ
odore affectos, & ceu charitate faſcinatos, meo amore accendam.

In portis noſtris omnia poma noua, & vetera, ſeruaui tibi.

Tandem, ubi re bene geſta, in urbem redibimus, magna cathecumenorum per ba-
ptiſmi portas in ciuitatem noſtram recipiendorum, caterua comitati, in ipſis vr- 5
bis noſtræ portis omnia poma ſelectiſsima noua & uetera, quæ tibi ſoli ſeruo, tibi
tunc exhibebo. Tunc enim iam baptizatis illis, & ciuitate donatis, tanquam ciui-
bus noſtris, & familiaribus, altiora fidei noſtræ myſteria familiariter exponam: &
Mat. 13. g quemadmodum tu olim ſponſe mi, cum familiaribus, & domeſticis Apoſtolis fa-
ctitaſti, ac nos de more ſcribę docti in Regno cælorum, facere docuiſti, de theſau
ro meo locos omnes tam ex ueteri, quam ex nouo teſtamento, in conuentibus pu
blicis, & concionibus noſtris, exponam. Quæ omnia faciam in tuam gratiam: vt- 6
que ex his omnibus, omnis ad te ſolum redeat gloria, curabo ſedulo.

Ca-

1

Caput VIII.

Quis mihi det te fratrem meum ſuggentem hubera matris meæ.

EIa, age bone Ieſu, quid cunctaris? quid non oranti, & iuſta pe-
2 tenti Eccleſiæ tuæ annuis? Quid tam diu ſinagogæ matri meæ im
placabilis perſtas, memor iniuriarum? Remiſiſti iam omnibus
nationibus ſua peccata, omnium iniuriarum feciſti Amniſthiam,
omnes gentes in tuam ciuitatem recepiſti. Vnam ſolam auerſa-
ris, & repellis gentem iudaicam? Nec quas ab ea accepiſti iniu-
rias ſuſtines obliuiſci? condona obſecro, Eccleſiæ tuæ errata Synagogæ, re- *Mat. 5. g 16. b*
mitte amabò, in meam gratiam, peccata genti iudaicæ, cui ego memor tuorum
præceptorum, omnia iam in me admiſſa remiſi: &, quam (vt tibi morem geram)
quaſi paruula, mitis, & humilis tuo exemplo, in germanæ matris loco diligo: tu
3 quoque qui mitis es, & humilis corde, quique profeſſus es, te pro matre habitu- *Mat. 13. d*
rum, quicũque patris tui fecerit imperata, Synagogam matrem meam ſupplicem, *Mat. 12. a*
& quæcunque tu paterque tuus iuſſeritis, facere cupientem, pro matre quæſo,
agnoſce, ei te perinde atque ego, placabilem, ceu lactentem puellum, præbe.
Ego obſecro, mihi fraterculus in hoc Euangelico negotio, dum iudæis, qui ad-
huc extorres extra ciuitatem noſtram in infidelitatis villis degunt, tuum Euange-
lium prædico, impensè faue: ac mihi quidem in docendo, & Sinagogæ in audien-
do, gratiam tuam, & pacem tribue; quo ambæ voluntatem Dei patris tui exequen
tes, ego pro ſorore, & illa pro matre tua habeamur.

4

*Vt inueniam te ſolum foris, & deoſculer te: & iam me nemo de-
ſpiciat.*

Subtrahe te pauliſper oro a cęleſti curia, pone iudicis perſonam ac maieſtatem,
priuatus ad nos ueni, adeo placatus, facilis, & familiaris, vt ego te apud Synago-
gam ceu fraterculum meum ſolum in agro deprehenſum, deoſculari mihi videar,
& ipſa ſibi ceu puellum filium, quem ante irritauit, ſanctis dictis, ac factis ſuis la- *Deut. 32. c*
5 ctare, & demulcere: tuque iudæis pariter, ac gentibus, Euangelium recipientib:
omnibus ex ęquo ſis chariſsimus: & ego denique omni apud omnes inuidia ca-
ream, nec me poſt hac quiſquam contemnat aut proſcindat maledictis, quod te
mea cauſa matri meæ iratum putet.

6 *Apprehendam te, & ducam te in domum matris meæ, & in cubicu-
lum genitricis meæ.*

Iam vero, ubi ſic fœliciter mihi cedere apud Synagogam uidero meam prædica- 1
tionem,non prius ab incepto deſiſtam,donec te,quem primum matri meæ ſic cō-
ciliauero,ut eius prima dicta,& facta probare,dignum duxeris, quaſi puellum, &
eo ceu lacte de huberibus matris hauſto,paſci,eidem pro uiro exhibeam: hoc vi-
delicet aſsidua prædicatione præſtando, vt dum illa maiora indies myſteria de te
audiet me prædicantem,magnificentiūs indies de te ſentiat, te plenius fruatur, te
pro uiro obſeruet,ſanctеque veneretur, te denique vniuerſus populus Iudaicus,
eiuſque doctores omnes,ac viri primarii lęti recipiant: Atque ita tandem me pro-
nuba,quæ me olim genuit,& aluit mater mea, te in domum ſuam, & intima vſque
domus ſuæ admittat penetralia. 2

Ibi me docebis: dabo tibi poculum ex vino conditum, & muſtum malogranatorum.

Neque uero tunc cogitabo, quomodo,aut quid loqui debeam: ſed quam tu mihi
Mat.10.b in illud tempus pollicitus es ſapientiam,ſecura expectabo. in celeberrimis illis nu
ptijs Pincernæ de ſungar officio: & uinum aromatites, abditiſsima inquam diui-
nitatis tuæ myſteria præcepta, & concilia Euangelica omni virtutum genere, & 3
cæleſtibus gratijs condita (quæ de me illa iam pridem optat audire) intelligenda
propinabo. Quod ego vinum generoſum quum matri hauriendum in tuam gratiā
exhibeo, tibi tum maxime ſponſe mi, exhibere mihi videbor: teque ſummopere
oblectare. Suggeram inſuper eidem, quàm in priuata arena Euangelica exercue-
ro Martyrum noſtrorum fortia facta, & (quibus abundo) exempla memoranda.
Quem quaſi ſuccum ex meis malogranatis expreſſum, quum matri in tuo nomine
bibendum dabo, tibi maxime datum putem.

Laua eius ſub capite meo: & dextera illius. 4

Sed,hei mi, ſponſe mi Domine Ieſu Chriſte,quamdiu te ſupplex oro,quamdiu te
matri meæ Sinagogæ conciliare nitor,nec id adhuc exoro. Certe iam diu ſuppli-
cantem, & nihil proficientem me plane linquit animus,nutat caput, labaſco. Tu
ſaltem nutanti capiti meo, nec præ dolore & mærore conſiſtere valenti, lęuam
ſupponito, tu me labantē dextera tua amplectere obſecro. Fac me denique hunc
amorem, quo gentem Iudaicam ceu matrem depereo, & quæ me omnino confi-
cit,curam fortiter ferre: ac dum tu uotis noſtris annuis,patienter expectare. 5

Adiuro vos filię Ieruſalem,ne ſuſcitetis,neque euigilare faciatis di-
Chriſtus *lectam, donec ipſa velit.*

Iam faciam quod uis,o ſuauiſsima ſponſa mea Eccleſia: recipe animum, nec am-
plius iſthæc te cura conficiat. Tanta eſt tuæ charitatis, & precum uis apud me,at-
que efficacitas,ut nihil tibi negare poſsim. Iam igitur tuis victus precibus, omnes 6
Iudæis quantumcunquè atroces, in tuam gratiam remitto iniurias,iam eam gen-
tem in meam fidem recipio,atquè tutelam: & quam tu matrem agnoſcis Synago-
gam,

1 gam, ego quoque eidem me ceu lactentem puellum, facilem, & placatũ exhibeo: quin, & quum tu uoles, uirum. Tu interim perge quo cœpiſti ſpiritu Iudæis Euãgelium prædicare. Ego tibi perpetuò adero comes indiuiduus, qui omninò proſperos ſucceſſus tuæ tribuam prædicationi. Vos vero o Iudæi porro moneo, adiuroque, vt quieſcatis. Præfractum ceruicem iam aliquando flectite, ueteres legis cæremonias abijcite, paternas traditiones, uanas ſuperſtitiones, omnem deniquè perfidiam abiurate, me Deum & Meſsiam veſtrum agnoſcite, meam fidẽ, ac religionem pie, ſanctéque ſuſcipite, Eccleſiæ meæ morigeros uos præbete, & perſuaderi faciles illi acquieſcite, quæ ſalutis ueſtræ deſiderio, & amore confecta nunquam quieuit, donec aſsiduis ieiuniis, orationibus, & lachrymis, om-
2 niquè pietatis officio, me vobis placauit, & reconciliauit. His itaque conditionibus nobiſcum agere ſi placet, me, meamquè Eccleſiam in urbem ſequimini, noſtra ciuitate.

A C T V S. V.

Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto (deliciis affluens) innixa ſuper
3 *dilectum ſuum?*

Ergo ne perſuaſum eſt tandem Iudæis, a noſtris epiſcopis, & doctoribus, Ieſum Chriſtum noſtrum, uerum Deum, & Meſsiam ipſorum eſſe? ergo ne venit iam ab Eccleſia Chriſtiana, ſpirituali Sion, ad deſertam illam gentem, impietatis vepribus, & ſpinis obſitam, omnique gratia, & pietatis fructu tot annos carentem, liberator ille ab Iſaia promiſſus, qui omnem abſtulit a poſteris Iacobi impietatem? ergo ne placari potuit impiæ parricidæ Ieſus Chriſtus, Deus noſter, quæ illum ſemel crucifixit, ſæpe excluſit, quæ nuper riualem illius omnium homi-
4 num impuriſsimum admiſit Antichriſtum? o profundum diuitiarum miſericordiæ Dei, ut meritò gloriatur Miſericordia aduerſus iudicium. O admirandam Eccleſiæ noſtræ lenitatem. O incredibilem charitatem, quæ aſsiduis ſe ieiuniis, & lachrymis conficere non deſtitit, orare nunquam ceſſauit, nullum pietatis officium omiſit, modo Chriſti ſponſi ſui gratiam impetraret, quo duce, & comite Euangelium genti illi fæliciter prædicaret, ac Synagogæ uitam emereretur, a qua ipſa ad necem ſæpe petita fuiſſet. Et effecit tandem ſponſi ſui nixa patrocinio, quod nemo hactenus efficere potuit, aut ſperauit. Videas Eccleſiam totas reliquias Iſraelis toto antea orbe diſsipatas, improbo prædica-
5 tionis labore ad fidem coegiſſe, ac ſua eximia charitate, patientia, & lenitate gentem illam excipiendo, alios uelut humeris impoſitos, alios mediis vlnis complexos delicate, atque honorifice, quaſi equis, quadrigis, lecticis, mulis, & carrucis (quemadmodum Iſaias prædixerat) imo mollius adhuc & honorificentius reducere Ieroſolymam: & ceu in uaſis mundis donum gratiſsimum Domino, in templum inferre. Hæc uero præclara facinora, hos triumphos, dum noſtra nobis recenſet Eccleſia, &, vt par eſt, ad Chriſtum refert, o fratres,
6 nonne tanquam ſponſa ſuo ſponſo nitens, rebus omnibus proſpere geſtis, de deſerto ſumma cum gloria uobis redire uidetur, & Ieruſalem vrbem regiam triumphalis inſcendere.

Adoleſcentula neophiti gentiles.
Rom. 11. c
Iſa. 59. d
Iac. 1. c
Iſa. 66. f

Sub arbore malo ſuſcitaui te : ibi corrupta eſt mater tua , ibi violata eſt genitrix tua . Aliàs Heb. ibi te parturiuit mater tua , ibi te parturiuit genitrix tua . 1

Eccleſia. Ego uerò exulto præ gaudio , & tota geſtio , proque tanto beneficio quantas maximas poſſum, tibi gratias ago , optime Max. ſponſe mi Ieſu Chriſte, quod tibi tandem Iudæos reconciliarim, teque in domum matris meæ, & in cubiculum 2
genitricis meæ, (quæ tua fuit humanitas , & ingens animi magnitudo) introduxerim. Sed non poſſum ſatis mirari , quantum apud te poſsint pertinaces, & obſtinatæ eorum, qui te ſupplices ad tuam crucem prouoluti ſolicitant, preces: teque in ea arbore uelut grauiſsimis laboribus , & in ſuam gratiam ſuſceptis periculis, defeſſum ac dormientem contemplantes, magnis animi ſui clamoribus , & profuſis lacrymis contendunt excitare , atque abs te, quæ optant impetrare. Ego quidem certe (ut de me ingenue fatear) nuper, quum de prædicando Iudæis Euangelio cogitarem , tuaque vnius ope ad eam rem ſane arduam, quam parabam, me omnino indigere animaduerterem, nullum commodiorem locum ca- 3
ptare potui, vbi te conuenirem, teque orarem : Nuſquam alibi, quàm in cruce, magis exorabilem , te inueniri poſſe iudicaui . Quamobrem ad crucem tuam procidens, defixis in te oculis , lachrymans , & ſublatis manibus, ſupplex cœpi obſtrepere, clamoſis cordis mei gemitibus altum inclamare, tuam gratiam, opem, & præſentiam, perſtiti efflagitare, quumque nullum finem orãdi facerem, te tandem , qui hactenus Iudæis dormire uidebare, excitaui , atque ad rem omnibus ſæculis memorabilem conficiendam, comitem mihi, ducemque impetraui. Id quod ego me conſequuturam omnino ſperaui , exemplo illius omnium quæ unquam fuerunt, quæve futuræ ſunt, fæminarum ornatiſsimæ Mariæ matris tuæ : quæ 4
Ioan. 19. a quum te in eam arborem actum, ſublatumquè uideret, totius Synagogæ tum inſanæ & impiæ Matris tuæ, iaculis teliſque peti, iiſdem ipſa quoque telis confoſ-
Iſa. 7. a ſa , & transfixa, non leuiores tunc, quàm quæ parturit mulier, dolores pertu-
Luc. 1. d 2. a lit: quæque quum te in lucem ædidit, ut ſine ulla uoluptatis illecebra conce-
Luc. 2. e perat, ſic etiam ſine ullo doloris ſenſu peperit : Tunc tamen viſa ſibi plane eſt, te parturire : quippe cuius animam (vt uates ille Symeon prædixerat) acutiſsimus doloris gladius tranſuerberauit. ea inquam pientiſsima mater tua, ſic te ſuis doloribus, & clamoſis ſpiritus ſui gemitibus, excitauit , ſic in ſui commiſerationem mouit, vt Ioannem raræ puritatis, & pietatis virum, filium te alterum, 5
& ſuæ orbitatis dulciſsimum tulerit ſolatium.

Chriſtus. *Pone me velut Signaculum ſuper cor tuum , vt ſignaculum ſuper brachium tuum.*

6

Opportune tu quidẽ mea Eccleſia crucis meæ feciſti mentionẽ: & quã oportunus is ſit

1 is ſit locus, ubi me cõuenire, & quæcunq; uoles, à me poſsis impetrare, recte iudi
caſti. Neq; enim aliam ob cauſam in crucem tolli me permiſi, quàm ut omnes ho
mines ad me traherem, omneſque unà mecum crucifigerem: & quemadmodum
olim qui ſerpentem æneum in deſerto pro meo typo in crucem ſublatum, inten- *Ioan. 12. e* *Ioan. 3. b*
tis intuerentur oculis, a læthiferis ſerpentum morſibus liberabantur: ſic nunc *Num. 21. a*
quicunque per fidem intentis cordis ſui oculis, in me crucifixum conuerſi,
mihi fidunt, non pereant, ſed mortis meæ efficacia, bona omnia, & bono-
rum omnium finem, ferant uitam beatam. Quamobrem tibi maxime con-
ſulo, ut me ſolum crucifixum cogites, me ſolum tibi ob oculos obuerſan-
2 tem ſemper habeas, me ſolum toto corde, tota mente, totiſque tum corpo-
ris, tum animæ uiribus ames, & colas. Me habe pro ſigillo, quo mihi cor
tuum obſignes, ne amatoris alterius, aut alius cuiuſquam rei impreſsionem
admittas: exemplo illius perditæ turbæ cautior reddita, quæ nuper Riualis,
efferatique hoſtis mei caracterem in dextera ſua, & fronte quum recepiſſet, *Apoc. 19. d*
unà cum immani illa beſtia male perijt: ſed tu meo duntaxat notata caracte- *Colo. 1. e*
re, qui imago & expreſſa Dei patris ſimilitudo ſum, me ad uiuum referas, & *Hebr. 1. a*
Deo fias quam ſimillima: tuo me Crucifixum dextro appende brachio, quod
Mnimoſynum te mei aſsidue commonefaciat, & omnia quæcunque facere co-
3 gitaueris, ad meam ſolius Crucifixi gloriam exequi ſemper admoneat. Me de- *Prou. 4. c*
nique pro cordis tui entelechia, & animę tuæ habeto anima: vnde ceu ex ſa- *Gal. 2. d*
cro perennique fonte omnis tua manet vita. Vt iam non tu, ſed ego in te ui- *Rom. 14. b*
uam, qui etiam in hoc mortuus ſum, & reſurrexi, ut qui uiuunt, iam non ſi- *2. Cor. 5. c*
bi, ſed mihi, qui pro omnibus mortuus ſum, & reſurrexi, uiuant. Vt iam in-
telligas, me meo iure cor tuum, omnemque uitam, & te totam mihi uendicare,
qui meam uitam, meque totum pro te dedi.

4 *Quia fortis eſt ut mors, dilectio. Heb. Amor. ſicut infernus, æmula-*
tio. Hebr. ſicut ſepulcrum, Zelotypia.

Tanta fuit amoris in te mei uis, tanta Zelotypiæ meæ potentia, ut me confe- *Rom. 5. b*
cerint: perinde atque mors, & ſepulcrum homines omnes conficiunt. tuo
namque amore uictus, pro te quum adhuc inimica mihi eſſes & impia, turpiſ-
ſimum mortis genus obij, & triduum in ſepulcro iacui, ut te in peccati ſepul-
5 chro iacentem excitarem, tibique ſplendidam, ac pulcherrimam uitam com-
pararem. Porro ſcio Dæmones, mundiales homines, & carnem tuam, omnes
mihi paratos mœchos, qui te ſponſam meam pulcherrimam de ſtupro appellent
aſsidue, improbeque ſolicitent. Ego uerò riualis omnino impatiens ſum: is ni-
mirum qui iam olim me Deum Zelotypum, ac uiolatæ fidei coniugalis ultorem
acerrimum eſſe, interminatus ſum.

6 *Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum. Hebr. car-*
bones ignis, qui a flamma Dei. Aqua multa non potuerunt ex-

tin-

tinguere charitatem. Heb. amorem, nec flumina obruent illam. 1

Et me etiamnum nexus ille urit, qui me olim in tuam gratiam ad crucem compu-
lit, & ſepulchrum, ingens plane amoris mei vis. Quem dixeris faces aut carbones eſ
ſe ignitos, inſanis & maximis flammis accenſos. Adeo amorem, quo ardeo, & te
amo, nulla aquarum uis extinguere potuit, nulla potuerūt obruere flumina, aut
ſuffocare. Neque enim gentiles, & iſraelitici populi, qui Ieroſolymis tempore paſ
ſionis meę inſtar multarum aquarum in me unum facto impetu irrupere, me terre-
re potuerūt, nec abs te abalienare, aut quo minus ſuſceptum propter te cum mor
te duellum aggrederer, remorari. Non Iudæorum pontifices, nō Herodes, & Pon 2
tius Pilatus, magna flumina, amoris mei flammas obruere, aut extinguere potuere.
Imo, quo magis hi omnes confictis criminibus, conuitijs, a lapis, colaphis, uincu-
lis, uerberibus, & cruce, ſuis veluti fluctibus, amorem meum occulere ac cohibe-
re nitebantur, eo magis cęcus ignis æſtuabat: adeo, ut ab ignita fornace cordis mei
ingentes illæ precum flammæ in extremo crucis conflictu, patri meo pro hoſtib.
Luc.22.c meis, qui me torquebant, interceſſuræ, in cœlum vſque erumperent, *pater, ignoſce
illis, quia neſciunt quid faciunt.*

Sed dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione. 3
Heb. pro amore quaſi nihil deſpicient eum.

Inuenias fortaſsis amicos, qui in amicorum gratiam, ſi opus ſit, ſuas opes, omneſq;
fortunas exponant. Sed hoc leue eſt: & quod ſi ad ſolidæ amicitiæ dignitatem ſpe
ctes, pro nihilo pendi poſsit: & uix inuenias, qui non magis gloriæ cupiditate,
quàm amici amore captus, pro ſeruanda illius uita ſuam profundat; quod raræ &
maximæ (quæ inter homines contingat) amicitiæ rariſsimum fuerit argumentum: 4
at, qui pro inimicis, & interfectoribus ſuis intercedat apud iudicem, quique pro
Rom.4.a illis liberā dis ſe ultro morti obijciat, præter me, inuenias neminem. Solus ego pro
te, quū inimica mihi eſſes, Deo patri ſuppremo iudici interceſsi, & meipſum non
meam, ſed patris mei duntaxat, & tuam quærens gloriam ultro crucifigendū obtu
Ephe.5.e li, ut te ſanctificarem lauacro aquę, & uerbo uiuifico te emundans, vt te mihi exhi
berem ſpecioſam Eccleſiam ſponſam meam, omni peccati labe emaculatam, omni
ſublata ruga, omnique priſtini tui ſenij detracto vitio innouatam, quæ mihi ſancta
Luc.22.c perpetuò, & inculpata permaneres. Vides igitur mea Eccleſia, ut meo iure te to-
Ioan.20.c tam mihi poſcam, te totam mihi uendicem. 5

Soror noſtra parua: & hubera non habet.

Sed, heus o ſocij, & ſodales mei epiſcopi, & doctores chariſsimi, quos ego mei re
Mat.10.a gni conſortes, meique operis uicarios eſſe uolui: noſtis, ut populum iudaicum,
quem ego ſemper pro germano fratre habui, vobiſque pariter diligendum com- 6
mendaui, nuper recuperauimus, & ab inueterata perfidia ſua, atque antiqui hoſtis
noſtri tyrannide aſſertum, maiorum ſuorum libertati, ac fidei reſtituimus. Nos

er-

ergo omni ope niti decet, ut homines ij ſdem maioribus nobiſcum progeniti, &
1 nunc arctiore fidei, quam ſanguinis nexu nos contingentes, in ſuſcepta fide, & re
cuperata libertate permaneant.

Quid faciemus ſorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt?

Nec dubium eſt, quin ſatanas ſerpens illi antiquus, hoſtis noſter, ereptam ſibi do- 1.Cor.11.e
lens prędam, omnes aſtus, & fraudes ſuas ſit adhibiturus, vt eos cum adhuc myſte
2 riorum fidei, & doctrinæ noſtræ rudes ſunt, à veritate abducat: ac tum per ſe, An-
gelum lucis mentiens, tum per miniſtros ſuos pſeudo apoſtolos, qui meos apoſto
los belle norunt ſimulare, varios obtrudere nitens errores, & impia dogmata, ſub
pietatis ſpecie deludat, & in ſuam rurſus redigat poteſtatem. Veſtrum igitur eſt, Eph.4.c
mecum tempeſtiue deliberare: & omnem dare operam, ne hi fratres noſtri quic-
quam detrimenti capiant, neue corporis noſtri ſtructura hac ex parte ruat, aut
vitium vllum faciat. Quin, vt qui ſancti nobis eſſe cęperunt, veſtra opera in dies
ſanctiores fiant: & ad perfectam vſque fidem, ac mei cognitionem proficiant,
quo ad uirilem perfectamque ætatem meam, hac ratione perducti, deſinant ali-
3 quando inſtar paruulorum uacillare, & inſtar fluctuum maris, impiorum ac uete- Sodales Chriſti.
ratorũ placitis, quaſi uentis, agitari. In hoc enim ego uos alios dedi Eccleſiæ meæ
Apoſtolos, alios prophetas, alios Euangeliſtas, alios Paſtores, & Doctores. Nem-
pe, ad conſumationem ſanctorum, in opus miniſterij, & corporis mei myſtici, &
ſpiritualis domus meæ, Eccleſiæ ædificationem. Cuius uos omnes myſterij per
meum Paulum iam olim commoneſeci.

Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea: Si
4 *oſtium eſt, compingemus illud tabulis cedrinis.*

Tu ne domine Ieſu Chriſte, qui per te omnia noſti architectari, nos tuas operas Ioan.6.a
conſulis, qua ratione Iudęi adhuc neophiti, contra aſtus, & uim hoſtium fidei no
ſtræ inſtituendi ſint, & confirmandi? quomodo inquam hæc tui corporis, & do-
mus tuæ pars conſtabilienda ſit, & communienda? Sed quo ſpectes ſatis intelli- Iſai.54.
gimus. Tentas nos, ut olim, Philippum. Nos igitur ut ille, noſtrã dicemus ſnĩam: 1.Pet.2.a
tu quod tibi uiſum fuerit, ſtatues. Principio, inſpiciendum diligenter, exploran-
dumque nobis uidetur, cuiuſque ingenium: & quos natura animoſos, tum diuini-
5 tus doctos, deprehendemus, hos tanquam ſolidos ſpirituales lapides, ad ſpiritua-
lium arietum, & globorum bellicorum ictus fortiter ſuſtinendos, abs te electos,
pro muro Eccleſiæ, ſpiritualis domus, & ciuitatis tuæ, collocãdos cenſemus: ac ne
propius ad urbẽ accedere poſsit hoſtis Diabolus, & ſuis admotis vineis, murũ ſuf
fodere, pręceptis & cõſilijs Euangelicis, omnibusq; utriuſq; teſtamẽti myſterijs,
& exẽplis eoſdẽ inſtituendos, & ſic bene inſtructos, ac probatos, ſacerdotes quã-
uis iuuenes & neophitos, quib. uidebitur particularib. Eccleſijs præficiendos.
6 Id quod proculdubio fuerit, ſuper eos, veluti ſuper murum ſaxeum meniana pro
pugnacula argentea, pretioſa ſcilicet, pura, & ſonora ædificare: vnde prægrandi-
bus ſententiarum, & exemplorum demiſsis ſaxis, ſpirituales hoſtes ab Eccleſia-

rum

rum (quibus illi præfecti fuerint) muris repellantur. Qualem olim meminimus te dediſſe murum Eccleſiæ Epheſinæ, quũ illi Thimoteum Pauli diſcipulum præfeciſti. Verùm quos humiliore ingenio in hoc abs te deſtinatos eſſe iudicabimus, vt prælatis ſuis bene monentib. pareant, & ex eorum pręſcripto te, tuoſq; fratres, ac ciues, ad ſe recipiant, hos ſublimium rerum, aſsidua meditatione diligenter exercendos, tibi, & hominibus, dictis ac factis probãdos, perpetua pęnitentia mortificandos, omniq; vitiorum carie immunes ſeruandos eſſe, cenſemus: quęq; illis ſuperfuerunt, in pauperũ vſus reſecatis, formidabiles Dęmonib. obijciẽdos eſſe. Atq; hoc demum fuerit, vrbis tuæ Ianuas tabulis cedrinis compingere, atquè concludere: Imo verò ianitores inſtituere, viros inſtar cedri incorruptos, & integræ famæ, ac propter eximias uirtutes ſuas Dæmonibus formidabiles, & unà cum Diaconis illis inferioris ordinis miniſtros, ſuo quoſque ordine dignißimos, quorum opera & miniſterio pij dumtaxat in noſtram urbem admittantur, & irrumpere uolentes impii, canes & adulteri arceantur, tuiſque ſacerdotibus in tuam gloriam rite, & pro dignitate miniſtretur. Ac ita demum ex Iudæis 2
Apoc.22.c fratribus noſtris, quemadmodum te facturum prædixiſti, ſacerdotes tibi aſ-
Iſai.66.f ſumas, & leuitas: vt ſicut cœli noui, & terra noua, reſtituatur in terris tuæ Eccleſiæ Hierarchia.

3

Ego murus, & hubera mea, ſicut turris. Heb. ſicut turres, ex quo facta ſum coram eo, quaſi pacem habens.

Eccleſia. Recte quidem vos ſodales ſponſo meo, mihique chariſsimi, de neophytis fratribus noſtris Iudæis, ſtatuiſtis; ſed ueſtræ ſententiæ hoc addere viſum eſt, ac ſingulos ueſtrum admonere, ut recens conuerſos in Chriſtum noſtrum Iudæos, intra meam catholicæ Eccleſiæ fidem, & doctrinam Euangelicam orthodoxis omnibus probatam, omni ope nitamini continere: & ea dumtaxat, quæ mihi probata ſunt docere: Præſertim, ut abiectis omnibus legalibus, cæremoniis, Phariſaicis traditionibus, ac Rabinorum ſuorum fabuloſis, impiiſque commentis, ſolum Euangelium, & Chriſtum meum amplectantur. Ego enim in meam fidem, & tutelam illos recipio, quos fortiter tueri, ac benigne alere polliceor. Quod utrumque officium ſola abunde præſtare valeo. Cum enim ex quo Chriſto ſponſo meo chariſsimo 4
Mat.28.d reconciliata fui, pacemque ab ipſo impetraui, ipſum apud me perpetuò ha-
2.Cor.10.b beam propugnatorem omnipotentem, & doctorem omniſcium, ab eodem 5
ſummas uires obtineo, quibus principes, & poteſtates, harumque rectores tenebrarum, omnes denique hoſtes tam uiſibiles, quàm inuiſibiles poſsim repellere, atque intra mea mænia concluſos, ceu ciuitas munitißima ſeruare ciues meos. Chriſtum inſuper multos iam annos audiens, conſilijs præceptiſque Chriſtianæ philoſophiæ abundo, ipſum præterea, eiusque duces apoſtolos, & martyres heroas fortiſsimos perpetuò aſſequuta, eorum, meiſque etiam aucta exemplis, his omnibus quaſi lacte ſuauiſsimo plenum pectus cum habeam, & hubera præ ingenti lactis copia, quaſi turres omni commeatu, & bellico apparatu refertas, extantia, puellos noſtros Iudæos ſola 6
abun-

1 abunde nutrire potero : & inde etiam quaſi ex turribus , crebris iactis miſ-
ſilibus , ad murum accedere tentantes hoſtes ferire , proculque arcere . Si *Iere.1.d*
enim unus Ieremias propterea quod Deum ſuæ prædicationis comitem eſſet
habiturus , pro ciuitate munita , pro columna ferrea , proque muro æneo ,
quem nulla principum , aut populorum uis poſſet expugnare , habitus eſt : *Pſal.23.b*
quanto magis ego catholica Eccleſia , in qua Chriſtus , Deus , & ſponſus *Mat.28.d*
meus , fortis ac potens in prælio in finem uſque ſæculi permanet , os , & ſa- *Luca.21.c*
pientiam tribuens , cui non poſsint omnes mei reſiſtere aduerſarij , ciuitas
illa uideri debeo , quam , propterea quod Deus in medio eius ſit , ad nullos
2 unquam hoſtium incurſus commouendam fore Regius pſaltes canere ſolitus *Pſal.45.*
erat ? Si nomen domini turris fortiſsima eſt, ad quam confugiens Iuſtus, ve- *Prou.18.b*
lut in alto conſtitutus , extra omnium telorum iactum eſt , meritò mater Ec-
cleſia, quæ exactam utriuſque teſtamenti cognitionem , & nominis Dei uim
in ſuo ſeruat pectore , hubera ſe habere affirmat turribus quàm ſimillima .
Quippe quæ ditiſsima illa penu , & apparatu bellico ex ſacro pectore illuc
tranſmiſſo , in modum turrium ſupra modum turgeant , & attollantur : qui-
bus admotòs puellos ſuos ipſa & potenter alere, & extra omnium hoſtium
tela collocatos , tueri poſsit . Hoc ſiquidem meæ doctrinæ peculiare eſt ,
3 ut & fideles potenter nutrire , & hoſtes fortiter ferire poſsit , proculque
arcere .

Vinea fuit pacifico in ea qui habet populos. Hebr. Salomoni in Baal Hamon tradidit eam cuſtodibus , vir affert pro fructu eius mille argenteos .

4
O mea Eccleſia , vere tu quidem , & pie ingentia tua incrementa mihi fers *Chriſtus.*
accepta , qui tibi omnes remiſi iniurias & noxas , tecum pacem feci , te patri
meo reconciliaui, meo ſanguine expiatam, proprięquè vitę precio, de ſatanæ
redemptam tyrannide mihi aſſerui , omni gratiarum genere dotaui, excolui, &
exornaui, teque per omnes gentes , & nationes & populos propagatam, in-
ſtar vaſtæ cuiuſdam vineæ , magno emptæ , meis apoſtolis , & eorum ſucceſ-
ſoribus epiſcopis, ac doctoribus excolendam tradidi, & cuſtodiendam. His
ego ſemper faueo, ac vires, fœliceſque ſucceſſus tribuo, quorum, & mea in
5 primis opera , induſtriaquè, ferax tu & fructuoſa patri meo facta es . Tuos il-
le fructus tanti æſtimat, vt mihi in primis tuæ feracitatis, & fæcunditatis au-
ctori, pro meis in te meritis , ampliorem, quàm vt facile dici aut cogitari poſ-
ſit, reponat gratiam. Me nanquè propterea quòd, vt quę ipſe de te mihi man- *Phil. 2.b*
data dederat , omnino pręſtarem , ad mortem vſque abiectiſsimam me abic-
ci, ab inferis excitatum, uitæ reſtituit immortalem : atque ſublimem euectum
in cœlum , omnibuſque tam angelorum , quàm hominum ordinibus , ac po-
6 teſtatibus præfectum , dextrum ſibi facit aſsidere : & unà ſecum cœleſtia ſi-
mul ac terreſtria moderari, parique, immo uerò eadem fruentem gloria, apud
omnes tam qui cœlos , quàm qui externum terræ ambitum , & qui intimos *Heb.1.a*
eiuſ-

eiuſdem receſſus colunt, in eodem diuinitatis honore haberi, colique, & 1
obſeruari. Quin & apoſtolis meis & martyribus, quique iiſdem cum illis hactenus ingreſsi ſunt veſtigijs, epiſcopis & doctoribus operoſis cultoribus, & ſolicitis cuſtodibus tuis, optimus ille pater Deus quantam maximam pro ſuis quiſque meritis capere poſſunt, rependit mercedem, & uitam beatam.

Vinea mea coram me eſt. Mille tui pacifice, & ducenti iis qui cuſtodiunt fructus eius.

2

Verum enimuero hoc tempore nihil certe mihi gratius, nihilve optabilius contingere potuit, quam quod uideam populum Iudaicum, uineam illam electam, quam olim plantauit ſummus agricola pater meus, ad optimum ingenium primigeniarum ſuarum uitium, Abrahami, Iſaaci, Iacobi, & aliorum inſignium maiorum ſuorum, atque meorum, a quibus maxime degenerauerat, rediiſſe. Hæc ſane uinea tanquam mihi cognata, & hæreditaria, mihi ſemper chara fuit: & eius unius maxime reſtituendæ, atque excolendæ gra-
tia, ad homines Iudæos Iudæus ego, & Iudæorum miniſter factus, de cœlo 3
deſcendi, ſanguinem & uitam profudi: neque quicquam quod ad ipſius reſtitutionem faceret, ac culturam, unquam omiſi, quin ad patrem reuerſus in cœlum, pro meis fratribus, & cognatis, orare nunquam deſtiti, donec, quod ipſi iam uideris, meliorem ipſis mentem impetraui: & quod iam olim dum in humanis agerem, illique maxime laborarem, promerueram, obtinui. Nempe, ut mea opera expleta lex uetus, ceu maceries quædam ruinoſa, quin & peccatum, omnis inimicitiarum, tum inter Deum & homines, tum inter duos populos, cauſa tolleretur: atque ex duabus ingens una fieret
uinea, patri meo perquàm utilis, & fructuoſa. Hanc ego acceſsionem tuam, 4
quæ tam multis nominibus ad me attinet, haud ſecus quam te mea gentilis Eccleſia, ſedulo curare, ac diligenter colere, inſtitui: tibique & uobis omnibus epiſcopi, & doctores mei, ſumma cura, omnique ratione excolendam, ac cuſtodiendam committo. Veſtrum erit, ueſtram omnem operam, & induſtriam in ipſam collocare: & pro uirili ueſtra, ut uberrimos ex ea fructus pater meus capiat, efficere. Suum quiſque bona fide munus obeat, ego omnibus adero, ego uires ſuggeram, ego uoſque, & hanc uineam meam curabo, ueſtros conatus, ut fœliciter cedant, cœleſti agricolæ gratum facturus, ef-
ficiam. A quo uiciſsim ampliſsima ipſa ſpero, & uobis pro ſuo cuique modo, & 5
labore, polliceor præmia. Vigilate igitur dum redeo: & ſtrenuam meæ uineæ nauate operam, meos hortos curate ſedulo.

Matt.15.c *Rom.15.* *Ioan.3.d* *Heb.7.d* *Eph.2.d* *5.Cor.4.d*

Quæ habitas in hortis, amici auſcultant: fac me audire vocem tuam.

6

Iſai.61.d *Eze.36.g* *Iere.31.b.*

O mea ſuauiſsima Eccleſia catholica, quæ & ipſa hortus es mihi gratiſsimus, & omnium mearum Eccleſiarum, ac ſingulorum electorum, uelut hortorum

1 torum meorum, ſatagis, Ecce iamdiu & ſæpe ſæpius abs te uocatus, uenio, ad-
ſunt mecum omnes Angeli ſodales mei, & communes amici noſtri. Fare iam,
age, quid metuis? Quid eſt, quod teque, tuumque ſpiritum aſsidue clamare au- *Apoc.22.A*
dio, Veni, ueni, ueni domine Ieſu. Ecce, Iam ueni, ſicut olim promiſi: & mer-
ces mea mecum eſt, ut reddam unicuique iuxta opera ſua. Coram ſum, quem
uocas. Opta quod velis. Tu modo loquere. Scis enim, me tua oratione miri-
fice delectari. Delectantur & ea hi omnes amici noſtri: teque loquentem idcir-
co audire percupiunt. Hi hactenus preces & uota tua ſumma cum uoluptate au-
ſcultarunt, & ad me bona fide retulere: te mihi, patrique meo de meliore ſemper
2 nota commendare ſoliti, & in hoc (ut aliquando monui) patris mei cœleſtis faciem *Mat.18.b*
perpetuò obſeruantes.

Fuge dilecte mi, aſsimilare capreæ binnuloque ceruorum ſuper montes aromatum.

Optime & vita mea mihi charior, ſponſe mi domine Ieſu Chriſte, veniſti *Eccleſia.*
tandem diu multumque vocatus mihi, & expectatus, Felix, fauſtuſque ſit no-
3 bis aduentus tuus. Ecce iam exoptata ſpirat regenerationis noſtræ dies, iam te
exorto, ſummo ſole, & Rege noſtro, principum omnium & poteſtatum, ceu *5.C.4.b*
liqueſcentium montium, vmbræ contrahuntur: iam omnis creatura liberabi-
tur a ſeruitute corruptionis: iam vita noſtra, quæ hactenus in te condita la-
tuit, vnà cum tua vita, & gloria, vniuerſo orbi reuelabitur: iam corruptibile
hoc corpus induet incorruptionem, & mortale immortalitatem: iam denique *Rom.8.d*
tecum de peccato & morte triumphaturi, hoſtibus noſtris. O ſæuum hoc car-
men canentes, inſultabimus, *Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors victoria* *Colo.3.a*
tua? Vbi eſt mors, peccatum, ſtimulus tuus? Bonum certamen certauimus, curſum *1.Cor.15.g*
4 conſummauimus, fidem ſeruauimus, vicimus. Gratias quantas maximas ani-
mi noſtri capere poſſunt, habemus, & agimus Deo patri ſummo, tibique eius *Oſe.13.d*
ſummo filio Domine Ieſu Chriſte, per quem ille primum elegit nos ante ia-
cta mundi fundamenta, vt eſſemus ſancti & inculpati in conſpectu eius per *1.Tim.6.*
charitatem: pro magnifica deinde electione hac omni benedictione ſpirituali *Ephe.1.a*
in cæleſtibus benedixit, vt vnà tecum reſuſcitati & uiuificati, inter cælites unà *Ephe.2.b*
tecum ad dexteram patris ſedente ſupra omnem poteſtatem, & uirtutem, & *Ephe.1.d*
dominationem, & quodcunquè tum in hoc ſæculo tum in futuro nominatur
nomen, aliquando confideamus. Inſignem deniquè hanc uictioram nobis
5 comparauit, per quam itur ad triumphum, & æternum Regnum tuum. Hoc *Mar.13.d*
tantum reſtat dicere, tequè orare optime maxime Ieſu Chriſte, quod iam di- *Matt.25.c*
co, tequè ſupplex oro, ut omnibus ſublatis moris, ſicut olim promiſiſti, nos *1.The.4.c*
omnes ex quatuor plagis ad te uenire iubeas: nos, (ut uates tuus Paulus futu-
rum prædixit) ad te in iſtam lucidiſsimam nubem rapias: tequè, & nos è con-
ſpectu hominum impiorum quàm celerrime in cœlum ſubtrahas, procul e fœ-
tidis huius mundi montibus ferinum Leonum & Pardorum uirus olentibus,
6 in montes cœleſtes omnium gratiarum, & uirtutum tuarum, ac uotorum no-
ſtrorum aromaticam ſpirantes fragrantiam. Audiat tandem de te obſecro tua

Eccle-

Eccleſia promiſſa illam iucundiſsimam vocem tuam. *Tota pulchra es amica mea:* I
& macula non eſt in te. Veni de Libano ſponſa mea, ueni, de Libano, ueni, coronaberis.
De capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, De cubilibus leonum, & de montibus
Mat. 25. c *Pardorum*. Item & illam, *Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis a con-*
ſtitutione mundi Regnum. Iuſſeris, ad te imus, ad te rapimur, tecum ſemper
beatæ victuræ. Amen.

Paraphraſtica expoſitionis

FINIS.

COSMAE DAMIANI HORTOLANI

COMMENTARIA

In Canticum Canticorum Salomonis,

IN QVINQVE PLENIORIS Interpretationis Libros diſtributa.

LIBER I. ACTVS I.

Oſculetur me oſculo oris ſui.

ECCE, in ſcenam prodit puella Regia ſummi Regi filio
iam pridem deſponſa: quæ miſerando quodam caſu è pa-
5 terna regia abducta, inter Barbaros hoſtes ſub Barbaro
tyranno inuita cum detineatur, frequentes ab Imperato
re accipit nuntios illius uerbis bono eam iubẽtes eſſe ani
mo. Breui enim affuturum regium ſponſum, a quo in li-
bertatem aſſerenda ſit, & priſtinæ dignitati maiore quam
antea cum gloria, reſtituta, optatis nuptijs potitura. Lon
gioris tamen moræ impatiens, nullos iam ad ſe mitti nun
6 tios: ſed ipſe ut aliquando ueniat ſponſus, hoc miſſo libello ſummum Regem
ſupplex orat. *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Sic diuinus noſter Poeta Salomon hoc
Epitalamio in huius mundi ſcenam producit Eccleſiam Dei patris ſummi filiam:

H ad

ad cuius imaginem & ſimilitudinem ab ipſo facta ſit, & Chriſto unigenito eiuſ- 1
Gen.2.d dem filio ab orbis initio uerbis illis pacta: *Propter hoc relinquet homo patrem &*
matrem, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna. Sed quæ ſer-
Ephe.5.g pentis aſtu a ſplendente Paradiſi regia in tenebroſum huius mundi regnum ſe-
ducta inter rectores harum tenebrarum, & ſub horum truculento principe Sa-
thana, inuita detinetur: & ſe duram ſub lege peccati ſeruire ſeruitutem, cum
Rom.7.d Paulo in hunc modum queritur, *Condelector legi Dei ſecundum interiorem*
hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę,
& captiuantem me ſub lege peccati, quę eſt in membris meis. Infœlix ego ho-
mo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Grauiter etiam dolet ob pecca- 2
tum primi hominis mortem in omnem illius poſteritatem, atque adeo in par-
uulos, qui nihil peccarint, niſi quòd, in communi illo omnium parente, quum is
Rom.5.b peccauit, fuerint, eiuſdem peccati rei ſint, irrupiſſe. *Per vnum hominem* (ut aſ-
firmat Paulus,) *peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita mors*
in omnes pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. Et rurſum. *Regnauit, inquit,*
mors ab Adam vſque ad Moſem; etiam in eos qui non peccauerunt, in ſimilitu-
dinem prævaricationis Adę. Dolet præterea, propter peccatum illud, Adamum
ſibi & ſuis poſteris iuſtitiam, quæ ipſi congenita fuerat, amiſiſſe, & Dei gratiam,
quibus amiſſis uiribus & adiumentis, ſic attenuatum inclinatumque ſit liberum 3
hominis arbitrium, ut male quidem per ſe agere & peccare poſsit: bene agere ue-
ro & quæ Deo grata ſunt, ac cęlo digna efficere non item. Sic contenebratam eſ-
ſe hominis mentem, quæ antea Dei ſenſum probe tenebat, ut quæ recta eſſent, &
illi placita acute cerneret, & corporis ſui domina hæc eadem corpore nihil reni-
tente præſtaret: Iam nunc in poteſtatem redacta corporis, malis cupiditatibus ſer-
uire cogatur: ac tetris perturbationibus obnubilata, quod bonum & rectum eſt
videre vix poſsit. Quin quod bonum eſſe, procul, & ceu per nebulam viderit, in
vniuerſum, ac velit, perſequi nequeat & ad opus exigere: ſed in malum quod
Rom.7.c odit & auerſatur cęca precepſque rapiatur. *Ego* inquit Paulus perſonam hominis 4
lapſi agens, nec dum reſtituti, *carnalis ſum, venundatus ſub peccato: quod enim*
operor non intelligo. Non enim quod volo bonum hoc facio: ſed quod odi malum.
Et Medæa apud Ouidium ſic queritur, video meliora, proboquè: deterio-
ra ſequor. Accedit ad doloris cumulum, quod à lege vnde contra hæc mala ſe
maxime adiutum iri ſperauit, nihil ſubleuetur: quin potius inde magis exaſperato
ac reuiuiſcente peccato, morti obnoxiam magis ſe eſſe deprehendat, quàm ante
Rom.7.b acceptam legem. *Ego inquit idem Paulus viuebam ſine lege aliquando: Quum*
autem veniſſet mandatum, peccatum reuixit, ego autem mortuus ſum, & inuen-
tum eſt mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem. Diligenter igi- 5
tur obſeruans infælicem ſortem ſuam, & extremam miſeriam, in ſola Dei gratia,
quæ hactenus paucis obtigiſſet, ſuorum omnium malorum præſentiſsimum reme-
dium ſitum eſſe animaduertertit, memor promiſſum ſibi a Deo fuiſſe ſanctũ illud
Gen.22.d Habrahami ſemen, & diuinum nepotem, qui hominis noxam præſtaret, iniuria-
rum omnium obliuionem induceret, pacem faceret, Deum homini placatum red-
deret, & hominem Deo gratum: cuius denique merito omnes gentes eſſent be-
nedicendæ. Memor inſuper illius legationis, quam olim per Oſeam Dei lega- 6
Oſea.2. tum accepit, *Sponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in Iuſtitia, &*
iudicio, & miſericordia, & in miſerationibus; & ſponſabo te mihi in fide, & ſcies

quod

1 *quod ego dominus*. Item & huius, quam ipſi explicauit ille alius legatus diſertiſsimus Iſaias in eandem ſententiam. *Videbunt gentes iuſtum tuum, & cuncti* Iſai.62.
Reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit: & eris corona gloriæ in manu domini, & diadema regni in manu Dei tui. Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur vltra derelicta: ſed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata. Hebr. Beula (id eſt) maritata: *quia complacuit domino in te, & terra tua inhabitabitur:* hoc eſt marito iuncta erit: *habitabit enim iuuenis cum uirgine, & habitabunt in te filij tui, & gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, & gaudebit ſuper te Deus tuus*. id eſt. Sicut enim
2 adoleſcens virginem ſibi maritat, ſic maritabunt ſe filij tui tibi: & ſicut ſponſus gaudet ſuper ſponſa ſua, ita gaudebit ſuper te Deus tuus. Has & pleraſque alias in hanc ſententiam ad ſe a Deo miſſas legationes recolens, & ſecum reputans ſponſa, Item & decurſa tempora ad calculum ex oraculis patriarchæ Iacobi, & Danielis prophetæ reuocans, ac ſuorum temporum ſtatum diligenter conſiderans, nempe Herodem hominem alienigenam in Iudæa regnare, Sacerdotium exteris uendere, omnia tum humana, tum diuina iura prophanare, iam inde cum præſentiatur ſponſum aduentare non ornata intortis, criſpantibuſque calamiſtro crinibus, non auro & margaritis, veſteue
3 precioſa: ſed modeſto habitu verecundiæ & ſobrietatis, omniſque pietatis, & uirtutum omnium ornamentis conſpicua, defixis in terram genibus, puras manus leuat, intentiſque in cœlum caſtiſsimis oculis in eandem ſententiam, in quam olim orabat Iſaias, Deum patrem ſupplex orat, ut deſinat iam legatos prophetas ad ſe mittere, ipſe tandem ſponſus ueniat, ipſe optatiſsima oſcula præbeat. *Oſculetur me (inquit) oſculo oris ſui*. Vt enim propheta ille in gratiam huius ſponſæ ſe non prius orandi finem facturum, quam quæ ſponſæ optabat, impetraſſet, dicere ſolitus erat. *Propter Sion non tacebo, & propter Ieruſalem non quieſcam, donec egrediatur, vt ſplendor iuſtus eius, & Saluator eius,*
4 *ut lampas accendatur*. Quin & ipſam quoque ſponſam his verbis hortari. *Qui reminiſcimini domini, non taceatis, & ne detis ſilentium ei donec ſtabiliat, & donec ponat Ieruſalem laudem in terra*: ut inquam Propheta ille longe ante aduentum filij Dei in gatiam Eccleſiæ, quæ ſpiritalis Syon eſt, & cœleſtis Ieruſalem, nimirum quæ è fidei ſpecula gloriam domini contemplatur, & pacem Dei uidens, in cœlis iam conuerſatur, obfirmato animo, Deum patrem orare ſolitus erat, & ipſam ut pro ſe oraret, hortari Eccleſiam, ut aliquando tandem decretum ſuum ipſe exequeretur, quo ut ait Paulus, inſtituiſſet in diſpenſatione plenitudinis temporum per Chriſtum filium ſuum omnia tam cœleſtia, Ephe.1.
5 quam terreſtria inſtaurare, maxima illa promiſſa præſtare, per quæ Eccleſiam filio ſuo coniungeret, ſuæque naturæ, ut teſtatur Petrus, participem faceret: 2.Pet.1.
ſic etiam Eccleſia ubi ea tempora decurſa eſſe eodem ſpiritu docta deprehendit, Deum patrem pro ſe orare non ceſſat, ut, quę pater ille optimus Maximus multis oraculis, multiſque in hoc miſsis legatis ſe exhibiturum generi humano filium ſuum Eccleſiæ ſuæ ſponſum, & conſiliatorem promiſit, exhibeat: qui ſe non a tyrannide Pharaonis, non ab operibus luti, & lateris, non ab
6 ægypto, ut olim liberari orabant filij Iſrael, ſed a longe grauiori Diaboli tyrannide, qui habet mortis imperium, a luteo corpore peccati & mortis aſſerat, a tenebroſo ſathanæ regno in regnum gloriæ ſuæ transferat, & diuinæ pariter, at-

H 2 que

que humanę naturæ, quæ in eo mirabilis futura ſit, coniunctione, ſpeciem velut 1
ſuauiſsimi oſculi ſanctæque fidei & mutuæ beniuolentię coniugalis ſymbolum
ſibi præbeat, certiſsimumm futurum argumentum, quo ſe iam placatum homini-
Iere. 31. bus eſſe oſtendat, pacemque cum ipſa feciſſe, & quam per Ieremiam pollicitus ſit,
ἀμνηστία quæ demum orationis illius vis eſt *oſculetur me oſculo oris ſui*. hanc
vero nos orationem eſſe electorum, qui aduentum Chriſti proxime præceſſerunt
retro docuimus in noſtro introductorio. Atque hæc omnia ſponſæ tam facile an-
nuiſſe Deum patrem, ſtatim Chriſto nato ſic concinentes angeli nobis gratulan-
Luc. 1. tur, *Gloria in excelſis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis* . Vel vt in
Græco eſt εὐδοκία hanc ergo *ἀμνηστίαν*, hanc pacem, & Dei erga homines bonam 2
voluntatem ſibi dari, ſub nuptialis oſculi tropo Deum patrem orat Eccleſia.
Hoc ipſum oſculum gratia illa eſt, & pax quam a Deo patre noſtro, & domino Ie-
ſu Chriſto omnibus Eccleſijs Paulus imprecatur. Hoc ſane oſculum illud eſt,
quod iam iam ad patrem tranſiturus Eccleſię præbet Chriſtus, quum apoſtolos
Ioan. 14. ſic affatur. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis* . Quod ipſum oſculum
deuicta morte, omnibuſque hoſtibus ſuperatis victor ſponſus rediens eidem al-
tius infigit ſponſæ, pacem ſuis apoſtolis precatur, & ſpiritum ſuum vnà cum po
Ioan. 20. teſtate remittendi peccata eademque retinendi impartiens. Quem quidem ſpiri-
Eſa. 66. tum in die Pentecoſtes tanquam promiſſum illum apud Iſaiam pacis fluuium co 3
pioſiſsime in eoſdem quum effudiſſet, tot ille tunc oſculis ſponſam ſuam ſuauiſ-
ſime deoſculatus fuiſſe videtur, quot gratias & chariſmata ſpiritualia ea die ſuis
impertijt. Quin & quot hominibus peccata remiſit, quot præcepta dedit, & conſi
lia, quot ſapientiæ ſuæ aperuit myſteria, quot morbos curauit, quot dæmones ex
cluſit, quot mortuos ſuſcitauit, quot denique beneficia nobis tribuit; tot ipſe
ſponſus oſcula ſponſæ ſuæ dedit ſuauiſsima . Et hæc tam multiplicata ſibi
dari oſcula, pluratiuo numero illa vtens in Hebræo ſic poſtulat יִשָּׁקֵנִי מִנְּשִׁיקוֹת פִּיהוּ:
hoc eſt, oſculetur me oſculis oris ſui. Quomodo etiam legit & interpretatur
Apolonius in doctiſsimis, quos in hunc librum ædidit Commentariis. Poſſumus 4
& hunc tropum ſic patri accomodare, vt per filium ſuum viſus ſit velut oſcu-
lis & contactu oris ſui genus humanum & Eccleſiam ſuam velut ſponſam oſcu-
lari, quum ille, qui ſe ex ore altiſsimi prodijſſe gloriatur, humanæ naturæ
Eccle. 24. iunctus eſt, & quæ memorauimus in Eccleſiam ſuam contulit beneficia, &
omnium ſummam ſpiritum ſuum, per quem quaſi oſculo ſponſi in os ſuum
inſpiratum, ſic illi adhæſit Eccleſia, vt vnus cum eo ſpiritus facta ſit, qui ſic
1. Cor. 6. ipſi adhæſiſſet, vt vna cum ea fieret caro. Qui enim adhæret Deo, (inquit
Geneſ. 2. Paulus) vnus ſpiritus eſt. Et idem quum citat verba illa ex Geneſi, *pro-
pter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori ſuæ , & e-* 5
runt duo in carne vna , exclamat, Sacramentum hoc magnum eſt. Ego
autem dico in CHRISTO & Eccleſia. Atque inde probat, nos mem-
Ephe. 5. bra eſſe corporis CHRISTI, de carne eius, & de oſsibus eius. Et ali-
bi vtrumque complexus myſterium, quia inquit pueri communicauerunt
carni & ſanguini, & ipſe communicauit eiſdem. & CHRISTVS de pri-
Heb. 2. ma coniugij inſtitutione loquens, ſuum ſermonem ſic concludit. *Itaque* 6
iam non ſunt duo, ſed una caro . Hæc uero uerba Auguſtinus in Pſalm.
trigeſimo, accommodans myſterio CHRISTI & Eccleſiæ, CHRI-
STVS inquit caput & corpus ſuum, ipſe dixit quum de coniugio loque-

retur

1 retur, erunt duo in carne vna, igitur iam non duo, ſed una caro fit. Ergo tanquam ex duobus vna quædam perſona ex capite & corpore, ex ſponſo & ſponſa. Nam vnitatem perſonæ huiuſmodi miram & excellentem commendat Iſaias Propheta. Nam loquens etiam in eo Chriſtus tanquam in Propheta, ait. *Sicut ſponſo alligauit mihi mitram: & ſicut ſponſam ornauit me ornamento*. Se dixit ſponſum, ſe dixit ſponſam. Quare ſe ſponſum? Quare ſe ſponſam? niſi quia erant duo in carne vna? Hæc itaque admiranda oſcula illa ſunt, hæc illa ineffabilis corporis & animi ad ſponſum ſuum adhæſio, & quam Eccleſia vehementer expetit, totaque animi contentione patrem ſponſi orat, unitio, quum ait, oſculetur
2 me oſculo oris ſui. Id vero abruptum eſt dramatis principium de more amantium, præquè amoris ui, ac perturbatione nec ordinem, nec modum, nec orationis perſpicuitatem in amoris ſignificatione ſeruantium. Habet etiam repetitio illa *oſculari oſculo*, amoris Epitaſim, & Emphaſim Hebraicam, qualis eſt illa, morte morieris, pro eo quod nos dicimus, omnino morieris, ut etiam hoc loco pro eo id dictum accipimus, omnino me oſculetur. Quin & numerus multitudinis vehementiam amoris habet: ſic enim indicat, ſe non contentam fore uno oſculo: ſed adeo familiarem & aſsiduum ſibi optare ſponſum, ut aſsiduis ipſius oſculis frui poſsit, & delitijs. Eodem etiam ſpectat pleonaſmos ille. *Oſcu-*
3 *lis oris ſui*. Poſſunt & hæc uerba tropologicos unicuique animæ perfectæ accommodari: & omnium maximè beatiſsimæ illi uirgini Mariæ, cui uni tanquam abſolutiſsimæ, & gratiſsimæ Deus pater filium ſuum oris ſui oſculum chariſsimum, atque omnium gratiarum oblectamenta contulit. Conueniunt denique hæc eadem verba anagogicos Eccleſiæ in caſtris huius mundi militanti, & ad trophæum delitiaſque eius Eccleſiæ, quæ iam ſumma cum gloria in cœlo triumphat, anhelanti. Hæc enim primitias ſpiritus cum acceperit, intra ſe gemit interim dum adoptionem filiorum Dei expectat, Nimirum, redemptionem corporis ſui: & eam libertatem, quum legibus ſoluta corporeis, toto ſpiritus impe- *Rom. 8.*
4 tu in Deum ferri poſsit, & in unum ſpiritum cum eodem omnino commiſceri. Sed abſtruſiores ſacrarum literarum ſenſus, & altius philoſophandi ſcientiam ſapientioribus concedentes, nos humiles hiſtoricum ſenſum duntaxat, & allegoricum perſequi, continuandæque ſacræ hiſtoriæ rationem his commentarijs tradere contenti ſumus. Poſtremo illud etiam annotare uiſum eſt, hanc ipſam rationem Idiotiſmum poſſe habere Hebraicum, vt in tertia perſona ad ſecundam dirigi poſſe uideatur: qui hebraiſmus in ſacris literis frequentiſsimus eſt, qualis ille eſt hoc libello ſemel & iterum repetitus, *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*. Pro eo quod eſt, læua tua ſub capite meo ſit, & dextera tua
5 amplexetur me, o ſponſe mi. Quo etiam modo hoc dictum eſſe ſponſæ uideri poteſt. O ſponſe mi, oſculare me oſculo oris tui. a qua phraſi ne ipſi quidem abhorrent Græci. Nam Heſiodus ſtatim initio libelli, quem ipſe inſcripſit ἔργα καὶ ἡμέραι *Heſiodus.*
ad muſas loquens σφέτερον πατέρα, id eſt, ſuum patrem dixit, pro veſtrum patrem. Quo etiam idiotiſmo nos hiſpani honoris, aut blanditiarum gratia ſæpe vtimur: & ſcripturam quotieſcunque vtitur, ſemper vti certum eſt. Quod vtrumq; orationem ſponſæ maxime decet. Illud quoque admonere lectorem operæ precium
6 viſum eſt, Eccleſiam, quæ hoc loco ſub typo ſponſæ inducitur orans Deum patrem, ut filium ſponſum ſuũ ad ſe mittat, aut ipſummet ſponſum, ad ſe ut accedat, in Apocalypſi induci ſub typo mulieris grauidæ, nẽpe quę Dei filiũ iam per fidem *Apoc. 12.*

H 3 &

& ſpem cum mente conceperit, hunc ipſum vehementer aueat corpore concipe- 1
re, hominem factum in lucem ædere. Id uero promiſſum ante multa ſæcula cum
Prou. 17. hactenus dilatum ſit, ipſam quaſi parturientem cruciet. Vt enim alibi idem, qui
hunc libellum conſcripſit Salomon, ait, *ſpes quæ differtur cruciat animum*. Quos
vero det clamores hæc mulier ſic parturiens paulo ſuperius ex prophetis retuli-
mus: eorum porro ſummam hic complecti uidetur clamor, *Oſculetur me oſculo
oris ſui*. Cum.n.res eadem myſtice & ſpiritualiter tractatur, pro varijs myſteriis
Auguſt. & myſticis ſenſibus, quos idem locus (ut docet Auguſtinus) in ſacris literis ſæpe
continet, iiſdem perſonis varias & admodum diuerſas perſonas accomodare ni-
hil uetat. Itaq; de hac oratione Eccleſiæ ut perſonam ſponſæ q̃ nobis hactenus di 2
cta ſunt, eadē eidē Eccleſiæ ſub perſona mulieris grauidæ, & Dei filium parturiē
tis facile fuerit accomodare. Nam nihil incommodi eſt, ſi Eccleſia ſponſa dicatur
Chriſti, quatenus per fidem & aquæ lauacrũ verbo vitæ accedente (ut docet Pau-
Ephe. 5. lus) eam ſibi ille deſpondit, & eadem mater Chriſti vocetur, qua ex uirgine Maria
quæ pręcipua pars Eccleſię ſit, natus ipſe eiuſdē filius eſt. Quēadmodũ ꝓpea q̃d ex
Maria natus eſt, filius Dauid in Euangeliis, & apud Paulum ex ſemine Dauid, ſm̃
carnem natus dr̃. In quem ſenſum expoſita uerba hæc, *oſculetur me oſculo oris ſui*,
conuenienter ẽt per tertiam ad ſecundam perſonā referuntur. Nempe, ad Dei fi-
lium, quem Eccleſia precetur, ut condonatis ſibi iniuriis, & ſecum facta pace, iam 3
tandem in ſe illabatur: & de uirgine inclyta homo factus in lucem prodeat: quod
ipſa ſtupendum liberationis ſuæ ſignum indubitata fide, & Iſaiæ oraculo nixa
iamdiu expectat. Atque ita minus abrupta uidebitur Enallage perſonæ, & oratio
magis continens, quum hæc in ſecunda perſona ſtatim ſubiungit ſponſa.

Quia meliora ſunt ubera tua vino.

Vaſtus eſt hic hiatus propter admirandam breuitatē quā amant ſacræ literæ, & uel
maxime in hoc libello amatorio, ꝓp cauſas iā nobis in Iſagogico libello expoſitas. 4
Relinquitur enim lectori cogitandum, exauditam fuiſſe orationem ſponſæ. ſpon-
1. Ioan. 1. ſum tandem ueniſſe, eam complexum oſculatumque fuiſſe, ſeq; eidem cōplecten-
dum, osculandum & fouendum exhibuiſſe: ſponſam uero de uerbo illo uitæ, quod
(ut teſtatur Ioannes) fuit ab initio, quod ipſa audiuerit, quod oculis ſuis uiderit
ac perſpexerit, quod manibus ſuis contrectauerit, facta ad ſponſum apoſtrophe
hæc referre. *Quia meliora ſunt hubera tua vino*. His uero uerbis immenſam quā
ex præſentia & conſuetudine ſponſi ſui ipſa capiat uoluptatem, ſignificari intelli-
Pſal. 30. gimus. *Quam magna inquit Dauid multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam ab-
ſcondiſti timentibus te, perfeciſti eis, qui ſperant in te in conſpectu filiorum hominum*, 5
& alibi, *Inebriabuntur ab vbertate domus tuę, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos*.
Pſalm. 35. Hanc igitur incredibilem ſponſi ſuauitatem ſolis piis homini-
bus, & qui Deum religioſe colunt, notam, ſub Symbolo huberum, quæ im-
piis humanæ uoluptatis uino ebriis uidere, nedum contrectare, aut ſugere
non permittitur, ſponſa exprimit his, כִּי טוֹבִים דֹּדֶיךָ מִיָּיִן quæ nonnulli ex ſen-
tentia hebræorum ſic uertunt, Quoniam meliores ſunt amores tui uino. No-
men enim דוד hebræis homonymum eſt ad amorem, & huber. Spectantes ita- 6
què Hebræi & noſtri qui Hebræorum ſequuntur ſententiam; perſonam ſpon-
ſi, cui hubera, mulieribus tantum alendi fœtus gratia a natura tributa) ut docet
Augu-

1 Auguſtinus)præter decorum ſit tribuere,amores malunt hoc loco vertere,quàm
hubera. Quod etiam præſenti argumento longe magis videtur congrue-
re. Ex latinis ſunt, qui vt noſtram tueantur æditionem, & ſermonis vi-
tent improprietatem, hæc verba volunt eſſe ſponſi ad ſponſam. Sed hos
Lyranus iure arguit ex vi ſermonis Hebraici, vbi pronomen affixum ma-
ſculini generis ſit, aut ſaltem pro maſculino receptum Hebræis, qui non דודיך *Fabius.lib. 8.cap.6.*
Sed דדיך legunt. Iam ergo pro vulgata æditione dicat aliquis,in ea eſſe catacre-
ſim, qualem illam eſſe vult Fabius, Leo pariet, at pater eſt. Et ne longe exempla
petamus, qualis etiam illa eſt apud Paulum, *Filioli mei, quos iterum parturio, do-*
2 *nec formetur in nobis Chriſtus*. Manifeſta eſt enim hoc loco abuſio, vbi Paulus *Galat.6.*
dolori quem patitur, in reuocandis ad Chriſtum Galatis non habenti ſuum no-
men, parturiendi vocabulum tribuit. Sic & hoc loeo Salomon alimoniæ ſpiri-
tuali, nempe doctrinæ Euangelicæ, & ſpiritus ſancti donis, quibus ſponſus ſuã
alit Eccleſiam, cum proprio careat, nomen tribuit lactis, quod per methony-
miam appellat hubera. Sunt & qui metalepſim. i. tranſumptionem hic eſſe pu-
tant, a viſceribus ad hubera, per quæ volunt viſcera miſericordiæ Dei noſtri,
quorum meminit Zacharias in Euangelio, ſignificari. Vt etiam hoc modo gemi- *Luca. 1.*
nus hic ſubſit tropus, abuſio & tranſumptio. Ego vero hoc loco etiam citra cata-
3 creſim ſub allegoria, Methonymia & methalepſi abditiſsimum quendam ſenſum
latere exiſtimo. Cuius inueniendi gratia, quum eos, qui de naturis animalium ſcri *Ariſto. Hi-*
pſerunt, euoluerem, apud Ariſtotelem ſic ſcriptum inueni. In maribus inquit *ſto.ani.li.1*
lac fieri poteſt. & alio loco. Maribus inquit, magna ex parte nec beſtijs nec ho- *cap.12.li.*
minibus gignitur lac. Fieri tamen poteſt, ut aliquibus interim gignatur. nam & *3.ca.20.*
in Lemno inſula, capro ex mammis, quas geminas iuxta genitalia gerit, tantum la-
ctis emulgebatur, ut coloſtra inde conficerent. Quod idem etiam proli maſculæ
illius eueniſſe accepimus. Sed hæc oſtentis annumeranda potius ſunt. Nam &
Lemnio illius pecoris domino conſulenti Deus amplius incrementum peculij fu-
4 turum reſpondit. Viris poſt pubem exiguum nonnullis exprimitur. Veruntа-
men per ſuctum frequentiorem, vel multum aliquib. prodijſſe, traditum eſt. Quod
ſi licet hæc, quæ de natura hirci ab Ethnico philoſopho prodita legimus, ad Chri
ſtum transferre, ſub hirci typo non rarò adumbratum in ſacris litteris, admodum
fit veriſimile, Salomonem animalium naturas apprime callentem, quod rarum eſt
in animalibus, & oſtenti loco, ſignum tamen amplioris futuri gregis, quum de ſpi
rituali generatione & gregis Chriſtiani propagatione loqueretũ, hoc ipſum Chri-
ſto ſpiritualis gregis uiro, conſultò tribuere uoluiſſe: ut futuram ſub illo innu-
meram ſobolem ſignificaret: quam deinde Iſaias apertius in hæc uerba deſigna-
5 ret; *Lętare ſterilis quæ non paris, decanta laudem, & hinni, quę non parturiebas,*
quoniam multi filij deſertę: magis quàm eius, quæ habebat uirum. dicit domi-
nus. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende: ne par-
cas, longe fac funiculos tuos & clauos tuos conſolida: ad dexteram enim & ad lę-
uam penetrabis, & ſemen tuum gentes hęreditabit, & ciuitates deſertas inhabi-
tabunt. Huius porro olim ſterilis & deſertæ ſponſus uir ille perfectus eſt, ex cu- *Eſa.54.*
ius huberibus recens geniti infantes copioſiſsimum illud lac poſsint ſugere,
6 quod ut appetant, omni poſita malitia, omni dolo, inuidia, ſimulationibus om-
nibus depoſitis, & detractionibus, hortatur Petrus, ut ipſius uſu optime alti, ad
iuſta poſsint peruenire incrementa & in perfectos uiros euadere. Appetunt *1.Pet 2.*
H 4 au- *Luca 11.*

autem rationabile & doli expers lac, qui (ut ipſe ſponſus iubet) robuſta nixi fide, ſemper erant, & indefeſſo orationum ſuctu ipſius fatigant hubera : nec fruſtra nitentes cæleſti affatim fruuntur nectare & ambroſia. Præterea ſicut Apoſtoli in Chriſti locum ſuffecti modo uiri, modo fœminæ, modo patris, modo matris & nutricis, pro variis officijs, quæ Eccleſiæ præſtant, perſonam induunt. (Paulus enim Corinthiorum patrem, Galatharum matrem, & Theſſalonicenſium nutricem profitetur. Et ipſemet Deus modo patrem piorum hominum, modo matrem agit) ſic & Dei ſapientia hoc loco eiuſdem Eccleſiæ viri, & matris perſonam uideri poteſt ſuſtinere, & pro matris officio quod paruulis adhuc præſtat, hubera ipſi attributa eſſe commode poſſumus intelligere. Nec quemquam debet offendere, quòd eodem uerſu tam diuerſas perſonas Chriſto tribuamus. Nam alio etiam loco & matri, & vxori eorum, qui ſui cupidi ſunt, nihilo maiore verborum ambitu comparatur. Iuſtitia enim Dei in Eccleſiaſtico de ſe ſic loquitur. *Qui continens eſt iuſtitiæ apprehendet illam : & obuiabit ei quaſi mater honorificata, & quaſi mulier à virginitate ſua ſuſcipiet illum.* Chriſtus porro (vt docet Paulus) factus eſt nobis ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. Quæ eadem ipſa ſapientia eodem libro de ſe ait, *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei.* Hoc igitur nomine recte quis dicat, Eccleſiam, quum admiratur eximium amorem & maternum officium, quod ſponſus infantibus adhuc, & tenellis filiis ſuis præſtat, admirandamque ſuauitatem ſpiritus, & rudimētorum fidei, quibus ille ut nutrix paruulos & infirmos nutrit, ſponſi ſui hubera commendare: & per Methonymiam & metaphoram, ſpiritum & primordia fidei, quibus per Baptiſmum recens nati aluntur, omnibus humanis voluptatibus & doctrinis quantumcunque exquiſitis, & plauſibilibus ſub lactis, & uini ſimilitudine longe anteferre. Sic enim hoc loco per vinum omnia, quæ hominibus optime ſapiunt, & maximam afferre ſolent uoluptatem, ſignificari exiſtimamus : ut loco ſuperius citato mellis & faui comparatione eadem deſignari certum eſt. Quibus omnibus ſpiritum ſuum, & hæreditatem dulciorem eſſe, hæc eadem aſſirmat Dei ſapientia. *Vinum (inquit ſapiens) in iucunditatem creatum eſt.* Et idem inquit. *Vinum & muſica lætificant cor : vtroque tamen magis dilectio ſapientiæ*, quod ipſum hoc loco ingenue profitetur ſponſa. Pręter hæc etiam annotandum videtur, hoc loco particulam ? pro certe poſitam in hunc modum. *Certè meliora ſunt hubera tua uino* ut in Pſalmo, *quoniam propter te morificamur tota die.* & Pſal. 72. *Quoniam inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt :* & ſæpe alibi in ſacris literis uim ornandi tantum habet, aut aſſerendi : ut quidem, profecto, certe, apud latinos. Hæc porro uerba factis profiteri viſi ſunt illi omnes, de quibus Chriſtum hæc dixiſſe legimus. *A diebus Ioannis vſque nunc regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Hi enim omnes incredibili lacteæ Euangelicæ doctrinæ illecti, & ineſcati dulcedine, omnem rerum fluxarum uoluptatem Chriſtianum robur, haud ſecus quàm vinum corporis neruos lædentem labefactantemque, faſtidire cæperunt.

[Margin notes, in order: 1 (line 1); 1. Cor. 4. Gala. 4. 1. Theſ. 2. (beside "lus enim Corinthiorum…"); 2 (beside "ſtat, hubera…"); Eccleſ. 15. (beside "iore verborum…"); 1. Cor. 1. (beside "docet Paulus…"); 3 (beside "cleſiam…"); 4 (beside "certum eſt…"); Eccle. 31. Eccle. 40. (beside "tum eſt…", "dilectio…"); Pſal. 43. Pſal. 72. (beside "hunc modum…", "pter te…"); 5 (beside "factis profiteri…"); Math. 11. (beside "piunt illud…")]

Hi quum guſtaſſent, quam ſuaue, quamque ſuæ naturæ familiare eſſet lac Euangelicum, traditiones phariſaicas, omnemque humanam ſapientiam, tanquam ſuo ingenio inimicam, & quæ inſtar uini paruulorum mentem capit, cæleſtem calorem diſſlat, & puellos omnino enecat, reſpuentes, in ſponſi hu- 6

1 bera confertim irruperunt: ſeque in ea magno ſtudio inhiantes coniecerunt. Tunc ſiquidem, perinde atque matres h ubera oſtentantes puellos illectant, & lactis illecebra ad ſe pelliciunt: ita & Christus ubi lacteum os ſuum paruulis illis oſtendit, & ſuauiſsimis parabolis ac myſterijs Euangelicis enuntiandis, varijſque curandis morbis aperuit, labijs ſuis velut pectoris ſui huberibus illectare, & ſuauiſsima doctrina ſua atque officijs non vulgaribus, ut lactis illecebra uiſus fuit populum ad ſe pellicere: & id demum quod per Oſeam prophetam olim promiſerat, ſponſæ præſtare. *Propter hoc inquit, ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.* hoc eſt, blandis uerbis & pollicitationibus, donisque Oſee 2.
2 ampliſsimis pelliciam eam. *Et ducam eam procul ab inimicis, vt olim abduxi ab Aegypto: & alloquar eam verbis placidiſsimis, & ipſis gratiſsimis pollicitationibus, nempe Euangelicis: quibus uelut illecebris, eam ad me traham.* Eſt itaque tota hęc loquutio metaphorica ab amantibus ſumpta, qui multis verborum blandicijs, & munerum illectamentis ſuas captant amicas, ut matres huberibus & lacte puellos ſuos. Hæc igitur ſunt hubera, quæ in ſponſo ſuo commendat ſponſa: & omni uino (hoc eſt) omni voluptati, quæ uel ex humana ſapientia, vel ex quacunque alia re corporea capi poſsit, præfert.

Hæc eadem ſunt labia, in quibus Dauid gratiam, id eſt, diuinam eloquen-
3 tiam inſtar lactis, diffuſam eſſe canit. Nec mirum, ſi ea tantopere laudat ſponſa, quæ uel ipſius ſponſi hoſtes admirantes ſic commendant. *Nunquam ſic loquutus eſt homo, ſicut hic homo.*

Ex his etiam huberibus manat ſacroſancta euchariſtia ſolo ſermone ſponſi conſecrata. Quod alimentum ideo dicitur præſtare vinum (hoc eſt) omne corporeum alimentum, quia hoc ſolum eſt, quo, qui rite ueſcuntur, euadunt immortales: id quod manna iudæorum præſtare non potuit: & multo minus fabuloſum nectar, & ambroſia æthnicorum. *Qui manducat meam carnem, inquit Christus, & bibit meum Sanguinem, habet uitam æternam: & ego reſuſcitabo* Ioan. 6.
4 *eum in nouiſsimo die. Caro enim mea uera eſt cibus, & ſanguis meus uerus eſt potus: qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo. Sicut miſit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem: & qui manducat me, & ipſe uiuet propter me. Hic eſt panis, qui de cælo deſcendit. Non ſicut manducauerunt patres ueſtri manna, & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum.* Intelligit autem appellatione uini, omne corporeum alimentum per ſynecdochem; propterea quòd uinum cum liquidum ſit, & fluidum alimentum, maiorem ſeruat analogiam ad ipſum lac, unde & lac ſemen dicitur, a quo fit tranſlatio ad omne ſpirituale alimentum.

5 Quod ſub uarijs ſymbolis omnis in terra ſancta futuræ hubertatis Christum Ierem. 31.
ſuæ Eccleſiæ copioſiſsime pręſtaturum prophetæ, præſertim Ieremias, & Oſeas Oſe. 2.
prædixerunt; ut merito hubera Chriſto ſponſo ſuo tribuat Eccleſia. Quemadmodum æthnici olim (ut refert Aug.) ſuum. Iouem ruminum appellarunt: quod ruma, id eſt, mamma aleret animalia. Poteſtatem nimirum, & facultatem illam ſignificantes, qua Deus ſe mãma priſco uocabulo dicta ruma, alit animalia corporaliter; ut etiam Iſaias cum hanc eandem Eccleſiam precioſiſsimis quibuſque bo- Aug. de ciuit. Dei, li. 4. cap. 11.
6 nis, & opibus gentium, & regum dotandam, & alendam corporaliter ſignificare uoluit; *lac gentium, inquit, ſuges: & mamilla regum lactaberis.*

Atq; (ut quæ maxime coniuncta eſſe iam cępimus oſtendere, continenti interpre-

pretatione proſequamur) Hæc etiam Eccleſiæ ſub perſona mulieris quæ filium 1
maſculum, & qui recturus ſit omnes gentes in uirga ferrea, peperit, quomodo con
ueniant, iis, quæ in perſonas tantum ſponſi, & ſponſæ quadrant, omiſsis, facile fue
rit oſtendere. Nempe, quod iiſdem uerbis ſibi gratulatur Eccleſia, tam ſcitum pue
rum, & potentem, ac diuitem filium, a quo omnia uera bona expectet, peperiſſe:
atque eius conſuetudine frui poſſe in ſolitudine, quo ab ipſo ducenda ſit, ibique
lactanda, vt prædixit Oſeas: quod etiam in extaſim raptus vidit Io. Apo. Vt quem-
admodum longo tempore ſperatum, & dilatum tantum bonum ipſius cruciauit
animum, ita collatum tandem uice vitalis illius arboris, quæ incolumem vitam ſi-
Prouer. 13. ne fine ſeruare potuiſſe creditur, ſit futurum. Quę altera pars eſt ſententię ex Sa- 2
lomone ſuperius adductę. Integra enim ſic habet. *Spes quæ differtur cruciat ani-
mum, lignum vitæ deſiderium ueniens.* Sic igitur quam breuiſsime pronunciat
ſponſa delitias, & voluptates diuinas, quibus ex conſuetudine ſuauiſsimi ſponſi
ſui Chriſti fruitur, humanas longe pręſtare, ſeque fęlicius inebriare. Siquidem
quanto animus corpore, & animi obiectum corporis obiecto perfectius eſt, tanto
diuinę animi delicię humanas delicias antecellunt: Quas enim prębet Chriſtus
Eccleſiæ ſuę delicię, noſtrum animum ad diuinitatis ſenſum extra corpus raptum
in Deum transformant. Contra corporales delicię quem occuparunt animum, in
corpus penitus immerſum abſorbent, & in pecuinam naturam, quę tota corporea 3
eſt, cogunt degenerare. Et breuiter, ut inquit Gregorius, in his appetitus placet,
Greg. experientia diſplicet. In illis appetitus placet, experientia magis placet. Architas
Ci. ge. Sen. Tarentinus dicere ſolebat: Nihil tam deteſtabile, tamque peſtiferum, quam uo-
luptatem. Siquidem ea quum maior eſſet, atque longior, omne animi lumen ex-
tingueret. Quin & inter ſpirituales, ſolę delicię, quas Chriſtus ſuis pręſtat, merę,
& omnis doloris expertes delicię ſunt. Et earum ſenſus, quo maior eſt, tanto ma-
gis noſtrum delectat, & perficit animum. Nam delitię quas ab humanis ſcientiis aſ-
ſequimur, humanam mentem diuinitatis capacem explere nequeunt, & quo magis
Eccl. 1. augeſcunt, eo magis cruciant. Qui enim addit ſcientiam, ut teſtatur ſapiens, & ip- 4
ſa nos docet experientia, addit laborem. & in multa ſapientia multa eſt indigna-
tio. Adeo non tantum corporis, ſed eam quoque animi uoluptatem ſequitur do-
lor comes. Atque his, ſi quę proxime nobis dicta ſunt, adiungas, germanam mea
ſententia habebis huius loci interpretationem.

Fragrantia vnguentis optimis.

Hunc locum alij ſic uertendum putant, ob odorem vnguentorum tuorum optimo 5
rum. Sed noſter interpres germanum ſenſum probe reddidit. Affirmat igitur ſpō
ſa ad uoluptatem, quę ex huberibus ſponſi percipitur ſugendo lacte dulciſsimo,
eam quoque accedere, quam paruuli ex fragrantia unguētorum optimorum ca-
piunt, quibus ſunt delibuta, ut nullo modo hircum oleant, aut vitioſum quicquā,
vt in libidinoſis, unde lactentes offendi poſsint, & à lacte depelli, aut eodem uitio
infici. vt myſtice ſignificari intelligamus puritatem doctrinę Chriſtianę, & excel-
lētiam, quippe quę fidem mereatur, tum ex ſe, tum ex miraculis, quod nihil habeat 6
fermenti phariſaici, nullaque ſit philoſophica impoſtura vitiata. Vnde olim factū
eſt, vt auditores in ſummam raperentur admirationem, quemadmodum teſtatur

Ma-

1 Matthęus. *Factum eſt, inquit ille, quum conſumaſſet Ieſus uerba hæc, admirabantur* *Matth. 4.*
turbæ ſuper doctrina eius: erat enim docens, ſicut poteſtatem habens: & non ſicut ſcribæ
& phariſæi. Et Lucas inquit, *Omnes mirabantur in uerbis gratiæ, quæ procedebant de* *Luca 4.*
ore eius. Sunt porro hæc ſponſi vnguenta optima, ſeptem ſpiritus ſancti dona, per
quæ ſpiritum domini in eo quietum fore prædixit Iſaias. *Egredietur inquit, uirga de* *Eſa. 11.*
radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiri-
tus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis,
& replebit illum ſpiritus timoris domini. Hic ſane eſt ille ſpiritus, hæc illa uirtus: qui-
bus à Deo unctum fuiſſe Ieſum, teſtatur Petrus in Actis. Vnde etiam Chriſtus di-
2 ctus eſt uerbo græco, & Meſſias uerbo Hebraico. Quod Latinis unctum ſonat. *Act. 10.*
quo etiam ſpectans pſalmographus ait, *Propterea unxit te Deus, Deus tuus præ conſor* *Pſalm. 44.*
tibus tuis. Atque hæc quidem unguenta ipſamet Dei ſapientia de ſe loquens apud
Eccleſiaſticum ſic amplificat. *Sicut cinnamomum & balſamum aromatizãs odorem de-* *Eccleſ. 24.*
di: quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris, & quaſi ſtorax, & Galbanus, onyx, & ut
thuris uapor in tabernaculo, & quaſi Balſamum non mixtũ odor meus. Hoc itaque ænig-
mate exiſtimamus Salomonem illa myſteria nobis adumbraſſe, Nempe iam initas
Chriſto cum Eccleſia nuptias (hoc eſt) factam incarnationem, & coniunctionem
eiuſdem per fidem, & charitatem cum Maria uirgine, & reliquis quos tunc perfe-
3 ctos Eccleſiam Euangelicam fuiſſe oſtendimus: & eiuſdem Eccleſiæ ortum, at-
que infantiam, annoſque puellares in imperfectis: Quæ fuit Apoſtolorum, & alio-
rum diſcipulorum uocatio, quum ſcilicet Chriſtus poſt coniectum Ioannem in
uincula, cępit (ut narrat Matthæus) in Galilęa prædicare, & dicere. *Pœnitentiam agi* *Matth. 4.*
te: appropinquabit Regnum cœlorum. Et Marcus inquit, *Poſtquam traditus eſt Ioannes,* *Mar. 1.*
uenit Ieſus in Galilæam prædicans Euangelium regni Dei: & dicens, quoniam impletum
eſt tempus, & appropinquauit regnum Dei. Pœnitemini: & credite Euangelio, tunc
enim ſcribunt Euangeliſtæ vocatos fuiſſe à Chriſto Petrum & Andream fratres,
Iacobum & Ioannem, & ipſos etiam fratres: Philippum & Nathanaelem.

4

Oleum effuſſum nomen tuum: Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te.

Sunt qui verba hæc cum præcedentibus ſic coniungunt, *Ob odorem unguentorum*
tuorum optimorum oleum effuſum nomen tuum: Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te.
Vt ſit ſenſus. O ſponſe mi, fama tua, quæ per orbem ſe effundit, mirandum in
modum probatur hominibus, haud ſecus, quàm vnguentum precioſiſſimũ, ubi ex
5 pixide effuſum fuerit. Id enim mira fragrantia ſua ſuauiſsime afficit, & mirifice
delectat circumſtantes ob varia unguenta odorifera, ex quibus ipſum confectum
fuerit, verum id paulo coactius videtur dicere, nomen ſponſi eſſe inſtar unguenti,
quod effuſum propter vnguenta ſponſi ſuauiſsime oleat. Præſtat igitur initiũ clau
ſulæ huius inde ſumere, vnde noſter ſumpſit interpres. Nec quemquam mouere
debet, quod in Hebræo, vt etiam in noſtra æditione verſus initium illud ſit, לְרֵיחַ
שְׁמָנֶיךָ id eſt, ob odorem vnguentorum tuorum. ſæpe enim in ueteri teſtamento ſe
6 quentis verſus initium finis eſt ſuperioris ſententiæ: id quod in pſalmis frequen-
ter occurrit. Cæterum olei nomine hoc loco unguentum intelligimus. ſolẽt enim
ſacri ſcriptores hac uoce שֶׁמֶן non tantum oleum, ſed etiam vnguẽta odorata ſigni
fica-

ficaret: & ea præſertim, quæ ſuo odore, & uſui plurimum recreant hominem, atque 1
hilarem reddunt, & feſtiuum: qualé erat vnguentum nardinum ſpicatum, cuius
in Euangelio fit mentio, & reliqua vnguenta, quibus in ueteri teſtamento ex præ-
Marc. 14. ſcripto Dei ſacerdotes, & Reges inaugurabantur. hæc enim ſemper Hebræis olei
nomine שמן ſcriptura appellare conſueuit, vt Exodi uiceſimo nono, & primi Re-
gum decimo, & decimo ſexto capite. Ideoque ad communia, & cætus feſtos aditu
ri ueteres, eiuſmodi unguentis ſe perfundere ſoliti erant. Ad quem morem Chri-
Matth. 6. ſtus alludens in Euangelio inquit, *tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem*
tuam laua, ne videaris hominibus ieiunare. Hoc eſt, ne triſtis more ieiunantium, ſed hi
laris more conuiuantium, uidearis. Huc etiam alluſit Dauid, quum de hoc ipſo 2
Pſalm. 44. ſponſo ſub Salomonis typo ſic cecinit. *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: pro-*
pterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ participibus tuis. Vt ſignificaret hunc
ſponſum non tetricum, neque moroſum futurum: ſed propter ſummam iuſtitiã,
qua ſibi optime conſcius eſſet, intus quidem perpetua lætitia & gaudio fruiturum:
foris uero comem, affabilem, & feſtiuum, ac iucundum omnibus ſe præſtaturum.
Iſa. 61. Id quod apertius per Iſaiam prædixit Spiritus Sanctus in hunc modum. *Spiritus*
Domini ſuper me, eo quod vnxit me: ad annuntiandum pauperibus miſit me, ut mederer
contritis corde: vt predicarem contritis indulgentiam, & clauſis apertionem, vt prædica-
rem annum placabilem domino, & diem vltionis Deo noſtro, ut conſolarer omnes lugentes, 3
vt ponerem fortitudinem lugentibus Syon, & darem eis coronam pro cinere, oleum gau-
Luca. 4. *dij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris.* Quod oraculum cum, quo tempo-
re ipſe prædicare cœpit, impletum fuiſſe Chriſtus teſtetur in Euangelio, eodem
quoque teſtimonio hoc etiam ad illa tempora ſpectare confirmat: & quòd quæ
hoc loco de ſe ante multa tempora prædixiſſet Salomon, iam tamen ipſe præſtitiſ
ſet, fidem facit. Quod enim admonet ciues ſuos Nazaræos Iſaiæ ſcripturam illã
ſuo tempore impletam eſſe, inde proculdubio confirmat, doctrinam, quam ipſe
prædicare cœpiſſet, adeo ueram eſſe, placidam, & iucundam, ut non obſcure præ-
ſeferret maximam Spiritus Sancti copiam, qua ipſe perflueret: unde ea manabat, 4
inſtar vnguenti iucundiſsimi, ad quod Euangelium maximam haberet proportio
nem, & Analogiam. Vt enim eiuſmodi unguenta minime adulterata optime olent,
& eos, qui olfactu ſunt minime vitiato, exhilarant: ſic Euangelium bene affectis
optime olet, qui ipſo imbuti fuerint, mites reddit, & manſuetos, atque ineffabili
Iacobi 3. afficit gaudio. Quæ enim ſuperne eſt ſapientia, (vt inquit Iacobus) primum qui-
dem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſe
Rom. 14. ricordia. Et Paulus regnum Dei eſſe affirmat iuſtitiam, gaudium, & pacem in Spi-
Ioan. 3. ritu ſancto. Quæ omnia per Spiritum Sanctum pijs hominibus obueniunt, vt vni
Chriſto, cui citra menſuram pater ſpiritum ſuum dedit, maxime obueniſſe verba 5
illa ſignificant, *ſpiritus Domini ſuper me, eo quòd unxit me: ad annuntiandum pauperi-*
bus miſit me, vt prædicarem annum placabilem Domino, ut conſolarer omnes lugentes, ut da
rem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium gaudij pro ſpiritu mœroris.
Seruat præterea Euangelium Chriſti Analogiam ad eiuſmodi vnguẽta, quòd per-
inde, atque vnguenta illa vulneribus corporis, & cõtuſionibus medentur, ſic Euã
gelium peccatis, & omnibus animi vitiis præſentiſsima eſt medicina, qua Chriſtus
ægris ſui temporis medebatur. Ipſe enim Samaritanus ille fuit, qui applicato eiuſ- 6
modi oleo uulnera deſperati hominis curauit: ut ſe curaturum verbis illis prædi-
xerat, *vt mederer contritis corde, vt prędicarem contritis indulgentiam, & clauſis apertio-*
nem.

1 *nem.* Quo etiam argumento, oraculum illud ad ſe pertinere Chriſtus confirmat,
ſecundo & tertio loco à fortitudine,quam ipſe collaturus eſſet obedientibus Euā
gelio. Vt enim oleum, & quæ ex oleo conficiuntur vnguenta odorata collapſas
corporis uires reficiunt,& confirmant,ſic etiam Euāgelium per fidem a Deo nos
reficit,& roborat: ut eius vſu facile reſiſtere poſsimus carni, mundo, & Diabo-
lo, tribus potentiſsimis hoſtibus, deque illis magna cum gloria triumphare. Eo
enim ſpectare uidentur verba illa oraculi, *vt ponerem fortitudinem lugentibus Syon:
& darem eis coronam pro cinere.* Nam tametſi in Hebræo nulla fortitudinis fiat men
tio, veriſimile tamen eſt, interpretem in ſuis ita legiſſe exemplaribus: & ut non
2 legerit, ſatis id ſignificari intelligimus ſub coronæ appellatione, quod inſigne eſt
victoriæ olim athletis dari ſolitum. Quos etiam reficiendis, & confirmandis uiri-
bus oleo vſos fuiſſe certum eſt. Iam uero pro uictoria, quam Deus nobis dedit 1. Cor. 15.
per hunc ſponſum, gratias agit ſtrenus ille pugil Paulus, qui idem admonet, *non* Ephe. 6.
*eſſe nobis colluctationem aduerſus carnem & ſanguinem: ſed aduerſus principes & pote-
ſtates, aduerſus mundi rectores harum tenebrarum: contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſti-
bus.* Hoc ipſum igitur ſub inuolucris ſymbolorum nuptialium de Chriſto ſi-
gnificare uolens Salomon, inducit ſponſam ſponſum commendantem à præclara
ipſius forma & uirtute eximia, unde fama illa dimanet, in hunc modum. *Oleum ef-*
3 *fuſum nomen tuum melius eſt*, inquit hic ipſe Salomon, *bonum nomen, quam diui-* Prouer. 22
tiæ multæ, vt per nomen ſponſi Euangelium intelligamus, & Chriſti potentiam
ac virtutem. Euangelium enim, ut docet Paulus, virtus Dei eſt in ſalutem omni Roman. 1.
credenti: Et nomen in ſacris literis pro re ipſa, aut ipſius rei potentia & virtute
poſitum ſæpe occurrit. Vt Pſalmo quinquageſimo tertio & decimo nono, Verſu
primo, quinto, & octauo: Et Matthæi ultimo, *Baptizantes eos in nomine Patris &
Filij & Spiritus Sancti:* Et apud Paulum *ad obediendum fidei pro nomine eius*, pro, de Pſa. 53. 19
nomine eius. Hoc enim ſignificare uidetur fides de nomine Ieſu Chriſti, quomo- Matth. 28.
do fides, quæ de ipſomet Ieſu Chriſto habetur: Hoc baptizare gentes in nomine Rom. 1.
4 Patris & Filij & Spiritus Sancti, quomodo fidentes Patri & Filio & Spiritui San-
cto, Sanctæ & indiuiduæ Trinitati, cuius nomen ſuper ipſos inuocatur, vt eius eſ-
ſe dicantur tanquam ſponſæ ſpirituales, cui in Baptiſmo deſpondentur: ſicut
idiotiſmo Hebraico nomen uiri dicitur inuocari ſuper vxorem ſuam, ut Iſa. 4. Iſa. 4.
Inuocetur nomen tuum ſuper nos, hoc eſt, dicamur vxores tuæ. Sic & Pſalmo quin-
quageſimo tertio poſterior pars primi uerſus priorem exponit, & indicat, nomen
Dei pro eiuſdem virtute poſitum eſſe. Et Pſalmo decimo nono quum precatur
populus, vt nomen Dei Iacob Regem protegat, non aliud quàm, ut Dei potentia
quæ nomine Dei Iacob ſignificatur, Regem protegat, precatur. In quam etiam
5 ſententiam reliquos illius Pſalmi locos interpretandos eſſe, ipſa res indicat. Le-
gimus præterea in Apocalypſi dictum Epiſcopo Laodicenſi. *Habes pauca nomina* Apoc. 3.
*in Sardis, qui non inquinauerunt ueſtimenta ſua: & ambulant mecum in albis, quia di-
gni ſunt.* Vbi, nomina, homines quorum eſſent nomina ſignificare, ipſum
relatiuum aperte oſtendit, quod tum in Græcis, tum in Latinis exemplari-
bus maſculini generis cum ſit, conſtruitur tamen cum antecedente neutro:
& in actis ubi legimus, *erat autem turba hominum ſimul fere centum viginti*,
6 ueriſimile eſt, a noſtro interprete iuxta Græcum ſcriptum fuiſſe turba nomi-
num, quod nominatim homines cenſeri ſoleant, quoties exquiritur nume-
rus. Vt manifeſte conſtet nomina pro hominibus, qui numerati fuerint po-

ſita

ſita eſſe. Et deniquè Iſaiæ. 30. *nomen domini de longe ueniet*, quod dominus ipſe de longe veniet. Eum vero genti Hebrææ olim ſapientiſsimæ receptum nominis 1
Plato in cratylo. pro ipſa re vſum, placitum illud Platonicum uidetur confirmare, nomina ſi modo recte poſita ſint, non ex libero hominum inſtituto, ſed natura, ea quorum ſunt nomina, ſignificare. Nec rectum, verumquè nomen eſſe, quod non rei eius eſt nomen, naturam & eſſentiam exprimat. Quin ut uerum ſit nomen, rei ſimile eſſe debere, & eius rei quem ſignificat, imaginem atquè imitationem, qua quiſquis aliquid imitatur, per uocem imitatur, & nominat. Is itaquè in ipſa uoce naturalem quandam ſimilitudinem eius eſſentiæ, quam mente continet, uidetur imprimere: & tunc demum proprium rei nomen facere. Quo etiam ſpectantes 2
quidam dixere, nomina eſſe implicitas rerum definitiones: & definitiones explicita rerum nomina. Quamobrem non cuiuſuis eſſe putat Plato recta & uera dare rebus nomina: ſed legis latoris dumtaxat, & eius, qui tam rei, quàm nominis ideam animo concipere probe norit. Et ut, qui radium texendæ telæ congruum facit faber, ideam radij reſpicit, ita qui proprium rei nominandæ nomen facturus ſit, ad ideam nominis reſpiciat oportet, ut nomen tanquam naturæ rei nominandę congruum efficiat inſtrumentum. Atquè hanc Philoſophi ſententiam ſapientiſſimus Hebræorum legiſlator Moſes probare uiſus eſt, quum hæc ſcriberet. *Formatis inquit, dominus Deus de limo cunctis animantibus terræ & uniuerſis uolatilibus cæli,* 3
Gene. 2. *adduxit ea ad Adam, vt uideret quid vocaret ea. Omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius.* Hoc enim oraculum quaſi præiudicium quoddam fuiſſe videtur ſententiæ Platonicæ, quo decreuerit Deus, non cuiuis eorum, qui futuri eſſent, ſed ipſi Adamo tanquam ſapientiſsimo & rerum peritiſsimo id muneris eſſe deferendum. Vnde fortaſsis viſum eſt ueteribus, uera rerum nomina uim quandam rerum in ſe impreſſam ſeruare: & ea maxime, quæ diuinitus eſſent impoſita, qualia uolunt Hebræi eſſe omnia Dei nomina, & illud in primis ineffabile יהוה cuius exactam pronũtiationem nemini præterquam ei, qui ab ipſius nominis auctore doctus ſit, notam eſſe illi contendunt, a quo etiam Moſes ea omnia & eorum uirtutes didicerit: eaque ſcientia præditus, opera geſſerit admiranda. Quo etiam ſtupenda Ieſu Nazareni facta referunt: unde diuinum hominem fuiſſe coguntur fateri, cabbalam eam ſcientiam ipſi uocant, ex qua nonnulla ſacris 4
Origene. literis ſint commiſſa. Et ex catholicis Origenes contra Celſum ſcribit, in quibuſdam ſacris nominibus mirandam latere uirtutem: Ideoque hæc ipſa non eſſe ex Hebræa lingua in aliam tranſerenda: ſed in ſuis caracteribus conſeruanda. Ideo fortaſsis, quòd quemadmodum uoces imagines ſunt cõceptuum animi, ſic & uocum ipſæ ſcripturæ: ob idque Deus, qui auctor fuerit nominum ſcriptorum, ut & uocum, ſolus ipſe nouerit imagines nominum ſcriptis Hebraicis exprimere. Quod ego crediderim Origenem maximę propter ineffabile nomen 5
יהוה dixiſſe, quo Deus quam ſignificantiſsime fieri potuit, ſuam ſubſtantiam nobis expreſsit: quam obrem Hebræis nomen hoc שם המפורש i. nomen expoſitum di-
Psal. 83. citur, ut etiam de hoc potiſsimum nomine Regius pſaltes ſic ceciniſſe uideatur וידעו כי אתה לבדך יהוה quod latine ad uerbum ſignat. *Vt ſciant gentes quòd tu Domine ſolus es nomen tuum*, id eſt id, quod diceris, qui etiam locus id quod Paulo ſuperius diximus, confirmat. Sacram nimirum ſcripturam ſæpe quum nomen Domi- 6
ni, vel nomen Dei hẽt, nõ tã vocẽ, aut ſcripturam יהוה aut quãuis aliam, qua Deus nobis appellari voluit, quam ipſummet Deum & dominum ſignificare. Solum aũt

Deum

1 Deum ſuum eſſe nomen præſertim illud ineffabile, quantum ego aſſequi valeo, ſcire nos uoluit Regius uates, ex admiranda ipſius potentia, quæ omnem hominũ, angelorumque potentiam in infinitum ſuperat: nec ſimilem vllum, vt idem pſaltes initio eius pſalmi præfatur, habere poſsit. quippe cuius ſolius eſſe, quod eo nomine ſignificatur, cum eiuſdem eſſentia idem ſit omnino. ineffabile enim nomen יהוה à verbo היה quod eſt eſſe, deduci docent Hebræi grammatici. Reliqua enim omnia, quæcunque præter Deum ſunt, vel etiam ſuppremi ordinis ſpiritus in compoſitionem ſaltem actus & potentiæ cadunt: ob idque reliquorum omnium eſſe, ab eſſentia diuerſum eſſe conſtat: & nomen cuiuſque eorum concreti ex materia
2 & forma, aut ex actu & potentia nomen eſſe, nec de cuiuſquam eſſentia dici poſſe, quomodo Deum uere dicimus eſſe Deitatem: & idem ſummum ens ſuam eſſentiam. At vero hic ſponſus, qui (quemadmodum inquit Bernardus) tanquam filius Abrahæ circuncisus eſt, & tanquam Dei filius vocatus eſt Ieſus, & ipſe quoque ſuum nomen eſt, quod os domini nominauit, & per Angelum Gabrielem, ut teſtatur Lucas, Mariæ Virgini, antequam ipſum in utero conciperet, diſerte prænuntiauit. non vt Sibilla, quæ hoc ipſum nomen obſcure ſic prædixit. *Bernard.* *Luca 1.*

Δὴ τότε μεγάλοιο θεοῦ ἀνθρώποισιν
Ἥξει σαρκοφόρος θνητοῖς ὁμοιούμενος ἐν γῇ
3 Τέσσαρα φωνήεντα φέρει, τὸ δ' ἄφωνον ἐν αὐτῷ
Quod uaticinium de Græco uertit Ioannes Reuclinus in hunc modum.
Ipſa Dei ſoboles magni uentura parentis *I. Reucli.*
Mortali ſimilis in carne uidebitur ægra,
Quatuor ergo feret uocales: conſonat una.

Et hoc teſtimonio probat nomen Ieſu pentagrammon eſſe Hebraice ſic ſcribendum יהשוה. & Latine in hunc modum, Ih̄ſuh, ſic enim quatuor habet uocales Hebræas & unam conſonãtem. Nam ſi qua inquit ille, uel in Græco uel in Latino ſermone finalis ſcilicet litera deprehendatur, ea non de ſubſtantia nominis huius,
4 ſed de eius fore declinatione iudicandum fuerit: quæ & declinando haud permaneat, & vel Græce in ν vel Latine in m crebro mutetur. Reprehendit idem pleroſque Grammaticos, qui vetant hoc nomen per h, ſcribere. & per e, vocalem longam ſcribi volunt, in quam è Græco in Latinum tranſeat η Græcum, & quod abbreuiatum legimus in hunc modum Ih̄s ſcripturam eſſe Græcam, quæ extremas habeat i, & ſ, & mediam η, huius nominis ἰησοῦς. literas. Ipſe uero contendit latinam eſſe ſcripturam à maioribus noſtris vſitatam qui Ih̄ſuh nomen ſic abbreuiare, & tribus primis literis ſcribere cœperint de more nobilium Romanorum, qui ſua prænomina uel vnis vel binis, uel ternis literis olim deſignarint. Quod ſi vatici
5 nium ſibyllinum recipimus, citra controuerſiam vllam Reuclini ſententia probãda eſt. Nec enim alia ratione quinque literis, quam ſi quatuor uocales ſint, & una conſonans, nomen illud conſtare poteſt. Poſsis & hoc ipſum ex duabus Pauli Epiſtolis altera ad Philippenſes, ſcripta; altera ad Epheſios, confirmare. Vbi doctor gentium teſtatur datum eſſe Chriſto nomen, quod eſt ſuper omne nomen, quod nominatur non ſolùm in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Et Petrus Apoſtolus conſtanter pronuntiat, non eſſe aliud nomen datum hominibus, in *Philip. 2.* *Epheſ. 1.*
6 quo oporteat nos ſaluos fieri. Alluſit enim Petrus ad nomen Ieſus, quod ſeruatorem ſignificat, ac proinde Deum, cuius eſt peccata tollere, & à peccatis ſeruare. Quanto uero propius ad nomen יהוה accedit, (maxime autem accedit *Act. 4.*

unius

vnius tamen literæ ש interiectu) tanto expreſsius Deum ſignificat, & Dei filium, 1
quo nomine in ſui exaltatione a Deo donatus apparuit homo ille per gratiam non
adoptionis, ſed unionis: eam uero ſcriptura illa admirando myſterio repreſentat.
Oportet igitur hoc eſſe nomen, quo ſolus ipſe ſeruator noſter uocatus ſit, & ali-
ter quàm eorum nomen ſcribatur, qui noſtro Ieſu cognomines fuiſſe putantur: ut
reuera aliter ſcripta diligenter obſeruanti ſcripturas deprehenduntur. Nam pri-
1.Reg.6. mus qui hoc nomine dictus legitur Ieſus filius nau יְהוֹשֻׁעַ Iehoſua vocatus & ſcri
ptus inuenitur in eo libro, qui eius nomine inſcriptus eſt. Item & ille Bethſami-
tes, cuius in libris Regum fit mentio. Item & ille ſacerdos magnus filius Ioſedeth,
cuius meminerunt Aggæus & Zacharias Prophetæ. Hoc uero nomen quamuis 2
Pentagrammum ſit Hebræis, tres tamen uocales Hebræas habet & duas conſonan
tes. In Græco uero geminatam. ſ. duas uocales & unam diphtongũ, Græcis enim
perpetuo ſcribitur *ἰησοῦς*. Idque apud interpretes Latinos modo Ioſue, modo Ie-
ſus ad imitationem Græcorum ſcriptum reperias. Legitur & ſapiens ille filius Sy-
rach dictus Ieſus, cuius quia in ſacris biblijs Hebraice ſcriptis nulla fit mentio,
non ſatis conſtat, quibus literis illius nomen Hebraicè ſcriptum fuerit. Sed ue-
riſimile eſt ipſum ſuperioribus, & uoce, & ſcripto fuiſſe cognominem. Supereſt
igitur, ex oraculo ſibillino colligere noſtrum Ieſum proprio nomiue יהשוה Hebrai
ce, & latine Ih ſuh ſcribendum eſſe. In qua ſane ſcriptura uelut in diuina quadam 3
pictura corporeis noſtris oculis exemplum admirandi illius myſterij intuendum
proponitur: Nempe ineffabilis naturæ diuinæ cum humana arctiſsimæ unitionis:
nam perinde atque gratuito Dei dono cognoſcimus utramquè naturam in unum
coire diuinum filij ſuppoſitum. Sic etiam duas ineffabilis nominis יהוה parres יה
& וה unius literæ ש. interiectione יהשוה nomen connecti corporeis oculis uide
mus, & ex tetragrammo Dei nomine propterea ineffabili, quod ex quatuor dun-
taxat uocalibus conſtaret hactenus pentagrãmum & effabile extitiſſe. Vt qui an-
Bruch.5. tea inuiſibilis nobis in cœlo verſabatur Deus, iam in terris uiſus ſit, ut Baruch
Iſai.7. Propheta prædixerat, & cum hominibus conuerſatus Hemmanuel dictus Iſaiæ. 4
Verbum inquam illud uitæ, quod ſe, ſuoſque condiſcipulos auribus audiuiſſe,
1. Ioan. 1. ac perſpexiſſe, manibuſque contrectaſſe, ſcriptum ac conteſtatum reliquit Ioan-
nes Apoſtolus. Huius nominis excellentiam, & immenſam uirtutem præterea,
quæ in Eccleſiaſticis hiſtorijs, & aliorum orthodoxorum monumentis accepi-
mus, & ex principibus Apoſtolorum Petro & Paulo retro citauimus, commendat
Luca. 1. etiam Lucas in Euangelio. Vbi ille refert nomen hoc Chriſto imponendum a
Ioan. 16. Deo datum eſſe Angelo in mandatis, ea ſimul adiecta nominis cauſa. *Quod ipſe
ſaluum facturus eßet populum ſuum à peccatis ipſorum*. Commendat & ipſemet
Chriſtus apud Ioannem ſuum nomen, in quo eam ineſſe teſtatur uim, ut, qui eo 5
nitantur, nihil ſit tam difficile, nihil tam arduum, quod non facile orando impe-
Ioan. 14. trent, ac conſequantur. *Si quid petieritis patrem in nomine meo (inquit ipſe) dabit
Mar. 16. vobis*. Et rurſum. *Si quid petieritis me in nomine meo hoc faciam*. Commendat præ-
terea apud Marcum a ſtupendis operibus, ac miraculis, quæ ſui nominis inuoca-
tione in ipſum credentes ſint æedituri. *Signa inquit, eos qui crediderint, hæc ſequen-
tur: in nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, & ſi mor-
tiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt*. 6
Quæ promiſſa magnifica quàm non feſellerint credentes, oſtendit idem Euange-
liſta, quum hæc ſubiungit, *illi autem profecti prædicauerunt vbique domino coope-*

ran-

1 *rante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis*. Quin & longo ipſum præſtitiſ-
ſe, teſtantur acta Apoſtolorum, & omnes hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Commendat de-
nique hoc ipſum nomen ſua amplitudo, qua totum Euangelium, & fidei noſtræ
ſummam complectitur. Paulus namque ad Romanos ſcribens ſtatim initio Epi- *Rom. 1.*
ſtolæ ſeruum ſe Ieſu Chriſti, & Apoſtolum profitetur, per quem tum ipſe, tum
cæteri Apoſtoli gratiam & Apoſtolatum in hoc acceperint, vt ipſorum opera fi-
dei, quæ de Ieſu nomine habenda ſit, obediatur. Eam autem fidem tradit Euange
lium, cui ut credatur, primus Chriſtus hortari cœpit in hunc modum, *Pœnitemini
& credite Euangelio.* Quamobrem & hoc ipſum nomen per admiranda dicta, & fa- *Mar. 1.*
2 cta Chriſti ubi primum euulgari cœpit, deinde uero per Apoſtolos, Iudæam in
primis, tum etiam vniuerſum orbem perinde atque vnguentum precioſiſsimum
ex pixide effuſum, affecit mirifice, & in ſui admirationem, ac deſiderium rapuit: &
quod olim tetragrammum tantùm atque ineffabile fuerat, iam pentagrammum,
& effabile factum fuiſſe deprehenſum eſt.

Sub Chriſto namque Ieſu longe manifeſtius nomen ſuum יהוה Deus Ec-
cleſiæ, & uniuerſo mundo, quàm olim Synagogæ ſub Moſe indicauit, ut ſe in-
dicaturum fore, hiſce verbis promiſerat, *ego ſum inquit, qui apparui Abra-* *Exod. 6.*
ham, Iſaac, & Iacob, in Deo omnipotente, & nomen meum יהוה (pro quo
3 noſter interpres morem Hebræorum ſequutus, qui pro nomine illo ſemper
legunt אֲדֹנָי & ipſe uertit Adonai,) *non indicaui eis*. His enim uerbis ſi-
gnificat Dominus Moſi ſe tanquam omnipotentem, & cui nihil ſit impoſſi-
bile, quum apparuit patribus illis promiſiſſe, terram Chanaam ipſorum po-
ſteris dare, multaque in gratiam eorum omnipotentiæ ſuæ ſigna ædere: non
tamen adhuc promiſſa præſtitiſſe, quæ iam tunc præſtare decreuiſſet, hoc
enim eſt dominum apparuiſſe illis in Deo omnipotente, & nomen ſuum
יְהֹוָה non indicaſſe, quod illum ſignificaret, qui ſolus eſt, & a quo cun-
cta, quæ ſunt, ſuum eſſe habent, quæque futura ſunt ad eſſe produ-
4 cuntur.

Longe enim maiora ſigna, & miracula per Chriſtum ſuum ædidit, ma-
ioraque promiſſa præſtitit Deus pater, quum ſuam Eccleſiam à dæmonis,
& peccati tyrannide liberare, atque in Regnum filij ſui transferre aggreſ-
ſus eſt, quàm quum Synagogam à ſeruitute Aegiptiaca, & operibus luti
aſſerere, & in terram Chanaam filijs Iſrael poſsidendam perducere inſtituit:
hoc uero maxime fuit Deum nobis nomen ſuum יְהֹוָה indicaſſe, nempe
filium ſuum Ieſum, qui & ipſe nomine ipſius יְהֹוָה vocandus eſſet: &
tanto exactius magna illa promiſſa exhibiturus, quanto corpus excellit vm-
5 bram, & res ſuam imaginem. Chriſtum uero Dei filium יהוה uocan-
dum fore prædixit Hierem. hoc oraculo. *Ecce dies veniunt, & ſuſcitabo* *Hiere. 23.*
*Dauid germen iuſtum, & regnabit Rex, & intelliget, & faciet iudicium
& iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit con-
fidenter, & hoc nomen eius, quo vocabunt eum* יהוה צדקנו *Dominus iuſtus noſter*,
& idem 33. *In diebus illis & in tempore illo germinare faciam Dauid germen
iuſtitiæ, & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda,*
6 *& Iſrael habitabit confidenter: & hoc eſt nomen quod vocabunt eum* יהוה צדקנו: *Do-
minus iuſtus noſter.*

Ac ne recentiores Hebræi hæc calumniari poſſent, (nam ueteres hoc ipſum co-

gnoſcunt, vt docet Porchetus in victoria contra Hebræos 1. capite, ij. partis eius 1
operis) Chaldęus paraphraſtes, cuius apud eos ſacroſancta eſt auctoritas, vtrum-
que locum ſic interpretatus eſt. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ſtatuā Meſ-
ſiam iuſtum &c. & iſtud eſt nomen eius quod ipſi dicent ei &c. porro cum Chri-
ſtus Dominus noſter משיח dicitur יהוה quoque dici ſub iam explicato myſterio
manifeſtum eſt, & eum eſſe per quem ingentibus nobis exhibitis beneficijs pro-
miſsis, nomen ſuum יהוה Deus nobis indicauerit. Horum igitur beneficiorum
non immemor Eccleſia (vt olim Synagoga, quę liberationem ſui Idolo acceptam
tulit) ſed in memoria ſemper habens, *oleum inquit effuſum nomen tuum*. Ac ſi di-
cat, O ſponſe mi ſuauiſsime perinde atque vnguentum optimum, quam diu in py 2
xide conditum ſeruatur, nec ſuum odorem diffundit, nec virtutem exerit: At ve-
ro ſi effuſum inde fuerit, & humanis uſibus applicatum, ſtatim ſuo odore longe
lateque diffuſo circunſtantes mirifice delectat, & quibus adhibitum fuerit, ma-
gnas affert vtilitates: ſic & ſpiritus tui dona, doctrina tua, nomen, & ſama (quibus
cæleſtibus unguentis totus fragras) quamdiu te mundo manifeſtare diſtuliſti, ho
mines in ſui admirationem, & deſiderium non commouerunt: At uerò nunc ſta-
tim atque te nobis oſtendiſti, lætum de Regno cælorum nuntium attuliſti, homi-
nes ad pęnitentiam adhortari, noſtris tam corporis, quàm animi mederi morbis,
nos a poteſtate Dęmonis eripere, & in regnum tuum transferre, & quæcunque 3
olim maioribus noſtris promiſeras, præſtare cœpiſti: iam te tanquam numen ſu-
ſcipimus, nouam iſtam doctrinam, admiranda dicta, & facta tua tanquam diuina
olfacientes, admiramur, & expetimus quicunque ſenſum tuum probe tenemus;
& hæc quidem de ſe dixerit ſponſa, quæ adhuc perſiſtens in metaphora vnguen-
taria, & amatoria, ſubiungit. *Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te*, aut iuxta Hebræum
Iſa. 28. *diligunt te*. Olim enim vt refert Plinius, ad prodigioſum vſque luxum fuit veteri-
bus, & maxime fœminis vnguentorum vſus: & Iſaias filios Ephraim in uertice
vallis pinguiſsimæ eſſe dixit, per vallem pinguiſsimam intelligens magnam vnguē-
torum vim, quæ per capita illorum ceu amnis per vallem decurret. Perinde 4
eſt igitur, ac ſi dicat, eam ob rem iſtius tui olei fragrantia, & admiranda uirtute ca
ptæ puellæ ſodales meæ, te meum unà mecum ſponſum amant, teque ſectātur. Eo
ſpectantes, vt quum in tuam amicitiam receptæ fuerint, iſto vnguento frui poſ-
ſint, quo ſe affatim vngant, & unctæ feſtiuæ euadant, atque optime habitæ. Hęc ve
ro allegoria ad apoſtolos mihi ſpectare uidetur, reliquoſq, diſcipulos, qui tum ex
vtroq; ſexu præuenienti ſe Dei gratiæ obſequentes, ſuauitateq;, & efficacia Euan
gelij capti in Chriſtum crediderunt: hi enim, vt ipſorum fidei infirma primordia,
Matth. 11. candorq; animi adumbrentur, hoc dramate ſub puellarum ſchemate, & choro in
ſcenam prodeunt, quos Chriſtus paruulos manifeſte uocat in Euangelio, quū pa- 5
trē ſic alloquitur. *Confiteor tibi Domine pater Rex cęli & terræ, quod abſcondiſti hæc a ſa
pientibus, & prudentibus: & reuelaſti ea paruulis*. Belle verò ſub hac parabola amato-
ria, gratuita Dei vocatio, & præueniens gratia myſtice ſignificantur. Vt. n. aman-
tes, quo poſsint in ſui amorē puellas prouocare, & allicere, magnificis promiſsis,
& verbis ad perſuadendū appoſitis inſtructi, precioſiſq; unguentis delibuti acce-
Actum 10. dunt, quibus veluti ſtimulis, illas alioqui nihil de amore cogitantes excitent, & ad
Lucæ 24. ſui amoris retia cōpellant: ſic & Chriſtus vnctu (ut docet Petrus) ſpiritu ſancto, 6
& virtute, opereque & ſermone potens, ut eſt apud Lucam, ampliſsima regni cæ-
leſtis munera pollicens, reliquias Iſraeliticas nihil de illius amore cogitantes uer-

bis

1 bis ſuis, & factis admiſandis, quæ meros Dei amores ſpirarent, cæpit excitare, &
in ſui amoris caſſes cogere. Ex quibus capti primum Petrus & Andræas, quum to
ti intenti eſſent piſcaturæ, ad vocem illam, *venite poſt me, & faciam vos fieri piſca-* Matt. 4.
tores hominum, continuo relictis retibus, ſequuti ſunt Chriſtum, item & duo filij
Zebedæi Iacobus & Ioannes relictis retibus, quæ tunc reficiebant, & patre cui
dabant operam, Chriſto adhæſerunt. Nec ſecus Matthæus ille thelonearius reli- Math. 9.
ctis pecunijs, quibus incubabat, & theloneo, ad Chriſtum ut ſe ſequeretur iuben
tem proſilijt. Sic & reliqui apoſtoli amore Chriſti præuenti ad ipſum feſtinarunt;
ſic & plerique alij tametſi tardius acceſſerint, nec tam uehemẽter amauerint; prę-
2 uenti tamen, & ipſi Chriſti fauore beneuolo, ad ipſum peruenerunt. Quam Dei 1. Ioan. 4.
aduerſus homines philanthropiam agnoſcens Ioannes docebat. *In hoc eſt chari-
tas, non quaſi nos dilexerimus Deum, Sed quoniam ipſe prior dilexit nos.* Et rur-
ſum apertius adhuc ſi uerbum Græcum ἀγαπῶμεν uertas diligimus: *nos inquit
diligimus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos*, charitas enim in nobis ex præce-
dente Dei erga nos charitate exiſtat, oportet. Hos ergo ante iacta mundi funda-
menta, quum præſciuiſſet Deus uocanti ſibi per filium ſuum parituros, iam inde
uſque elegit, & dilexit, atque ut conformes imaginis filij ſui fierent, prædeſtina-
uit, prædeſtinatos in hoc ipſum tandem uocauit, uocatos iuſtificauit, quum eos fi
3 lius ſuo ſpiritu afflauit, ſua uirtute excitauit, eorum interiores ſenſus ſic affecit,
& in ſe conuertit, ut omnibus poſthabitis, ſe vnum deligerent, ſe ſolum require-
rent, a quo qui ipſum maxime omnium diligerent apoſtoli, & uniuerſi orbis Prin- Pſal. 44.
cipes crearentur, & ex eterno Dei decreto, quod Paulus euulgauit, magni euade- Rom.
rent: uerùm quia, vt inquit idem Paulus, per multas tribulationes oportet nos in- Act. 10.
gredi in regnum Dei: & is dumtaxat, qui in huius amore ſponſi in finem uſque
perſeuerauerit, ut ipſemet admonet, ſeruandus eſt: perſeuerare uerò in tantis ma Math. 10.
lis nemo poteſt, niſi quem ille uelut manu apprehẽſum poſt ſe traxerit, caro nam- Math. 26.
que infirma eſt, hæc intelligens ſponſa, cooperantis gratiæ, & perſeuerantiæ do-
4 na ſponſum orat in hunc modum.

Trahe me poſt te: curremus in odorem vnguentorum tuorum.

Hic iam è ſinu & amplexibus ſponſæ ſurgit ſponſus: & in regiam ſuam conten-
dens, ut ſe ſequantur, ſponſam unà cum ſodalium ſuarum choro hortatur. At il-
la tum propter ſuam, tum propter ſui chori imbecillitatem, ſe longe imparem ſe-
qui ſponſum ſentiens, ipſum orat ut porrecta manu, ſe ſuaſque ſocias ſecum tra-
5 hat: quo omnes ipſius uiribus ſuffultæ poſsint poſt ipſum currere, & quocunque
ierit aſſectari. Sic & Eccleſia audiens Chriſtum ſe ſic admonentem & cohortan-
tem. *Qui uult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me:* Luce 9.
& multos eſſe vocatos, paucos vero electos: & neminem pręter eum, quem pater Math. 20.
cęleſtis traxerit ad Chriſtum poße peruenire, indeque factum animaduertens ac Ioan. 6.
dolens multas adoleſcentulas, hoc eſt, multos de diſcipulis, offenſos cæleſti illa
doctrina, quàm Ioannes cap. 6. ſui Euangelij ſcriptis mandauit, defeciſse: at om-
6 nino pręterea impoſsibile eſse, quin eueniant ſcandala, in quæ uiã Chriſti ingreſ-
ſi offendant, & quo minus Chriſtus altiſsima inſtitutionum, & myſteriorum
Euangelicorum iuga tranſmittentem ſequi poſsint, remorentur: conſcia in-

Luca.17. ſuper humilitatis ſuæ, quam agnoſcere ſic nos hortatur Chriſtus. *Quum feceritis* 1
omnia, quę præcepta ſunt nobis, dicite, ſerui inutiles ſumus: quod debuimus facere feci-
Rom.9. *mus,* nec neſcia non eſſe uolentis dumtaxat uelle ad Chriſtum accedere, neque
currentis poſt ipſum currere, ſed miſerentis maxime ſponſi ſui gratuito dono
id contingere; offendicula, & difficultates inſuperabiles, quas in medio itinere
hinc mundus, inde dæmon, inde etiam caro opponunt, ſuperare, & ad ipſum
currendo peruenire: atque ubi ſemel peruenerint, eundem ſequentes, quo ipſe
1.Cor. 8. in gigantis morem ſtadium quam cælerrime percurrens properat, ad propoſi-
Philip. 3. tum curſoribus brauium apprehendendum pertingere: Audiens denique ſpiri-
Pſal. 94. tum ſanctum iam diu in hunc modum inclamantem. *Hodie ſi uocem eius audieri-* 2
tis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione, ſecundum diem tentationis in de-
ſerto, vbi tentauerunt me patres veſtri, probauerunt, & uiderunt opera mea quadragin-
ta annis. Hæc inquam audiens, & ſecum reputans Eccleſia perfectorum, ſequè
in libertatem Euangelicam & regnum cęleſte ab hoc mundo per deſertum pau-
pertatis euocari animaduertens, ut olim Synagogam ab Aegypto per deſertũ
2.Pet. 1. Arabiæ in terram Chanaan, pro ſe proque Neophytis ſuis, & infirmis paruu-
lis, quorum curam agit, ſponſi auxilium (quod idem patris auxilium eſt, ea-
dem tractio, quippe qui unus idemque cum ſponſo Deus ſit) gratiam nimi-
rum cooperantem, & perſeuerantiæ donum implorat, & pro ijs qui credituri 3
ſunt gratiam præuenientem, quæ ſunt brachia illa, in quibus Deus apud Oſeam
dicit ſe quaſi nutricium portaſſe olim, quem ex Aegypto uocaſſet filium ſuum
Iſraelem: implorat etiam ſponſi erga ſe charitatem, quæ demum ſunt uincu-
la, quibus idem ille populus a Deo tractus fuiſſe dicitur. Hæc inquam implo
rat ſponſa, ut per bona opera certam ſui, ſuorumque paruulorum uocationem
faciat, & electionem: Atque illud epinicion cum toto ſuo choro poſſit aliquan-
2.Timo.4. do decantare: *Bonum certamen certaui curſum conſummaui, fidem ſeruaui: de reliquo*
repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quam reddet mihi in illa die iuſtus Iudex. Huc itaque
ſpectat, quod nunc dicit ſponſa; *Trahe me, poſt te curremus.* In quam etiam ſen 4
Luca.17. tentiam Apoſtoli futurorum ſcandalorum admoniti, dixiſſe uidentur; *Domi-*
ne adauge nobis fidem, & quum iam in medijs ipſis, quæ principes ſacerdotum
& ſeniores opponebant, ſcandalis uerſantes omnes hanc uocem unanimes ad
Act. 4. Deum leuauerunt, *nunc Domine reſpice in minas eorum: & da ſeruis tuis cum fidu-*
cia loqui verbum tuum. Fides namque diuina illa uirtutis eſt, & Dei manus,
qua non inuitos, ſed uolentes, imbecillos tamen, & ignorantiæ tenebris an-
te circumſeptos, ac carnis compedibus præditos, Deus ad ſe trahere, & ul-
tro ſequentes citato curſu ſolet perducere. Cum enim ſummum bonum id
ſit, quod omnia appetunt; appetunt autem magis, qui magis cognoſcunt; co 5
gnoſcunt autem Deum omnium bonorum finem, quibus ille per fidem ſe co-
gnoſcendum prębet: & tanto magis cognoſcunt, quanto plenioris fidei lumi-
Hebra. 12 ne ſint perfuſi; ſic plane reliquis neglectis, Deum omnium bonorum finem
maxime expetunt, & toto corde requirunt, qui aucta, & conſummata fide a
Chriſto fidei auctore, & conſumatore donati fuerint: ſola ſiquidem operoſa
per charitatem fides ab obruente nos carnis onere, tenaciterq; inhærente nobis
peccato, fortiter eximit, ignorantiæ noſtræ tenebras diſcutit, cor repurgat, men 6
tisq; noſtræ aciem ſic exacuit, ut non quod ante pedes eſt, ſed quę longiſsime po-
He.bræ.11. ſita ſunt ſancta ſanctorum uideamus; & quæ ibi recondita latent, ut capeſſamus.

Eſt

1 Eſt enim fides (ut definit Paulus) ſubſtantia ſperandarum rerum argumentum,
& demonſtratio non apparentium. Cui verò extremum bonum ſic (quod Chri-
ſtus ipſa ueritas & uita eſt) notum fuerit, & perſpectum, is demum extrema vo-
luptate ineſcatus & illectus, ab illo uolens, cupiensq; rapitur, & trahitur. Tra- *Virgilius.*
hit inquit ille, ſua quenque uoluptas. Is cum Dauide canit aſsidue, *quid enim mi-* *Pſal. 72.*
hi eſt in cœlo? & a te quid volui ſuper terram? Defecit caro mea, & cor meum, Deus cor-
dis mei, & pars mea Deus in æternum. Iſta reuelatio inquit Auguſtinus ipſa eſt attra
ctio. Ramum uiridem oſtendis oui, & trahis eam. Nuces puero demonſtrantur,
& trahitur. Si ergo iſta, quæ inter delicias, & terrenas uoluptates reuelantur
2 amantibus, trahunt, (quoniam uerum eſt, trahit ſua quenque uoluptas) non tra
hit reuelatus Chriſtus a patre? Quid enim fortius deſiderat anima, quā ueritatē?
Hac extrema uoluptate captus trahebatur, ſecumque ſuos Hebræos trahere ni- *Heb. 12.*
tebatur Paulus, quos in hunc modum hortabatur, *deponentes omne pondus, & cir*
cunſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicien-
tes in auctorem fidei, & confirmatorem Ieſum: qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit cru-
cem, ignominia contempta, atque in dextera ſedis Dei ſedet. Et rurſum, *feſtinemus in-* *Heb. 4.*
quit, ingredi in illam requiem: Vt ne in idipſum quis incidat incredulitatis exemplum.
Hac etiam uoluptate capta ſponſa, vt per ignominiam, reliquaque offendicula
3 poſt ſponſum ſuum inoffenſo pede poſsit expedita currere, & eidem tandem aſ-
ſidere, ſic orat, *Trahe me, poſt te curremus*. Se verò trahi orat ſponſa: non quòd ſo-
la trahi cupiat, aut quòd paruulas ſodales ſuas niſi ſimul trahantur a ſponſo, poſt
ipſum currere poſſe putet. Scit enim illud a ſponſo toti choro dictum eſſe, *ſine*
me nihil poteſtis facere. Nec ignorat, nos nihil poſſe cogitare, ne dum currere, ex *Ioan. 15.*
nobis tanquam ex nobis: quin omnem ſufficientiam noſtram ex Deo eſſe. Sed *2. Cor. 3.*
ſui tantùm meminit, quod agnoſcat, ſe tanquam ducem chori, maiore fidei, &
ſpiritus Chriſti afflatu indigere, vt ſuum ipſa curſum peragere, & ſuas aſſeclas
impeditas adhuc, imbecilles, ac tardas poſsit ad curſum Euangelicum expedi-
4 re, confirmare, & agiles reddere. Quæ ſumma functionis Eccleſiaſticæ Hie-
rarchiæ eſſe uidetur. Eius enim partes eſſe docet Dioniſius, vt beneficio diui-
ni luminis, a ſummo ſole per cæleſtem Hierarchiam in ſe transfuſi, inferiores
primum purget omni ignorantiæ uitio, & deinde illuſtret, demum perficiat.
Quos perpetuos progreſſus in populo Chriſtiano poſsit obſeruare, inde uſ-
que ab apoſtolis. Hos enim Chriſtus per ſe ipſum, reliquum uero populum,
per hos ipſos quemquè pro ſuo modo, fidei & doctrinæ ſuæ lumine tunc
purgauit, illuſtrauit, atque perfecit: Nunc uero cæleſtis Hierarchiæ mini-
ſterio cum hæc eadem ille, ſuæ præſtet Eccleſiæ, ſic eam poſt ſe trahere ui-
5 detur, ut unus ille de ſupremo Seraphinorum ordine miſſus Iſaiam purgaſ- *Exo. 23.*
ſe dicitur, propterea quòd prophetam per vnum de infimo Angelorum or-
dine miſſum (ut idem Dionyſius docet) ille purgauerit. Et terrent quidem
certe ſponſam memorabiles inſignium Hebræi populi ducum Moſis, & Aaro-
nis caſus, qui improbis populi moribus, & crebris ſeditionibus, atque im-
portunis victi tumultibus, alter ad deteſtandum Idolum conflandum, ma-
gno turbæ illi exitio futurum, compulſus fuit: alter ad diffidentiam ada-
6 ctus, parum honoris coram multitudine Deo detulit. Eſt enim hæc uox
perfectorum, qui (vt Paulus docet) tanquam firmiores imbecillitates in-
firmorum debent ſuſtinere: ac ne quis uelut longo curſu fatiſcens a gratia *Num. 20.*

Rom. 15. Dei deficiat, ſatagere. Quamobrem admoniti fieri non poſſe, quin veniant 1
ſcandala, vbi multi ſine ſpe impingant, & ruant paruuli, ne ipſorum culpa illi pe-
reant, curantes ſedulo, Chriſtum hic orant, *Domine adauge nobis fidem*. Si enim ro-
buſtæ, & per charitatem conſummatæ fidei adminiculis niti poſsint, tunc demum
ſperant ſe nulla offendicula infirmis obiecturos; & quæ illi obiecturi ſunt, forti-
ter ferendis, & condonandis iniurijs, facile ſublaturos: atque ea ratione, quam
Chriſtus præſcripſerit, illud conſequuturos, vt fratres ſuos lucrifaciant, undique
cum illis indefatigati percurrant ſtadium. Quomodo inſignem illum coragum
percurriſſe, & ſuum chorum ſecum vt curreret, adhortatum fuiſſe legimus, cum
1. Cor. 6. hęc diceret, *Adiuuantes hortamur uos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis: Nemini dan* 2
tes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum: ſed in omnibus exhibeamus
nos metipſos, ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in tribulationibus, in neceſsitatibus,
in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiu-
nijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in ſpiritu Sancto, in cha-
ritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, Per arma iuſtitiæ a dextris, & a
ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt ſeducto-
res, & veraces: ſicut qui ignoti, & cogniti: quaſi morientes, & ecce viuimus: vt ca-
ſtigati, & non mortificati: quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes: ſicut egentes, mul-
tos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia poſsidentes. Deus 3
bone, quæ ſeplaſia tot ſpirat vnguenta? Quæ Arabia tot fundit odores, quot,
& quam ſuaues hic noſter olet coryphæus? Quòd ſi hic tam diues eſt unguen-
torum, & odorum, quam quæſo diuitem illum exiſtimemus coragum, & primariũ
coryphæum, a quo ſic affectus Paulus omnem ſeplaſiam, omnemq; quantumcunq;
fœlicem vincit Arabiam. Solum certe dignum ad cuius vnguentorum odorem to-
tus anhelet currere, tum matronarum, tum puellarum chorus. Nec tamen diſsimu
landum eſt poſtrema hæc uerba, *in odorem vnguentorum tuorum*, in Hebræo non ha
beri: ſed ex æditione ſeptuaginta interpretũ huc adiecta fuiſſe uideri. Apud quos
mirum quam diſsimilis, atque ab Hebraica, noſtraq; vulgata editione diſſentiens 4
inueniatur hic locus. Sic enim habet, ἕλκυσάν με, ὀπίσω σοῦ ὀσμῆ σου δραμοῦμεν.
Hoc eſt, traxerunt me: poſt te in odorem vnguẽtorum tuorum currimus. Vt illud
traxerunt, referatur ad adoleſcentulas, & continens oratio ſic habeat, Ideo adole
ſcentulæ dilexerunt te, traxerunt me. Deinde ſequatur, Poſt te in odorem unguẽ
torum tuorum currimus. Origenes legiſſe uidetur Καὶ εἵλκυσάν σε ὀπίσω αὐτῶν. εἰς
ὀσμὴν μύρων σου δραμοῦμεν. Sic enim in Commentarijs illius in hunc locum (quos
vertiſſe Hieronymus creditur) nunc legimus. Propterea adoleſcentulæ dilexerũt
te: ac traxerunt te poſt ſe. In odorem unguentorũ tuorum currimus. Qũo ẽt ipsũ
legiſſe & diſtinxiſſe ex eiuſdẽ interpretatione manifeſtũ eſt. Plurimum, n. laborat, 5
vt oſtẽdat, qũo adoleſcentulæ ſponsũ poſt ſe traxerint. Nos verò Hebraica uerita
te, & noſtra vulgata æditione cõtenti, exiſtimamus, Apoſtolos, & Apoſtolorũ ſuc
ceſſores Ẽpos per iuſta fidei incrementa vt trahãtur, ſibi orare, & ſuis ẽt per figu
ram, quæ latinis intellectio dr̃: Quum. ſ. a parte digniore totum intelligimus, ut
oẽs fidei viribus confirmati poſt Chriſtum currant, & perpetuò proficiãt. Donec
Epheſ. 4. (vt Paulus optat) occurrant, hoc eſt, perueniant omnes in unitatem fidei, & agni-
tionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Ni- 6
mirum ad perfectam ipſius notitiam, & dilectionem. Vt iam non ſint paruuli flu-
ctuantes, nec circunferantur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtu-
tia

1 tia ad circumuentionem erroris. Viua nanque & robuſta, ac conſumata fides,
cum iuſto vitam præbeat, omnia etiam vitæ ſpiritualis munia, quæ per curſum ſi-
gnificantur, ut ſtrenue perfecteque obeamus, præſtat. *Iuſtus enim* (vt idem Paulus *Rom. 1.* *Abacuc. 2.*
ex Habacuch propheta docet) *ex fide viuit*. Et fides eſt (vt idem ſtatuit) quæ per
charitatem operatur, ac vires ſuas ueluti per calorem ſuum natiuum exerit. Et ſpi *Gal. 5.*
ritu ex fide ſpem iuſtitiæ cum Paulo totus Eccleſiæ expetat chorus. Vtcunquè ta
men ſit, uidetur hactenus Sponſa ſponſum a natura boni, tanquam ab amoris ſui
obiecto ſub vnguenti ſimilitudine amatorio dialogo maxime accommodata, com
mendaſſe. Quemadmodum Dionyſius. 4. c. de diuinis nominibus, bonum ipſum *Dionyſ.*
2 commendat a ſimilitudine lucis naturalis theologicis meditationibus maxime fa-
miliari, in hunc modum. Bonitas inquit ad ſe conuertit omnia: primaquè ipſa
bonitas diſperſa omnia congregat, tanquam vnitatis principium, & vnifica deitas,
atque hanc omnia tanquam principium, tanquam continentiã, tanquam finem ap
petunt. Bonumque ipſum eſt (ut ſacra tradunt eloquia) ex quo ſubſiſtunt omnia,
productaque ſunt inde, velut a cauſa omnium perfectiſsima, & in quo omnia con-
ſtant, tanquam in omnipotente fundamento penitus conſeruata. Ad quod om-
nia conuertuntur tanquam ad ſuum quæquæ finem, quod uidelicet cuncta deſide-
rant, Intellectualia quidem rationaliaque cognitrice quadam cognitione; ſenſua-
3 lia uerò ſenſuali; quæ autem ſenſu carent ingenito vitalis deſiderii motu; & quæ
ſunt expertia vitæ, ſolaque ſunt eſſentia prædita, ſola quadam ad eſſentialem par-
ticipationem aptitudine. Eadem & euidentis imaginis ratione lumen quoque cõ
gregat & conuertit ad ſe ipſum omnia, quæ uident, quæ mouentur, quæ illuminan
tur, quæ caleſiunt, quæue omnino ab eius radiis continentur. Quapropter ſol
Græce Eleos appellatur, quod congregabilia reddat omnia, concilietquè diſper-
ſa. Omnia ſolem ſenſibilia concupiſcunt, uidelicet, uidere, aut moueri, & il-
luminari, atque caleſieri, & omnino ab ipſo lumine contineri deſiderant. Et
paucis interiectis, Bonus quidem ipſe lumen intelligibile nuncupatur, quoniam
4 intellectum omnem ſupercœleſtem lumine implet intelligibili: atque ex omni-
bus animis, quibus ſe ipſum infuderit, ignorantiam omnem erroremque expel-
lit: eaſque ſacri luminis participes efficit. Intellectuales horum oculos pur-
gat, obductamque ex ignorantia caliginem diſcutit: atque profundo tenebra-
rum pondere obtuſos ſuſcitat, explicatque in lucem. Primùm quidem his
mediocre lumen impartit: Deinde poſtquam animæ guſtantes lumen, arden-
tius ipſum amare cœperunt, vberius affluit: Ideoque illuminat abundan-
tius, quoniam plurimum dilexerunt. Atque ita ſemper incendit, ut gra-
datim vltra proficiant, quatenus ſurſum pro uiribus ſe attollere ualent. Ip-
5 ſum ergo bonum lumine quouis excelſius, lumen intelligibile nuncupatur,
tanquam fontana, lux, & exuberans profuſio luminis, intellectum omnem
ſupermundanum, circamundanum, intramundanum ſua illuminans plenitu-
dine, totaſque intellectuales horum uires renouans: & omnes denique in-
tellectus comprehendens, eo ipſo, quod ſe ſuper eos expandit; atque om-
nes excedens eo, quod deſuper exiſtat. Et omnino tanquam principium
6 luminis ſuper lumen auctoritatem dominationemque omnem poteſtatis illu-
minantis in ſe complectens, & excedens, atque antecedens. Iam uerò in-
tellectualia rationaliaque omnia congregat, atque conciliat. Nam quemadmo-
dum ignorantia eos qui decepti ſunt, diuidit; ſic ipſa intelligibilis præſentia lumi-

nis eos qui illuminantur, congregat, vnit, perficit. Conuertit quoque ad ipſum, 1
quod uerę eſt, ex opinionum diuerſitate: Variaſque uiſiones, ſiue, ut rectius lo-
quamur, imaginationes, in vnam veram, puram, vniformem cognitionem cogit:
ac uno tandem, & vniſico lumine complet. Hæc ille. Quæ omnia facile fuerit
amoribus Chriſti & Eccleſiæ accommodare, ſeruata ſemper proportione naſi
cum oculis, & nominis ac famæ Chriſti odoriſque, cum luce. Hæc porro pars
Oſee.2. dramatis ad illud allegoricos alludere uidetur, quod in oraculo ex Oſea nobis
iam citato hic ipſe ſponſus prædixit his paucis uerbis, *& adducam eam in ſolitu-
dinem*. Prædicit enim ſponſus eo loco, & ſe quum uenerit liberaturus Eccle-
ſiam a ſeruitute dæmonum, & omnium vitiorum, inſuper a traditionibus, gra- 2
uiſsimiſque oneribus, quæ ſcribæ, & Phariſæi imponerent, hanc liberationem
ipſi gratiſsimam per ſe ipſum nuntiaturum. Vt olim per Moſen nuntiauit, Sy-
nagogam a ſeruitute & oneribus, quæ Aegyptii imponebant, liberare decreuiſ-
ſe: & quemadmodum eductam ex Aegypto Synagogam duxit in deſertum, ſic
Mat.4. etiam abducturum Eccleſiam in ſolitudinem. Intelligimus autem Chriſtum li-
bertatem nuntiaſſe Eccleſiæ, in quam ut ipſam aſſereret, ipſe ueniſſet, quum, ut
narrat Mathæus, poſtquam traditus eſſet Ioannes, cœpit prædicare, & dicere,
pænitentiam agite: appropinquauit enim Regnum cælorum. Et cum de ſcri- 3
Mat.15. bis, & Phariſæis, eorumque traditionibus loquens dixit, *Omnis plantatio quam
non plantauit Pater meus, eradicabitur*. Tunc etiam in ſolitudinem Eccleſiam
Math.5. duxiſſe uidetur, quum ad paupertatis ſtudium uocauit: eos demum, qui pau-
Math.19. peres eſſent ſpiritu, beatos prædicans, & Regni cęleſtis Dominos. Quum
etiam deſerere domum, patrem & matrem, fratres & ſorores, vxorem & liberos,
agros & prędia, & omnibus denique ſe abdicare poſſeſsionibus hortatus eſt eum,
qui uelit ad uitam æternam peruenire. Tunc enim tantum non uiſus eſt ſuæ Ec-
Pſal.44. cleſiæ illud Dauidicum dicere. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſce-
re populum tuum, & domum patris tui: & concupiſcet Rex ſpeciem tuam, quoniam ipſe eſt
dominus Deus tuus, & adorabis eum*. Item & quum ad prędicandum Euangelium ſic 4
Math.11. ſuos abs ſe mandauit Apoſtolos. *Euntes prędicate dicentes, Appropinquauit Regnum
cælorum. Nolite poſsidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris: Non
peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam. Ecce, ego mitto vos ſi-
cut oues in medio luporum.* Durę certe partes Eccleſię, & longe magis horrenda ere-
mus ipſa paupertas omni deſerto Arabiæ. Pernicioſiores ſerę Principes & Sacer-
dotes Iudęorum, venenata illa uiperarum progenies, ſerpentibus, quibus olim
iſti multi de Synagoga perierunt; ſęuiores Reges & pręſides gentium omni-
bus lupis, & quamuis magnis Arabię leonibus. Quia uero per deſerta loca, 5
& ab hominum congreſsibus ſemota, in hanc eremum magno itur com-
pendio, ideo Chriſtum primum per Ioannem, deinde etiam per ſeipſum Ec-
cleſiam ſuam in deſertum abduxiſſe narrant Euangeliſtę. *In diebus illis, inquit
Math.3. Mattheus, venit Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudeæ, & dicens, Pænitentiam
agite: appropinquauit enim regnum cælorum. Tunc exibat ad eum omnis Iudęa, & om-
nis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata ſua.*
Quo etiam ueniſſe Chriſtum, & baptizatum ibidem fuiſſe, ac ſtatim atque baptiza- 6
tus fuit, in deſertum receſsiſſe, idem Matthęus teſtatur. Quem deinde cum
diſcipulis ſuis ſępe in montes, & deſerta loca ſe ſubducere, eo turbas trahe-
re, ibi leges dare, docere, & res præclaras gerere ſolitum eſſe, apud hunc, re-
liquoſque

1 liquoſque euangeliſtas frequenter legimus. Per hanc igitur vaſtam ſolitudinem,
& inſuperabiles difficultates ad ęternam requiem, & beatorum ſedes uocantem
Chriſtum, quum audit eccleſia, nullos obdurato animo (vt olim Synagoga) detre-
ctat labores, nullas nectit moras: vetera tamen memoria repetens dum memi-
nit, Quoties Synagogam cœpti pænituit itineris, Quoties in Aegyptum re-
gredi inſtituit, Quoties duces ſuos vlciſci uoluit: nec contenta de illis oblo-
qui, ne ab ipſo quidem Deo impiam linguam abſtinuit. A Deo inquam, a quō
vindice ſuo acerrimo nuperrime viderat, omni plagarum genere cæſam, & fundi-
tus conſumptam fuiſſe Aegyptum in ſuam gratiam, ſectum Mare, quod ipſi ceſsiſ-
2 ſet, ingentem uero hoſtium equitatum abſorbuiſſet. Qui idem ſuauiſsima-
rum aquarum maximam uim modo ex ſalſis fontibus, modo ex aridiſsimis rupi-
bus ſuppeditaret, & de Cælis admirandum illud Manna velut Nectar Angelo-
rum, & Ambroſia deplueret: & pleraque alia præſtaret officiā, ſummi Amoris
ſui argumenta: vnde Synagoga, ſi mens illi læua non fuiſſet, intelligere potuit, ſe
Deo ſuo in germanæ filiæ diligi loco. Quod quia uecors illa non intellexit, tam
inſignem vecordiam in priſtina impietate perſeueranti Deus exprobrat apud
Oſeam in hunc modum; *Dilexi inquit eum: ex Aegypto uocaui filium me..n. Voca-* Oſeæ.11.a
uerunt eos (ſcilicet propheta) ſic abierunt a facie eorum. Baalim immolabant, & ſimu-
3 *lacbris ſacrificabant: Et ego quaſi nutritius Ephraim portabam eos in brachiis meis: Et*
neſcierunt quod curarem eos, in funiculis Adam trahebam eos, nempe in vinculis cha-
ritatis. Hæc ſane, & pleraque huiuſmodi alia cum meminit Eccleſia, conſcia
infirmitatis ſuæ, & Synagogæ periculis cautior reddita, quam (vt docet Paulus) Heb.3.d
videt, propterea quòd fide caruerit, in requiem, ad quam vocata fuerat, non
introiſſe; timet, ne in idem uitium lapſa, inde etiam ipſa repellatur. Rurſum
quum, quibus Paulus vtitur, argumentis perſuaſa repetat, excluſa Synagoga,
decretam ſibi eſſe requiem & ſabbatiſmum, reſumpta fiducia (vt idem Paulus
conſulit) Thronum gratiæ pontificis, & ſponſi ſui adit, quem ſcit uno dempto Heb.4.c
4 peccato, Iiſdem omnino ſecum tentatum malis, ſuæ infirmitatis, & malorum ſen- Heb.4.d
ſu afficiendum eſſe: atque ita perſuaſa, miſericordiam & gratiam in auxilium op-
portunum ſupplex orat. Id quod ſi exoret, tunc demum ſe unà cum puellis ſuis
ad ſabbatiſmum ſibi paratum citato curſu feſtinaturam confidit: & (quemad- Phil.3.c
modum ille inquit) quæ a tergo ſunt obliuiſcens, & ad ea quæ a fronte ſunt eni-
tens, iuxta præfixum ſignum ad brauium ſupernæ vocationis Dei inſequuturam
per Ieſum Chriſtum. Atque ea ratione ſperat nec turbæ ſuæ difficiles & intra-
ctabiles fore mores, quorum culpa (ut olim turba Iſraelitica) in deſerto ipſa
fatiſcat, & abſumatur: Nec ſuos adeo infirmos conatus, út ſuo merito,
5 quemadmodum Moſes & Aaron ab aditu optatiſsimæ terræ prohibiti fuerunt,
ipſa quoque a quietis & optatis ſedibus arceatur. Iam uero hæc oratio & ſpes
quam non feſellerint ſponſam, nec pudefecerint, ipſa teſtatur, cum hæc prę
gaudio geſtiens loquitur.

6 *Introduxit me Rex in cellaria ſua: exultabimus, & lætabi-*
mur in te memores uberum tuorum ſuper vinum. Recti di-
ligunt te.

Ori-

Origenes ſeptuaginta interpretum ſequitur æditionem, quæ ſic habet, εἰσήνεγκέ 1
με ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμιεῖον αὐτοῦ. Ἀγαλλιασόμεθα καὶ εὐφρανθησόμεθα ἐν σοί. Ἀγαπήσομεν
μαστοὺς ὑπὲρ οἶνον. εὐθύτης ἠγάπησέ σε. Quod interpres Origenis ſic uertit, introduxit me Rex in cubiculum ſuum: Exultemus & iucundemur in te: diligemus vbera tua ſuper vinum. Aequitas dilexit te. Cum indicaſſet inquit Origenes, ſponſo ſuo ſponſa, quòd adoleſcentulæ odore eius captæ currerent poſt ipſum, cum quibus etiam ipſa curſura eſſet, ut ei formam præberet in omnibus, nunc quaſi laboris ſui conſequuta iam palma, pro eo quod una cucurrerit cum currentibus, introductam ſe dicit a ſponſo Rege in cubiculum eius, ut ibi uideret opes Regias.
In hoc utique merito iucundatur & exultat, quæ ſecreta iam Regis, & arcana pro 2
ſpexerit. Deinde locum hunc interpretans de Eccleſia, vel anima perfecta, quæ ad arcanos, & reconditos verbi Dei ſenſus admiſſa fuerit, & quæ poſsit illud Pau
1. Cor. 2. b linum dicere, *Nos ſenſum Chriſti habemus*. Currunt inquit, adoleſcentulæ poſt ipſum, & in odorem eius: Vnaquæque tamen pro viribus: Alia quidem velocius, alia paulo tardius: Alia etiam inferius cæteris & ultimo, alia primo loco. Veruntamen currunt omnes: ſed una eſt perfecta, quæ cucurrit ſic, ut perueniret, & ſola acciperet Palmam. Sola enim eſt quæ dicit, *introduxit me Rex in cubiculum ſuum,* cum prius non de ſe ſola, ſed de pluribus dixiſſet, *Poſt te in odorem vnguentorum tuorum curremus*. Introducitur ergo in cubiculum Regis, & efficitur Regina: & 3
Pſal. 44. ipſa eſt, de qua dicitur, *Regina aſtitit à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietatibus*. De ijs autem adoleſcentulis, quæ poſt ipſam cucurrerant, & procul ab ea in ipſis currendi ſpatijs remanſerant, dicitur, *Adducentur Regi virgines poſt eam, proximæ eius afferentur tibi, Adducentur in lætitia, & exultatione, adducentur in templum Regis*. Deinde ad hiſtoricum, quem ipſe uocat ſenſum rediens ſic ait, quod autem ait exultemus & iucundemur in te, uidetur ex perſona adoleſcentularum dici: vel optantium, & petentium a ſponſo, ut quemadmodum ſponſa conſequuta eſt, quæ perfecta ſunt, & exultat, ita ipſæ etiam ſuum implere curſum, & peruenire uſque ad Regis cubiculum mereantur. Vel etiam ad ſponſam poteſt dictum 4
uideri ab adoleſcentulis congratulantibus ei, & pollicentibus, petentibuſque, ut participes fiant exultationis eius & lætitiæ. Sponſa quidem poſtquam oſcula meruit ab ipſo ſponſi ore ſuſcipere, & huberibus eius perfrui, ait ad eum, *bona ſunt hubera tua ſuper vinum*. Adoleſcentulæ uero, quæ nondum ad id beatitudinis venerant, neque ſummam perfectionis acceperant, neque vſu & operibus fructus perfectæ charitatis expleuerant, ut quaſi expertæ pronunciarent de huberibus, quod bona ſint, uidentes tamen ſponſam delectari, & refici ex huberibus ſponſi, ex fontibus ſcilicet ſapientiæ, & ſcientiæ, quæ de huberibus eius fluunt, & pocula cæleſtis doctrinæ ſumentes, tanquam imitatrices perfectionis eius, & deſide- 5
rantes eiſdem veſtigijs incedere, promittunt, & dicunt, *diligemus hubera tua ſuper vinum: Aequitas dilexit te*. Etiam inquit hoc mihi videntur adoleſcentulæ proloqui, velut ſatisfacientes pro eo quod dilecturas ſe promiſerant ſuper vinum hubera ſponſi, & nondum in præſenti diligant, neque integram vim charitatis oſtendant. Eſt ergo vox iſta velut incuſantium ſemetipſas, quæ nondum abiecta omni iniquitate peruenerint ad æquitatem: vt poſsint diligere ſuper vinum hubera
ſponſi: ſcientes inconueniens eſſe, vt aliquid adhuc reſideat iniquitatis in eo qui 6
ad perfectionem ſpiritualis & miſticæ doctrinæ peruenerit. Quia ergo ſumma perfectionis in charitate conſiſtit, Charitas autem nihil iniquitatis admittit, vbi-

1 autem nihil iniquitatis eſt, ibi ſine dubio eſt æquitas: Meritò ergo æquitas eſſe di
citur, quæ diligat ſponſum. Sic Origenes totum hunc locum diſtribuit, vt ver-
ba illa *introduxit me Rex in cubiculum ſuum*, ſponſæ verba velit eſſe ſibi gaudentis,
reliqua vero adoleſcentularum ad ſponſum: aut illa etiam *exultabimus & lætabi-
mur in te*, adoleſcentularum ad ſponſam, per parentheſin interiecta. Gloſa ordina-
ria hunc eundem locum duobus etiam modis diſtribuit. Altero quidem modo to-
tum locum tribuit ſponſæ, quæ egreſſa è cubiculo ſponſi, ſodalibus ſuis foris
præſtolantibus, ſolida ſua nunciet gaudia, & uoluptatem, quam ex conſuetudi-
ne ſponſi acceperit, cum inquit *introduxit me Rex in cubiculum ſuum*. Reliquis
2 vero verbis ſuo & adoleſcentularum nomine ad ſponſum conuerſa ipſi gratias
agat. Altero uero modo, prima uerba tribuit ſponſæ in eundem ſenſum: Reli-
qua uero adoleſcentulis, quæ hæc omnia dicant ſponſo in commẽdationem ſpon
ſæ, ſuam etiam ſpem, qua interim recreantur, profitentes, ut apud Origenem. Ber-
nardus prima etiam uerba ſponſæ eſſe putat. Reliqua uero omnia adoleſcentu-
larum ad ipſam ſponſam, uelut communẽ omnium matrem. Vt intelligamus ſpon
ſam egreſſam è ſponſi cubiculo, ut ſua cum adoleſcentulis tanquam cum filiabus
communicet gaudia, eas alloqui in hanc ſententiam. Gaudete & exultate o fi-
liæ, introduxit me Rex in cellaria ſua: putate, & uos introductas. Sola introdu-
3 cta uideor, ſed ſoli non proderit: veſtrum omnium eſt meus omnis profectus, vo-
bis proficio, uobis partiar quicquid plus forte uobis meruero. Cui illæ ſic reſpon
deant, Exultabimus & lætabimur in te. Nam nobis nec dum meremur: Aequani-
miter ſuſtinemus, dum uenias, ſcientes & plenis ad nos reuerſuram huberibus.
Interim tamen adhuc carnalium deſideriorum recordatione pulſamur. Nec ſit
tibi curæ reprehenſio blaſphemarum, & inuidarum nonnullarum, quę inter nos
fictæ uerſantur: cum conſtet, quod recti diligunt te. Sed nimius ſum & mole-
ſtus in recenſendis aliorum interpretationibus. Video. Ego uero, lectorem ad-
monitum uelim, me hunc laborem in hoc ſumpſiſſe, ne ſuppreſsis, & quaſi reiectis
4 grauiſsimorum auctorum ſententijs, meam præferre cęteris, & obtrudere uoluiſ-
ſe uidear. Quin ſi cui noſtra non probabitur interpretatio, receptiſsimos habeat,
quos ſequatur, interpretes. Nobis ergo hæc cum ſuperioribus ſic cohærere ui-
dentur. Sponſa ubi uidet ſe manu conſertam a ſponſo trahi in Regiam, quod ip-
ſa vehementer optauerat, & ſupplex orauerat, ingenti afficitur gaudio: & in maxi
mam erigitur ſpem, fore, ut ipſa unà cum toto ſodalium ſuarum choro eo perue-
niat: & in penetrale uſque admiſſæ, omnes ſponſi conſuetudine, ſumma cum uo-
luptate perfruantur, & incomparabilium beneficiorum, quæ ab illo acceptura
ſunt, perpetua ſe oblectent memoria. Id uero omnino fore ſic illa ſibi perſuadet,
5 & pro certo habet de more eorum, qui vbi certa rei illius potiundę, quam maxi-
me optant, affulſerit ſpes, præ gaudio geſtientes exiliunt: & ſe rem illam iam poſ-
ſidere ſibi gratulantur. Vt ſæpe Duces, ubi commodam pugnandi nacti fuerint
occaſionem, magna concepta potiundæ uictorię fiducia, quo ſibi & militibus ad
fortiter pugnandum addant animos, ſtatim in ingreſſu pugnæ exclamare ſolent,
uicimus milites; quod exclamaſſe ferunt Lucullum contra Mitridatis & Tigranis
copias pugnaturum. Qua etiam Enallage temporis id eſt (immutatione futuri in
6 præteritum) vſus Imperator Hebræorum Moſes Triumphum ante uictoriam ha
bitam de Chananęis, & reliquis illis ſex populis inſigni quodam Hymno unà cum
omnibus filijs Iſrael decantauit. Exod. 15. Sic & Ioannes. 1. cant. 2. *ſcribo in-
quit*

quit vobis iuuenes, quoniam fortes eſtis, & verbum Dei manet in vobis, & viciſtis 1
malignum, pro, uincetis proculdubio. Nec enim adhuc uicerunt, qui in conti-
nua pugna erant. Ipſa quoque ſponſa ad ſodales conuerſa, quas in eandem ſe-
cum erigere cupit ſpem, & ad currendum alacres reddere, eas ſic alloquitur. In-
troduxit me Rex in cellaria aut penetralia ſua. Vtrumque enim ſignificatum
huic loco ſatis conuenit. Q. d. O ſociæ bono eſte animo, Agite, ad currendum
poſt ſponſum uos accingite: conſertis manibus nobiſcum, & cum ſponſo cohæ-
reamus, qui me iam manu comprehenſam trahit fortiter. Tum ad ſponſum con-
uerſa, ſe ſuaſque ſocias nunquam ingratas, aut ingentium beneficiorum, quæ ab
eo expectant, fore immemores pollicetur: quin ea ſummo cum gaudio ſemper in 2
memoria habituras. Sic enim eſt in Hebræo, נזכירה דדיך מיין hoc eſt memorabi-
mus hubera tua præ uino. Nimirum quæ pręſtant uinum, aut dicemus præſtare
uinum. Proinde hanc ſe gratitudinem, & pietatem ipſi debere confirmat hoc
epiphomate, *Recti diligunt te*. Hoc eſt, hæc uero pietatis, & amoris officia tibi
debemus, quæ tibi deberi nemo negauerit, qui iuſtus, ac probus eſſe, & haberi ue
lit. Aut etiam, ut Græci legunt, æquitas dilexit, pro diligit te, id eſt, tibi familia-
riſsime iuncta eſt. Vt ſit ſenſus, hęc uero pietatis & amoris officia tuo iure tibi
debemus. Quippe qui maxime iuſtus ſis, & bonus: ob idque ſolus per te amari
digniſsimus. Nam מישרים & rectos, & rectitudines, & ęquitatem ſignificat. Sed 3
ut pluraliter interpretemur, cogere uidetur uerbum plurale אהבוך Dilexerunt
te. Niſi uerò in plurali numero ſignificari dicamus. Vt quia exacta & inflexi-
bilis æquitas Symbolo uirgæ, & ſceptri ferrei deſignata, maxime decet hunc Re
gem, cui ſubdi omnia debent, talis hic ſubſit Aethiologia. In te inquam exulta-
bimus & lætabimur: Ingentia tua beneficia memorabimus, propterea quòd tu ip
ſe Rex ſis potentiſsimus, optimus, & Iudex incorruptiſsimus. Qui pro tua ſum-
ma potentia ab omni hoſtium iniuria nos liberaueris, pro regia beneficentia om-
nibus bonis cumulaueris, & tua præſertim iuſtitia nos illuſtraueris. Hæc itaque
præ exuberanti ſpe, & gaudio exultanti ſponſę in hanc fere ſententiam dicta eſſe 4
exiſtimamus. Sic etiam Eccleſia cum primum ſenſit, ſe a Chriſto fide uelut ma-
nu fortiter pręhenſam, trahi, & duci ad Regnum cœlorum, exultans, & præ gau-
dio geſtiens, pleneque perſuaſa, breui ſe introducendam ad Euangelica penetra-
lia, & æternam requiem, quam terra olim patribus promiſſa deſignabat; quaſi iam
illuc eſſet introducta, eadem Enallage, tropo nimirum prophetico, quo Moſen
& Ioannem uſos fuiſſe proxime oſtendimus, quo etiam Hebræarum puellarum
chorea præſultrice ſorore Moſis Maria, inſigni hymno pro ſui liberatione ex
Aegypto, Dei gratias agere, ipſumque omnium bonorum ſuorum auctorem
agnoſcere cœpit, & celebrare, inter alia multa, quæ iam acceperat beneficia, il- 5
lud quod ſola fide, & ſpe tenebat, futurum adhuc quaſi præteritum iam eſſet,
Exod. 15. b ſic memorans, *Dux fuiſti in miſericordia tua populo tuo, quem redemiſti: & portaſti
eum in fortitudine tua ad habitaculum ſanctum tuum*. Eodem inquam tropo Ec-
Mar. 6. d cleſia fide Chriſti tracta in paupertatis ſolitudinem, & per pœnitentiam ab Ae-
giptijs, nimirum a ſeruitute Dęmonum, & uitiorum aſſerta, cum tanto ſtudio ip-
ſum ſequeretur, ut nec Apoſtolis tempus ad edendum ſuppetere, nec turbis cu-
ra eſſet commeatus in deſerta loca, ad quæ ille ſæpe ſe recipiebat, inferendi; in cer 6
tiſsimam erecta ſpem potiundi regni cœlorum, ad quod Rex ipſe ducebat, hæc
canere uiſa eſt. *Introduxit me Rex in penetralia ſua*. Sed una ante omnes longe

ſ. min-

1 firmiore fide, & certiore ſpe nixa illius choreę præſultrix Maria uirgo Chriſti
ſoror, ſponſa & mater, in hanc ſententiam uiſa eſt canere, quum nobiliſsimo
hymno immenſa Dei tum in ſe, tum in totam Eccleſiam collocata beneficia ce- *Luca.1.*
lebrauit: ſeque, & totam electorum choream per fidem, & ſpem in Regis pene-
tralia introductam prædicarit. Ea eſt enim fidei, & quæ cum viua fide coniuncta
eſt, ſpei uis & efficacia, ut cæleſtia, & arcana, quæ quam longiſsime abſunt,
bona, atque a noſtro conſpectu remota ſunt, præſentia uideri faciat, & oculis no-
ſtris expoſita. Eſt enim fides, ut definit Paulus, ſperandarum ſubſtantia rerum,
argumentum uel demõſtratio non apparentium. Et ſpes, ut ab eodem doctore *Heb.11.a*
2 didicimus, ad interiora uſque uelaminis peruadit. Aperuit nimirum Deus Eccle- *Heb.6.d*
ſiæ ſtatim in primo ipſo Regni Euangelici aditu oſtium ad hanc ſpem: ut apud
Oſeam promiſerat, in hæc uerba, *dabo vallem Achor ad aperiendam ſpem*, aut, ut alii *Oſea.2.c*
ex Hebræo vertunt, ad oſtium ſpei. In ſimilibus magnam certe diſsimilitudinem
uolens oſtendere, & longe diuerſa auſpicia: in primo namque ingreſſu ad terram
diu multumque expectatam, Iſraelitas deteſtanda Achan perfidia perturbauit, & *Ioſue.7.a*
de quietis ſedibus obtinendis multos adegit in deſperationem. Vnde etiam loco
illi, ubi id contigiſset, uallis Achor, id eſt, perturbationis nomen fuit. At uero
Eccleſiæ, ubi primum e captiuitate, & tyrannide hoſtium ſuorum liberari cœpit,
3 iam tum tam late patuerunt ſpei fores, ut ſtatim ſibi uiſa ſit, in cęleſtis regni pene-
tralia introducta. Nec hanc ſpem Ananię, aut Sapphiræ ſimilis perfidia frangere *Act.5.a*
potuit, aut labefactare. Sed indies gliſcente ſpe, augeſcenteque in horas fidei im-
petu, primi illi bellatores in cæleſte Regnum irruperunt: eiuſque tandem compo
tes euaſerunt. *A diebus Ioannis vſque nunc inquit Chriſtus, Regnum cælorum vim pati-
tur: & violenti rapiunt illud*. Introducta porro fuit per ſuos gradus, & progreſſus *Mat.11.b*
in penetralia Chriſti Eccleſia: primum quidem in Euangelium, quod penetralia
Regis merito dixeris, propterea quòd ibi ille uiſitur Rex, *in quo (ut inquit Paulus)
omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ ſunt reconditi*. Et *Deus, qui dixit de tenebris lumen* *Colo.2.a*
4 *ſplendeſcere: ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientię claritatis Dei, in
facie Chriſti Ieſu*. In hæc igitur penetralia prima introducta fuit Chriſti mater *2.Cor.4.b*
Maria, deinde Zacharias, & Elizabetha: & quum adhuc in huius utero clauſus te-
neretur, Ioannes Baptiſta: Tum Symeon & Anna Phanuelis filia, tum paſtores,
tum Magi, hinc Apoſtoli, demum publicani, & peccatores, qui omnes Chriſtum
receperunt, & quem ſcribæ & Phariſæi criminabantur, ipſi tanquam Dei ſapien
tiam iuſtum eſſe teſtati ſunt: atque ita ut Chriſtus ait, iuſtificata eſt ſapientia a
filiis ſuis, qui iidem ſunt recti, quod hoc loco ſponſum diligere, ſponſa teſtatur:
ut meritò de his dictum hoc loco intelligamus, *recti diligunt te*, per cõtentionem
5 ad illos, de quibus Dauid hæc cecinit, *generatio quę non direxit cor ſuum, nec eſt cre-
ditus cum Deo ſpiritus eius*. & in cellaria quidẽ Regis interiora introducti ſunt Apo
ſtoli: cũ Chriſtus, q̃ per parabolas, & ænigmata de Regno cælorũ corã turbis diſ-
ſeruiſſet, illi rogantib. domi priuatim enarraret, ac diceret, *vobis datũ eſt noſſe my-* *Mat.13.b*
ſteriũ regni Dei, cęteris aũt in parabolis. Item cũ Petro, Iacobo, & Ioãni ſpeciẽ quãdã
& ſpecimẽ gloriæ ſuę, & futuræ beatudinis in monte Thabor p̃buit, quũ ẽt Petro *Mat.17.a*
ſe Dei filiũ eſſe reuelauit, quũ in cęnaculo extrema illa, & vere regia cæna Apoſto
6 los ſuos excepit, ſacerdotes crauit, quos fidos comites in deſerto, & p̃iculorũ par *Mat.16.c*
ticipes habuiſſet. Tunc namq; illis dixit, *Hoc facite in meã cõmemorationẽ*, quũ ad-
mirãda corporis & ſanguinis ſui myſteria inſtitueret, Rurſũ *vos inquit, eſtis qui per* *Luca.22.*

man-

manſiſtis mecum in tentationibus meis : Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater me- 1
us regnum : vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in Regno meo: & ſedeatis ſuper thro
nos duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Vbi etiam permulta de Regno Dei
Ioan.15.b aperuit myſteria. *Quam obrem iam inquit, non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit,*
quid faciat Dominus eius : vos autem dixi amicos, quia quæcunque audiui a patre meo
Actum.1.a *nota feci vobis.* Item & quum poſt paſsionem ſuam diſcipulis ſuis viuum ſe, & im
Luc.24.c paſsibilem teddidit, ſenſum, ut intelligerent ſcripturas, apperuit, ſpiritum ſuum
Ioan.20.b inſufflauit, claues regni cœlorum exhibuit, & ſpectantibus pluſquam quingen-
1.Cor.5. tis fratribus ſimul in cœlum ſumma cum gloria ſubuectus fuit. Sed in die Pen-
tecoſtes fortiſsime tracta, & in penitiſsima regiæ, & regni Euangelici penetralia 2
Actum.2. inducta fuit Eccleſia, quum ſpiritum ſanctum in ſe copioſiſsime infuſum accepit:
quo velut igni excocti, & ſordib. veteris homini repurgati homines illi, a ſuis ope
Heb.4.a ribus quieuerunt: & in ſabbatiſmum unde repulſa fuiſſet Synagoga (ut docet Pau
lus) introirent. Quæ eadem ſunt Regia cellaria, & omni cœleſti annona refertiſ-
ſima Regis Chriſti promptuaria. Hic omnes illa frumenti, muſti, olei, lactis, &
mellis, reliquarumque rerum, quas craſsi Iudæi ſub ſuo Chriſto, immo uero An-
tichriſto craſſe, & ex palati ſui uoto expectant, myſtica, & ſpiritualis affluxit co-
pia. Hic uel in medijs bellis, atque hoſtium incurſibus abundat pax altiſsima, &
animi tranquillitas incredibilis. Quæ omnia prophetæ ſub corporalium rerum 3
Ioan.14.d ſymbolis in Chriſti Regno futura prædixerunt. Ibi namque ſpiritus ſanctus (ut
Chriſtus promiſerat) Apoſtolos docuit omnia, & quæcunque ille cum inter eos
uerſaretur, dixiſſet, ſuggeſsit myſteria, iuſtitiam, gaudium, pacem, & omnem ſpi-
Apoc.12.b ritualium chariſmatum ſuppeditabit copiam. Hic denique locus ille eſt, quem
Ioannes dixit paratum mulieri a Deo in ſolitudine, ubi Paſcat eam diebus mille
ducentis & ſexaginta, quum eo aufugerit, poſtquam filius eius, qui recturus erat
gentes in uirga ferrea, raptus fuerit ad Deum, & ad Thronum eius. Quod certe de
Eccleſia dictum eſſe, ipſa res loquitur. Ea namque poſtquam (ut inquit Marcus)
Mar.16.d *Dominus Ieſus aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet a dextris Dei*, tum maxime omnibus 4
poſſeſsionibus ſe abdicauit, omnes humanas curas, negotia, & commercia decli-
nauit: ad Euangelium, & veterum prophetarum ſcripta ſe recepit. In quibus ſuis
cellarijs, & ditiſsimis promptuarijs eam Deus pauit, & ad perferendas hoſtium
ſuorum iniurias & perſequutiones diebus mille ducentis & ſexaginta refecit, ac
recreauit: quin & toto perſequutionum tempore recreat & vegetam reddit. Nam
per dierum illorum numerum, qui tres annos faciunt cum dimidiato, quanto tem
pore Chriſtus prædicando Euangelio hunc commeatum ſuæ Eccleſiæ compara-
uit, omnia tempora, quib. affligenda eſt Eccleſia, nonnulli ſignificari putant. Aut
vero hoc dierum numero primi illi anni ſiguificantur, quibus ſtatim ab Aſcenſio- 5
ne Chriſti in cœlum, a Iudæis grauiter oppreſſa fuit Eccleſia, quos tres & ſemis
fuiſſe, ex Euſebij Chronicis expoſitum eſt colligere. Nam primo anno principes
& ſacerdotes Petrum & Ioannem in vincula coniecerunt: & omni ratione Euan-
gelij prædicationem prohibere annitentes, cæciderunt: Sthephanus lapidib. obru
tus eſt, & magna Eccleſiæ, quæ tum erat Ieroſolymis, excitata fuit perſequutio:
Saulus Eccleſiæ ubique pugnauit, & quantis maximis potuit uiribus deuaſtauit.
Sequenti vero annorum ſpatio ipſe Paulus fidem Chriſti ſub finem primi anni 6
profeſſus, crebras inſidias, & grauiſsima a ſuis paſſus eſt incommoda, Iacobus fra-
ter Ioannis iubente Herode capite truncatus, & Petrus in carcerem coniectus,

1 eſt, Ipſe quoque interficiendus, ni magno omnium miraculo ab Angelo fuiſſet li
beratus. Quod plane uidetur fuiſſe prælium illud magnnm in cœlo, hoc eſt, in cœ
leſti illa Eccleſia geſtum. Eoque prælio ſuperati ſunt hoſtes Eccleſiæ, draco ſer
pens antiquus, Diabolus dictus & ſatanas, & eiuſdem cõmilitones tum Angeli te *Apoc.12.b*
nebroſi, tum Iudæi, qui & ipſi tanquam eiuſdem milites & ſub eo mortis ſtipen-
dia facientes, draconis Angeli dicti ſunt, Michaelem reliquoſque Eccleſiæ tute-
lares Angelos, & ſanctos uiros propter incorruptos mores, & inculpatam uitam
pro Angelis habitos, ingentibus animis auſi inuadere. Quibus quantumcunque
renitentibus, & repugnantib. Euangelium Chriſti per totam Iudæam, & Sama-
2 riam prædicatum fuit: atque in conſtabilito, & confirmato Chriſti Regno, nullus
in Eccleſia cœleſtium hominum Diabolo, aut angelis eius relictus tum fuit locus.
Ac tum demum omnis illa perfectorum Eccleſia (ut rex Dauid prædixerat) aſti- *Pſal.44.*
tit regina a dextris Chriſti Regis, in veſtitu deaurato, circundata uarietate; expe-
ctans dum procedente tempore adducerentur poſt eam regi uirgines, ex Iudæis
quidem tum fide, tum genere, ex gentibus uero arctiſsima fidei neceſsitudine, &
uirtutum omnium coniunctione ipſius proximæ: quæ omnes ſumma cum lætitia
& exultatione in templum Regis, nempe in Eccleſiam Chriſti, eſſent perducen-
dæ. Quo etiam ſpectans ſponſa, non ſe a ſponſo, ſed a rege in penetralia dixit in-
3 troductam. Tunc oleo lætitiæ ſpiritualis perfuſa, Chorea (ut promiſerat) non de
ſe, ſed de Chriſto lætari & exultare; non ſua merita, ſed Chriſti beneficia, & hu- *Apoc.12.c*
bera quam ſuauiſsima memorare. Tunc Ioanni vox illa in cœlo, nimirum in Ec-
cleſia, exaudita fuit, *nunc facta eſt ſalus, & virtus & regnum Dei noſtri: & poteſtas
Chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante con-
ſpectum Dei noſtri, die ac nocte. Et ipſi uicerunt eum propter ſanguinem agni, &
propter verbum teſtimonij ſui, & non dilexerunt animas ſuas uſque ad mortem. Pro-
pterea lętamini cœli, & qui habitatis in eis.* Conſentit cum hac noſtra interpreta-
tione gloſa antiquorum Rabinorum in ſirhaſirim. Vnde Porchetus ſecunda
4 parte cap.4. ſui libri, quem inſcripſit victoriam contra Hebræos, hæc refert in
hunc locum, Rabi Abin expoſuit id, quod dictum eſt Pſal.117. *Hic eſt dies, quem
fecit dominus, exultemus & lætemur in eo.* Dixit Rabi Abin, non erant ſcientes, in
quo eſſet lætandum, utrum in die, an in Deo ſancto & benedicto, donec uenit
Selomo: & expoſuit dicens, exultabimus, & lætabimur in te. In te, in Deo ſancto
& benedicto; in te, in ſaluatione tua. Simile eſt autem hoc Matronæ cuidam, cu-
ius Rex maritus eius iuit, & filij, & generi ad ciuitatem maris; uenerunt, & dixe-
runt ei; uenerunt filij tui, quæ ait, lætentur nurus meę. Rurſus dixerunt ei: uene-
runt generi tui: quæ ait, quid ad me? lætentur filiæ meæ. Quando uerò dixerunt
5 ei, uenit uir tuus Rex, Ait, certe hæc eſt mihi ſufficiens & perfecta lætitia. Sic fu- *Iſa.60.*
turum fuit, ut eſſent prophetę uenientes, & dicentes ad Ieruſalem *filij tui de lon- Pſal.86.*
ge venient, & ipſa dixit eis, quid ad me? Exultent filiæ Iudæ, & *filię tuæ ſuper la- Iſai.60.*
tus nutrientur & fouebuntur: Dixit quid ad me? lætetur mons Sion: cum uero di- *Pſal.96.*
xerunt *ecce Rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator*, & ſcriptum fuit, *canta, & læta- Zach.9.*
re filia Sion, quia ecce ego veniens, & habitabo in medio tui, ait dominus, & congrega- Zacha.2.
buntur gentes multæ ad dominum in die illo, & erunt mihi populum, & habitabo in me-
6 *dio tui, & ſcies, uel cognoſces, quia Dominus ſabaoth miſit me ad te.* In illa hora fuit il-
la dicens. *Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in Deo meo.* Et hoc eſt, *Iſai.61.*
exultabimus, & lætabimur in te. Hæc gloſa illa. Hæc uero fuit Chriſtum dili-

gen-

Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Hieruſalem, ſicut tabernacula cedar, ſicut pelles Salomonis. Nolite me conſiderare, quòd fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.

Interpretes hunc locũ varie accommodant. Lyranus hæc verba tribuit Eccleſiæ, cum ſub ſtatu ſeruitutis Aegyptiacæ ageret. vultq; hæc dicta a perfectioribus illius populi ad imperfectiores. Auctor gloſæ ordinariç hæc eadem tribuit Eccleſiæ ſub primitiuo ſtatu noui teſtamenti, ut hæc quaſi per præoccupationem ad eos dicantur, qui propenſo cum ſint animo ad fidem Chriſti ſuſcipiendam, & ſocietatem cum Eccleſia ineundam, offenſi tamen perſequutionibus, & incommodis, quibus ipſam obnoxiam eſſe uident, ſuſpenſi hærent. Quos illa præueniens ſic alloquitur. O filiæ Hieruſalem, & quorum nomina ſcripta ſunt in cœlis, ne offendat uos, aut a me abalienet hæc mea exterior facies fuſca, & denigrata, hoc eſt perſequutio, & infamia, quam ab hoſtibus meis patior, & uos mecum pati oportet: ſed alliciat potius, & in data fide contineat interioris faciei meæ, & animi inſignis pulchritudo. Et quæ ibidem ſequuntur in hanc ſententiam. Sunt etiam, qui hanc nigredinem ad peccata uenialia, quæ ab anima non tollunt gratiæ pulchritudinem, referunt. Sunt &, qui Eccleſiam ſe nigram fateri putant propter malos, quos in hoc ſeculo bonis mixtos habet, pulchram uerò affirmare propter bonos. Nec deſunt, qui propter iuſtos, quos in grauiſsima peccata labi contingit, Eccleſiam dicant ſuam agnoſcere nigredinem, quia tamẽ (quemadmodum Paulus teſtatur) vbi abundauit peccatum, ibidem abundare ſolet gratia, ob eoſdem quoq; formoſam ſe eſſe gloriari. Origenes nigredinem ſponſæ refert ad ignobilitatem, quod nimirum fateatur Eccleſia gentium, & agnoſcat quos ei obijcit obſcuros natales Synagoga, magno faſtu maiorum ſuorum iactans ſtemmata: & (vt Paulus frequenter obijcit) ſuam in carne gloriam collocans: ſe tamen non propterea contemnendam eſſe, iure contendat, quòd formoſa ſit propter fidem, & uaria chariſmatum genera, quæ a ſponſo ſuo acceperit. Qui Moſes, ſpiritualis ſcilicet lex, obſcuram Eccleſiam, & Aetiopiſſam, quamuis id grauiter ferentibus Aarone, & Maria, hoc eſt Synagoga, quæ ſacerdotibus conſtat, & laicis, vxorem duxerit.

Rom. 4.

Num. 12.

Nobis primum quantum ad ſenſum grammaticum attinet in theatro Hieroſolymitano, vbi imperat Salomon, ſpectanda proponi uidetur ſponſa, culto regio inſignis, ſponſo aſsidens: quæ ampliſsimo ſuo honore, & ingenti gloria cum uideat æmulas ſuas mulieres Hieroſolymitanas uehementer uri: ac cum inuidia rumpantur, ſibi quod nigra ſit, probro vertere, maximeque indignum iudicare, quòd tam multis deſpectis mulieribus Hieroſolymitanis candidis, & delicatis, nigra & ruſtica mulier ad ſummum honoris, & Regiæ maieſtatis culmen a Salomone Rege Hieroſolymitano ſit euecta: hanc inuidiam, & calumniam ſic nitatur declinare, admonens æmulas ſuas, nigrorem ſuum, quo illæ tantopere offenduntur, & ſitum, non eſſe natiuum, ſed a ſolis ardoribus, & alijs cœli iniurijs, in quibus longo tempore ſub dio agens verſata ſit, inductum: qui tam diuerſo vitæ genere ſit deponendus.

Alioqui ſe reliquo corpore candidam eſſe, & formoſam, ac Salomonis amplexibus dignam, inſtar tentoriorum & papilionum ditiſsimorum,

in quibus Reges Nomadum agunt: atque adeo eorum, in quibus agit Salomon om- 1
nium Regum opulentiſsimus: quæ foris quidem ob ſolis æſtum, reliquaſque cœli
iniurias, quibus expoſita ſunt, nigricent, & horrida appareant: intus uero auro &
gemmis, omniq; ornatu regio ſplendeant, ut ibi reges cõmode habitent, & ſe oble
ctent. Sic etiam de Eccleſia tum ex Iudæis obſcuro loco natis, tum ex gentib. col-
lecta, quæ ad Dei cognitionem, & Regni Euangelici honores uocãda eſſet, & a Chri
ſto uero Salomone in conſortem eius Regni cooptanda, egregius ille Hebræorum
Pſal. 44. vates & Rex Dauid hæc cecinit myſtice ſub typo Salomonis ad Chriſtum filium
ſuum facta apoſtrophe. *Aſtitit Regina a dextris tuis, in veſtitu deaurato, circundata va*
rietate. Ac ne quis putet huius Reginæ ornatum ſitum eſſe in rebus externis, ſed 2
internis, per veſtitum deauratũ excellentiſsimas uirtutes & dotes deſignans, qui-
bus ſponſæ animus ſit conueſtitus & exornatus, ſubiungit, *omnis gloria filiæ ab in-*
tus in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus. Id quod Eccleſiæ, Chriſti merito præ
Ephe. 2. a ſtitum fuiſſe a Deo patre, docet Paulus ad Epheſios in hunc modum. *Deus inquit,*
qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, & cum eſ-
ſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto, & cuius gratia ſaluati eſtis: conre-
ſuſcitauit, & conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu. Aſſedit autem Ieroſolymis
Actuũ. 2. tunc primum Eccleſia tanquam Regina Chriſto Regi noſtro, quum Petrus in die
Pentecoſtes publice interpretari cœpit ſcripturas, & Euangelium prædicare: Item 3
Actuũ. 3. & quum in templo, ubi Chriſtus docuerat, Petrus & Ioannes populum docuerũt.
Id uero cum uiderent principes, ſacerdotes, magiſtratus templi, & Saducæi, qui ſi
bi ſcientiam ſcripturarum, & Cathedram Moſis, hoc eſt docendi auctoritatem
uendicabant, ægre tulerunt: & (quemadmodum narrat Lucas in actis) dolentes,
quòd docerent populum, & annunciarent in Ieſu reſurrectionem ex mortuis, inie
Actuũ. 4. cerunt in eos manus, & poſuerunt in cuſtodiam: Et uidentes Petri conſtantiam &
Ioannis, comperto quòd homines eſſent ſine literis & Idiotæ, admirabantur: & ſe-
Actuũ. 5. quenti capite audita ratione, quam pro ſe & Ioanne Petrus reddidiſſet (ut idem
Lucas auctor eſt) qui in concilium conuenerant diſſecabantur, & cogitabant in- 4
Matth. 21. d. terficere illos, nimirum ſentientes iam in proximo eſſe ut (quemadmodum Chri-
ſtus prædixerat) auferretur ab ipſis regnum, & genti, quæ bona fide hoc ipſum
adminiſtratura eſſet, traderetur. Grauius præterea illos tuliſſe, quum uidiſſent in
hoc etiam regnum uocatas, & admiſſas fuiſſe gentes, quas ipſi non pluris, quàm ca
nes æſtimarent, conſtat ex eadem hiſtoria: vbi narratur, quòd Iudæi patienter au
dierint Paulum ſuam apud illos agentem cauſam, donec ille ſibi per uiſionem in
ſpiritu a Chriſto dictum recenſeret: uade, quoniam ego longe in nationes mittam
te. His enim auditis, leuauerunt inquit, uocem ſuam dicentes, *Tolle de terra hu-*
Act. 22. e. *iuſmodi: non enim fas eſt eum viuere*. Paulum proculdubio interfecturi, niſi tribu- 5
nus prohibuiſſet. Quibus inuidiæ, & æmulationis furijs agitandos fore, Moſes (ut
docet Paulus) ſic prædixerat. *Ego inquit, ad æmulationem vos adducam in non gentem,*
Rom. 10. d. *in gentem inſipientem in iram vos mittam*. Cum ergo uiderent primarij illi Iudæi,
Deut. 32. c. qui per filias Ieruſalem hoc loco deſignantur, contempto ordine ſacerdotum, &
legis peritorum, qui primas Regni cælorum partes Ieroſolymis ad ea uſque tempo-
ra tenuiſſent, eo honoris, & dignitatis prouectos eſſe Galilæos homines idiotas, &
obſcuros, item & gentes idololatriæ uitio denigratas, indignum rati, Eccleſiam 6
magno ſupercilio contemnebant, & grauiſsimis maledictis proſcindebant; quę ut
ſe obiectis criminib. purgaret, hanc non minus modeſtam, quàm breuem, inſtituit
apo-

1 apologiam. *Nigra ſum &c.* Qua defenſione fatetur ſe nigram quidem eſſe: nec ſta
tim obiectum nigredinis uitium diluit: ſed ſatis habet primùm docere, id uitium
non tollere, quin pulchra ſit, aut iuxta Hebræum, etiam uenuſta, gratioſa, & ama-
bilis. Nam hæc omnia Hebræis ſignificat נָאוָה nomen deductum a uerbo אָוָה qđ
eſt deſiderare & appetere. Id uero confirmat exemplo tentoriorum Cedar, & ten
toriorum Salomonis, quib. nihil officit externa ſuperficies quantumcunq; horri-
da & aduſta. Nec.n.inde æſtimantur; ſed ex auro, & argento, quæ intra ſe cõtinẽt,
& ex gemmis, lapillis, admirandoque opificio, & ornatu, quib. interior eorum am-
bitus ſplendet, & commodam regib. præſtat habitationem. Fuit porro Cedar ſe- Gen. 26. b
2 cundus filius Iſmael, a quo Nomades Arabiæ populi genus ducunt: & ſub tento-
rijs degentes in ſolitudine Saracenorum incertis uagantur ſedibus, quo commo-
dius paſcendis gregibus, quib. maxime intenti ſunt, uacare poſsint: & latrocinia
exercere. Ex rapto.n.apud eos uiuitur. Quod uitæ inſtitutũ ipſos ſequuturos præ
dixit Angelus Gen.cap.6. De pellib. Salomonis nihil certi habemus: quamuis nõ-
nulli ad myſticos ſenſus confugientes ex hiſtoria Exodi tabernaculum, quod Mo
ſes in deſerto extruxit domino, cuius Salomon typum geſſerit, per Salomonis pel
les ſignificari putent, quod totum pellib. contectum fuerit. Sunt qui יְרִיעוֹת ver-
tunt, ſicut cortinæ: & intelligunt cortinas Salomonis candidas, & omni ornatu Re
3 gio conſpicuas: quib. in palatij ſui penetralib. ad Regiũ ſplendorem ille vteretur:
& geminam comparationem ſic illi diſtribuunt, vt nigredo ſponſæ ad tabernacula
Cedar, pulchritudo aũt ad cortinas Salomonis referatur. Sed minus diuinare ui-
debitur, qui ſic per pelles Salomonis tentorium intelligat, quo ipſe uteretur, quo-
ties in agro ſub dio ageret animi gratia; (nec enim ipſum militiæ uerſatũ legimus)
quemadmodum Abacuch tentoria Madianitarum pelles terrę Madiam appellauit, Abac. 3.
eodem uſus Hebræo uocabulo יְרִיעוֹת quo etiam hoc loco uſus eſt Salomon: atq;
ita utraque comparationis pars ad utraque tabernacula referatur, maiorque per
auxeſim pulchritudinis ſponſæ ſit amplificatio: addita menſione tẽtoriorum Salo
4 monis: q̃ multo ditiſsima & ornatiſsima fuiſſe par eſt credere, ut tanti Regis maie
ſtati reſpondeant, qui omnium Regum potentiſsimus fuiſſe memoratur. Horũ igi
tur inſtar tentoriorũ cõtendit Eccleſia, ſibi nihil obeſſe Galileę, aut humilium na
talium ſuorum obſcuritatem, aut humanæ literaturæ imperitiam, aut ante actæ ui
tæ ignominiam: namq; ſe inde uelut ab exteriore facie æſtimandam, ſed ex fide, &
charitate, reliquiſque uirtutibus, & animi puritate, quib. tanquam incomparabili-
bus diuitijs, & ornamẽtis interior ipſius facies ſic ad miraculum ſplendeat, ut uel
ipſum corpus dignum Deo templum reddat, legitimos Iudęo Abrahę ſemen, Dei
filios & Ieruſalem cęleſtis ciues, faciat. *Non enim (vt inquit Paulus,) qui in manifeſto* Rom. 3.
5 *Iudæus eſt; nec quæ in manifeſto eſt carnis circuncisio: ſed qui in occulto Iudęus eſt, & cir-*
cuncisio cordis in ſpiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt. Et rur- 1. Cor. 6. d
ſum, *neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti, qui in uobis eſt?* &
alibi, *non qui ſemen ſunt Abrahæ omnes filij, nec qui filij carnis, hi ſunt filij Dei: ſed* Rom. 9.
qui filij ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine. Item alibi, *Acceſſiſtis inquit, ad Syon* Heb. 12. f
montem, & ciuitatem Dei uiuentis Hieruſalem cæleſtem, et multorum millium Angelorum
frequentiam: & Eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cælis. Hac igitur ra-
6 tione formoſam, gratioſam, & amabilem, & Chriſti regis Thalamo dignam red-
ditam ſe eſſe confirmat Eccleſia: eodemq; negotio tanquam uana repellit obiecta
ſibi ab æmulis, patriæ, generis, ſuperioris vitæ, & imperitiæ uitia. Quæ enim ciuis

Hieruſalem conſcripta eſt, ſemen Abrahę & Dei filia, quis ei obiiciat patriæ igno 1
bilitatem, aut nataliũ obſcuritatẽ? Cuius animus fide depuratus eſt, aliiſq; virtu-
tib. exornatus, quid huic noceat ſuperioris uitæ infamia? Qui ſpiritũ Dei intra ſe
1. Cor. 2. hẽt, cuius ductu abyſſos diuinæ ſapientiæ luſtrare poſsit, & ſcrutari, quis hunc im
peritũ audeat dicere? Nemo certe, niſi temerarius, & qui cum rõne uelit inſanire.
Hæc ubi diluit nigredinis crimina, Illud crimen ſi tñ crimen, & non laus potius,
dici mereatur, nõ curat diluere: Immo libenter agnoſcit, & inde gloriatur. Quòd
nimirum nigra ſit, & aduſta facie a ſolis radiis, ſub quib. in deſerto aſsidue verſa-
tur. Qđ nemo iure poſſet uitio uertere: quin potius qui æquus Iudex fuerit, dẽat
laudi dare: ꝙ is color virilis animi ſignũ ſit, & in pferẽdis laborib. obſtinati. Atq; 2
ita tacite taxat otium & mollitiem æmularũ, ſcribarũ ſcilicet, & Phariſæorum, ac
Matt. 11. d fucatam ſanctimoniam: quippe qui alligant hominib. onera grauia, quæ ipſi magi
ſtri delicati uel digito nolint attingere; qui cum gloriam ex ſe inuicem capiant,
non poſsint credere, ſimiles ſepulchris dealbatis, quæ foris quidem apparent ſpe-
Mat. 23. e cioſa, intus tñ plena ſunt oſsib. mortuorũ, & oĩ ſpurcitia. Per ſolẽ porro intellige
Ieſum Chriſtũ crucifixũ, & graues, quæ inde Eccleſiæ excitatæ fuerunt per vni-
uerſum orbem a Iudæis & gentibus perſequutiones:, quibus veluti radiis a ſole in
meridie verſante ad perpendiculum directis aduritur, & denigratur. Dũ ſcilicet
Chriſtũ pdicat Crucifixũ, & è cælo ſumma cũ gloria vna cũ patre ex ęquo oĩa mo 3
derantẽ, Hæc. n. de illo conſtanter cũ teſtaretur Stephanus, lapidibus obrutus pe
rijt: & (quemadmodum in actis legimus) grauem perſequutionem Eccleſiæ Iero
Actuum 7. ſolymitanæ excitauit hęc eadem, quum tota Eccleſia per orbẽ effuſa prædicaret,
cum Iudæorum, tum gentilium maledictis, & ſecuribus fuit impetita: Et (ut Chri
Mat. 10. e ſtus prædixerat) omnibus hominibus pp ipſius nomẽ odio habita. Sub hoc igitur
ſole dum uerſatur in deſerto Eccleſia, eiuſq; aduritur radiis: Nimirum dum in
ſumma rerum omnium penuria inter Iudæos & Gentiles impios, & feras ſangui-
1. Cor. 1. narias, Ieſum Chriſtum crucifixum Iudæis ſcandalum, & gentib. ſtultitiã, prædi-
cat, quaſi nigra ſit, vt impia & execranda ab omnibus contemnitur, & exagitatur. 4
Nigrum enim veterib. cũ ad animum transfertur, in uitium maxime ſonat: ut quũ
de equis nigris apud Zachariã, & Ioannẽ in Apocalipſi ſit ſermo. Et apud Ethni-
1. Cor. 4. c cũ poetã, Hic niger eſt: hunc tu Romanę caueto. *Vſq; in hanc horam*, inquit Paulus,
*& eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cędimur, & inſtabiles ſumus, & labo-
ramus, operantes manibus noſtris: maledicimur, & benedicimus: perſequutionem patimur,
& ſuſtinemus: Blaſphemamur, & obſecramus: tanquam purgamẽta huius mũdi facti ſumus
oĩum peripſema vſq; adhuc*, Et alibi, *ſemper inquit, nos qui uiuimus, in mortem tradimur
2. Cor. 4. c propter Ieſum: ut & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali.* Dicimur inquit Ter
tullianus in apologetico ſceleriſsimi, de ſacramẽto infanticidii, & pabulo Iudæ, & 5
poſt conuiuium inceſto, qđ euerſores luminũ canes, lenones. ſ. tenebrarũ, & libi-
dinũ impiarũ in uerecundiã procurẽt. capite. 7. & c. 37. queritur Chriſtianos ho-
ſtes humani generis appellari ſolitos. Hoc uero crimẽ crucis Chriſti, & qđ aduer-
ſarij execrantur Chriſtian ęuitæ inſtitutũ, tñ abeſt ut purgare laboret Eccleſia,
Ad Gal. 7 ut in eo maxime glorietur: *Mihi* inquit Paulus, *abſit gloriari niſi in cruce domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, per quẽ mihi mundus crucifixus eſt, & ego mũdo*. Et tribulationes ſuas,
quę ſicut radii, ex hoc ſole ad ipſum recti mittebantur, Epheſiorũ gloriã eſſe affir 6
Ephes. 3 mabat. Quamobrem ſatis habet Eccleſia æmulas ſuas admonere, ne ſe æſtimẽt ab
exteriore corpuſculi ſui infirmitate; & calamitoſo habitu. qui ipſis cum ad id,

quod

1 quod adeſt,quodq́ue præſens eſt tantùm ſenſu ferantur,infelicisſimus iudicatur:
ſed illud magis reputent, maxima, quæ falſo creduntur mala, cum breui finienda
ſint, æternis & inæſtimabilibus bonis mutanda, maximo ſibi eſſe in lucro, & incre
dibile præſtare compendium ad beatam uitam capeſſendam. *Propter quod* inquit
Paulus, *non deficimus: ſed licèt is, qui foris eſt noſter homo corrumpatur; tamen is, qui in-*
tus eſt renouatur de die in diem. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribu- 2.Cor.4.
lationis noſtrę, ſupra modum in ſublimitate æternum glorię pondus operatur in nobis, non
contemplantibus nobis, quę uidentur, ſed quæ non videntur. Quę enim uidentur, temporalia
ſunt: quę autem non videntur, ęterna. Et alibi iam dixerat, ſi in hac uita tantum in
2 Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Iam uero 1.Cor.15.
hæc, quæ ipſi probro & uitio uertitur nigredo, quam fęliciter eluenda ſit, & in
admirandum mutanda candorem, idem Paulus eo loco oſtendit de reſurrectione
copioſisſime diſſerens, & in Epiſtola ad Coloſſenſes miſſa, utrunque ſtatum bre-
uisſime complectens, in hunc mòdum, *Mortui inquit eſtis cum Chriſto: & uita ve-*
ſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo: Quum autem Chriſtus apparuerit vita ueſtra, Colo.3.
& uos apparebitis cum illo in gloria. Hęc itaque uidetur eſſe uis huius Apolo-
giæ, *nolite me conſiderare*, aut(ut nonnulli ex Hebręo uertunt) deſpicere, *quod fu-*
ſca ſim: quia decolorauit me ſol. Significatur autem hoc loco ſub ſolis Symbolo
3 crux Chriſti, et quę inde excitatę ſunt Eccleſię pſequutiones; eodẽ tropo quo in
Pſalmis perſequutiones, et mala, quę ab aduerſarijs ſuis Dauid patiebatur, per *Pſal.* 120.
diem inquit, ſol non uret te. Item et quo tropo hęc eadem prędicuntur ceſſatu-
ra Eccleſię incommoda apud Ioannem in Apocalypſi, *Non eſurient, neque ſitient*
amplius: neque cadet ſuper illos ſol, neque vllus æſtus: quoniam agnus qui in medio
throni eſt, reget illos, & deducet eos ad uitæ fontes aquarum. Et abſterget Deus om- Apoc.7.
nem lacrimam ab oculis eorum. Huius porro ommurmurationis, et maledicentiæ ty-
pum Aaron, et ſoror eius Maria geſiſſe uidentur, quòs in publica concione fra-
trem ſuum Moſen arguiſſe legimus, quòd Sephoram mulierem Aetiopiſſam du-
4 xiſſet uxorem. Vt uetus & hęreditarium odium in maiorib. adumbratum, ad poſte
ros tranſmiſſum poſsitis agnoſcere. Lyranus totum hũc locum refert ad perſequu
tiones, quas populus Iſraeliticus in ſeruitute Agyptiaca pertulit. Sed ille toto fe- Num.12.
re hoc libro figuram captat, et umbram: nos rem ipſam, et corpus Chriſti, quod
eſt Eccleſia, perpetuò demonſtramus. Nonnulli per ſolem intelligi uolunt concu
piſcentiam, quę etiã iuſtos offuſcat. Origenes philoſophatur in uerbo παρέβλεψε
deſpexit. Quo ſignificetur ſol ille iuſtitię longe alterius eſſe naturę, et efficacię
a ſole, qui planetarum medius fertur in cœlo; hic enim quos aſpicit, denigrat, quos
deſpicit, reddit candidos: ille uero quos aſpexerit facit albeſcere, quos deſpexit,
5 nigreſcere, et ſqualere. At uox Hebręa שזפתני non deſpexit, ſed aſpexit me, con
ſtat ſignificare. Glo. nobiſcum ſentit. Solis inquit, eſt urere, & illuminare. Sic ue
rũs ſol exterius ſuos perſequutionibus exurit: dando uires reſiſtendi illuminat.
Iam uero hanc nigredinis ſuæ cauſam ipſa ſponſa ſic exponit.

Filii matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in
6 *vineis: vineam meam non cuſtodiui.*

Anticipat ſponſa narrare probra, & perſequutiones, quas a fratrib. ſuis pati cœpit,
ex quo ĩ regis penetralia, & honores regios illis repulſis, admiſſa fuit. Intelligimus

porro ſponsã,quas paulo ſuperius filias Ieruſalẽ appellauit,nunc filios matris ſuæ 1
uocare. Quũ uero has pugnas narrat, alludit ad bella,q̃ Iſraelitis quũ adhuc in de
ſerto verſarẽtur, & poſtquã in terras Chananæorũ a Ioſue inducti ſunt,Amalechi
tæ,reliquiq; populi intulerunt. Quæ ét ſoror Moſis,Maria more prophetico ceci-
nit in hunc modum, *Aſcenderunt populi, & irati ſunt: dolores obtinuerunt habitatores
Philiſthijm. Tunc conturbati ſunt principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor: obri-
guerunt omnes habitatores Chanaam.* Sic & hoc loco Eccleſia multo ante canere in-
ducitur perſequutiones, quas ipſi hoſtes & inimici crucis Chriſti poſt acceptum
ſpiritum ſanctum excitarunt. Sed ex multis & grauiſsimis perſequutionibus,quas
ipſa pertulit ab hoſtibus ſuis, & propter quas nigredinem contraxit, & ſqualo- 2
rem exterius, eas dumtaxat exprimit, quas a fratribus & contribulibus ſuis Iudęis
paſſa eſt: Grauius enim ferimus mala, quę inferunt nobis propinqui & familiares,
quàm quæ alieni & extranei: quod Chriſtus ſic exaggerauit; *& inimici hominis do*
Exod. 15. *meſtici eius*. Iudæos autem fratres appellat, filios matris ſuæ, Eccleſia primitiua,
quę ex Apoſtolis, & diſcipulis Chriſti conſtat, quod eiuſdem ſint generis, & ean
dem matrem habeant Synagogam: ideoq; illos diligat tanquam fratres. Qui affe-
ctus quam vehemens in ea fuerit, ipſa per ſuum Paulum prodidit, quum hæc di-
Mat. 10.d ceret: *Optabam ego anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecun-
dum carnem, qui ſunt Iſraelitę: quorum eſt adoptio filiorum, & gloria, & teſtamentum, &* 3
legislatio, & obſequium, & promiſſa: quorum patres, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem.
Quos etiam ad eandem radicem, & maſſam pertinere idem teſtatur his uerbis,
Rom. 9.a *ſi radix ſancta, & rami: ſi delibatio ſancta, & maſſa*. Sed tamen eoſdem inimicos eſ-
Rom. 11.c ſe indicat propter Euangelium, tametſi propter patres, chariſsimos. Quod uero
idem Paulus in Epiſtola ad Galatas his fratribus pro diuerſis admodum, & diſpa
ribus moribus, diuerſas & diſpares matres tribuit; ac pugnaces ſeruos dicit, & ex
Agar ſerua prognatos, mites autem, & pacis ſtudioſos, liberos & ex libera Sar-
ra genitos, & quos ſic illi nunc perſequuntur, ſicut olim Iſmael ipſum Iſaac per-
ſequebatur: hoc ille facit ſuæ cauſæ ſeruiens: ut etiam hoc loco Salomon ad de- 4
corum perſonæ ſpectans, eoſdem quantumcunque diſparis ingenii fratres tanquã
Gala. 4.d eiuſdem matris inducit filios. Magis enim decet perſonam mulieris, cum exagge-
rare inſtituit iniurias, quas a fratribus ſuis ſe pati queritur, eos eiuſdem matris,
quam eiuſdẽ patris appellare filios. Habet & hæc periphraſis Emphaſim, & ſum-
mæ modeſtiæ, ac charitatis ingens argumentum, quod acerrimos hoſtes ſuos, nõ
hoſtes, ſed matris ſuæ filios uocet. Hi uero fratres quàm inteſtino, & implacabi-
li odio contra ſororẽ ſuam Eccleſiam pugnauerint, apoſtolorum acta teſtantur.
Vt primum uerberibus affecerint Petrum & Ioannem Euangelij prædicatione in-
terdictos, & Stephanum lapidibus obrutũ interfecerint, diſcipulos Chriſti Iero- 5
ſolymis expulerint, Herodẽ ad necem Iacobi impulerint, & Sauli abuſi opera Ec-
cleſiã deuaſtare ac funditus delere contenderint. Quorũ bellorum ſummam bre-
1.The. 2.c uiter complectitur Paulus ad Teſſalonicenſces ſcribens in hunc modum. *Vos, in-
quit, imitatores facti eſtis, fratres, eccleſiarum dei, quę ſunt in Iudęa in Chriſto Ieſu: quia
eadem paſsi eſtis & uos a contribulibus ueſtris, ſicut & ipſi a Iudęis: qui & Dominum oc-
ciderunt Ieſum, & prophetas, & nos perſequuti ſunt: & deo non placent, & hominibus ad-
uerſantur: prohibentes nos gentibus loqui, ut ſalui fiant.* Mala uero quæ Hebręi ab ijſdẽ 6
paſsi ſunt, ad eos ſcribens ſic ille memorat. *Rememoramini inquit, priſtinos dies, in
quibus illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſsionum, & in altero quidem opprobrijs*

& tri-

1 *& tribulationibus ſpectaculum facti, in altero autem ſocij taliter conuerſantium effecti.*
Nam & vinctis compaſsi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, co-
gnoſcentes vos meliorem habere, & manentem ſubſtantiam. Has porro perſequutio-
nes grauiores longe illi reddiderunt falſi fratres, qui Circuncisionem, & legem
Moſaicam Chriſtianis obtrudere contenderunt. Quamobrem ſeditionem non
paruam Paulo & Barnabæ a Iudæis Chriſtianis Antiochiæ excitatam fuiſſe, in ac-
tis legimus: quibus ſe ne ad horam quidem ceſsiſſe, ſed pro libertate Euangelica
ſtrenue pugnando fortiter obſtitiſſe, Galatis narrat Paulus, qui tametſi illis aſſen
ſiſſet, omni ſe, ſuosque fratres potuit calumnia, & perſequutione liberare. *Ego*
2 *inquit, ſi Circunciſionem prędico, quid adhuc perſequutionem patior? Ergo euacuatum eſt*
ſcandalum crucis? Nam falſi illi fratres prædicando Circunciſionem, & ſummam
gratiam inibant a Iudeis, & apud gentiles, vt ex lege hac de re lata ab imperatori-
bus Romanis docet Hieronymus, tuti agebant. Quorum conſilium ſic aperit Pau-
lus, *Quicunque volunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi: tantum vt Crucis Chriſti*
perſequutionem non patiantur. Horum ergo contentionem maxime ſignificare uide-
tur hoc loco ſponſa, cum inquit, *poſuerunt me cuſtodem in vineis &c.* Hoc eſt, illi
ſubintroducti falſi fratres mei conati ſunt me in ſeruitutem redigere: & ad ua-
rios ritus paternaſque traditiones cuſtodiendas, quaſi uineas, cogere: quibus
3 ego fortiter reſtiti, intelligens me, ſi illi aſſenſiſſem, uineam meam (libertatem ni-
mirum) quæ Euangelica uinea mihi a patre familias commiſſa fuiſſet, non poſſe cu
ſtodire. Si enim ex lege, (ut illi uolebant) iuſtitiam quæſiuiſſem, eo facto Chri-
ſtum ſponſum meum gratis pro me mortuum fuiſſe profiteri uiſa fuiſſem. Vt il-
lud, *vineam meam non cuſtodiui*, dictum ſumamus pro, uineam meam non cuſtodijſ-
ſem. Et de more loquendi Hebręorum, qui pręterito pluſquam perfecto carent,
pręteritum perfectum pro pluſquam perfecto ſit poſitum. Videmur tamen nobis
commodiorem adhuc, & magis germanum huius loci ſenſum aſſequi poſſe, ſi per
uineas innumeras gentium Eccleſias, & per uineam, unam Iudæorum gentem in-
4 telligamus.
Vt ſignificet Eccleſia Chriſtiana, quę primum extitit Ieroſolymis, primas per-
ſequutiones, quas a Iudæis pertulit, & illam maximè, quę ſub necem contigit Ste- *Act. 8.*
phani, quam magnam perſequutionem fuiſſe Lucas memorat, quum omnes diſci-
puli per regiones Iudææ & Samariæ diſperſi ſunt, præter Apoſtolos, qui Ieroſo- *Act. 13.*
lymis remanſerunt. Item & illam quam Antiochenſes Iudæi Paulo & Barna-
bæ excitarunt. Quamobrem hęc illis dicere coacti ſunt. *Vobis oportuit pri-*
mum loqui verbum Dei, ſed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitæ æternæ,
5 *ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus. Poſui te in Lucem*
gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.
Item & illas, quas extremis temporibus ſub Antichriſto a Iudęis etiam, in euan
gelijs, Apocalypſi, & Epiſtolis Apoſtolicis prędicitur perpeſſura. His itaque &
alijs pleriſque perſequutionibus Iudęi, cùm Apoſtolos, reliquoſque diſcipulos
ab ſe repulerint, & ad gentes inſtar uinearum excolendas, cuſtodiendaſque com
pulerint, uiſi ſunt, tametſi diuerſo id facerent animo, uinearum cuſtodes ip-
ſos per accidens (ut philoſophi loquuntur) conſtituiſſe. At uero qui con-
6 ſulto, & immutabili decreto uinearum cuſtodię Apoſtolos præfecerit, Deum
eſſe nouimus:
Hæc per Oſeam prophetam ſponſæ ſuæ promittentē, dabo ei vinitores eius ex

Oſee.2.e eodem loco nempe ex eadem gente, quales antea dedi Sinagogę Moſen, & Aaro-
Iſa.49.b ronem. Et pater id officium demandat Apoſtolis apud Iſaiam in hæc uerba, *Po-
ſui te in lucem gentium, ut ſis in ſalutem vſque ad extremum terræ:* quamuis enim hoc
primo dictum ſit Chriſto, ſecundario tamen Apoſtolis quoque dictum fuiſſe, do-
cet Paulus, qui hoc prolato oraculo, ſibi & Barnabæ præceptum eſſe, ut relictis Iu-
dæis, ad gentes tranſeant, fidem facit. Extant & alia multa teſtimonia in nouo te-
Act. 13. ſtamento, quæ Chriſtum hanc eandem prouinciam Apoſtolis decreuiſſe, confir-
Ioan.20. d mant. Sic enim eos ille apud Ioannem alloquitur, *ſicut miſit me pater, & ego mitto
vos.* & apud Matthæum, *euntes inquit docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine
Mat.28. d patris, & filij & ſpiritusſancti.* Poſuit etiam ſpiritusſanctus eoſdem Eccleſiarum
Act.2. vinitores in die Pentecoſtes, quum in eos illapſus, ſe ſuique cognitione repleuit,
& Ieroſolymis doctores produxit in concionem: quum etiam priuatim de Paulo
& Barnaba ſic ſtatuit Antiochiæ, *Segregate mihi Saulum & Barnabam ad opus, ad
quod aſſumpſi eos.* Et Paulus maiores natu Epheſinæ Eccleſię dicit a ſpiritu Sancto
Act.13.a poſitos eſſe epiſcopos ad regendam Eccleſiam Dei. Tres itaque perſonas unius
Act.20.f diuinitatis ſignificare uidetur ſponſa, quum inquit, *poſuerunt me cuſtodem in vi-
neis.* Vt uerbum poſuerunt ad tres illas perſonas unius Dei referatur: quod tamen
ſuppoſitum (in alijs pleriſque locis ſacræ ſcripturæ obſeruatum eſt) per circumlo-
quutionem relatiui, & eiuſdem uerbi repetitionem, ſubaudiendum ſit, qui poſue-
runt. Quale eſt illud apud Matthæum, *nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribu-
Mat.7. lis ficus?* nempe, qui colligunt. Iam uero hanc eandem ſponſam quam Deo au-
ctore, uinearum, id eſt, gentium curam ſuſcepiſſe conſtat ex ſacris oraculis, eiuſ-
dem quoque iuſſu domum Iſrael deſeruiſſe, uineam illam Domini Sabaoth, ex ſa-
cris illis Iſaiæ elegis facile eſt confirmare. *Cantabo inquit ille dilecto meo canti-
Iſa.15. cum patruelis mei vineæ ſuæ. Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei. Et ſe-
piuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit uineam electam, & ædificauit turrim
in medio eius, & torcular extruxit in ea: & expectauit, vt faceret vuas, & fecit labru-
ſcas. Nunc ergo habitatores Ieruſalem, & uiri Iuda iudicate inter me, & vineam
meam. Quid eſt, quod debui vltra facere uineæ meæ, & non feci? An quod expecta-
ui, ut faceret vuas, & fecit labruſcas? Et nunc oſtendam vobis, quid ego faciam vi-
neæ meæ. Auferam ſepem eius, & erit in direptionem: Diruam maceriam eius: &
erit in conculcationem: & ponam eam deſertam: non putabitur, & non fodietur: &
aſcendent ſuper eam vepres, & ſpinæ: & nubibus mandabo, ne pluant ſuper eam imbrem.
Vinea autem domini exercituum, domus Iſrael eſt.* Hac enim parabola myſticè prę-
dicitur Deus ſublaturus a Synagoga angelorum cuſtodiam, quibus antea inſtar
ſepis a dæmonum iniurijs illęſa ſeruabatur: ſublaturus etiam doctores, certe
Apoſtolos, qui vinitorum officium amputandis vitijs falce verbi Dei, & ſanctis
inſtitutis, quaſi ligone, fodiendis hominum animis, eam excolendam ſuſcepiſ-
ſent. Iuſſurus inſuper prædicitur Deus Apoſtolis, qui velut nubes in animos
Heb.6.a hominum depluere ſolent, vt Paulus docet, bonum Dei uerbum, donum cœ-
leſte, & uirtutes futuri ſæculi, ne huiuſmodi pluuia uineam illam compluant.
Hæc eadem itaque ſignificare uolens ſponſa inquit, *vineam meam non cuſtodiui.*
Eandem porro uineam ſuam dicit, propterea quòd Apoſtolis ante aliàs co-
lendam, & cuſtodiendam commiſſa fuerit. Primum enim Iudæis tantùm ut prę-
Mat.10.a dicarent Euangelium, cum his mandatis Apoſtolos ſuos miſit Chriſtus. *In viam
gentium ne abieritis: & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: ſed potius ite ad*

oues,

2 *oues, quæ perierunt domus Iſrael*. Quas uero pugnas fratrum ſuorum cauſatur Ec-
cleſia, has ipſas uuas degeneres, & labruſcas apud Iſaiam appellat Dominus; & has
reddit cauſas, propter quas tam acriter uineam ſuam ulciſci ipſe decreuerit. De
improbis præterea Synagogæ operibus, & ſumma impietate eadem ænigmatis
forma queritur idem dominus apud Hieremiam in hunc modum: *Ego te plantaui* Hiere. 2. a
uineam electam, omne ſemen uerum. Quomodo ergo conuerſa es mihi in prauum, vinea alie-
na? hanc eandem huius uineæ mutationem, atque impietatem grauiſsime exagge-
rans in Deuteronomio Dominus, *de uinea inquit Sodomorum, uinea eorum, & de ſub-*
urbanis Gomorræ: vua eorum, vua fellis, & botrus amariſſimus, fel draconum vinum eo-
3 *rum: & venenum aſpidum inſanabile*. Quę omnia de Iudæis maxime, qui ſub Chri-
ſto, & Apoſtolis fuerunt: & qui ſub Antichriſto futuri ſunt: dicta eſſe agnoſcat
facile, qui ſel, & acetum Chriſto extremis crucis tormentis exhauſto ab illis exhi
bitum, atroces iniurias, uenenata maledicta, & efferatam illorum in Chriſtum, &
Chriſti diſcipulos rabiem ex Euangelijs, Apoſtolorum Epiſtolis, ſacris annalibus,
alijſque Eccleſiaſticis hiſtorijs cognoſcere non grauetur. Quam fortaſsis prę-
fatam pertinaciam, & implacabile Iudęorū in Chriſti diſcipulos odium, & adulte
rinos mores damnans hoc loco Salomon, Eccleſiam inducit illos non fratres, ſed
matris ſuæ filios appellantem. Quos etiam Chriſtus Eccleſię Sponſus in Euange
5 lio generationem prauam uocat, & adulterinam, & non ex Deo, ut ipſi falſò glo-
riabantur, ſed ex patre Diabolo homicida genitos homicidas: Fuerunt itaque illi
homines ex adultera Synagoga communi matre uterini geniti, at non germani fra
tres Eccleſię ex Deo patre genitę: nihilominus tamen ſicut Paulo ita etiam &
Iſaię chariſsimi, ut quibus ille tanquam dilecto populo ſuo ſe decantaturum olim
pręfatus ſit, hoc ipſum canticum patruelis ſui de uineæ ipſius: hoc eſt, apertius, &
fuſius deploraturum, quę hac parte huius cantici Salomon obſcure, breuiterque
de uinea illa cecinisſet. דוד. enim, quod noſter interpres. 5. cap. Iſa. patruelem
uertit, hoc libro perpetuò vertit dilectum ſeptuag. ἀδελφιδὸν, vnde intelligimus,
4 de eodem dilecto loqui Iſaiam eo loco, de quo Salomon hoc Dramate: & peculia-
riter idem argumentum ſibi tractandum ſumpſiſſe eo cantico, quod iam ante ip-
ſum tractaſſet Salomon in hac parte cantici de delicto ſuo conſcripti: vir enim &
propheta Euangelicus dilectum ſuum dilectum ſponſum Eccleſiæ Euangelicæ,
cuius ipſe non exigua pars eſſet dicere non dubitauit. Origenes hoc loco ma-
trem ſponſæ interpretatur Hieruſalem cœleſtem, quæ in cœlis iam libera agit,
& inde filios gignit quotidie liberos, quales fuerunt Apoſtoli, & reliqui di-
ſcipuli: vineas, ſacra utriuſque teſtamenti uolumina, quæ Apoſtoli poſt ex-
pugnatos, & deuictos varios ſenſus, & impia gentium ſtudia, Eccleſiæ ex
5 gentibus conuerſæ tradiderunt cuſtodienda. Per uineam autem quam ipſa
non cuſtodierit, impiam eruditionem intelligit, in qua unuſquiſque ante fi-
dem exercebatur. Annotat autem idem Origenes dictum, ſponſę, filios ma-
tris eius pugnaſſe non contra ipſam, ſed in ipſa: hoc eſt in ſenſibus & corde eius,
ut deſtruerent omnem infidelitatem, omne uitium, omneſque doctrinas, quę in
ea inter gentes poſita, falſis ſophiſtarum aſſertionibus inoleuerant. Legerat ni-
mirum ille in Gręco ἐμαχέσαντο ἐν ἐμοί hoc eſt pugnauerunt in me. & in Hebræo
6 eſt נִחֲרוּ בִי quod nonnulli uertunt, exarſerunt, uel irati ſunt in me. ſed hoc
noſter interpres recte expreſsit, quum uertit, pugnauerunt in me. Nam &
præpoſitio Hebræa בְ pro contra, in ſacris literis poſita frequenter occurrit: &
ver-

verbum נִחַר pro iraſci. ſic porro iratos fuiſſe in Eccleſiam Iudæos, vt magnis eā 1
affecerint cladibus, abunde nobis oſtenſum eſt: Et plenius adhuc ex ijs, quæ a maioribus noſtris memoriæ tradita ſunt, quiuis poſsit cognoſcere. Sunt qui hæc referant ad hæreticos, & ſchiſmaticos eius Eccleſiæ filios, quæ bonos in ſe contineat ac malos, a quibus bonorum congregatio queritur ſe oppugnari: & propter bella, quæ illi inferunt, cauſatur, ſe uineas a Deo & Apoſtolis ſuæ fidei commiſſas, nempe multas ex particularibus Eccleſijs, non ſatis, aut non quantum vellet, cuſtodijſſe. vt per uineas omnes particulares Eccleſias, per uineam eas quæ a fide defecerint, intelligamus.
2

Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, ubi cubes in meridie: ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.

Præſentiens ſponſa impendentes ſibi a fratribus ſuis ob ſuſceptam uinearum cuſtodiam pugnas, & calamitates, & quod ſupra modum anxiam ipſam reddit, in maximis malis quum uerſabitur abfuturum ſponſum, perſonam induit puellæ, quæ
pro grege a ſponſo ſibi commiſſo ſolicita ipſum precatur, ut amæna, & opaca lo- 3
ca, vbi ipſe paſtor prouidentiſsimus gregem ſuum, cum maximus ferueat diei æſtus, ſalubriter paſcit, & tutum a ſolis ardoribus accubare facere promiſit, oſtendat: Neſi dum eo abſente ignota ſibi loca, & ipſum ſponſum quæritat, ac ne quid detrimenti commiſſus ſibi grex capiat ſub meridiem, prouidet: circa mapalia aliorum paſtorum, quos ſponſi ſodales falsò credat, oberrare cogatur, & velut palliolata meretricula, aut operto capite quaſi uidua, non loca gregi ſalubria, nec ſponſum, ſed mæchum potius quærere uideatur. Eſt enim in Hebræo אֵיכָה תִרְעֶה אֵיכָה תַּרְבִּיץ בַּצָּהֳרָיִם hoc eſt, vbi paſces, vbi accubare facies in meridie, vt ſubaudien-
dum ſit, gregem tuum. Quod noſter interpres in præſenti vertit, ubi paſcis, vbi cu- 4
bas in meridie, & ubi nos legimus, ne uagari incipiam, in Hebræo eſt שַׁלָּמָה אֶהְיֶה כְּעֹטְיָה Salammachieh cheotia. Hoc eſt, quare enim ero ſicut cooperta, aut palliolata? Nempe vt meretricula. Scorta enim antiquitus velabantur. de quorum more Thamar poſitis uiduitatis ueſtibus, dicitur theoriſtro operta ſediſſe in biuio, vt ſcortum ſimulans, Iudæ ſoceri ſui concubitum ſuffuraretur: aut etiam cooperta quaſi uidua, quæ propter abſentiam uiri capite uelato ambulet. Iam uero figuratus per interrogationem ſermo emphaſim habet. Conſtans enim integritatis ſtudium tacite præfert: & ad ſui commiſerationem mouere ſponſum magis poteſt.
Nec aliena cuiquam uideri debet, & præter Regiarum perſonarum decorum, a 5
paſtoribus ſumpta metaphora. Nam & Homerus Græcorum Imperatorem Agamemnonem ποιμένα λαῶν hoc eſt, paſtorem populorum, ſolitus eſt appellare, illud nimirum ſubindicare uolens, reges maxime decere, pari ſtudio populos curare, quo boni paſtores ſui gregis curam agere ſoliti ſunt. Quamobrem etiam ſacræ
Ezech. 34. literæ Deo optimo Maximo paſtoris perſonam ſæpe tribunt. ut facit Dauid pſalmo uiceſimo ſecundo. Et ipſe Deus apud Ezechielem de ſe ſic loquitur.
Quemadmodum requirit paſtor gregem ſuum in die, quando fuerit in medio ouium 6
ſuarum diſsipatarum, ſic requiram oues meas & liberabo eas de omnibus locis, in quibus diſperſæ fuerant in die nubis, & caliginis, & educam eas de populis, & congre-

1 *gregabo eas de terris, & inducam eas in terram ſuam, & paſcam eas in montibus*
Iſrael, in riuis & in cunctis ſedibus terrę, in paſcuis irriguis paſcam eas, & in mon-
tibus Iſrael excelſis erunt Paſcua earum. Ibi requieſcent in hortis uirentibus, & in
paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes Iſrael. Ego Paſcam oues meas: & eas
ego accubare faciam. Sic & hoc loco Salomon ſub paſtoris perſona myſtice
Chriſtum deſignat, propter proxime memorata officia, quæ ipſe ſuis ouibus
præſtaturus ſit: & propter illas optimi paſtoris partes, quas in ſe ineſſe ipſe Chri-
ſtus in Euangelio Ioannis oſtendit: Nimirum, quòd non aſtu & dolo in curam *Ioan. 10.*
gregis inuaſerit? ſed a patre ſuo commiſſam ſuſceperit; quòd proprias oues ſuo
2 quanque uocans nomine, paſtum educat, & antecedat, quòd denique uitam pro
ouibus ſuis exponat. Quamobrem Petrus paſtorum principem ipſum merito ap- *1. Pet. 5.*
pellauit, ad illud nimirum oraculum Ezechielis alludens, quo Deus pater ſeruum *Ezech. 35.*
ſuum Dauid, hoc eſt Chriſtum filium Dauid ſecundum carnem, & ob id Deo pa
tre inferiorem, ſuo gregi paſtorem ſe ſuſcitaturum, & principem conſtituturum
pollicetur. Ita & Eccleſia ſub incorruptæ puellæ perſona paſtoris officium
obire deſcribitur propter Apoſtolos, & horum ſucceſſores Epiſcopos, quos ſe
ex animi ſui ſententia ſuo gregi paſtores daturum idem dominus ſic pollicetur,
Dabo uobis inquit paſtores, iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia, & doctrina. Quo etiã *Hier. 3.*
3 ſpectans Paulus eoſdem dicit datos eſſe a Chriſto Eccleſiæ paſtores, & doctores;
ut certe dati ſunt, quum illis a Chriſto dictum fuit. *Euntes docete omnes gentes, Ba-* *Ephe. 4.*
ptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, Docentes eos ſeruare omnia, quę- *Mat. 28.*
cunque mandaui vobis. Et rurſum, *ſicut miſit me pater, & ego mitto uos. Hęc cum* *Ioan. 20.*
dixiſſet inſufflauit, & dixit eis, accipite ſpiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata,
remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Sub horum igitur perſona pa-
ſtorum Eccleſia Spiritu Sancto, quo plena eſt, admonente, præuidens graues per-
ſequutiones, & difficultates inſuperabiles, quas in curando grege Chriſti ſit paſſu
ra tum a Iudæis tum etiam ab ethnicis, idque tam extremis temporibus quam pri-
4 mis, tantis malis ſuperandis ſe longe imparem agnoſcens, ob idquè ſibi, ac ſuo
gregi timens, ſponſi opem tanquam paſtorum omnium principis, & totius gregis
domini tempeſtiue implorat. Ac memor quòd ille nuper cum ſuæ profectionis,
& impendentium malorum admoneret, ſe etiam tunc ipſi affuturum ſit policitus,
cum hæc diceret, *non vos relinquam orphanos: veniam ad vos.* Et rurſum, *non turbetur* *Ioan. 14.*
cor veſtrum; neque formidet: uado, & uenio ad uos. Et multo ante, *oues meę uocem meam* *Ioan. 10.*
audiunt, & ego cognoſco eas & ſequuntur me, & ego uitam ęternam do eis, & non peribunt
in æternum: & non rapiet eas quiſquam de manu mea. Horum inquam promiſſorum
memor Eccleſia, Chriſtum orat, ut antequam ſe in cælum recipiat, loca illa
5 oſtendat, ubi ipſe decreuerit, quamuis abſens corpore, ſuo tamen fauore be-
neuolo ſemper præſens gregem ſuum, quum in omnium rerum penuria, & maxi-
mis periculis verſabitur paſcere, & tutum ſeruare. Ne tunc (Si non præmoni-
ta fuerit) cogatur Chriſtum quęritando, ad pſeudoChriſtos imprudens acce-
dere, quum ipſe uidebitur omnino abeſſe. Nec facile erit ipſius præſentiam,
& tutelam deprehendere, proptereaque permiſſurus ſit ſuos impiorum injuriis
6 miſere opprimi; & pſeudoChriſtorum, aut pſeudoprophetarum doctrinis,
quęque illorum dogmata maxime confirmare uidebuntur, apparentiſſimis mi-
raculis, exagitari. Hos autem uocat ſodales ſponſi: propterea quòd preui-
deat, eos maximum ſibi exhibituros fore negotium, qui aliquando Chriſtum pro-

feſsi

feſsi fuerint. Hi enim relicto Chriſti ſodalitio, eius tamen doctrinam, & fidem 1
callide ſimulantes, ſuas hæreſes, impiamque Antichriſti doctrinam cum obtru-
derint, difficilime omnium uitari poterunt. Quo ſpectans Ioannes dicebat, *An-*
Ioan.21. *tichriſti multi facti ſunt. Vnde ſcimus, quod nouiſsima hora eſt. Ex nobis exierunt, ſed*
non erant ex nobis. Captat porro ab eo beneuolentiam blanda illa appellatione in
tertia perſona, *quem diligit anima mea*, ſciens plane (ut annotauit Origenes) non
qualicunque dilectione, ſed ex tota anima, & ex totis uiribus, & ex toto corde ha
bendam eſſe ſponſi dilectionem: qui filius ſit charitatis, immo ipſamet charitas.
Quin & ad illud mihi uidetur alluſsiſe iam tum, cum hæc Salomoni dictaret ſpi-
ritus ſanctus, quòd Chriſtus a Petro, quem ſibi proxime ſufficere, & ſummum 2
vniuerſi gregis ſui paſtorem ſuo loco decreuiſſet conſtituere, maiorem, quàm ab
omnibus aliis, exegit amorem. Sic enim illum primo rogauit coram aliis, *Simon*
Gen.32. *Iona amas me plus his*, & ſecundo, item & tertio, *Simon Ionas, amas me?* quo mode-
ſte affirmante, quòd ipſum amaret; tum inquit, *paſce agnos meos, paſce oues meas*. Sic
etiam hoc loco, cum ſponſa ſponſum appellat, *quem diligit anima mea*, idiotiſmo
Hebraico, pro eo, quod eſt o ſponſe animo meo chariſsime; in Petri perſona ui-
detur hæc dicere: o ſponſe mihi chariſsime, tu quidem in cælum profecturus, gre
gem tuum mihi credis, & dum maximum a me amorem tui exigis, pro agnis & oui
bus tuis, quoties opus fuerit, capitis periculum ultro adire adhortaris. Ego ue- 3
ro te maxime tuo munere amo, & colo, & in tuam, & gregis tui gratiam tuo exem
plo mori non recuſo: ſed maiora mihi, & gregi imminere mala video: quam quæ
ego niſi tuo nitar patrocinio, ſuperare poſsim: & in tantis malis boni paſtoris de
ſungi officio. Propter hunc igitur amorem meum, quo te, tuumque gregem pro-
ſequor, te oro, Iam nunc ea loca irrigua, virentia, & opaca ut mihi indices, ubi tu,
quemadmodum olim te facturum promiſiſti, gregem tuum paſces; & tutum in ma
ximis periculis facies accubare: ut illis tempeſtiue cognitis locis, quãdo te abſen-
te, in maximis uerſabimur malis, & ferarum incurſionibus, ego, & grex tuus illuc
recta confugiamus: & in tuam tutelam nos recipientes, hæc omnia incommoda 4
ſuperemus. Id uerò ut mihi annuas, uel ob id obnixe obſecro, quòd ſciam, abs te
monita, multos fore, qui te abſente, bonos paſtores ſimulent, & tuam perſonam
mentiantur, mirisque dolis, & artibus mihi nitantur imponere. In hos ego in-
currere pertimeſco; uerita, ne dum te inquirens erro, nõ te Chriſtum meum mihi
vnice dilectum, ſed Antichriſtum potius uidear inquirere: & tandem falſa tui
ſpecie deluſa, ad aliquem illorum impoſtorum longe contra animi mei ſententiã
declinem, meque ac tuum peſſundem gregem. Allegorice uerò illa requirit loca
Eccleſia, quæ nos paulo ante ex Ezechiele indicauimus. Montes nimirum Iſraelis
excelſos, & irriguos: ubi ſunt paſcua pinguia, & uirentia; hoc eſt altiſsimas diui- 5
narum rerum contemplationes: in quibus qui uerſantur, in montibus Iſraelis, nẽ-
pe uiri, qui Deum uident, uerſari dicuntur. In talibus namq; montibus proueniũt
affatim herbida, myſteriorum cæleſtis ſcientię & doctrinę, paſcua, quibus cogno-
ſcendis piorum animi uegetantur, & potentiſsime nutriuntur, atque augeſcunt.
Ioan.4. b. Ibi plurima gratiarum Spiritus Sancti erumpit aqua, in uitam æternam ſaliens: &
Ioan.1 g. eos, qui ſe biberint, eo uſque ſalire faciens. Ibi ſemitæ ſunt iuſtitiæ, in quibus qui 6
ambulant (ut de Nathanaele Chriſtus dixit) veri Iſraelitæ fiunt, & omnis doli ad
imitationem Iſraelis expertes. Ibi ex familiari Dei in montibus illis agentis con-
ſuetudine, ſic mens exacuitur, & animi noſtri confirmantur uires, ut cum Deo cõ
ten-

2 tendere, & benedictionem, nempe ipſius patrocinium, poſsimus extorquere: cu- *Gen. 32.*
ius fauore, & tutela freti, omni poſito timore, exemplo Iſraelis, omnes hoſtes no-
ſtros nos ſuperaturos omnino confidamus. Freti & illo oraculo, quod de Chri-
ſto, & Eccleſia ædidit Iſaias: *Super viis paſcentur, & in omnibus planis paſcua eorum.*
Non eſurient, neque ſitient, & non percutiet eos æſtus, & ſol: quia miſerator eorum reget
eos: & ad fontes aquarum potabit eos. Quam etiam ſe rerum omnium abundantiam,
& in maximis periculis fiduciam, animique tranquillitatem in his montibus aſſe-
quutum Dauid celebri illo hymno gloriabatur. *Dominus inquit, regit me, vel paſcit* *Pſalm. 22.*
me, aut paſtor meus eſt, nihil mihi deerit, in loco paſcuæ, id eſt in locis herbidis, & ui-
2 tando æſtui meridiano maxime commodis, *ibi me collocauit, aut accubare fecit. Su-*
per, aut, iuxta aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit, hoc eſt uſu illo-
rum paſcuorum, & uitalium aquarum reuocat, & reſtituit mihi animam, quam an
tea pre fame, ſiti, eſtu, & laſsitudine penè amiſeram; & que ſequũtur in hanc ſentẽ
tiam. Hec itaque ſunt loca, in quibus princeps ille paſtorũ Chriſtus ſuum paſcit,
& tutum accubare facit gregem per meridiem: Hec ſibi ab illo indicari orat Eccle
ſia. Que eadem antea tum cellaria Regis, tum ſponſi hubera appellauit. Vt in que
per fidem & ſpem iam admiſſa ſibi uidetur, eadem re ipſa tandem obtineat, & poſ
ſideat. Ibique tuta ab hoſtium iniurijs unà cum ſuo grege agat. Vnde etiam intel-
3 ligimus hunc illum eſſe locum a Deo paratum mulieri, nimirum Eccleſie, ubi in
medijs perſequutionibus, & malorum eſtu illam, quum in ſolitudinem aufugerit,
paſcat; ut tam multiplici, & eleganti allegoria, tam breui ſermonis tractu Salo-
monis rem unam exornari potuiſſe mirum ſit. Porro per meridiem, quum maxime
feruet ſol, eſtus perſequutionum, & iras hoſtium Chriſtiani nominis, intelligi-
mus. Sumpta metaphora a re paſtoria. Vt enim grex ſi per meridiem ſub ardente
agat ſole, in periculo ſalutis, & uite uerſatur, niſi paſtoris cura in opaca loca indu
catur: ſic & Chriſtiani cum perſequutionibus excandeſcentium hoſtium pre-
muntur, periculum eſt ne ſuccumbant: & a fide deficientes uelut a meridiano ex-
4 terminio abſumantur. Quo etiam tropo Dauid uirum, qui omnem ſuam curam, &
ſpem in Deum collocauerit, liberum & ſecurum agere dicit a Demonio meridia- *Pſalm. 90.*
no. Hoc eſt ab omnibus incommodis, & malis que meridiani aeris intemperies, &
potentes hoſtes aperte inferunt.

Per ſodales autem ſponſi, pſeudochriſtos intelligit, & pſeudoprophetas: qui ſe
Chriſtos mentiuntur: & cum miniſtri ſint Satane, ut docet Paulus, in miniſtros
iuſtitie ſe transfigurant. Horum dolos, & perſequutiones ſic Chriſtus predixit: *2. Cor. 11.*
eoſque cauere premonuit. *Videte inquit ne quis uos ſeducat. Multi enim veniẽt in nomi*
ne meo dicentes, ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent. Audituri enim eſtis prælia, & opi- *Matth. 24.*
5 *niones præliorum. Videte ne turbemini: oportet enim hæc fieri: ſed nondum ſtatim finis.*
Conſurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt peſtilentiæ & fames, & ter
ræmotus per loca. Hæc autem omnia initia ſunt dolorum. Tunc tradent uos in tribulatio-
nem, & occident uos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc ſcanda
lizabuntur multi: & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Et multi pſeudoprophetæ
ſurgent, & ſeducent multos. Et paulo inferius. *Tunc inquit, ſi quis vobis dixerit, ecce hic*
eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, & da
6 *bunt ſigna magna, & prodigia: ita vt in errorem inducantur* (ſi fieri poteſt) *etiam electi.*
Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, ecce in deſerto eſt, nolite exire: ecce in
penetralibus, nolite credere. Denique per greges horum falſorum paſtorum

cos

eos deſignat, qui mendacem eorum doctrinam recipiunt, & impia dogmata: & 1
Matth.7. b quia maxima eſt multitudo, & diuerſitas (lata enim porta eſt, & ſpacioſa uia, quę
ducit ad perditionem; & multi ſunt, qui intrant per eam) plurali numero gre-
ges appellat.

Contra igitur horum impoſtorum pernicioſos dolos, & uenenata dogmata, ea
præſertim Alexiteria orat Chriſtum Eccleſia, quæ Paulus precatur Eccleſiæ Phi
Philip.1. lippenſium in hæc uerba. *Oro, ut charitas ueſtra magis, ae magis abundet in omni ſcien-
tia, & in omni ſenſu: vt probetis potiora, ut ſitis ſynceri, & ſine offenſa in diem Chriſti:
repleti fructu iuſtitiæ per Ieſum Chriſtum, in gloriam, & laudem Dei.* Item & quæ Ec-
cleſiæ Coloſſenſium. *Non ceſſamus, inquit, pro vobis orantes, & poſtulantes, ut im-* 2
Coloſ.1. *pleamini agnitione voluntatis eius in omni ſapientia, & intellectu ſpirituali: vt ambuletis
digne Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia
Dei, in omni uirtute confortati ſecundum potentiam charitatis eius inomni patientia, &
longanimitate.* Et hæc quidem omnia a ſponſo impetrare nititur ſponſa, tum quòd
toti gregi conſultum uelit: tum uel maxime, ijs qui ueluti hædi laſciuientes, &
quietis impatientes (vt illi in populo Iſraelitico, qui Aaronem coegerunt uitu-
lum conflare, & quos Dominus populum duræ ceruicis appellat) multum ipſi ex-
hibent negocij: nec cum reliquo grege in fide, & uera religione, ac ſana doctrina 3
2.Tim.4. facile poſſunt contineri. De quibus hæc ſcribit Paulus ad Timothæum. *Erit tem-
pus, quum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magi-
ſtros, prurientes auribus; & a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuer-
tentur.* Nam hęc ſponſę precatio extrema illa potiſsimum tempora præcanere ui-
detur. Quamuis enim ſtatim atque in cęlum aſſumptus fuit Chriſtus, Eccleſia pro
pter abſentiam illius corpoream uiſa fuit quaſi uidua derelicta, & ſublato ſpon-
ſo (quemadmodum ipſe prædixerat) ieiunare (quod fuit cooperto capite ipſum
quærere) & ſæpe aliàs, ſed maxime ſub finem ſæculi, quando (ut inferius hoc ipſo
dramate ipſa quæritur) offenſus ille ſponſæ domum præterijt, ac diu quæſitus, & 4
vocatus percuſſæ, vulneratæque, ac ſpoliatæ non inuenitur, nec reſpondet.

Hæc vero magna cum fiducia orat ſponſa, quòd ſciat caſto ſuo timori, ac pie-
tati iam olim fuiſſe promiſſa: inquit enim. Eccleſ. capit. 34. *Oculi domini ſuper ti-
mentes eum*, protector potentiæ, firmamentum uirtutis, (hoc eſt protector potens,
& firmamentum validum,) Tegimen ardoris, & umbraculum meridiani, depreca-
tio offenſionis ideſt tuitio ab offenſione, auxilium caſus, pro a caſu, exaltans ani-
mam, & illuminans oculos. Dominus ſanitatem, & uitam, & benedictionem ideſt
proſperitatem ſubaffert.

Item Iſaias de populo Chriſtiano uaticinans ſic dominum alloquitur: *factus es* 5
*fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione ſua, ſpes a turbine, vmbraculum ab
æſtu*: capit. 25. Par porro cura, & ſolicitudo tenuiſſe uidetur Moſen, quum domi-
Exod.34. num ob peccatum populi iratum, nec uiam illi præire uolentem ſic oraret, *ſi inue-
ni gratiam in conſpectu tuo domine, obſecro, vt gradiaris nobiſcum* (populus enim duræ
ceruicis eſt) *vt auferas iniquitates noſtras, noſque poſsideas*. Sic enim optat Moſes, cō
gregationem illam poſsideri a domino, ut ſponſa poſsidetur a uiro ſuo præſente,
ipſique fauente. Alioqui, quum mæſta, & cooperta ſponſum abſentem quæritat, 6
procis illius pudicitiæ inſidiantibus mœchum uidetur quęrere. Id uero metuens
Moſes, ne ſi tum iratus dominus Synagogę per populos idololatras tranſeunti, &
ſedes promiſſas, vbi uerum Deum coleret, quærenti, ſe præſentem & fauentē non

præ-

1 præbuiſſet, ipſū tanquam rege, & Deo ſuo carens, alienos reges, & Deos ueluti mu
lier uiro deſtituta, ꝓcos, q ſe illi pro uiro obijceret, quaſi eiuſdē ſodales, q̄rere ui
deret, orabat dn̄m, ut ipſe eā poſsideret: Idq; manifeſtis ſignis hoc ipſū teſtātib.
oſtēderet. *In quo.n. inquit, ſcire poterimus ego, & populus tuus inueniſſe nos gratia in cō-
ſpectu tuo, niſi ambulaueris nobiſcū; ut glorificemur ab omnib. populis?* Origenes per meri-
diem, plenitudinē ſcientiæ, & cognitionis Dei ſignificari putat: per ſodales ſpon-
ſi, modo Angelos gentium paſtores a Deo conſtitutos, quorum greges ipſæ gen-
tes ſint: Modò uerò primarios philoſophos, & horum ſodalium greges, ipſas
ſcholas. Cui quantum ad Meridiei interpretationem, multi ſubſcribunt interpre-
2 tes magni nominis, qui & ibi cubare ſponſum, & ſuum gregem accubare facere
oſtendunt. Nec tn̄ iis diſplicet eiuſdem vocis, quā magis probamus, interpretatio.

*Si te ignoras o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt ve-
ſtigia gregum tuorum: & paſce hædos tuos iuxta tabernacula pa-
ſtorum.*

Vt noſtra huius loci interpretatio maiorem mereatur fidem, ad Hebræā veritatē
3 vulgata diligenter primum excutienda eſt æditio. Hebræa exemplaria ſic habent
אם לא תדעי לך היפה בנשים Quod ad verbum ſonat, ſi ignoras tibi o pulcherrima inter
fœminas צאי לך בעקבי הצאן ורעי את גדיתיך על משכנות הרעים id eſt, exi tibi ꝑ veſtigia gre
gis illius: & paſce hædos tuos iuxta tabernacula illorum paſtorum. ה enim nota
hared in Hebræis dicta, id eſt nota ſcientiæ, (quæ eundem illis præbet vſum, quem
græcis articulus) addita dictionibus illis, quorum altera gregem, altera paſtores
ſignificat, facit, ut notum quēdam, & inſignem gregem, notos quoque, & inſignes
paſtores debeamus intelligere: Vt apud Ioannem in verbis illis ὁ προφήτης εἶ σύ
articulus additus eſt ad deſignandum inſignem illum, & nobiliſsimum prophetā,
4 quem Iudæi ex oraculo Moſis iam diu expectabant. Vt Eraſmus uertit. es tu ille
propheta? præterea bis additum pronomen לך tibi, abundat ex idiotiſmo linguę
Hebrææ. Itaque latinus interpres quum alterum omiſit datiuum, altero expreſſo
per accuſatiuum, multum negocij exhibuit clariſsimis expoſitoribus latinis, ut
Græci Origeni, cæteriſque Gręcis quum alterum reddiderunt per accuſatiuum
σεαυτὴν alterum per nominatiuum σὺ Auxerunt etiam difficultatem interpretes
tam Gręci, quam latinus, genitiuum ſingularem הצאן in genitiuum pluralem Grę-
ce τῶν ποιμνίων & Latine, gregum mutando. Accedit ad difficultatis cumulum
genitiuus ille tuorum, non certe a latino interprete, ſed a librariis aut aliis adie-
5 ctus latinæ ęditioni, qui dum lucem dictioni putant addere, maiores offundunt
tenebras. Nam adiectiuum eſſe inde conſtat, quod nec in Gręco habetur, nec in
multis uetuſtiſsimis latinis exemplaribus. Vt in Maguntinenſi, Dionyſiaco, &
Germanico non haberi annotatum eſt in Biblijs excuſis Pariſijs anno Chriſti. M.
D. X L. His igitur ſic annotatis, & expenſis, ad cœptam interpretationem reuer-
tamur. Sponſus cum ſponſam ob pręuiſa ingentia mala ſolicitam ſuę integrita-
tis uidet ſatagere, & magna ſui gregis cura coqui; quod ipſa efflagitat, facile con-
6 cedit: & qua ratione quum in maximis difficultatibus inops conſilii hęrere ſibi
videbitur, ad ſe unà cum ſuo grege confugere, ac tuta peruenire poſsit, indicat.
Nēpe, ut tunc maxime ſingularis cuiuſdā gregis ipſi notiſsimi obſeruet ueſtigia.

Ea

Ea namque ſi obſeruet, & ſequatur diligenter, ad tabernacula inſignium paſto-
rum, ipſi etiam notiſsimorum futurum eſt, ut certo perueniat: ſequè unà cum il- 1
lis ſuum gregem per meridiem in locis amænis paſcentem inueniat. Vbi ipſa quo-
que tuto poſsit ſuos hædos, quos alioqui laſciuientes, & meridiani æſtus impatien-
tes non poteſt cum reliquo grege continere, paſcat. Et hæc ſit iuxta exteriorem
dramatis ſpeciem prior huius loci explanatio. Cuius hic uidetur eſſe ſenſus alle-
goricus. Chriſtus cum uidet Apoſtolos, & Epiſcopos, qui ſe unice diligunt, ob ma
la, & pericula grauiſsima, quorum ipſe admonuit, ſolicitos ſuis uiribus diffidere:
& maxime timere, ne aut ipſi, aut populi infirmior pars in tantis malis ab ipſo,
eiuſque fide, & uera religione deficiat ad impoſtores, & pſeudochriſtos & pſeu-
Pſal.144. doprophetas, ob idque ipſius opem implorare pijs illorum uotis annuit. Vt olim 2
Moſi. *Prope eſt enim Dominus*, vt canit Dauid, *omnibus inuocantibus eum in veritate: voluntatem timentium ipſe facit, & deprecationem eorum exaudit, & ſaluos facit eos*. Et
ipſe pro ſe ſic ſpondet, *ſi quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam*. Et, *qui di-*
Ioan.14. *ligit me, diligetur à patre meo: Et ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſum*. Ille igi-
tur Eccleſiæ ſuæ ſolicitudinem, & graues curas miſeratus, ſic reſpondet.

Si te ignoras o pulcherrima inter mulieres &c. quaſi dicat.

Si quando inter maximas perſequutiones, & rerum omniũ difficultates perplexa, 3
& inops conſilij hærebis o formoſiſsima mea Eccleſia, obſerua maiorum tuorum
fidem, & patientiam: quæque illi his ueluti pedibus ingredientes reliquerunt im-
preſſa ueſtigia, heroica ſua facta, raræ fortitudinis, ac conſtantiæ tibi, tuoque gre-
gi imitanda exempla: talibus tu quoque ingredere pedibus, illorum tere veſtigia,
ea rectam tuque & grex tuus perpetuam tenete viam. Ea uos tandem ad mea alio-
rumque inſignium paſtorum perducet mapalia in uirentibus, & opacis Iſraelita-
rum montium locis fixa. Ibi nullum, qui te deceptam uitiet, offendes pſeudochri
ſtum, nullum pſeudoprophetam; ſed meipſum, qui te incorruptam & illibatam 4
perpetuò ſeruaturus ſum uerum Chriſtum: & meos qui tuum gregem ex animi
mei ſententia, doctrina, & ſcientia paſcant, fidos paſtores. Quamobrem tibi iu-
beo ut ibi paſcas hędos: Tuos inquam filios tibi recens natos: quin & ætate pro-
uectos ſermonibus, & iudicio pueros, laſciuientes, auribus prurientes, rerum no-
uarum cupidos: & uoluptatum, quorum uirus redolent, magis quã mei amatores:
Ibique tutos a ſolis incommodis cum reliquo meo grege facias accubare, prædi-
cando uerbum meum, inſtando opportune, obſecrando, increpando in omni pa-
2.Tim.4. tientia & doctrina. Atque in hanc etiam ſententiam admonuiſſe uidetur domi-
nus Synagogam per Ieremiam his uerbis, *ſtate ſuper vias, & uidete, & interrogate* 5
Hiere.6. *de ſemitis antiquis, quæ ſit uia bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium anima-bus veſtris*. Et hæc quidem ſit breuis huius loci iuxta Hebræum interpretatio.
Nihil prorſus diſſentiens a uulgata noſtra editione, ſi per greges intelligamus
electos, quos nomine gregis in Hebręo ſignificari diximus: cum enim una ſit ab ini
tio mundi Eccleſia, multos habẽs ante Euangeliũ populos, qui ſub inſignib. pieta-
te & uitæ exemplo ducibus rectam uiuendi uiam & rationem perpetuò tenuerint,
illos ipſos pp unam quidem omnium fidem, eiuſdem Eccleſiæ Euãgelicæ gregem, 6
propter populorum uerò diuerſitatem & multitudinem, eiuſdem greges, quo-
rum ipſa ueſtigia ſequi iubentur, & eorum paſtores, eiuſdem paſtores iuxta

quo

1 quorum tabernacula ſuos hædos ipſam paſcere oporteat, mea quidem ſententia,
recte dixeris. Quum autem ſponſus ſponſam fœminarum appellat formoſiſsi-
mam, Synagogæ, ſcholis philoſophorum, Hæreticorum conuentibus, & omni-
bus quæ Chriſtum ducem, & principem non agnoſcunt, congregationibus præ-
fert: & hanc ſolam eam eſſe teſtatur, quam ipſe ſibi ſpecioſam reddidit Eccle-
ſiam, nullam habentem maculam, aut rugam, aut aliquid vitij. Vnde etiam ean-
dem ſibi eſſe chariſsimam, & unice dilectam, non obſcure indicat, ut cum noue-
rit ſponſa ſe non minus honorifice, nec minus blande a ſponſo appellatam, quam
illum ipſa appellauerit, inde ſibi plurimum placeat, quod ſe illi probauerit, qui om
2 ni laude maior ſit, quique nec fallere nec falli poſsit. Nam ille demum proba- 2. Cor. 10.
tus eſt, quem Deus commendat. Inde etiam omnia fœlicia ſperet, quòd illi ſe
chariſsimam ſciat, quem diligentibus, omnia quantumcunque aduerſa, bene ce- Rom. 8.
dere non ignorat. Inde ingenti concepta fiducia, cum ſuo Paulo parata ad om-
nia propter Chriſtum fortiter ferenda incommoda, ſic exclamat. *Quis nos ſepa-
rabit a charitate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an pe-* Rom. 8.
*riculum? an perſequutio? an gladius? ſicut ſcriptum eſt, propter te mortificamur
tota die: æſtimati ſumus, ſicut oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus pro-* Pilij. 43.
pter eum, qui dilexit nos: quem uero ſignificet gregem, & quæ Eccleſiæ cenſeat
3 gregis terenda eſſe ueſtigia, quos paſtores, & quæ paſtorum tabernacula, cir-
ca quæ ſuos illam paſcere hædos præcipiat: quos etiam deſignet hædos, quan-
tum attinet ad prima illa Eccleſiæ tempora, e Paulo mihi uideor poſſe depre-
hendere. Nimirum inſignes illos uiros, qui vſque ad Chriſti tempora Abrahæ,
Iſaach, & Iacob fidem, & iuſtitiam imitati, pro germanis illorum filijs, & grege
ſunt habiti: & quæ illi præcepta ſeruare pacti ſunt, quaque uirtute fidei geſſe-
runt facta heroica, quæ Paulus ſuis Hebræis recenſet, & in maximo calamitatum
æſtu proponit imitanda, quum longum recenſet illuſtrium uirorum, quem ſic con
cludit, catalogum. *Deficiet inquit, me tempus enarrantem de Gedeon, Barach, Sam-* Heb. 11. f
4 *pſon, Hiephthe, Dauid, Samuel, & prophetis qui per fidem vicerunt regna, operati ſunt
iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum
ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello, ca-
ſtra verterunt exterorum, acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos, alij autem
diſtenti ſunt non ſuſcipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem. Alij
vero ludibria & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres, lapidati ſunt, ſecti
ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt: circumierunt in melotis & in pellibus
caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus: in ſolitudinibus
errantes, in montibus & ſpeluncis, & in cauernis terræ: & hi omnes teſtimonio fidei
5 probati, non acceperunt repromiſſionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt
non ſine nobis conſummarentur. Ideoque & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium,
deponentes omne pondus, & circunſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad pro-
poſitum nobis certamen, aſpicientes in auctorem fidei & conſumatorem Ieſum.* Et ali- Heb. 6. e
bi, *cupimus inquit vnumquemque veſtrum eandem oſtentare ſolicitudinem, ad ex-
pletionem ſpei vſque in finem: vt non ſegnes efficiamini, ſed imitatores eorum, qui
fide & patientia hæreditabunt promiſſiones.* Et Iacobus inquit, *exemplum accipi-* Iacob. 5. e
*te fratres exitus afflictionis & patientiæ prophetas, qui loquuti ſunt in nomine Domi-
ni. Ecce beatos prædicamus eos qui ſuſtinuerunt.* Quo etiam ſpectans Chriſtus
alijs verbis hanc eandem expreſsit ſententiam: & ad illius gregis hortatus eſt Mat. 5. a

imitationem in hunc modum. *Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes propter me :* 1
Heb.11.b *gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Sic enim perſequuti ſunt prophetas qui fuerunt ante nos.* Huius gregis tres Paulus videtur paſtores numerare. Abraham, Iſaac & Iacob, quum ait. *Fide qui vocatur Abraham, obediuit exire in locum, quem accepturus erat in hæreditatem : & exijt neſciens, quo iret. Fide demoratus eſt in terra repromiſſionis, tanquam in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac & Iacob cohæredibus repromiſſionis eiuſdem.* Et Deus cum ſe profitetur Deum Abraham, Deum Iſaac, & Deum Iacob, hos ipſos fide, & patientiā reliquis omnibus uelut paſtores ad cœleſtem patriam uiam præijſſe, teſtari 2
uidetur. Sed longe ante omnes ſtat princeps ille paſtorum Chriſtus, in quem tanquam auctorem, & conſummatorem fidei aſpicere nos hortatur Paulus : per quem ſolum omnibus in cœlum patet aditus. Quin & inter gregis ueſtigia paſtorum illorum, & Chriſti in primis, ueſtigia, quæ etiam grex ille obſeruauit, & triuit, Eccleſiæ obſeruanda ſunt diligenter, & firmiter terenda. Nam illos tantum Abrahæ filios affirmat Paulus, qui fidei Abrahæ ſectantur veſtigia. Et Chriſtus eos duntaxat, qui opera Abrahæ faciunt, Abrahæ agnoſcit filios. Qui
Rom.4.b & ipſe nobis ſe imitandum ſic proponit, *diſcite a me quòd mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris.* Et Petrus, *Chriſtus inquit paſ-* 3
Mat.11.d *ſus eſt pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut ſequamini ueſtigia eius, qui pecca-*
1.Pet.2.d *tum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Qui quum malediceretur, non maledicebat : quum pateretur, non comminabatur : tradebat autem iudicanti ſe iniuſte : qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum : vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus : cuius liuore ſanati eſtis. Eratis enim ſicut oues errantes : ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem, & Epiſcopum animarum veſtrarum.* Iam loca herbida, & opaca, in quibus illi paſtores ſua tabernacula fixiſſe, ſuumque gregem pauiſſe uiſi ſunt, aſsidua cœleſtium bonorum, quæ expectabant meditatio fuit: in qua illi per fidem, & ſpem quieuerunt, uelut in mapalibus, & ſuam familiam, ac po- 4
ſteros per meridiem ſecuros rerum omnium fecerunt conquieſcere. Quod
Heb.11.c Paulus innuere uidetur, quum ait, *iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti non acceptis repromiſſionibus : ſed a longe eas aſpicientes, & ſalutantes : & confitentes, quòd peregrini, & hoſpites ſunt ſuper terram. Qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere.* Per horum igitur illuſtrium virorum exempla ingredi iubet Chriſtus Apoſtolos & Epiſcopos : atque his imitandis gregem ſuum ipſis commiſſum crebris admonitionibus, & exhortationibus, ut ingrediatur anniti : & tandem ad ea paſcua perducere, ibique hædos ſuos paſcere, ubi inſignes illi paſtores ſua mapalia collocarunt. Nec enim alia commodior eſt docendi, & quæ recta ſunt 5
populo perſuadendi ratio, quàm ad clarorum uirorum adhortari imitationem : modo qui hortatur prior ipſe uiros illos præclare factis exprimat, quos magnifica oratione commendat : & quæ memorat exempla, imitetur. Quam docendi ra-
1.Cor.11.a tionem cum teneret Paulus, dicebat, *imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti* : Iuxta patriarcharum, & Chriſti tabernacula cum per meridiem verſaretur ipſe cum ſuo grege, magnum illum, & tranquillum animũ præferebat, & his verbis exprime-
2.Cor.4.b bat. *In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur : Aporiamur,* id eſt perplexi 6
hæremus, *ſed non deſtituimur : perſequutionem patimur, ſed non derelinquimur : deijcimur, ſed non perimus : ſemper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro cir-*

cum-

1 *circumferentes, vt vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris*. Quod ſi poſteriora Ec-
cleſiæ ſpectemus tempora, ſuperioribus paſtoribus addemus Apoſtolos, & inſi-
gnes, qui primis illis temporibus fuerunt Epiſcopos: & cum memorato grege in
gentem martyrum & ſanctorum noui teſtamenti numerum coniungemus: ad
quorum fidem, atque in perferendis iniurijs conſtantiam imitandam Chriſtus
ſuam, cum extrema ſub Antichriſto patietur mala, hortatur Eccleſiam: & quos
tum habebit laſciuientes neophytos, aut moribus pueros mundi virus & in-
conſtantiam inſtar hædorum redolentes homines, hos ut nitatur uirentibus ſa-
crarum literarum, & ſacramentorum paſcuis nutrire, aqua diuinæ ſapientiæ po-
2 tare, & abluere, ſub umbra & refrigerio ſancti ſpiritus ab æſtu malorum tuti
ut accubent, efficere: vbi Chriſtus, reliquique inſignes paſtores ſua fixa te-
nent tabernacula. Quam uerò tuta per gregis illius ueſtigia inter medios lupo-
rum, aliarumque ferarum greges ingrediatur, tutumque ſuum gregem ducat
Eccleſia, magnus ille Chriſtiani gregis paſtor, & veteranus dux Simon Petrus
ex ijs quæ longa experientia didicit, teſtatur. Is enim poſtquam ad fortiter fe-
rendas iniurias exemplo Chriſti ſuum adhortatus eſt gregem, totum illum lo- 1. Pet. 3.
cum ſic concludit. *Et quis eſt, inquit, qui vobis noceat: ſi boni æmulatores fueritis?*
quaſi dicat, certe nemo. Ac, ne qui Chriſtum imitando aſsiduis ſe uident pre-
3 mi malis, & extrema pati damna, paradoxum quoddam, & contra ea, quæ in ſe
experiuntur, ſententiam ſibi uideantur audire, quæ illi poſsint obijcere, ſic ipſe
præoccupat, *ſed & ſi quid patimini propter iuſtitiam, beati*. Conſtanter ſcilicet
affirmans, ea dumtaxat, quæ animum lædunt mala cenſenda eſſe, & damna: re-
liqua uerò omnia modò ob ſtudium iuſtitiæ & Chriſti imitationem contingant,
aditum nobis, & compendiariam uiam ſternere ad uitam beatam: Tantum
abeſt, ut pro malis, aut diſpendiis ſint habenda. Plurimam porro fore igno-
rantiam ſub quinto, & ſexto Eccleſiæ ſtatu uaticinatur Ioannes in Apocaly- Apoc. 9.
pſi, cum refert, ad ſonitum quintæ tubæ apertum fuiſſe puteum Abyſsi: in-
4 deque aſcendiſſe fumum ceu e fornace magna, qui Aerem, & ſolem ob-
ſcurauerit. Quo ænigmate ingentem cleri auaritiam, & ambitionem deſi-
gnari, contemptumque ſcripturarum inductarum, & ex earum contemptu,
earundem, & ueræ religionis ignorantiam: quo ſic obſcurato Aere, Deus
humanæ mentis ſol uix uideri poſsit, ex rebus præteritis, & præſentibus nos
inferius Deo fauente oſtendemus. Et Taulerus uir doctrina & religione cla-
rus, iam ante centum quinquaginta annos admonuit, diuam quandam Hilde-
gardem prophetico ſpiritu afflatam, ducentum annos antea illam Ioannis uiſio-
nem cum explanaret, prædixiſſe ingentia mala, quæ in catholicam fidem, Sa-
5 cramenta Eccleſiæ, & omnes Eccleſiaſticas inſtitutiones, illis temporibus ſunt
excitanda. Vnde inquit, idem Taulerus, & ipſe ut puto, diuino ſpiritu actus, in
tantam homines fluctuationem, & errorem præcipites ibunt, ut cuinam tanquam
catholicæ ueritatis aſſertori credere tutò poſsint, atque confidere prorſus ſint
ignoraturi. Ea uerò mala noſtris temporibus iam inualuiſſe, & in dies inuale-
ſcere, nemo niſi cui Sol ipſe Deus omnino uideri deſierit, non uidet. Iam-
diu enim apud hæreticos omnium quæſtionum illud eſt caput, & ſumma; Quæ
6 nam, & penes quos ſit Eccleſia catholica. Iamdiu Sacramenta omnia præter u-
num Baptiſma, reijciuntur: & ne hoc quidem, unum manet apud Anabaptiſtas,
Apoſtolicas patrum traditiones, & ſacros canones, pro traditionibus Phariſai-

1 Paulus obſeruandos eſſe mouebat, & fugiendos, propterea quod non Chriſto ſeruirent, ſed ſuo ventri. Et tamen hæc adeo ſpurca, & inſtar ſulphuris putida ac tartarea dogmata quum prædicāt, quaſi Pauli diſcipuli ſint, fidem merentur. Omnis ſiquidem eorum vis in ore eſt (ut inquit Ioannes) & ut de Demoſtene dicebat Aeſchynes, fiſtulis ſimiles ſunt, quibus ſi collum demas, prorſus reddantur inutiles. Adeo nihil habent præter ſermonis energiam, qua ad fœdiſsimas voluptates ſub ſpecie honeſtatis, & ad bella ſub ſpecie pacis conſequendæ pecuniam ſuorum auditorum corpus agunt; hæc capita leonina, & vipereas caudas poſt ſe trahunt; Vaſros nimirum, & aſtutos reges, ac principes ſuos pronos in terram
2 & terrena, quibus ſe in morem ſerpentum paſcant, ſpectantes: Quorum potentia, & armis nixi, ſua potenter eiaculentur venenata dogmata, quæ prius verbis experti nequeunt perſuadere. Ex his igitur ſignis, & prodigiis, extrema inſtare Antichriſti tempora meo quidem iudicio, promptum eſt deprehendere ſub iſtis adeo blandiloquis doctoribus: qui cum fidem, charitatem, pacem, & Chriſtum ſemper inculcent auditoribus, ſub fide tamen perfidiam, ſub charitate odium, ſub pace bellum, & ſub Chriſto ingerunt Antichriſtum. Sacerdotes enim Chriſti, Monachos, & uirgines datam Chriſto fidem frangere compellunt, Reges & principes ad arma ſolicitant, Epiſcopos ſuis pellunt ſedibus, Sacerdotes & mo-
3 nachos implacabili odio inſectantur, & paſsim trucidant, templa compilant, altaria ſuffodiunt, ſacroſanctam Eucariſtiam pedibus conculcant: (proh ſumme pater) iuge denique miſſæ ſacrificiū tollunt, abominandam deſolationem, quam in uniuerſum orbem inducturus eſt Antichriſtus, in ſuis templis inchoantes. Et quidem certe, ut nullum aliud ſubeſſet, hoc nimis certum eſt & euidens argumentum, non procul illum abeſſe, cui iſti prodomi id eſt præcurſores adeo manifeſte præcurrunt, Antichriſtum. præferoces ſane equi, & portentoſi ingentibus animis, ſimiles ſui ſeſſores prodioſos angelos, ſæuiſsimos per Germaniam, Angliam, & Galliam iam pridem circumuehentes, non antea ſubſtituri quàm tertiam homi-
4 num partem (ut Ioannes prædixit) interfecerint. Nam nec noſtram intentatam omiſerunt Hiſpaniam. Sed vigilat Philippus Rex noſter nulli ſecundus, immo qui Reges omnes præit pietate. Vigilāt patres religione, & conſilio præſtantes: quibus hæreticorum impietatem, ut diligenter inquirant, inſtat ille acriter: & hiſce incendiis, ne neglecta, vires ſumant (ut alibi) principiis obſiſtit fortiſsime: ut mihi perſuaſum ſit, ſingulari Dei munere & adeo pij, ac magnanimi principis fide, & prouidentia ſynceram Chriſti fidem, & religionem in Hiſpania perpetuò permanſuram: & in ea illum fore nidulum, vbi Chriſtus (quemadmodum olim prædixit Taulerus) ſuos ſit pullos protecturus, & conſeruaturus. Nos interim
5 conſilium, quod ille ex diua Hildegarde nobis ſcriptum reliquit, diligenter obſeruemus: ut uidelicet ſeneſcenti ac propemodum effœtæ matri Eccleſiæ ſanctæ animo reſignato, ac propenſiſsima voluntate patienter, atq; humiliter condeſcendentes omnibus ordinationibus, atq; doctrinis illius, quæ nobis hucuſq; palam in ſuggeſtu a concionatoribus proponuntur, ſpontanea, ac obedienti ſubiectione obtemperemus: nec ulli alteri perſuaſioni fidem adhibeamus: etiam ſi angelus de cælo præter id, quod euangelizatum eſt, annuntiet, ac perſuadere nitatur. Sicut & Math. 23.
6 a domino noſtro Ieſu Chriſto diligenter præmoniti ſumus, cum diceret. *Super cathedram Moſis ſederunt ſcribæ, & Phariſæi. Omnia ergo, quæ dixerint nobis ſeruate, & facite: ſecundum opera verò eorum nolite facere.* Item & B. Paulus, *ſed licèt nos inquit,* Gal. 1.

aut angelus de cælo Euangelizet vobis, preterquam quòd Euangelizauimus uobis, anathe- 1
ma ſit. Et Origenes tractatu 29. in Math. Quoties inquit, canonicas proferunt Scri
pturas, in quibus omnis Chriſtianus conſentit, & credit, videntur dicere, ecce in
domibus eſt uerbum ueritatis; ſed nos illis credere non debemus, nec exire a pri-
ma & Eccleſiaſtica traditione; nec aliter credere, niſi quemadmodum per ſucceſ-
ſionem Eccleſiæ Dei tradiderunt nobis. Et tractatu. 30. vbicunque fuerit, inquit,
quod ſecundum diſpenſationem paſsionis eius, cadauer eius, quod cecidit, ut eri-
gat eos, qui ceciderunt, illuc congregabuntur, non qualeſcunque, ſed aquilę diſci
puli: non vultures, aut corui, ſed magnifici, & regales, qui in paſsionem Domini
crediderunt. Conſilium ſane noſtris maxime temporibus obſeruandum, quum 2
hæretici canonicis omnino nituntur ſcripturis: ſed quas ipſi ſuo ſenſu contra pri
mam, & Eccleſiaſticam, ac per ſucceſsionem Eccleſiæ nobis traditam explana-
tionem, & traditionem interpretantes, in ſuis interpretationibus Chriſtum eſſe
contendunt: ſuaque oratione ad ſeducendum etiam (ſi fieri poſset) electos com-
poſita, dicunt: ecce, in domibus eſt Chriſtus. Nos igitur hæc conſilia, quæ ne trãſ-
uerſum quidem vnguem a ſponſi conſilio diſcrepant, ſed ænigma obſcure admo-
dum a Salomone propoſitum apertiſsime exponunt, & explicant, ſingulari memo-
riæ commendemus, ac nobiſcum perpetuo reputemus; ſacra Concilia, quib. maio-
res noſtri antiquas hæreſes profligarunt, verſemus aſsidue, & præſertim Concilij 3
Tridentini decreta & canones, quo uelut Enchiridio noſtri temporis hæreticos
cum ſuis hæreſibus confodiamus, his ceu alexateriis contra venenata illorum
dogmata nos præmuniamus. Origenes, Gregorius, Bernardus & plerique alii in-
terpretes putant illis verbis ſponſam caſtigari a ſponſo, & argui negligentiæ.
Quippe quæ negligat ſeipſam, & ampliſsima munera, atque honores, quibus ab
ipſo donata ſit, cognoſcere: cui ille interminetur, ſi pergat negligere, quòd ex am-
pliſsima dignitate, in extremam ſit redigenda miſeriam: & vel poſt greges, quibus
præfecta fuerit, negligentiæ ſuæ culpa collocanda: nec iam poſt hac oues, & agnos
quieta animalia, ſed fætidos hędos, impura nimirum ſua deſideria, in mũdanis, & 4
impijs doctrinis uelut iuxta improborum tabernacula, qui tamen legitimos paſto
res ſimulant, paſtura. Sunt & aliæ huius loci interpretationes, quas nos ne nimia
prolixitate lectorem offendamus, conſultò ommittimus.

Equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te amica mea.

Non ſatis habet ſponſus ſponſam ingenti ſolicitudine liberaſſe, indicata uia & ra
tione, qua quum magnis vndique premetur malis, recta poſsit ad ipſum confuge- 5
re, & meridiani ęſtus incommoda, vnà cum ſuo grege deuitare: quin quo eandem
magis confirmet, & ad perferendas hoſtium iniurias reddat audentiorem: illud
addit præterea ſe magnis eam rebus deſtinaſſe: & ipſius opera ad omnes hoſtes, a
quibus impugnanda ſit, debellandos, ac ſuperandos uti decreuiſſe. Hoc uero
ſubindicare uidetur ab aſsimilatione ſponſæ ad equos curribus ſuis iungi ſoli-
tos, & a Pharaone ex Aegypto comparatos. Propterea quòd, quemadmodum ipſe
generoſos illos equos ingenti pecunia emptos habet ad debellandos, & deuincen 6
dos hoſtes, ſi qui bella moueant: ſic etiam in hoc ſponſam ipſe ſuam excoluerit,
multiſque artibus, & rei militaris peritia, omnique ornatu bellico inſtruxerit, ut

eius

1 eius opera cunctos, qui iniuriam inferre audeant, facile expugnet, & ceu altera Debora ſuperet. Et hic quidem eſt huius loci ſenſus hiſtoricus, quem qui plenius velit intelligere, repetat oportet, quæ in libris Regum ſcripta ſunt in hanc ſententiam. Congregauit Salomon currus, & equites, & facti ſunt Mille quadringenti currus, & duodecim millia equitum: & diſpoſuit eos per ciuitates munitas, & cum rege in Hieruſalem. Et poſt pauca. Educebantur equi Salomoni de Aegypto, & de Coa, & ſtatuto precio perducebant. Egrediebatur autem quadriga ex Aegypto ſexcentis ſiclis argenti, & equus centum quinquaginta. Atque in hûc modum cuncti regis Hethæorum, & Syriæ equos venundabant. Et in Paralypo-
2 menis legimus Salomonem quadraginta equorum millia habuiſſe, qui educebantur ei de Aegypto, & de cunctis regionibus. Hinc iam ad ſenſus myſticos transfeamus. Alludit hoc loco Salomon ad myſterium illud, quod pater eius Dauid de Chriſto in perſona ipſius adumbrauerat his verſibus. *Accingere gladio tuo ſuper fæmur tuum potentiſsime. Specie tua & pulchritudine tua: intende proſpere, procede, & regna: propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam:* & iuxta Hebræum, in equitatu ſuper uerbum ueritatis, & manſuetudinis, & iuſtitiæ: *& docebit te mirabilia dextera tua. Sagittę tuę acutę, populi ſub te cadent in corda inimicorum Regis.* Sicut enim eo loco Dauid ad Chriſtum in perſona Salomonis facta Apoſtrophe, illum gloria, & *Pſal. 44.*
3 maieſtate inſignem prædicat Euangelio, & Euangelii prædicatoribus velut equo vectum, uniuerſum orbem peruaſurum, atque expugnaturum, Euangelium appellans uerbum veritatis, propter veram, quam docet Dei cognitionem: item uerbum manſuetudinis, quod quantumcunque efferatos homines poſsit cicurare, vtque miteſcant efficere: item uerbum iuſtitiæ, quod ut Paulus docet, per Euangelium iuſtitia Dei ſit manifeſtata: ita etiam hoc loco Salomon equis ſuis quum confert Eccleſiam, Apoſtolos deſignat, & Euangelij prædicatores: quibus quaſi equis inſidens Chriſtus per vniuerſum orbem inuectus ſit: quorumque prædicatione omnibus gentibus magna cum maieſtate uirtutis, & diuinitatis ſuæ innotue- *Rom. 1.*
4 rit: eaſque veritatis, & charitatis ſagittis confixas, per eoſdem ſibi ſubegerit. Qua etiam allegoria ad idem myſterium deſignandum vtitur Zacharias, quū ait, *viſitauit dominus exercituum domum Iuda: & poſuit eos quaſi equum gloriæ ſuæ in bello.* Nimirum per domum Iuda Eccleſiam ſignificans, quæ domus eſt Chriſti, leonis illius victoris, de Tribu Iuda. Quod idem myſterium apertius proponit Ioannes in hunc modum. *Et vidi, & ecce equus albus: & qui ſedebat ſuper illum, habebat arcum, & data eſt ei corona: & exiuit vincens, vt vinceret.* In quem locum Beda, Eccleſię inquit, quę ſuper niuem dealbata eſt, dominus prędidet: & ſpiritualis doctrinę contra impios arma ferens, uictor in ſuis coronam percipit. Et Propheta Ha- *Zach. 10.* *Apoc. 6. A.*
5 bacuc ſub typo liberationis populi Iudaici de captiuitate Babylonica liberationem populi Chriſtiani, & uictoriam, quam Chriſtus de Diabolo, morte, & peccato, reliquiſquè hoſtibus relaturus erat, ſic deſcribit, *qui aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigę tuę ſaluatio. Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum: Iuramenta tribubus, quę locutus es.* Iuxta namque abditiorem ſenſum prędicit propheta, Chriſtum inſeſſurū ſuis Apoſtolis, & Martyribus uelut equis, & illorum prędicatione, ac conſtanti teſtimonio utentem, quaſi ex quadrigis emiſsis ſagittis, hoſtes ſuos expugnaturū, *Habac. 3.*
6 ſuumque populum ſeruaturum: atque ita demum, quę Abrahę promiſiſſet, & iureiurando confirmaſſet, fidelibus populis, ac tribubus pręſtaturum. In quam ſententiam Zacharias Ioannis pater inſignem hymnum ædidit, & illos pręſertim *Luc. 1.*

 verſus

verſus, *ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris, & memorari teſtamen-* 1
ti ſui ſancti. Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum daturum ſe
nobis. Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus illi in ſan-
ctitate, & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris. Hos verò equos, & qua-
drigas, arcuſque, & ſagittas, Angelis illis, & eorum viribus aſsimilare
uidetur Habacuch, quorum opera vſus Deus olim Pharaonem, & exerci-
tum eius perdidit, & populum ſuum ab eorum tyrannide liberauit. Quarum etiã
Ps.77.d quadrigarum meminit Dauid illo uerſu. *Currus Dei decem millia, multiplex millia*
lętantium: Dominus in eis in Syna, in ſancto: & hanc Domini potentiam cum expe-
rirentur Aegyptii, uidentes ſe unà cum curribus ſubuerti in medio mari rubro, 2
dixerunt, *Fugiamus Iſraelem: Dominus enim pugnat pro eo.* Apoſtolos igitur, reliquoſ
Exo.14.f que Euangelij prædicatores innumeros, quos Habacuc ſub metaphora equorum,
& curruum aſsimilat Angelis euerſoribus currum Pharaonis, Salomon hoc loco
aſsimilat equis, & curribus ſuis: quos ipſe ex Pharaone ingenti pecunia compa-
rauerit. Vt enim magnus fuit numerus illorum equorum, ſic magnus fuit nume-
rus prædicatorum Euangelij: & ſicut equi Salomonis ex Aegypto adducti fue-
rũt, & magno empti, ſic & Apoſtoli, & Martyres Euangelij prædicatores ſtrenui,
2.Pet.3.c ex peccatorum anguſtijs, & præſenti ſæculo nequam, quæ ſpiritualis Aegyptus
eſt, adducti ſunt, & magno precio non auri, aut argenti, ſed precioſo ſanguine 3
agni immaculati a Diabolo, qui diſsipans eſt & myſticus Pharao, empti; atque ad
Math.12.d debellandos hoſtes Chriſti, qui ipſe pluſquam Salomon eſt, comparati. Hoc ue-
ro conſilium ſuum, & honorificum de ſua Eccleſia ſtatutum decretum, iam tunc
Apoſtolis aperuiſſe videtur Chriſtus: cum hæc diceret, *ego dabo vobis os, &*
Luca.21.c *ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, nec contradicere omnes aduerſarij veſtri.* Et
alibi, *Hęc locutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo preſſuram ha-*
Ioan.16. *bebitis: ſed confidite, ego vici mundum.* Volens nimirum his magnificis pro-
miſsis illorum animos, quos abſentiæ ſuæ, & futurorum malorum cogita-
tione abiectos uidebat, in eam ſpem erigere, ut ſe domini ſui exemplo to- 4
tius orbis victores fore ſperarent: modo in ipſius amicitia, & data fide per-
ſiſterent. Quod ipſum rei euentus comprobauit: fœlices enim progreſſus Euan-
gelicæ pugnæ ſic ſibi, ſuiſque commilitonibus gratulatur Paulus, *Deo in-*
Cap.42. *quit, gratias, qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum.* Et rurſum, *Deo*
gratia, qui ſemper nos triumphat in Chriſto Ieſu: id eſt per nos triumphat in
Chriſto Ieſu*: & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco.* Cęterum,
1.Cor.15. quod in Hebræo pro eo, quod noſter interpres uertit, equitatui meo, le-
gimus לְסֻסָתִי equæ meæ, nihil mutatum eſt de ſenſu: quamuis non adeo ſer-
uatum ſit perſonæ decorum. Magis enim conuenit perſonæ, quæ hoc lo- 5
co hoſtium ſuorum uictrix inducitur, ad equam aſsimilatio, quàm ad equum.
Et veriſimile eſt Salomonem in tanta equorum multitudine equas etiam ha-
buiſſe, ad vſum bellicum comparatas. Quemadmodum & Scythas ſcribit
2.Cor.2. Plinius, equis fœminis uti malle per bella, quoniam urinam non impedi-
Pli.lib.8. to curſu reddant. Nec quod rem unam nomine multitudinis, nempe equi-
tatus, expreſſerit, ſenſum ulla ex parte læſit. Multi namque fuerunt Apoſto-
lì, & prædicatores Euangelii, velut Chriſti equi: propter illorum tamen mirum 6
conſenſum, & unum, quod omnes predicant Euangeliũ, vnus equus, aut una equa
Chriſti cenſeri poſſunt. Poſſumus ēt id per Synecdochem dictũ ſumere, Nempe
equę

1 equæ meę, pro equabus meis. Quale eſt illud, Amalech habitat in meridie, He- *Num. 13. f*
thæus, et Iebuſæus, et Amorrhæus in montanis. Pro Amalechitę, Hethæi, Iebu-
ſæi, et Amorrhęi. Quod ſi ברכבי quod noſter interpres uerit, in curribus, uerte-
re liceat, in currus, pro contra currus, ut in ſuis commentarijs uertit, et interpre-
tatur Agathius Gnidacerius, facilior longe fuerit huius loci explanatio. Nempe
Chriſtum pędicere Eccleſiæ, ſe ipſam conferre illi equitatui Angelorum, quibus
ipſe uelut equis olim inequitans, Pharaonis currus ſubuertit, et in mare Rubrum
demerſit: et quemadmodum per Angelos tunc debellauit Pharaonem cum om-
2 nibus ſuis copijs, è que illius tyrannide populum Iſraeliticum liberauit: ſic nunc
ſuis Apoſtolis, reliquiſque Euangelij pędicatoribus uti decreuerit ad debellan-
dum Satanam huius mundi Principem, et omnes Angelos eius, quorum imago fue
runt Pharao, et eius exercitus, et ſpiritualem Iſraelem ab Aegypto mundi in liber
tatem Euangelicam ſibi aſſerendum. Qui ſuperiore loco legunt, *ſi te ignoras, &c.*
poſt eam ſponſæ obiurgationem id in cõfirmationem, et ſolamen eiuſdem a ſpon-
ſo additum putant. Vt iam poſthac deſinat fluctuare; nec ſui ignoratione in reb.
aduerſis turbetur. Quum inde quanti apud ſponſum ſit, poſsit intelligere, quòd
ipſam ſuo equitatui aſsimilet. Nempe quòd quemadmodum ille ſuum equitatum
equitatui Pharaonis longe præferat: Sic et ſponſam ſuam omnibus alijs fœmi-
3 nis pręſtare indicet, ac magis amet: Atque illud etiam ex eo præiudicio ſpe-
rare poſsit: Quòd quemadmodum ipſe tempore Pharaonis populum ſuum ho-
ſtium timore perterritum incolumen ſeruauit, deleto Pharaone cum toto exerci-
tu: ſic & ipſam nunc a Dæmone, omnibuſque hoſtibus illæſam ſit ſeruaturus.
Vt per equitatum Salomonis populum Iſraeliticum myſtice deſignari intelliga-
mus, cui egredienti ex Aegypto, & mare traijcienti, ceu equitatui ſuo Deus
præſederit: & illud in curribus Pharaonis, pro, tempore curruum Pharaonis,
poſitum ſit.

4

Pulchræ ſunt genæ tuæ, ſicut turturis: & collum tuum, ſicut monilia.

Pergit ſponſus in laudibus ſponſæ, cuius pulchritudinem nunc commendat ab
externis ornamentis & mundo muliebri, quales ſunt inaures, & torques aurei.
Quam enim paulo ſuperius fœminarum pulcherrimam appellauit, quaſi a nati-
ua pulchritudine ipſam uidetur commendaſſe. Quod autem dicit, tale fere
5 eſt. O amica mea, tu quidem citra ulla alia externa ornamenta pulcherrima
fœminarum es: verùm ad natiuam iſtam pulchritudinem accedit gratia pluri-
ma, & venuſtas: quam tibi conciliant inaures genis tuis appenſæ, & torques tuo
collo circumpoſiti. hunc ſenſum hiſtoricum plane reddunt verba Hebræa בתורים
in ornamentis, & בחרוזים in torquibus, uel in monilibus. Quæ noſter in-
terpres uertit, ſicut turturis; & ſicut monilia. Cuius diuerſitatis cauſæ duæ
eſſe uidentur, altera, quod תר & turturem ſignificet, & ornamentum: altera
6 quod ב & כ elementa ſint affinia & admodùm ſimilia: & horum alterum vſum
habet apud Hebræos noſtræ præpoſitionis, in, alterum aduerbij, ſicut; noſter
interpres, & quos hoc loco ipſe uidetur ſequi, ſeptuaginta interpretes, ubi nunc

nos

nos in Hebræis exemplarib. legimus ב legerunt ב & ideo magis placuit illis uer- 1
tere, ſicut turturis, & ſicut monilia. Et tamen mirum eſt, quare omnes in altero
numerum mutauerint, cum in Hebræo utrunque pluralis numeri ſit: & quemad-
modum verterunt, ſicut monialia, quare alterum etiam non uertere, ſicut turtu-
rum. Sed lectio, quam nunc habent Hebræa exemplaria magis probatur Lyrano,
& mollior eſt ſane, ac longe magis familiaris, & perſonæ ſponſæ belle conuenit:
myſticaque Eccleſiæ ornamenta breuiter complectitur, quorum typus præceſsit
in ornamentis Synagogæ a Deo tributis. Sic enim Synagogam apud Ezechielem
Ezech.16.b alloquitur Deus. *Ornaui te ornamento, & dedi tibi armillas in manibus tuis, & tor-* 2
quem circa collum tuum; & dedi inaurem ſuper os tuum, & circulos auribus tuis, & co-
ronam decoris in capite tuo. Et ornata es auro, & argento. Vnde nos talem putamus
hoc loco ſubeſſe allegoriam, & tacitam Eccleſiæ cum Synagoga contentionem:
ut a Chriſto commendetur Eccleſia ab integritate, & pudore uirginali, quorum
manifeſta indicia in uirginum honeſtarum genis extare ſolent: Nempe a ſana at-
que ab omni errore pura fidei intelligentia, & morum ſanctitate. Vnde Corin-
thij ne exciderent, timebat Paulus: quum hæc ſcriberet. *Deſpondi uos uni viro uir*
2.Cor.11. *ginem caſtam exhibere Chriſto. Sed timeo ne ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua: ita*
corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant a ſimplicitate: quæ eſt in Chriſto Ieſu. Hanc 3
autem ſimplicitatem intelligentiæ, & ſenſuum animi, plurimum adornat chari-
tas: cum qua coniuncta hæc ſapientia aurum illud ignitum eſt apud Ioannem ue-
Apoc.3.a ræ Eccleſię diuitiæ, & incomparabilia ornamenta a fronte ad nares uſque penden
tia, inſtar inaurium: quibus faciem olim ornare conſueuiſſe mulieres, auctor eſt
Hieronymus. Adornant etiam hanc ſimplicitatem eiuſdem generis inaures Eccle
ſiæ auribus inſertæ. Vt enim ardens ſponſæ in ſponſum amor, uni ſponſo aurem
præbet, aſtus procorum, & dolos ſtatim præſentit, & auerſatur: ita etiam chari-
tas piam perforauit Eccleſiæ aurem, ſoli Chriſto præbet facilem: & eiuſdem na-
ſum cui imminet, ſic repurgat, ut falſa pſeudochriſtorum, aut pſeudopropheta-
rum dogmata ſtatim ipſa ſubolfaciat, & tanquam putida, ac peſtifera reſpuat: ſe- 4
Phil.4.b que uirginem caſtam Chriſto ſeruet, & incorruptam exhibeat. Hæc namque il-
la eſt pax Dei, quæ ut docet Paulus, corda noſtra, & intelligentias uoſtras ſerua-
Pſal.44. re nata eſt. Ad cuius ſtudium Regius ille uates his uerſibus hortatur Eccleſiam,
Audi filia, & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum pa-
tris tui, & concupiſcet Rex ſpeciem tuam, quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & ado-
rabunt eum: iam uerò per collum ſponſæ, indefeſſum ſtudium diſciplinæ, & præce-
ptorum ſponſi, & in eo iugo perferendo infractum animum intelligimus: inde-
Prouer.1.d que Eccleſiæ pulchritudinem ſub his ſymbolis commendari. *Audi fili mi,* inquit 5
Salomon, *diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti*
Ioan.15. *tuo, & torques collo tuo.* Et Chriſtus cum breui tranſiturus eſſet ad patrem, ad ſui
charitatem, & pręceptorum, quæ ipſe dediſſet, ſtudium, & obſeruationem multis
uerbis apoſtolos eſt adhortatus, quibus id iugum fortiter ferre, ſummique orna-
Mat.11.d menti loco geſtare conſuluit, ad quietem & tranquillitatem animi comparan-
dam: cum qua nulli torques, nulla monalia, nullus denique alius ornatus conferri
poſsit. Ab his igitur ſplendidiſsimis ornamentis ſuam laudat Chriſtus Eccleſiã,
& bono eam animo eſſe iubet. Quippe quæ ſana doctrina, & intelligentia recta, 6
ac ſynceris animi ſenſibus perfecta, nullis ſodalium ſuorum fraudibus, aut im-
poſturis a fide, & uera religione ſit abducenda: & ipſius iugo ornata etiam in ma-
ximis

1 ximis rerum perturbationibus infracto animo in ſua ſit ſtatione, & dignitate per-
manſura: longe aliter, quàm accidérit ipſius ęmulę Synagógæ: quæ ſuis ornamen-
tis, & ingentium, quæ a ſponſo acceperat, munerum copia, in omnem laſciuiam,
& libidinem abuſa, ab eodem ſic arguitur: *Egreſſum eſt nomen tuum in gentes propter* Ezech. 16.
ſpeciem tuam: quia perfecta eras in decore meo, quẽ poſueram ſuper te, dicit dominus Deus:
& habeas fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo: & expoſuiſti fornica-
tionem tuam omni tranſeunti, vt eius fieres. Et ſumens de veſtimentis tuis, feciſti tibi excel
ſa, hinc inde conſuta: & fornicata es ſuper eis; ſicut non eſt factum, neque futurum eſt. Et
tuliſti vaſa decoris tui de auro meo, atque de argento meo, quæ dedi tibi: & feciſti tibi imagi
2 *nes maſculinas, & fornicata es in eis.* Et alibi ingentem impudentiam ſic eidem ex-
probrat Dominus, *frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere.* Vulgatæ
æditionis communis eſt interpretatio, cum qua nec ſuperior noſtra pugnat ex- Hiere. 3. b.
planatio: Vt quia turtur vno mare contenta creditur, nulli unquam alij ſo-
ciari, caſtitatis, & fidei, quam Eccleſia ſponſo ſuo Chriſto inuiolatam ſeruat, con
ueniens ſymbolum ſit: ideoque Eccleſiæ genas, genis turturis conuenienter ad-
modum comparari. In collo verò doctores deſignari, per quos Eccleſia ſua pro-
fert verba: & præmanſos ſpirituales cibos in ſua membra ingerit. Qui quidem do-
ctores ſimiles ſint monilibus, tum propter morum ſplendorem, tum propter præ-
3 clara uerba, & exempla, quibus illi Eccleſiæ pectus uelut torques claudunt: ac ne
adulter quiſquam eo manum inſerat, prohibent. Cum hac interpretatione conſen
tit Pſellus hæc ſcribens in hunc locum: quamuis te aſsimilaui velociſsimo equo,
non tamen neceſſe habes ferre fręna in maxillis: maxillæ enim tuæ pulcherrimæ
ſunt, innatam quaſi frænum habentes temperantiam, inſtar turturis amantis ſoli-
tudinem. Iam ex his Pſelli uerbis intelligere poſsis, Eccleſiam comparari equæ
Pharaonis, quatenus Chriſto ſeſſori ſuo vſum præbet ſtrenuæ bellatricis equæ;
ſed tamen quæ nihil habeat equinæ intemperantiæ: quin quæ caſtiſsima ſit, & pu
diciſsima, intemeratam Chriſto fidem ſeruans inſtar turturis, quæ ſecundum ne-
4 ſcit comparem. Hæc uerò turturea pudicitia maxime apparet in genis mulieris:
vt dicantur genę ſponſæ, pulchrę ſicut turturis, non ideo quòd turtur pulchras
habeat genas, ſed quòd in eis appareat pudicitia & caſtitas ſimilis pudicitiæ &
caſtitatis turturę.

Murenulas aureas faciemus tibi uermiculatas argento.

Arriſit quidem ſponſo mundus, & ornatus ſponſæ: uerùm quia elegans illa, &
honeſta facies aliquid adhuc ornatus deſiderare uidetur, murenulas ſe ei fabri-
caturum ſponſus pollicetur ex aurea materia argenteo emblemate elaboratas,
5 & uelut uermiculis argenteis per opus ipſum ſerpentibus uariegatas, ut ad pul-
chritudinis explendos numeros nihil amplius deſiderari poſsit. Iam quod noſter
interpres hic vertit Murenulas, in Hebræo eſt תורים eadem dictio, quam proxi-
me interpretatus eſt turturis. Sunt inquit Lyranus Murenulę ornamenta opere
plectili facta de filis aureis, & argenteis, intextis lapidibus; quibus ornabantur ca
pita mulierũ, & orę ueſtium circa manus, & collum. Hoc itaque ille putat Hebręis
ſignificare תורים Qui ex vatablo ſcholia biblijs addiderunt, Murenulas quidẽ ſi-
6 gnificari dicunt: ornaméta mulierũ, gallis dicta Atours. Latinis qd Murenulę ſigni
ficent: oſtendit Hieronymus, hæc ſcribens ad Marcellam: aurum colli ſui quod
Murenulam uulgus uocat, (quod. ſ. metallo in virgulas lenteſcente quędã ordinis

flexuoſi

flexuoſi catena contexitur) abſque parentibus uendidit. Indicat enim ille catenã 1
eſſe, quæ ſuis flexibus Murenam flexuoſum animal imitetur. Septuaginta Interpretes uerterunt ὁμοιώματα χρυσίου. Similitudines auri uel aureas: & pro eo qđ noſtra ęditio habet, uermiculatas argento, illi uerterunt μετὰ στιγμάτων ἀργυρίου. Hoc eſt cum notis argenteis. Quod in Hebræo eſt עִם נְקֻדּוֹת הַכָּסֶף cum clauis argenteis. Quicquid ſit, conuenit inter omnes ornamenta ſignificari muliebria. Et fortaſsis nulla certa ſpecies ornamenti uocabulo illo תורים, ſed generali appellatione omnia ornamenta faciei & capitis ſignificantur. Quemadmodum exiſtimaſſe uidentur Græci, qui uerterunt ὁμοιώματα ſimilitudines, uel aſsimilationes; &
verſio illa, quę prælegente uatablo excepta eſt ab auditoribus, hoc & ſuperiore loco nullum ornamenti genus definit: ſed generale tantum ornamenti nomen habet. Græca exemplaria aliter diſtingunt hunc locum quam latina. Sic enim habent ὁμοιώματα χρυσίου ποιήσομέν σοι μετὰ στιγμάτων ἀργυρίου, ἕως οὗ ὁ βασιβασιλεὺς ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ quem locum ſic uertit interpres Origenis.: ſimilitudines auri faciemus tibi cum diſtinctionibus argenti, quoadusque Rex ſit in recubitu ſuo. 2

Heb. 9. b Et hanc lectionem ſequutus Origenes multa de ſimilitudinibus aureis, & notis ar-
Heb. 10. a genteis doctiſsime diſſerit, quibus tabernaculum cum toto ſuo ornatu, exemplaria ueterum, & legem, quæ non imaginem rerum cęleſtium ſed futurorum bonorum umbram tantùm habebat, myſtice deſignari putat. Atque hæc myſteria ab An-
gelis & prophetis inde uſque ab Adam tradita cum ſint, ab iiſdem ſponſi ſodalibus facta exiſtimat Eccleſiæ ornamenta notis argenteis diſtincta, propterea quòd pauca illi myſteria eloquij expoſitione diſtinxerint, & illuſtrauerint. Vult enim ille hæc uerba eſſe Angelorum & prophetarum ad Eccleſiam, quæ in patribus pręceſsit Chriſti tempora, quouſque non uerum aurum, ſed ueri ſimilitudinem illa habuerit: quo tamen abundauerit, ubi Chriſtus in cruce recubuit, & ad dexteram patris in cœlis conſedit. Tunc enim uerum aurum, & corpus rerum ſuperiorum myſteriorum umbris, & ſimilitudinibus adumbratarum a Chriſto Eccleſiæ manifeſtata ſunt, & exhibita. Sed Origenis interpretatio quamuis docta, 4
nimis longe petita uidetur: & dramatis progreſſum ad præterita ſine cauſa reuocare: præſtiterit igitur iuxta latinam, & uulgatam æditionem, & diſtinctionem ad myſticos ſenſus ſic progredi, Chriſtus quum uidit Eccleſiam, quæ ipſe in eam contulit, ſapientiæ & charitatis donis bene, ſanctęque uti, hæc eadem augere & nouis alijs muneribus, nempe eloquentiæ diuinæ uirtutibus cu-
Mat. 25. d mulare pollicetur. Auro namque charitatem myſtice ſignificari docet Gregorius in decimum quartum Caput libri Iob: & Origines in hunc locum, mentem ſenſumque rerum diuinarum: argentum uero diuinæ eloquentię Symbolum. Hunc porro ſuum eſſe morem Chriſtus ipſe docuit in Euangelio: pro- 5
poſita parabola hominis, qui peregre proficiſcens bona ſua diſtribuit ſeruis ſuis: & reuerſus creditæ pecuniæ uſuras, a ſingulis quum exigeret, talentum ab ignauo ſeruo ablatum, ei qui re bene geſta quinque talentorum fœnus reddidiſſet, dari iuſsit. *Quia inquit, habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod uidetur habere, auferetur abeo*. Sic ergo Eccleſiæ, quæ acceptis
Luc. 2. e ſapientiæ, & charitatis donis in gloriam Chriſti utitur, aureæ ab ipſo Chri-
Ioan. 14. d ſto adduntur Murenulæ argento uermiculatę. *Ego, inquit, dabo uobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, nec contradicere omnes aduerſarij ueſtri*, & rurſum, *quum uenerit, inquit, Paracletus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia:* 6

& ſugge-

1 *& ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis*. At vero a Synagoga aurum, & argentum, quibus ipſa abutitur ad fabricanda Idola, impios ritus perdiſcendos, auferenda prædicuntur; & Eclceſiæ tribuenda. Nam inter alia ſupplicia, hæc apud Ezechielem adulteræ illi ſponſus comminatur. *Dabo te, inquit, in manus eorum*, Chaldæorum ſcilicet, & aliorum amatorum, *& deſtruent lupanar tuum: & demolientur proſtibulum tuum, & denudabūt te veſtimētis tuis, & auferent vaſa decoris tui: & derelinquent te nudam, plenamq. ignominiæ*. Et in Euangelio ideo, inquit Chriſtus, *dico uobis, auferetur a uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius*. Quin & eadem ornamenta Eccleſiæ a Chriſto explicatius promitti apud Iſaiam recte dixe- Eze. 16. Mat. 21.
2 ris, dicens Nimirum Aedificatores ipſius, Viros ſapientia & eloquentia diuina, atque humana inſignes: quibus ipſa ornanda ſit, haud ſecus quam ſponſa Regia ornatur inauribus aureis, murenulis, torquibus, reliquiſque ornamentis ex auro, & argento affabre factis: locus apud Iſaiam ſic habet. *Venerunt ſtructores tui: & deſtruentes te, & diſſipantes te, a te exibunt. Leua in circuitu oculos tuos, & uide: omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi. Viuo ego dicit Dominus qui omnibus ijs velut ornamento veſtieris, & circundabis tibi eos, quaſi ſponſa*. Illi enim uiri eloquentes, quales fuiſſe conſtat Origenem, Athanaſium, Baſilium, Chryſoſtomum, Gregorium Nazianzenum, Hieronymum, Ambroſium, Auguſtinum, Gregorium Papam, & Iſa 40.
3 pleroſque alios tam Græcos quam Latinos, ſapientiam ſuam & eloquentiam ab ethnicis philoſophis acceptam, tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribus (ut inquit Auguſtinus) ſic in Eccleſiæ ornatum uerterunt, immo eos ipſos velut ditiſsima è media gentilitate abrepta ſpolia vertit Chriſtus, ut Hebræi uaſa aurea & argentea ab Aegyptijs mutuo accepta, ampliſſimaque ſpolia ab ijſdem in littore abiecta, in ſuarum uxorum verterunt ornamenta. Nec unquam Eccleſia ullis ſuis ornamentis ad cultum Dæmonum abuſura eſt, ut Synagoga: quæ ex ſuis inauribus vitulum aureum, & alia Idola ex alijs ſuis ornamentis feciſſe legitur. Atque hoc magnificum promiſſum plurimū poteſt confirmare Eccleſiam, ne timeat malis quantum-
4 uis magnis frangi, aut à pſeudochriſtis, ac pſeudoprophetis ſeduci. Quod autem in plurali dictum eſt, faciemus, tale eſt, quale illud, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinē noſtram: confirmatur præterea ex eo Iſaiæ loco noſtra coniectura, nempe תורים hoc loco pro generali ornamenti nomine poſitum eſſe. Gen. 1.

Dum eſſe Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.

Exterior dramatis ſpecies ſubindicat ſponſum excepiſſe conuiuio ſponſam, a qua ueſtes ipſe acceperit odoratas, & in medio cōuiuio nardino unguento vnctus ſit,
5 eiuſque fragrantia mirifice delectatus. Quod officium ſuum quia intellexit ſponſa gratum illi fuiſſe, ad ſuas conuerſa æmulas hæc dixerit, *dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum*. Quaſi aliam ſuperioribus addens rationem, quamobrem minus illæ mirari debeant, quod in tantam ſit ipſa a ſponſo euecta dignitatem, quæ omni officio, ac potius pietate illi ſatis faciat: quod quia ipſę facere recuſarunt, ab eodē ſint deſpectæ. Iam vero quod noſter interpres vertit, *dum eſſet Rex in accubitu ſuo*, nonnulli vertunt, dum fuit Rex in circuitu ſuo: Alij,
6 donec fuit, eſt.n. in Hebręo עד שהמלך במסבו & oēs interpretat. recte quadrāt. Erat autem circuitus, in quo ſolebant veteres diſcumbere, & olim Hebræi in circuitu ſedebant circa epulas in ſiniſtrum brachium leuiter, & ſeruato grauitatis dece-

roincumbentes. Nam vt inquit Rabbi Dauid Chimhi in libro de Radicibus uerborum, ſedentes veteres Hebræi, & non iacentes, ut antiqui Græci & Romani capiebant cibum: & ſedentes, in circuitu delicato quodam, ac magnorum uirorū more innixi ſupra menſam in ſiniſtrum latus, atq; hoc modo accubuiſſe Chriſtum in 1
Luc. cap. 7. domo Simonis leproſi ex Euangelio Lucæ colligimus. Ibi enim dicitur mulier illa peccatrix ſtans retro ſecus pedes Domini pedes eius lachrimis rigaſſe, capillis terſiſſe, eoſdem deoſculatā fuiſſe, & unguento unxiſſe, Id quod ipſa ſtans facere non potuit, niſi in loco ædito ad epulas accumbente Chriſto & ſedente: porro per circuitum Regis, & accubitum humanitatem Chriſti in-
Math. 22. telligimus, in qua diuinitas quaſi in circuitu ſediſſe, & Eccleſiæ in conuiuio illo 2
Bar. 3. nuptiali cuius mentio fit in Euangelio, uidetur accubuiſſe, quum (ut inquit Baruch propheta) *In terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt*. Quum homines doctrinis Euangelicis inſtituit, multis magniſque beneficiis affecit, & ſe adeo familiarem præbuit: vt aſsiduus fuerit idiotarum conuiua, & contubernalis, nec a publicanorum, & peccatorum menſa abhorruerit. Ac tunc quidem, qui Regis illius doctrinam, & beneficia auido gratoque animo accipientes, ipſum prophetam illum, & Chriſtum, ac Dei filium, quem prophetæ promiſiſſent, crediderūt, ingenueque profeſsi ſunt, uiuidaq;, & cum charitate coniuncta fide eum, ceu unguento nardino piſtico precioſo vngere uiſi ſunt: & eius vnguenti odore magno- 3
Luc. 7. pere delectare. Et inter hos Maria illa peccatrix, quæ tum myſtico primum, &
Ioan. 12. proprio deinde utens unguento, id officium bis præſtitiſſe memoratur. Huius ve-
Matth. 8. ro vnguenti odor ſuauiſsimus quam mirifice Chriſtum delectauerit, ipſe abunde ſignificauit: quum de Centurione loquens diceret, *non inueni tantam fidem in*
Matt. 15. c. *Iſrael*: & quum mulieris Chananeæ fidem admirans, exclamaret, *o mulier ma-*
Matt. 10. c *gna eſt fides tua*, quum Petrum coram omnibus beatum prædicauit, qui ſe Chriſtum filium Dei credere publice profeſſus eſſet: Quum Mariæ officia
Plinius li. 3. ca. 12. ſic probauit, ut inde nomen eius immortali memoriæ conſecraret: Quum denique multis alijs certiſsimis argumentis fidei fragrantia ſe maxime capi, teſta- 4
tiſsimum nobis fecit. Nardum quidem appello inquit Theodoretus, tanquam vnctum nardo piſtica, & precioſa, cuius odor uniuerſam domum, quæ totius continentis figuram tenebat, impleuit. Cultus enim, quem pij exhibuerunt Domino, vniuerſum orbem ſuaui fidei odore repleuit. Hanc vero fidem nardo, & quod ex ea potiſsimum conficitur unguento, conuenienter ſignificari ipſa fruticis natura teſtatur, quam ſic deſcribit Plinius: frutex inquit eſt graui & craſſa radice, ſed breui, ac nigra fragilique, quamuis pingui, ſitum redolente ut cyperi: aſpero ſapore, ſolio paruo, denſoque, cacumina in ariſtas ſe ſpargunt. Ideo gemina dote Nardi 5
ſpicas & folia celebrant. Idem libro 13. cap. 2. ſpicam præſtare docet folijs. Nam in conficiendo unguento regali, ſpicam numerat inter multa alia: nec eius folio aliquem concedit locum. Vnde in Euangelio in commendationem unguenti, quo Maria Chriſtum unxiſſe dicitur, id ſpicatum fuiſſe Euangeliſta annotauit. Iam ſicut folia, & ſpicæ nardi, & totus frutex ex deſcripta ſurgunt radice, ſic etiā fides Chriſtianorum ex humiliatione ſui ſurgit, & obedientia, quaſi ex radicibus craſsis, breuibus, nigris, & fragilibus, atque amaris, oportet enim qui crediturus ſit Euangelio, ſe deijcere, & contrahere, humanique ingenij aciem ob- 6
tundere, & abiecto humanæ ſapientiæ ſplendore, obſcurare quodammodo, & apud homines denigrare: remiſſoque eiuſdem ſapientiæ rigore frangere ſeipſum

atque

1 atque ita ſtultum reddere, ut ſapiens apud Deum haberi poſſit. Ac tunc demum
ex eo intellectu ſic humiliato, & in obſequium Chriſti, ut uult Paulus, captiua- *1. Cor. 3. d*
to, ſurgit fides non patulis & ad oſtentationem ſpectantibus folijs, ſed paruis, nec *2. Cor. 10. b*
una dumtaxat ſpica, ſed multis ex uno cacumine enaſcentibus: ut licèt multa
ſint, quæ credimus, unitas tamen fidei in omnibus indiuiſa ſeruetur. Et quem-
admodum nardus, quo fortius manibus compreſſa teritur, uim ſuam & effica-
ciam potentius exerit, & calore per attritum excitato (uim enim habet excalfa-
ctoriam, & deſiccantem) longius profert odorem ſuum: Sic & fides tandem maxi
me deprehenditur, & ſuam, per quam agit, charitatem exerit, atque eius calo-
2 ris energia odorem ſuum longe lateque diffundit: quum perſequutionibus for-
tius teritur, & exercetur: quo etiam ſpectans Paulus gratias agit Deo, quod
victis & ſuperatis aduerſarijs fidei, Deus per ipſos ſemper triumphet: & noti- *2. Cor. 2.*
tiæ ſuæ odorem ubique manifeſtet. Quod idem myſterium Dauid in Epitha- *Pſalm. 44.*
lamio iam nobis ſæpe citato ſic cecinit: *myrrha, & gutta, & caſia a veſtimen-*
tis tuis a domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ Regum in honore tuo.
Illud nimirum prædicens, quod quemadmodum regum filiæ, quæ inter ho-
noratas Salomonis vxores habebantur, illius ueſtimenta unguentis ex herbis
odoratis compoſitis afficienda curarunt, quibus ex prægandibus arcis eburneis
3 depromptis, illum induerent, & eorum fragrantia in celeberrimo conuiuij,
& nuptiarum die exhilararent: Sic etiam Apoſtolorum, & aliorum inſignes fi-
de, & pietate animæ Dei ſummi Regis, & patris per fidem filiæ, quo tem-
pore Chriſtus nuptias cum Eccleſia iniret, & nuptiale conuiuium ageret, ipſius
ueſtimenta, humanitatem ſcilicet uirtutibus ſuauiſſime olentibus odoraturæ, ſed
fide in primis, curaturæ eſſent ſedulo: quas ueſtes ſic odoratas illi primum in men-
tes ſuas lima pœnitentiæ per politas, & fidei puritatę inſtar arcarum eburnearum
albicantes reconderent: & ijſdem oris confeſſione inde depromptis, Chri-
ſtum tanquam Regem induerent, ſummaque lætitia afficerent: ſicut enim ex
4 veſtibus, cultuque Regio Regem deprehendimus, ſic ea confeſſione, & prædica-
tione Euangelica Apoſtoli, & Martyres Chriſtum mundo olfaciendum, & cogno
ſcendum propoſuerunt. Nec quemquam moueat, quod in eo pſalmo nulla ſit nar-
di mentio: neque hoc loco myrrhæ, aut guttæ, aut caſiæ: nam & ex his nardum: &
ex hac illas poſſumus intelligere. Siquidem omnia odoramentorum genera, nem-
pe virtutes omnes in ſua ſponſa ineſſe prædicat ſponſus infra cap. 4. Hæc igitur eſt
nardus illa Eccleſiæ, quam ipſa dicit, dum Rex ipſi accubuit dediſſe odorem ſuū,
aut odorem eius, nempe Regis. Nam illud Hebræum ריחו & proprium odorē nar-
di, & odorem Regis, a quo potius ipſa odorem contraxerit, quàm Rex ab illa, ſi-
5 gnificare poteſt: & fidei ratio utrumque admittit ſenſum. Nam quum ea uirtus *Epheſ. 2. a*
donum Dei ſit, ipſius odor, odor fidei, hoc eſt unde fides, & qui eam habet, fide-
lis deprehenditur: & eius fides dicitur, quemadmodum Chriſtus ſæpe in Euan-
gelio inquit: *fides tua te ſaluum fecit.* Dicitur etiam odor fidei, odor Dei: quatenus
ex ea Deus cognoſcitur, eiuſque uis, & potentia deprehenditur: quod Paulus
oſtendit, quum inquit, *Deo autem gratias, qui ſemper nos triumphat, & odorem notitię*
ſuę manifeſtat per nos in omni loco, quia Chriſti bonus odor ſumus Deo. Alluditur autem
6 hoc loco ad tropum illum, quo Deus olim dicebatur ſedere ſuper Cherubim, nē-
pe ſuper propitiatorium duobus Cherubim aureis ſuffultum in ſanctis ſancto-
rum, ubi etiam uidebatur quaſi in circuitu (ut hic dicitur) ſedere: & cum pijs ho-
ſtias

ſtias pacificas offerentibus, quarum pars Deo, pars ijs, qui offer rent cedebat, con 1
Pſal.79. uiuari. Sic enim de Deo canit Dauid, *qui ſedes ſuper Cherubim, manifeſtare coram*
Deut.12. *Ephraim, Beniamin, & Manaſſe.* & Moſes *ad locum, inquit, quem elegerit Dominus Deus*
veſter de cunctis tribubus ueſtris, ut ponat nomen ſuum ibi, & habitet in eo, uenietis, & of
fereis in illo holocauſta, & uictimas ueſtras, & decimas, & primitias manuum ueſtrarum,
Exo.26. *& vota atque donaria: primogenita boum, & ouium. Et comedetis ibi in conſpectu Domini*
Dei veſtri. Alluditur etiam ad Thymiama, quod Dñs ſibi ſoli confici, & in odorẽ
ſuauiſsimũ iuſſerat adoleri. Verũ cũ impia Synagoga ſtatim in deſerto Idolis aſſe-
derit, & tractu tpis Thymiamate in Idolorũ cultũ abuſa ſit (vt ei exprobrat Do-
Eze.16.23 minus per Ezachielem, & alios prophetas) repudiata eſt; & in eius locum ſuffecta 2
fidelis Eccleſia: fidei ſuæ reliquarumq; uirtutũ Thymiama, & encomaſtica ſacrifi
Oſea.4. cia, in vnius ſponſi ſui Chriſti cultũ legitimũ perpetuò exhibitura. Hæc enim au-
Iſay.1. dit Synagoga ab Iſaia ſponſi mandata, *non offeratis ultra ſacrificium fruſtra: incen-*
ſum abominatio eſt mihi. Hæc uero Eccleſia. *Conuertam manum meam ad te: & exco-*
quam ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtannum tuum, & reſtituam iudices
tuos, vt fuerunt prius & Conſiliarios tuos ſicut antiquitus. Poſt hęc uocaberis ciui-
tas iuſti, vrbs fidelis. Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iuſtitia, & conteret
ſceleſtos & peccatores ſimul, & qui reliquerunt Dominum conſumentur. Habet ita-
que & hic locus (ut ille paulo ſuperior, nigra ſum) manifeſtam Eccleſiæ Apolo- 3
giam: & tacitam Synagogæ accuſationem. Huius porro controuerſiæ & cauſæ
quæ inter Synagogam & Eccleſiam obſcure admodum agitur hoc Dramate, illu-
Luc.7. ſtre extat Schema apud Lucam: ubi huius ſacræ fabulæ res ipſa geritur. Ibi enim,
Simon phariſæus ambitioſæ & ignauæ Sinagogæ, Maria humilis & officioſæ Ec-
cleſiæ perſonam ſuſtinet, Mariam Simon criminatur, quod mulier ſit peccatrix ac
proinde indigna, quæ prophetam contingat: Chriſtus ſentiens ſe eam ob rem,
prophetæ opinionem apud phariſæum amiſsiſſe, ſic Mariæ cauſam agit, ut omni
eam liberet crimine, & ob eximiam ipſius charitatem, & fidem ſua familiaritate
oſtendat eſſe dignam, in Simonem crimen detorquens, & ipſum omnino reum pe 4
ragens: qui Chriſti facilitatem & Mariæ officium rarę pietatis ingens argumen-
tum, maligne damnauerit. Ea porro ſcribarum, & phariſæorum perfidia inſtar
Aſſæ fætidæ Chriſtum iam tunc ſic offendit, quum ipſum recens natum Herodi
Matt.2. prodiderunt; & procedẽte tempore, quum e Nazarenorum Synagoga eiectum de
rupe præcipitem dare uoluerũt, quum fabrum fabri filium, publicanorum & pec
Luc.4. catorum amicum, ac compotorem, ſeductorem, Dæmoniacum & Belzebub Dæ-
Matth.6. moniorum principis confederatum clamitarent. Sic inquam, illorum perfidia
Luca.7. Chriſtum offendit, inſtar Aſſæ fœtidæ, ut ipſum eundem inſtar Nardi oblectarit
Matth.7. fides Centurionis, mulieris Chananęæ, Mariæ Magdalenę. Simonis Petri, reliquę- 5
Ioan.17. que Eccleſiæ, qui Chriſtum tanquam magiſtrum ſuum ſapientiſsimum attente au
Matt.3. diebant: filium Dauid, & Dei filium, Regem Iſrael, & Meſsiam expectatiſsimum
Ioan.8. cõfitebantur: quem etiam credebant ſolo uerbo ægrotos quantumcunque deſpe
ratos curare poſſe, mortuos ad uitam reuocare, atque Energumenos a dæmoniis
liberare. Sunt qui hæc referant ad patres, qui Chriſti tempora pręceſſerunt: quo-
rum pietate, & precibus tractus Dei filius de ſinu Patris, ubi quieſcebat, hominẽ
aſſumpſerit, omnium malorum fluctibus agitandum, & obruendum. Sunt etiam 6
qui hæc ſpectare putent ad hęc tempora, ex quo Chriſtus cælum conſcendit, & pa
tri dexter conſedit: quum ſanctorum pietas magnę ſuauitatis gratiam Eccleſię
ſum-

1 ſumminiſtrat; & quo magis expetunt, quem non uident, tanto maiora fidei & charitatis ſuæ nobis præbent argumenta.

Faſciculus myrrhæ Dilectus meus mihi, inter hubera commorabitur.

Pergit ſponſa cauſas exponere, propter quas ſponſo ſuo chara ſit & ſuis æmulis in amore præferatur; cuius rei hanc nunc reddit cauſam, quod & ipſa chariſsimũ ipſum habeat, & eius cõſuetudine vnice delectetur. Id vero ſignificat collatione dilecti
2 ſui ad faſciculum, & ramuſculũ ex extremis myrrhæ ſurculis concinnatũ: quem ipſa inter hubera geſtare inſtituerit. Vt queadmodũ nouit ſpõſum ſuæ nardi odore delectari, ita & ipſa uiciſsim myrrhæ, ſponſi ſui fragrantia aſsidue recreetur. Iã verò cum ramos myrrhæ odoratos eſſe nemo dicat, dura uidetur eſſe comparatio ſponſi ad myrrhæ faſciculum. Melior fortaſsis fuerit, ſi unà cum extremis eius arboris ſurculis conſtrictam in faſciculo myrrhæ guttam intelligamus: quales ſe feciſſe faſciculos ipſe ſponſus affirmat infra c. v. quum ait Meſſui myrrham cum aromate. Cui etiam interpretationi conſentit Græca æditio ἀπὸ δεσμος τῆς σακτῆς. Et Origenes, qui hunc locum ſic interpretatur. fraternus meus mihi myrrham redo-
3 let: & hanc non diffuſam, neque vt libet diſperſam, ſed colligatam & conſtrictã: quo ſcilicet odor ipſius ſuauitatis denſior reddatur, & uehementior. Alij uolunt per. צְרֹר Seror uocem Hebræam quam Græci reddunt ἀπόδεσμον Latini faſci- Heb. 1.
culum, proprie ſignificari rem panniculo inuolutã. Vt intelligamus hoc loco ſponſum myrrhæ, quam ſponſa panniculo inuolutam, & conſtrictam inter hubera geſtare conſtituerit, comparari. Quod ſane & naturæ rei, & decoro perſonæ magis videtur conuenire. Nam ex myrrha arbore non commode colligi poſſe uidentur faſciculi, quos pro ramuſculis, quales ex alijs herbis odoratis cõcinnari uidemus, geſtent mulieres in pectore. At liquor ex ea arbore ſpõte fluens, ideo Latinis per Coloſ. 2.
4 excellentiam Gutta, Græcis ſtacte a ſtazim fluere, dictus, panniculo inuolutus, & colligatus, Inter hubera cõditus a mulieribus commode, & magno vſu geſtari põt. 1. Cor. 3.
Vt ibi excalfactus liquor ille ſuauem reddat odorem; & alios, quos proxime dicturi ſumus præſtet uſus. Quod uero inferius Capite quinto ſponſus ait. Meſſui myrrham meam. Iuxta Hebræum uertendum illi uolunt. Collegi myrrham meam. Et in horum ſententia fuit Thomas: inquit enim, hoc loco paſsio Chriſti & ſepulchrum deſignatur. Nam depoſitum Corpus Domini de Cruce a Nicodemo & Ioſeph myrrha & aloe conditum eſt, & inuolutum linteis cum aromatibus, ac ſepulturæ datum: dicit ergo eccleſia ſponſo ſuo, dilectus meus faſciculus
5 myrrhæ mihi factus eſt: quia propter me mortuus eſt, & ſepultus. In cordis mei memoria æternaliter habebitur: & nunquã tantorum beneficiorũ eius obliuiſcar: ſed ſiue in proſperis, ſiue in aduerſis ſim, recordabor eius, qui me dilexit, & pro me mortuus eſt. Et nemo inquit idem Th. locum cordis inter vbera eſſe dubitat. addita porro nota ה indicat non quamuis myrrham, ſed probatiſsimam. Probatiſsima porro Plinio eſt, quæ ſponte fluit, nec ullo modo ſit adulterata. Sic enim ille Plinius, lib.
de arboribus, unde hoc genus aromatis colligitur, ſcribit; Inciduntur inquit, bis 12. c. 15.
6 ipſæ, vt & thuris arbores, iiſdemq; temporibus: ſed a radice uſque ad ramos, quæ ualent. Sudant autem ſponte antequam incidantur, Stacten dictã, cui nulla præfer Dioſcor. lib.
tur: calfacit (ut tradit Dioſcorides) cohibet, ſoporẽ gignit, glutinat, ſiccat, aſtrin 1. cap. 67.

 git,

git, & aduerſus alarum tædia illini ſolet. Stactes uero quæ optima eſt recentis myr 1
rhæ aquæ tuſæ, & organo expreſſæ, ſubſtantiæ (ut idem auctor eſt) minima portio,
Lib.1.c.61. compos eſt uirium plurimarum. Meritò igitur eccleſia Chriſtum confert myrrhæ
non cuiuis, ſed præſtantiſsimæ, quam alibi ſcriptura electam ſiue liberam, nempe
ſponte fluentem uocat. Vt enim apud Danielem Chriſtus lapidi confertur ſine
Exod. 30. manibus (hoc eſt citra humanam operam) exciſo. Propterea quòd ex virgine ci-
Danie. 2. tra uirilem congreſſum natus ſit: ſic etiam hoc loco ei myrrhæ comparatur, quæ
Eſa. 53. *Pſalm. 21.* citra arboris ſuæ inciſionem, defluxerit. Sponte enim paſſus eſt, & cor eius uelut
cera liqueſcens colliquatum eſt in medio uentris eius, ut prophetæ cecinerunt.
Et quemadmodum ex ea myrrha aqua tuſa, & organo expreſſa prodit ſtacte op- 2
tima illius ſubſtantia plurimis prædita uiribus, ſic Chriſtus aquis tribulationum,
Pſalm. 68. quas ipſe ad animam ſuam uſque penetraſſe queritur, tuſus, & Crucis prelo ex-
preſſus, ſuam protulit, & exeriut diuinitatem, optimam ſuam ſubſtantiam: cu-
ius immenſas uires horrendis æditis portentis, & prodigijs quum pateretur, ip-
ſe protulit: & uelut in magnum myrrhæ montem excreſcens per uniuerſum
orbem hominibus longe diuerſo euentu ſentiendas applicuit. Tunc namque
electos omnes ſua fragrantia cœpit ad ſe trahere: reprobos autem a ſe longius re-
pellere, & abalienare. Perinde enim atque myrrha probatiſsima, & minime adul-
terata, duas qualitates inſigniter obtinet, amaritudinem, & ſuauem olentiam; duos 3
etiam ſenſus inſigniter afficit, Guſtatum & olfactum: quorum alter maxime cor-
poreus cum ſit, & craſſus, myrrhæ amaritudine magnopere offenditur; alter uerò
quia minus cum materia mixtus eſt, & ad ſpiritus naturam accedit, myrrhæ odo-
re, quæ minus materialis qualitas eſt, mirifice delectatur. Sic carnales & craſsi
homines, quique nullam habebant in ſe ſpiritus portionem, nihil in Chriſto præ-
ter paupertatem, & crucem, animaduertere potuerunt: unde uehementer exaſpe
rati, tanquam a myrrhæ amaritudine, abhorruere. Contra uerò, qui carnis luto
non ita immerſi eſſent, vt vim omnem ſpiritualis naturæ in ſe extinxiſſent, hi ſua-
uiſsimo Chriſti odore capti, Myrrham illam electam panniculo fidei inuolutam 4
& conſtrictam, intra mentis ſuæ receſſus quaſi inter hubera collocarunt, & chari-
tate caleſecerunt. Vnde factum eſt ut quemadmodum Paulus dicebat) qui hunc
2. Corint. 2. panniculum inter hubera ſua geſtarent, Chriſti bonus odor eſſent Deo, in ijs, qui
ſalui fierent: Alijs quidem odor mortis in mortem, Alijs autem odor uitæ in ui-
tam. Atque hunc panniculum intra animi ſui ſinum continet Eccleſia, ut ſi quid
ibi ſit uicioſi humoris, aut putridi, eius Myrrhæ uiribus calfacientibus, & ſiccan-
tibus abſumatur: ſiqua ſint peccatorum vulnera, glutinentur, & inducta cica-
trice, curentur. Immo uero ſic tollantur, ne cicatrix quidem, aut ullum uulne-
ris ſuperſit ueſtigium, aut vllum poſthac ſuboriri poſsit vitium; ſic quæ Chri- 5
ſtus pro nobis tulit mala, & Crucem malorum vltimam lineam, aſsidua, totaque
animi contentione meditatur, & amplectitur, vt ea meditatione charitati, qua
Chriſtum proſequitur, perpetua ſubminiſtret alimenta, omnem rerum fluxarum
cogitationem abs ſe excludat, omnes uitioſos affectus in ſe conficiat, ac contra vi-
gilias, quas humanæ uitæ ſolicitudo ſolet excitare, altiſsimum ſomnum conciliet,
unà cum Chriſto cruci affigatur, & eo Mirrhæ faſciculo ſua ne frangantur, ne ue
diffluant, confirmet hubera. Secundum interpretationem Symmachi inquiunt 6
Gregorius Niſſenus, Maximus, & Neilus: dilectus meus, quia ipſi creditum eſt,
ſpiritualia dona conſeruat eccleſiæ, & confirmat fideles, ne a ueritate diuertant.

Deinde

1 Deinde vbi in ipſa uerſans hanc immobilitatem ei donauit, inquit, in medio hube
rum meorum commorabitur. Horum uero medium eſt cor, ex quo reliquo cor-
pori vitalis datur ſpiritus. Quod etiam cor principem repreſentat mentem, in qua
uerſatur dominus, quando ipſius ſponſa per perfectionem adhærens vnus fit ſpi-
ritus in habitata per habitum virtutis, propter efficaciam omnino ſancti ſpiritus,
per quam quæ in Chriſto condita eſt uita, in omnes animæ uirtutes, uelut in ip-
ſius membra penetrans, immobilitatem illis ingenerat. His ſuccinit Theodore-
tus. Hæc uero quum de ſe dicit eccleſia, ingentem nunquam uiolandæ Chriſto da
tæ fidei, præfert fiduciam: & Aemulam ſuam mordet acriter, eadem illi tacite ex-
2 probrans crimina, quorum a ſponſo apud Ezechielem aperte accuſatur in hanc Ezech. 23.
ſententiam, *fili hominis, Duę mulieres matris vnius fuerunt, & fornicatę ſunt in Aegy
pto, in adoleſcentia ſua fornicatę ſunt, ibi ſubacta ſunt ubera earum, & fractę ſunt mam
mę pubertatis earum.* Et apud Oſeam, *Iudicate inquit matrem veſtram, iudicate, quo-* Oſeæ. 2.
*niam ipſa non uxor mea: & ego non uir eius. Auferat fornicationes ſuas a facie ſua: &
adulteria ſua de medio uberum ſuorum.*

Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.

3
Altera comparatione exprimit ſponſa, quantam ex ſponſo ſuo capiat utilitatem,
& uoluptatem. Nam confert eum prægrandi, & prædulci botro in uineis Engad-
di (vbi ſolent mirandæ magnitudinis, & ſuauitatis vuæ prouenire) nato, quo ipſa
piaculo fuerit expiata. Iā quod noſtra æditio habet, Botrus Cypri, in Hebræo eſt
אֶשְׁכֹּל הַכֹּפֶר Quod nonnulli Latine vertunt, Botrus caphuræ. Gloſa ordinaria, Ar
bores inquit, balſami, quæ in Engaddi creſcunt, quia in modum uinearum exco-
luntur, vineas appellat. Quod cōmentum ex Hieronymo ſumptum vr̄. Is enim de
locis Hebraicis ſic ſcriptum reliquit. Engaddi in tribu Iuda, ubi abſconditus eſt
4 Dauid in ſolitudine, quæ eſt in Aulone, locus eſt in regione illa campeſtri, de qua
ſupra diximus. Vocatur uſq; hodie vicus prægrandis Iudæorū, Engaddi, iuxta ma
re mortuum: unde & opobalſamū venit: quas uineas Engaddi Salomon uocat. Ly
ranus ſequutus ēt Hieronymum, ſic ſcribit in hunc locū. Engaddi locus ubi cre-
ſcit balſamū prope mare mortuum: Vt apparet in deſcriptione terræ ſanctæ. Et
ibidem creſcit Arbor aromatica nomine Cyprus, quæ facit grana ſimul iuncta, ſi-
cut in uuis uineæ. Et inde locus uineæ dr̄. Sed de hac re nihil certi habens, addit, vt
dicunt aliqui. Et idem inquit ideo, nō eſt hic Cyprus nomen inſulæ, quæ eſt in ma
ri mediterraneo, quia ibi non ſunt dictæ vineę.] Hæc ille. Sunt qui contendunt Cy
5 prum inſulā ſignificari, in qua conſtat ex Plinio generoſas, & ad miraculū magnas
eſſe uites, feraces vuarum miræ magnitudinis, & pulchritudinis: unde fiant uina
omnibus tranſmarinis prælata. Quibus cum proxime accedant uites, & vuę Engad
dinæ, ideo ſponſus hoc loco vni uuæ ex uineis Engaddi conferatur: quæ ſimillima
ſit uni ex vuis inſulę Cypri. In qua ſententia ur̄ fuiſſe Bernardus, & longe ante Ber
nardum ſeptuaginta Interpretes: qui ſic uerterunt βότρυς τῆς κύπρου ſed hęc nō
eſt certa coniectura: nam articulus & inſulam, & arborem deſignare pōt. Gloſa
6 quę lineas dirimit, floritionem ſignificari affirmat, ex ſententia (ni fallor) Orige-
nis, qui in hunc locum ſic ſcribit. Habet aliquid ambiguum, quod ait, Botrus Cy-
pri: quia & uua florens Cyperus appellatur: & ſpecies quædam extrinſecus vir-

M 2 gulti

gulti eſt, quæ Cyperus dicitur, ferens & ipſa floridum quendam fructum, in mo- 1
dum florentis uuæ prolatum.

Quæ tamen quia ipſi non probantur, ideo ſubiungit: ſed uidetur magis ad fru- 2
ctum uitis reſpicere ſermo, quandoquidem uinearum Engaddi facta eſt mentio.
Theodoretus βότρυς κύπρου, inquit, botrus qui iam cœpit floreſcere: interpre-
tatur enim κύπρον per κυπρίζων florens & κυπρίζων per ἀρξάμενος κυπρίζειν incipiens
floreſcere. Nam per id tempus uinea bene olet: additque etiam, in uineis Engad-
di, Hoc eſt bene olens. Subiungit idem alias interpretationes; ſed hanc omni-
bus præfert. In tanta uero interpretum uarietate difficile ſit, quid pro certo ha-
bere debeamus, pronuntiare. Nam nec qui de naturali hiſtoria ſcribunt, tale
quicquam de Cypro narrant, quale ex Hebræis refert Lyranus: nec de balſamo 2
arbore, quod ſcribit Glo. Ord. Nec כֹּפֶר in ſcripturis Cyprum inſulam alibi ſi-
gnificare inuenitur, unde confirmetur Bernardi ſententia: Nec floritionem, ut
coniectat Origenes. Addemus igitur & nos noſtram hanc coniecturam, כֹּפֶר
(quod Cyprum uertunt interpretes) uerbale nomen Hebræis eſt ductum a uer-
bo. כֹּפֶר quod placare, & expiare ſignificat.

Vnde etiam & ipſum nomen piaculum ſignificat, & precium, quod in redem-
ptionem alicuius datur: Græcis dictum ἀντίλυτρον. Vt in Exodo de eo, cuius
bos cornupeta cum fuerit, ab heri, & nudius tertius, aliquem negligentia Domi- 3
ni ſui interfecerit, dicatur, Si precium fuerit ei impoſitum, dabit proximo ſuo,
quidquid fuerit poſtulatus. Et alibi, quando tuleris ſummam filiorum Iſrael,
iuxta numerum dabunt ſinguli precium pro animabus ſuis Domino, & non erit
plaga in eis, quum recenſiti fuerint. In quibus locis conſtat pro precio redem-
Iob.33.d ptionis, ſiue pro redemptione, in Hebræo poſitum eſſe כֹּפֶר Et in libro Iob *Inue-*
ni, inquit Dominus, *In quo propitier ei*, ſiue expiem eum: cum ergo ex locis il-
lis, & alijs conſtet, כֹּפֶר redemptionem & expiationem, hoc eſt, id quod pro re-
demptione, & expiatione datur, ſignificare; non leuis inde nobis uidetur ſumi poſ-
ſe coniectura, hoc quoque loco idem ſignificare; ut uerti poſsit, Botrus expiatio- 4
nis ſiue expiatorius: aut Botrus redemptionis, uel redemptorius. Et intelliga-
mus eccleſiam non ſine magno myſterio ſponſum ſuum Chriſtum botro in uineis
Engaddi nato conferre, hoc eſt maximo, & optimi copioſique ſucci pleno: qua-
les egregiæ illius loci uites ſolent ædere, vt alludat eccleſia ad botrum illum, quē
unà cum palmite legimus in libro numerorum ex terra Chanaan exploratores ad
Num.13. Moſen attuliſſe. Ob cuius inſignem magnitudinem dicta fuit vallis illa, vbi iuuen-
tus fuit נַחַל אֶשְׁכֹּל vallis botri. Quam quidem uallem in campeſtri regione Engad
di, aut ipſammet regionem fuiſſe, eſt admodum ueriſimile: cum certum ſit eā fuiſ-
ſe in tribu Iuda, cuius terram feraciſsimam fore maximarum & uberrimarum ui- 5
Gen.49. tium, moriens Iacob filio ſuo Iudæ prædixerat in hunc modū. *Ligans ad uineam pul*
lum ſuum: & ad uitem o fili mi, aſinam ſuam. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſangui
ne vuæ pallium ſuum. Pulchriores ſunt oculi eius uino &c. Quem locum Lyranus ſic
interpretatur. Poſtquam inquit, Iacob prædixerat, dignitatem Regiam futuram in
tribu Iuda, cœpit prædicere conditionem terræ, quam in ſortem debebat accipe-
re, quæ fuit ualde fertilis in uino, & lacte. Et hoc eſt quod dicitur, ligans ad ui-
neam pullum ſuum, & ad uitem aſinam ſuam; per hoc deſignans, quòd in uno ſti- 6
pite uitis, poſſet de uuis onerari una aſina, vel pullus: unde in Hebræo habetur,
& ad palmitem filium aſini ſui. Et idem ſignificat quod ſubditur, *lauabit in uino*

ſtolam

1 *ſtolam ſuam.* Ac ſi dicatur: tanta abundantia uini erit illi, quòd poſſent inde lauare pannos. Et eſt loquutio hyperbolica. Hæc Lyranus. Quando igitur coniectura, quam de loco fecimus, feliciter nobis confirmata uidetur, iam admirandum myſterium, quod in botro, ex ea ualle delato, catholici latere docent, proferamus. Vt inde etiam quam fecimus, etiam de botro expiatorio coniecturam, fidem capiat. Id porro myſterium ex Iſidoro ſic aperit Gloſa ordinaria. Botrum in ligno de terra promiſsionis duo aduebunt; Quia Chriſtus pendens in ligno Crucis, promiſſus gentibus de terra genitricis Mariæ ſecundum carnem natus eſt. Duo baiuli, qui ſub onere botri incedebant, vterque populus eſt. Cuius prior Iudaicus cæcus,
2 & auerſus, ignarus pendentis gratiæ, & preſſus onere ſuſpenſi, cui ſubijcitur iudicanti: Vnde, *Obſcurentur oculi eorum, ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua.* Pſal. 68. f
Qui poſterior ueniebat, populum gentium ſignificabat, qui credens & Chriſtum ante oculos habens, ſemper quem portat uidet: & quaſi ſeruus dominum, & diſcipulus Magiſtrum ſequitur. Secundum illud. *Siquis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam, & ſequatur me.* Hic eſt botrus, qui effuſus in ſalutem noſtram, vinũ ſanguinis ſui per Crucis contritionem perfudit, & expreſſum Paſſionis ſuæ calicem propinauit eccleſiæ. De quo botro dicitur, *fraternus meus, vt botrus Cypri.* Iam ergo ex Iſidoro cognouimus botrum illum, cuius in numerorũ libro fit mentio, Chriſtum in Cruce pendẽtem deſignaſſe: Et idem myſterium hoc loco deſignari. Iſidoro accedit Bernardus: quibus etiam aſſentiri uidetur Gregorius. Iam nos horum auctorum ſectantes veſtigia, primũ per uineas (ut retro oſtendimus) particulares eccleſias myſtice ſignificari exiſtimamus: & Engaddi fontem fœlicitatis, iuxta Hebraicam Etymologiam; aut uero ſi ex Hebraica altera dictio ne altera Syriaca una ſit compoſita dictio, fontem inciſionis interpretamur: & putamus, Eccleſiam, quas botrus ille ex terra Chanaan aduectus deſignaret, uires, & efficiam in ſolo Chriſto in eſſe oſtendere. Chriſtum enim quem ipſa unice diligit, botrum ſibi redemptionis eſſe dicit, & expiatorium; quippe qui ut botrus
4 ille in tranſuerſo palmite pendens, populo oſtenſus fuit, ſic ipſe in Cruce pendẽs animam ſuam in redemptionem pro multis, quemadmodum promiſerat, dare, & ſalutem noſtram in medio terræ, hoc eſt publice, & ſpectante uniuerſo populo Ieroſolymitano operari uiſus ſit; tunc maxime prægrandi botro aſsimilatus, propterea quod uelut in torculari copioſum vinum cor hominis exhilarans ex eiuſmodi vuis exprimitur; ſic & in Cruce totus Chriſti ſanguis, ſua uirtute copioſiſsimus, & in quo (vt docet Paulus) habemus redemptionem, ſit expreſſus. Vt eo pro nobis omnibus perſoluto pretio, æternum lætemur: & eo piaculo, a piaculis noſtris expiati de immenſa Chriſti erga nos benignitate & munificentia glorïemur. Seruatur
5 & in hoc ſimilitudo, quod ille in uineis Engaddi inuentus ſit botrus, & Chriſtus in eccleſia, extra quam ſalus nulla eſt, quærendus ſit & inueniendus, ubi fons fælicitatis manat, & fons inciſionis: nempe ſanguis & aqua, cum quibus ex inciſo Chriſti latere erupit baptiſmus. Quo lauacro accedente uerbo uitæ lota eſt Eccleſia: & pulchritudinis ac fœlicitatis ſponſi ſui Chriſti particeps & conſors effecta. Sentiens igitur Eccleſia (ut Paulus etiam ſentiebat) Chriſtum ſibi factum eſſe ſapientiam, iuſtitiam, ſanctificationem, & redemptionem, hũc ipſum
6 dilectum ſuum pro botro uinearum Engaddinarum ſibi eſſe gloriatur (ut quemadmodum apud Hierimiam ſcriptum eſt) & Paulus conſulit, in domino glorietur, & nullos timens hoſtes, nullis territa periculis, terram illa patribus

Luca. 9. a
Mat. 20. d
Pſal. 73. e
Pſa. 103. b
Ephe. 1. b
1. Cor. 1. d
Hier. 9. g
1. Cor. 1. d

promiſſam (nempe cælum) ſumma ui animoſa capere nitatur: vnde ſuum expiato 1
rium botrum ad ſe uidet deſcendiſſe. Vbi ſumma fide nixa confidit beatorum ſo-
Nu. 13. 14. dalitijs, & inexhauſto fœlicitatis fonte aliquando frui. Longe ſane diuerſo in-
genio, quàm Synagoga: Quæ audiens olim terram patribus promiſſam optimam
quidem eſſe, ſed tamen munitiſsima, & eius habitatores monſtruoſæ magni-
tudinis; perterrita, ſtatim deſpondit animum: & terram optimam obtinere poſ-
ſe deſperans, Deo ſponſori diffiſa, ducem alium relicto Moſe, ſibi conſtitue-
re, in Aegyptum redire, abdicataque libertate, & hæreditate ſua, Aegyptijs ite-
rum ſe addicere, ſatius eſſe exiſtimauit.

Quorum hominum impietatem, & ſeruile ingenium retinentes ipſorum poſte- 2
ri, Barrabbam botrum amariſsimum in uinea Sodomorum & in ſuburbanis Go-
morrhæ procreatum, Chriſto botro ſuauiſsimo, in Engaddinis uineis nato, præ-
tulerunt: abiectaque vera libertate, quam Chriſtus promittebat, legitimoque re-
gno ſuo, ad quod Rex ille uocabat, ſe non alium Regem præter Cæſarem habere,
Mat. 27. coram Pilato Iudææ præſide Stentoreis uocibus conclamarunt. Horum itaque po-
tiſsimum impietatem taxans Eccleſia ait, *botrus, expiatorius dilectus meus mihi in ui-
neis Engaddi*. Cum hæc ædere cogitarem, & in hoc ſingula reuiſerem ac diligen-
tius expēderem, commodum uenit in manus Porcheti monachi Cartuſiani opus,
quod ille uictoriam contra Hebræos inſcripſit. Legi ibi multa cognitu digniſsi- 3
ma, quę ipſe uelut arma ex peritiſsimis Hebræorum armamentarijs magna vi, ac la
bore erepta ad illorum perfidiam confodiendam conuincendamque, Chriſtianis
abunde ſumminiſtrat. Hæc verò ad verbum inde huc transferre uiſum eſt. Hinc
reſultat inquit, ratione diuinitatis Chriſti ſufficientem eſſe potentiam, quam do-
cet nos Medras. i. Gloſa ſuper Cant. Cantic. ubi dicitur 1. capit. eod. Botrus Cy
pri &c. veritas autem Hebraica habet ſic. Eſcol. i. botrus. vel Iſcol. i. vir omnia, Ha
gofer i. parcens, uel ſatisfaciens, dodili i. dilectus meus mihi, in uineis Engaddi i.
fontis vel oculi hædi. Dixit Rabi Barakia dixit Eccleſia Iſrael coram Deo ſan-
cto, & benedicto, Domine ſeculi, In hora, qua tu es tribulans me, dilectus meus 4
es tu; tu eris factus dilectus meus, & prouidens. O, quem ipſum hominem qui erit
in me cibus poterit dicere menſuræ iudicij, ſufficit, & tu eris aſſumens eum, uel
tollens, vel impignorans, vel tradens eum pro me. Et hoc eſt, quod ſcriptum eſt
Cantic. 1. ſ. Iſcol Hagofer, & quid eſt Iſcol? Iſ. i. uir, ſe agolobo. i. in quo omnia, &
quid eſt Hagofer? i. parcens vel ſatisfaciens ſuper peccatis, vel pro peccatis Iſrael.
Hæc Rabinus ille. Eadem fere dixit Rabi leui ex Rabi Hanina, ut idem Porche-
tus eodem loco in hunc modum; o, quem iſtum virum magnum, qui erit in eis, nē
pe inter filios Abraham, qui ualebit dicere menſuræ iudicij, ſufficit, & ego ero ſu-
ſcipiens uel tollens eum pro eis, ſicut dictum eſt Canticorum. 1. Iſcol Hagofer. i. 5
vir omnia ſatisfaciens dilectus meus mihi. Conſtat itaque ex ſententia ueterum
Rabinorum & noſtri Porcheti uiri Theologi non uulgaris, & Hebraicæ literatu-
ræ callentiſsimi, Hagofer recte nobis expoſitum eſſe, expiatorium uel redempto-
rium; quantum uerò ad reliqua attinet, tibi Chriſtiane lector conſiderandum re-
linquimus, quanta ſit fidei noſtræ uis, quæ etiam a Iudæis de Chriſti humanitate,
& diuinitate, deque eiuſdem ſatisfactoria, pro peccatis noſtris paſsione, tam ma-
gnificum & apertum extorquet teſtimonium. Eccleſiam porro Iſrael, & filios Iſ- 6
rael atque Abraham, apud ueteres Hebræos, eos demum habitos fuiſſe, qui patrū
illorum mores, & fidem imitarentur: quod etiam Paulus docuit nos ad Romanos
ſcri-

1 ſcribens. Optime probat idem Porchetus 12.cap.2.par.eiuſdem operis. Commu nis interpretatio eſt, Chriſtum Eccleſiæ eſſe pro botro inſulæ Cypri, quippe qui expreſſo ex ſe per paſsionem uino, Eccleſiam uniuerſam ſuſcitatus lætificarit, & Spiritus ſancti donis auxerit per omnes particulares Eccleſias diſtributus, quorum figuram balſamum, in uineis Engaddi defluens gerit, Nimirum in fonte hędi. In Baptiſmo ſcilicet, in quo dum corpus mergitur, anima abluitur: & per illius fidem, qui pro peccatoribus mortem pertulit, anima humana a peccatis omnibus mundari ſe credit. Nam olim hœdus pro peccatis immolabatur: & cum paſcha im molandum erat, hœdum perinde atque agnum immolare lex permittebat. Vbi e-
2 nim de agno immolando totum ritum pie ſcripſit lex, illud etiam adiunxit, *iuxta quem ritum ſumetis & hœdum*. Engaddi etiam inter alia, fontem, ſiue oculum Hœdi ſignificat. Exod.12.

Ecce tu pulchra es amica mea. Ecce tu pulchra es: oculi tui columbarum.

Hactenus ſponſa apud ſponſum, tanquam apud Iudicem, ſuam contra æmulos egit cauſam: & quæ iam inde ab initio dramatis immenſi amoris ſui aduerſus ſponſum perpetuam ſignificationem dedit ſumma cum teſtificatione ingentium illius in ſe meritorum (quamobrem etiam illi ſoli) quo piaculo expiata ſit (ſua feruet
3 hubera, longe aliter, quàm fecerint æmulæ) ſic obiecta diluit, & in aduerſarias re torſit crimina, vt ſe pulchram & gratioſam eſſe manifeſte oſtenderit; tacite uero turpes illas, & inuiſas conuicerit ſponſas, viciſsim tum ex ampliſsimis iam collatis, & amplioribus adhuc in ea conferendis muneribus, tum ex magnificis, quibus eandem ornauit laudibus, eam ſe vnice diligere fecit teſtatiſsimum. Iam nunc eandem ab eximia commendans pulchritudine, & innocentia hanc ſecundum ipſam dicit ſententiam. *Ecce, tu pulchra es amica mea, &c.* ineſt autem in paucis uerbis plurima Emphaſis, & uehemens pulchritudinis amplificatio. Nam particula, ecce, rem nouam aliquam aut magnam ſignificat. Vt hic raram quandam & admirabi-
4 lem pulchritudinem, & geminata pulchritudinis commemoratio non caret Emphaſi. Repetitum etiam pronomen, tu, geminam habet Emphaſim cum Epitaſi Hebræis familiari. Ineſt & in eo pronomine tacita Antitheſis, unde quiuis intelligere poſsit, ſponſam, ſponſo iudice, pulcherrimam eſſe, & puram inſtar columbę. Aemulas uero turpiſsimas, & impuras inſtar uiperarum. Illud denique pro coronide amplificationis additum eſt, quod oculos habeat ſponſa columbinos; columbæ enim oculos habent pulcherrimos; & maxima muliebris pulchritudinis pars, in oculis bene natura conformatis ſita eſt. Significatur & hoc Symbolo eximia ſponſæ pulchritudo, cum ſumma honeſtate, & innocentia eſſe coniuncta, quod ipſum
5 inſignem commendationem, & ſolidam pulchritudinis laudem habet. Hæc porro uirtus in oculis elucet maxime. Vt enim in oculis (quemadmodum ait Plinius) animus inhabitat, ita & per oculos ipſe ſe prodit. Neque vlla ex parte inquit ille, maiora indicia animi cunctis animalibus, ſed maxime homini; Id eſt, moderationis, clementię, miſericordię, odij, amoris, triſtitiæ, lętitię, cõtuitus quoque multiformes, truces, torui, flagrantes, graues, tranſuerſi, limi, ſummiſsi, blandi. Profectò in oculis animus inhabitat: Ardent, incenduntur, humectant, conniuẽt. Hos quum oſcu Plinius lib. 11.cap.37
6 lamur, animum uidemur attingere. Animo uidemus, animo cernimus. Oculi ceu uaſa quędam uiſibilem eius partem accipiunt, atque tranſmittunt: & Petrus Apoſtolus ab hac philoſophia non abhorrens, de perdito quodam hominum genere 2.Pet.2.

ſic loquitur, *oculos habens plenos adulterio*, vel iuxta Græcum. Adultera & inceſſa- 1
bilis delicti, pellicientes animas inſtabiles. Chriſtus etiam animi inuidiam, quæ
apparet in oculo, ſic reprehendit in Euangelio: *An oculus tuus nequam eſt, quia ego*
Matth.20. *bonus ſum?* Vbi, nequam poſitum eſt pro malo & inuido. Ad hanc igitur tam ua-
riam oculorum vim ſpectans ſponſus hoc loco, ut inſignem ſponſæ pudicitiam,
& innocentiam, in quibus abſoluta cōſiſtit animi pulchritudo, ſignificaret, ipſius
oculos columbarum oculos eſſe dixit. In his enim animalibus ſingularis innocen-
Matth.10. tia commendatur. Quamobrem Chriſtus in Euangelio ſimplicitatem a ſuis exigit
columbinam. Ineſt in columbis etiam pudicitiæ, & coniugalis fidei inſigne exem
Plin.lib.10 plum. Columbis inquit Plinius pudicitia eſt prima, & neutri nota adulteria: coniu 2
cap.34. gij fidem non violant, communemque ſeruant domū. Et Ariſtoteles, Columbi in-
Ariſt.Hiſt. quit, cum pluribus adoleſcere, ut coire non patiuntur, neque coniugium iam in-
lib.9.c.7. de a primo ortu initum deſerunt niſi cælebs, aut uidua. Contra naturam autem eſ
ſe columbarum, quod deinde idem auctor ſubiungit, interdum etiam nonnullas
ex maritatis cum alijs coire, oſtendit Plinius dicens; imperioſos mares ſubinde
etiam iniquos ferunt, quippe ſuſpicio eſt adulterij, quamuis natura non ſit. Iam
hæc omnia ad myſticos ſenſus transferamus. Eccleſia cum poſt multa alia amoris
ſui & fidei in Chriſtum documenta illud proxime dederit, quòd ſe ſolum Chri-
ſtum pro faſciculo Myrrhæ ſemper habere, eundemque Crucifixum in mentis ſuę 3
ſinu geſtare inſtituerit, cuius meditatione aſsidua, & imitatione ab omni uitio re-
purgetur, & ne noua contrahat uitia, præſeruetur; quum præterea ſub typo botri
expiatorij libertatem, expiationem, & a peccatis omnibus emundationem eidem
ſe debere ingenue ſit profeſſa; Chriſtus uiciſsim a mortuis iam ſuſcitatus, per paſ
ſionem, & mortem ſuam deuicta morte, & a peccati ſordibus emaculata ſponſa
ſua, ſuum demirans opus, ut Eccleſiæ ſuę fidem faciat, ſua ipſa pietate, & accepto-
rum beneficiorum æſtimatione nihil falli, hæc ſubiungit. *Ecce tu pulchra es amica*
mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum. Quo inſigni encomio Chriſtus eam Ec-
cleſiæ ſuæ pulchritudinem commendat, quæ in expiatione peccatorum per Baptiſ 4
Epheſ.5. mum conſiſtit: quam nimirum Paulus his uerbis celebrauit, *Chriſtus dilexit Eccle-*
ſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in ver-
bo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut
aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Commendat præterea pulchritudi
nem, quam ex Dei & Chriſti cognitione per fidem eſt adepta, cuius uiribus glo-
2.Cor.3. riam Dñi (vt teſtatur Paulus) intuens, in eandem imaginē transformatur a clarita
te in claritatem: & incōparabilibus iuſtitiæ dotibus ornata, diuinæ naturæ parti-
2.Petri 1. ceps, & conſors (ut docet Petrus) reddita eſt: *gratia uobis & pax*, inquit ille, *adim-*
pleatur in cognitione Dei, & Chriſti Ieſu Domini noſtri: quo omnia nobis diuinæ virtutis 5
ſuæ, quę ad uitam, & pietatem pertinent, donata ſunt per cognitionem eius, qui vocauit nos
propria gloria, & uirtute: perque maxima, & precioſa nobis promiſſa donauit, ut per hæc
efficiamini diuinæ conſortes naturæ. Ecce tu pulchra es, inquit Euſebius, quia mihi
πλησίον facta es. Bis uero dixit, pulchra es, vt ſignificaret pulchram eſſe interius &
exterius, Actione, & meditatione. Commendat denique eius pulchritudinem,
quam a charitate, & ſimplicitate columbina ipſius dono obtinuit. idcirco, inquit
Cyprianus de ſimplicitate prælatorū, in columba uenit ſpiritus ſanctus, ſimplex 6
animal, & lætum, non felle amarū, non morſibus ſæuum, non vnguium laceratione
uiolentum; hoſpitia humana diligere, vnius domus conſortium noſſe, quum ge-
nerant

1 nerant ſimul filios ædere,quum commeant volatibus inuicem cohærere, cõi con-
uerſatione vitam ſuã degere,oris oſculo concordiam pacis agnoſcere, legem cir-
ca omnia vnanimitatis implere. Hæc eſt in Eccleſia noſcenda ſimplicitas, hæc cha
ritas obtinenda: ut columbas dilectio fraternitatis imitetur,ut manſuetudo, & le
nitas agnis & ouibus æquetur. Hactenus Cyprianus. Atque hæc demũ eſt uniuer-
ſa & incredibilis pulchritudo,quã in ſua Eccleſia admiratur, & a columbinis ocu
lis ſerio commendat Chriſtus de more ueterum ſacerdotum,qui olim (ut Hebræi
dicunt) immolaturi columbam, eius oculos dumtaxat ſpectare ſoliti erant. Quos
ſi integros nullaque ex parte uitiatos deprehenderent, totam columbam integrã,
2 nullaque ex parte uitiatam iudicarent,& quæ Domino immolaretur,dignam; ſci
licet non tam ad columbã,quam ad humani animi puritatem, quam columbini illi
oculi adumbrarent ſpectantes. Ad quem etiam morem alluſiſſe vr̃ Dñs in Euange
lio: quum hæc diceret, *ſi oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.* Math. 6.
Tantum momenti habet mentis & intentionis,qui oculus animæ eſt,integritas, &
pulchritudo,ad conſummatam totius hominis pulchritudinem. Hos uero colum
binos eccleſiæ oculos nobis optat Petrus, cum ſuperioribus hæc addit, *fugientes*
eius,quæ in mundo eſt,concupiſcentię corruptionem. Hi plane ſunt eccleſiæ Chriſti ocu
li columbini,a mundo & mundi Rectoribus Dæmonijs,auerſam mentem,& ani-
3 mum omnem in Chriſtum conuertere; hæc inſignis pudicitia,hæc inuiolata fides,
& innocentia,ac ſimplicitas columbina, ſic uni Chriſto adhærere, & agglutinari,
vt nullis Dæmonum, aut mundi illecebris inde auelli poſſit,& conſtuprari. Hos
certe oculos ſuos in Chriſtum ſic iugiter intentos habet eccleſia, ut hæc illi cane-
re nunquam deſiſtat,& inculcare, *quid enim mihi eſt in cælo? & a te quid volui ſuper*
terram? Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei,et pars mea, Deus in æternũ. Quia Pſalm. 72.
ecce,qui elongant ſe a te, peribunt: perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te. Ob hanc igi-
tur pietatem ſuam,fidem & innocentiam,charitatem ac ſimplicitatem,ſic pulchra
audit eccleſia,& amica columbinis oculis conſpicua, ut ea ſola pulchra ſponſo iu
4 dicetur,& Synagoga propter aſsiduas fornicationes ſuas hæc audiat, *Si laueris te* Ierem. 2.
nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borith,maculata es in iniquitate tua corã me. & Rur- Ezech. 16.
ſum, *Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ, & abominabilem feciſti pul*
chritudinem tuam. Et in Euangelio hæc ipſa, quæ externis cærimonijs, & ſuperſti-
tioſis traditionibus fucatam oſtentat pulchritudinem, & falsò creditam iuſtitiam
ex operibus legis partam. Interim oblita iudicij,miſericordiæ,& fidei,interiorem Matth. 23.
animæ faciem,auaritia & omni ſpurcitia deformatam intus hypocrita celans ſic a
Chriſto caſtigat, *Væ uobis ſcribæ,et phariſæi hypocritę,qui decimatis Mentã,et Anethũ,*
& Cyminũ,et reliquiſtis,quę ſunt grauiora legis,iudiciũ,& miſericordiã,& fidem; ſimilis
5 *eſtis ſepulchris dealbatis, quę foris parent hominibus ſpecioſa,intus uerò plena ſunt oſsibus*
mortuorum,& õi ſpurcitia. Sic & vos a foris paretis hoĩbus iuſti, intus aũt pleni eſtis hypo
criſi,& iniquitate. Alij putant ſemel & iterũ a pulchritudine cõmẽdari Eccleſiã, pp
geminã charitatem, Dei,ſ.& ꝓximi,qua ipſa Chriſto puchra cenſeat: & ab oculis
colũbinis,propterea ꝙ mentẽ habeat ſpũs ſc̃ti gratia illuſtratã, qua cæleſtia intue
ri poſſit,& contẽplari,& ſpũales ſcripturæ ſenſus ſpũaliter intelligere. Poſſunt ẽt
inquit Greg. per oculos columbarũ eccleſiarũ prædicatores intelligi, q ſimplicita
6 tẽ,quã prędicãt,ſeruãt; & uiſibilia cõtẽnentes,ad ęterna cũ magnis gemitib. anhe
lãt. Porro aũt hoc adeo magnificũ ſpõſæ elogiũ ſic de eccleſia dictũ accipimus,ut
illud apud Paulũ, *Chriſtus dilexit eccleſiã,et tradidit ſemetipſũ pro ea,ut ſc̃tificaret eã,mũ*

dans

dans eā lauacro aquę, in uerbo uitę, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiā non habentē [ma
culā, neq; rugā aut aliquid etc. Hoc uerò de ea dici in pſonā iuſtorū, cōis eſt orthodo
xorū ſnīa. Verùm vtrū ad iuſtos oēs pertineat mō macula, & ruga, & oī deniq; vitio
peccati mortalis careant. An uero ſint aliq in præſenti eccleſia oī prorſus, tū graui
tū leui culpa puri; pp quos ſolos, dicat Paulus, eccleſiā eſſe ſine macula, & ruga, aut
aliquo huiuſmodi, cōtrouerſum eſſe vr̄. Auguſtinus li. 1. ret. c. 6. & 23. Eccleſiā ſi
ne macula & ruga in hac uita eſſe non poſſe, putat, Et libro de natura & gratia, ne-
minem in hac vita omni peccato carere poſſe, diſputat contra Pelaginos, qui hoc
homini, ſuis uiribus contingere poſſe contendebat. Non tū vult contendere (ut ip
ſe profitetur eo. li. 60. Cap.) Quin perfecta plenaque iuſtitia, cui nihil prorſus ad 2
dendum ſit, uel heri fuiſſe in aliquo, dum in hoc corpore uiueret, & hodie eſſe, &
cras futuram; dum tn̄ longe plures ſint, qui cum ſibi vſque ad ultimum huius uitæ
diem neceſſarium eſſe non dubitent, ut ueraciter dicant, *dimitte nobis debita noſtra,*
ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, ſpem ſuam in Chriſto, eiuſq; promiſsioni-
bus ueram, certam, & firmā eſſe concedant; nullo tamen modo niſi adiuuante gra-
tia ſaluatoris, & dono ſpiritus eius. Ambroſius (ut retro in noſtro introductorio
oſtendimus) aſſirmat hominem chriſtianum ſine peccato uiuere poſſe: ideoque
prēſentem Eccleſiam ſine macula & ruga, Paulo dictam, eſſe contendit. Huic aſti
pulantium, Origenis, & Chryſoſtomi ſentētias aſcripſimus. Sed uerba Origenis, 3
quę eo loco, breuitatis gratia prętermiſimus, hic inſerere commodum fuerit. Sic
igitur ille ſcriptum reliquit homilia 2. in Lucam: Qui uolunt inquit, peccatis
ſuis aliquam obtendere excuſationem, exiſtimant nullum eſſe abſquè peccato: &
vtūtur teſtimonio Iob, *Nemo mundus a ſorde, nec ſi vnius quidem diei fuerit uita eius*
ſuper terram. Numerabiles sūt menſes eius. Cuius ſonum tantummodo proferunt in-
terpretationem penitus ignorantes. Aduerſus quos breuiter reſpondebimus, qm̄
abſq; peccato eſſe in ſcripturis dupliciter intelligitur. Vt ſit, alterum nūquam om
nino peccaſſe: alterum peccare deſijſſe. Si igitur aiunt, eum abſq; peccato dici, qui
nunquā pecccauerit; & nos aſſentimus, nullum eſse abſq; peccato; quia oēs homi- 4
nes aliqn̄ peccauimus, licèt poſtea uirtutē ſequuti ſumus. Si uerò ſic intelligunt,
hominem non eſse abſq; peccato, ut negent quempiam poſt uitia, ita ſe ad virtu-
tes referre, ut nunquam omnino peccet, falſa eorum ſnīa eſt. Poteſt enim fieri, ut
qui ante peccauerit, & peccare deſierit, ſine peccato eſse dicatur. Sic & Dominus
noſter Ieſus Chriſtus exhibuit ſibi glorioſam Eccleſiam nō habentem maculam.
Non quia Eccleſiaſticus vir nunquam habuerit maculam, ſed quia nequaquam ul
tra maculetur; non habentē rugam, non quòd ruga veteris hominis in eo aliqn̄ nō
fuerit, ſed ꝙ eam habere deſierit: in hunc modum & illud intelligendum eſt, ut ſit
ſancta & immaculata: non ꝙ a principio immaculata fuerit: hoc enim ſuſpicari 5
quidem de homine non poteſt, quod anima eius maculata non fuerit, ſed quod re
putetur pura atque ſyncera, quæ maculari ultra deſierit. Hæc idcirco diximus, ut
doceremus poſse hominem, ob id quod peccare deſijt, uocari abſq; peccato, & im
maculatū. Hactenus Orige. Chryſoſtomus etiam locum illum Pauli, de præſenti
Eccleſia interpretatur. Item & Hieronymus qui etiam in Iſaiam c. 54. In locum
illum, Ecce accola ueniet, præſentē eccleſiam ſine macula, & ruga, eſse affirmat:
& pleriq; alij in hāc eandem ſententiam interpretātur. Theodoretus, Gregorius 6
Niſsenus, Maximus, & Neilus locum illum. 4. c. *Tota pulchra es &c.* communis re-
centiorum conſenſus eſt, præſentem eccleſiam in ipſis iuſtis ſine macula & ruga,

1 & uitio peccati mortalis eſse:non tñ ſine uitio peccati uenialis:neq; id tollere,qn
gratioſa ſponſo ſuo ſit, & tanquã pulcherrima commendetur: Paulo tãquam glo-
rioſa, ſancta ſine macula & ruga, aut aliquo huiuſmodi, prædicetur. Quã ſentẽtiã
ſequutus Thomas Aquinas, ſanctã dicit eſse Eccleſiam, per intentionem & imma
culatã per omnimodam puritatẽ. Hæc ſemel & iterũ dixiſse ſatis ſit: ne quoties in
ſequentibus de puritate eccleſiæ dicendum erit, eadẽ repetere neceſse habeamus.

Ecce, tu Pulcher es dilecte mi, & decorus: lectulus noſter floridus,
ligna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſsina.

2 Gaudet quidem ſponſa ab inſigni pulchritudine, & innocentia a ſponſo commẽ-
dari. Verùm quia ſe ab eodem intelligit longe ſuperari, velut pudore ſuffuſa, ma-
gnificas laudes ſuas in ſponſum refert tanquã pulcherrimum, & innocentiſsimũ.
Q.D. Immo uero, o ſponſe mi chariſsime, tu pulcher es, & decorus, atq; egregius.
Nam & hoc ſignificare aiunt Hebræi. dictionem illã יפה laudat deinde cubile
ſuum, quod floribus ſit aſperſum, & domum, quæ cedro ſit & cypreſso contigna-
ta. his illum illectamentis in domum ſuam annitẽs inducere, & ad cubile pertrahe
re: ut aliqñ tandem amplexibus, & amorib. caſtiſsimis ſponſi ſui plene frui poſsit,
3 & liberos ipſi quam ſimillimos procreare: quibus etiam artibus, & blanditijs vaga
illa mulier vecordẽ adoleſcentem ad ſuos amplexus & amores impudicos induci-
tus euocare. Sic enim blanditur iuueni, Lectulum meum ſtraui tapetib. pictis ex
Aegypto, aſperſi cubile meũ myrrha, & Aloe, & cynnamomo. Sed hæc quia ſpon- Prou.7.
ſa eſt, & columbinis oculis pudibunda, reliqua ſubticet, & per reticentiam vult
intelligi, quæ procax & impudens illa adultera exprimere non erubeſcit. Subiun-
git enim: ueni, inebriemur huberibus, & fruamur cupitis amplexibus. Preterea,
cum ſciat ſponſa omnia ſe debere cum ſponſo habere communia. (Nec enim mu 1. Cor.7.
lier ſui Corporis poteſtatem habet, ſed vir) nõ lectulum ſuum ut illa, nec ſuas do
4 mos iactat: ſed lectulus inquit, noſter floridus eſt: & tigna domorum noſtrarum
cedrina, & laquearia noſtra cypreſsina. Lectulum uerò appellat, de more aman-
tium, qui diminutiuis ad blandiendum appoſitis gaudent vocabulis: quamquam
Hebræis ערש primigenia uox eſt. Et quod noſter interpres uertit floridus, alij uer
tendum putant, vmbroſus, aut uirens; ut ſignificetur thorus coniugalis, fœcũdus,
& proletarius: ſumpta metaphora ab arboribus; quæ quã diu uirent, feraces ſunt,
& fructuoſæ. Haud ſecus eccleſia laudari gaudet a Chriſto nunquam ſatis lauda
to ſponſo, & Deo ſuo, a quo laudari (ut inquit Bernardus) eſt laudabilẽ fieri. *Non*
enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ut Paulus ſtatuit, *ſed quem Deus commen* 2 Cor.10.
5 *dat*. Verum enim uero, quia non eſt neſcia, omnem ſuam pulchritudinem, innocen
tiam, & quidquid boni habet, mere gratuita eſse dona Chriſti, & pulchritudinis
illius, ac bonitatis, quę ab eodẽ uelut ab in exhauſto oĩs pulchritudinis & bonita-
tis fonte manant, deriuationem, ac participationem (nam de plenitudine eius nos Ioan.1.
nos oẽs accepimus, inquit Ioannes) ideo illum ſolum pulchrum eſse affirmat, &
decorũ: aut uero egregium, & extra omniũ pulchrorũ aleam poſitũ; quippe, qui ip-
6 ſe ſolus p ſe pulcher ſit, & ipſa pulchritudo, cuius participatione pulchra ſint, quę
cunque cenſenda ſunt pulchra. Pulchrum enim & pulchritudo in cauſa illa, quæ
in uno omnia colligit (quemadmodum docet Dionyſius) diſtinguenda non
ſunt: hoc enim in rebus quidem poſt Deum omnibus etiam intelligibilibus
in

n participationes,participantiaq; diuidimus;pulchrũq; nominamus quod eſt par 1
ticeps pulchritudinis; pulchritudinem uerò,participationem quandam cauſę pri
mę pulchra omnia facientis;ipſum uerò ſupereſſentiale pulchrũ,pulchritudo qui
dem dr̄,ꝑꝑ illam,quam rebus oĩb.pro ſuo cuiuſq; modo,pulchritudinem tradit.
Atq;ut oĩum concinnitatis,nitoriſq; cã, luminis uidelicet inſtar, cunctis corru-
ſcans fontani radii ſui deriuationes,omnia paſsim pulchra reddentes,& tanquam
ad ſe omnia uocans (vñ & a uocando pulchritudo Græce κάλλος cognominatur)
ac deniq; tota in totis in unum colligens appellatur:& pulchrum,tanquam uniuer
ſam comprehẽdens pulchritudinem, atq; ſuperpulchrũ ,ſemperq; & ſᵐ eadẽ, &
eodẽ mõ pulchrũ.In ipſa ẽt ſimplici,& excelſa pulchrorum oĩum natura(ut idem 2
Dionyſius philoſophatur)oĩs pulchritudo,& oẽ pulchrum uniformiter,ſᵐ cãm
præexiſtit.Ex hoc ipſo pulchro oĩb.quæ ſunt,ineſt,ut ꝓ modo ſuo ſint pulchra:
atq; ꝑꝑ ipſum pulchrum omnium congruentiæ,amicitiæq;, cõiones,unioneſque
proueniunt;idq; omniũ eſt principium,ut cauſa efficiens,& mouens,& continens
uniuerſa,pulchritudinis,uidelicet ſui ipſius amore.Eſt & finis omnium,cũctiſq;,
amabile tanquam finis. omnia enim pulchri gratia fiunt . Exemplaris quoq; cauſa
eſt: omnia enim per pulchrum definiuntur. Quamobrem idem eſt pulchrum ip-
ſum,atq; bonũ;qm̄ omnia pulchrũ pariter atq; bonum ſecundum oẽm cauſam ap
petunt;nec quidquam eſt in rerum ordine,quod non ſit pulchri,boniq; particeps. 3
Hæc Dionyſius.Ipſe igitur ſponſus cũ ſit ſplendor,& refulgentia paternæ glorię,
Heb.1. quos irradiauerit mentis oculos,omnibus diſcuſsis ignorantiæ, & uitiorum tene-
bris, ſua luce illuſtrat, & ad intellectuales imagines excipiendas,reddendaſq; in-
ſtar nitidorum ſpeculorum reddit idoneos.Iam cum idem ipſe paternæ ſubſtan-
Coloſ.2. tię,quod primum pulchrum eſt,expreſſa ſit figura,& Dei patris imago inuiſibilis;
ſic in mentem,quam ſua luce perfuderit,& ad ſe intuẽdum roborauerit,ſui ſimili
tudinem imprimit,eamq;ſibi aſsimilat,ut ẽt ſolis radius corporearum rerum ima-
gines,& ſimilitudines in corporeum oculum unà ſecum infert,& reb. unde imagi
nes illæ defluerint,reddit ſimilem. Quo ẽt ſpectãs Paulus dicebat,*Nos autem oẽs re* 4
2.Cor.3. *uelata facie gloriam domini ſpeculantes*, hoc eſt Chriſtum,qui gloria & ſplendor Dei
patris eſt,uelut ſpecula excipientes,& reddentes,*in eandem imaginem trãsformamur*
a claritate in claritatem tanquam a domini ſpiritu . atq; hac ſanè ratione mens illa quæ
imaginẽ filii habet,filio ſimilis eſt;& patri,cuius imago filius eſt;& Spiritui ſan-
cto,qui ab utroq, procedens eiuſdem prorſus eſt cum utroq; ſubſtantiæ,& huius
etiam auctor aſsimilationis: trinoque & uni Deo ſimilis reddita, pulchra eſt; &
priſtino illi candori ac pulchritudini,quam habuit,cum primum ad imaginem &
Gene.1.d ſimilitudinem Dei condita fuiſſe dicitur,reſtituta , Chriſti & Dei pulchritudi-
Rom.8.e. nem refert; *ſic Deus quos præſciuit, hos & prædeſtinauit, conformes fieri imaginis filij* 5
ſui: vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.Tanti igitur beneficii memor eccleſia,
pulchram ſe agnoſcit.Sed quia ex aſsimilatione eius,qui primogenitus eſt in mul
tis fratribus,id eſt conſequuta , ne de mutuata pulchritudine quaſi de ſua gloria-
ri , aut accepti beneficii unquam immemor uideatur , id ipſum totum, quidquid
pulchri,aut boni habet, Chriſto fert acceptum : & gratias agens in eundem tan-
quam auctorem omnium refert bonorum: Qui & tanquam Deus,ipſummet pul-
chrum eſt;& tanquam homo præſertim reſuſcitatus a mortuis corpore impaſsibi 6
li, & glorioſo, Decorus & ſpecioſus forma præ filijs hominum, qui peccatum
Pſal.44. non fecit, & in cuius ore nõ eſt inuentus dolus. 1.Petri.2.D.ſed quæ in eo omnis

pleni-

1 plenitudo diuinitatis inhabitat corporaliter. Colo. 2. b. Iam uero quia pulchrum
hoc non poteſt, non miros amores ſui in eo, cui perſpectum fuerit, excitare, eccle
ſiam in ſui amorem ſic rapit, & accendit, ut nihil illa magis optet, quàm ſpirituali
ter cum ipſo congredi, & ſpirituales ipſi filios, non ex ſanguinibus, neque ex vo-
luntate carnis, neque ex uoluntate uiri, ſed ex Deo genitos parere atque educare.
Huius igitur deſiderij ut compos fiat eccleſia, communem ſibi cum Chriſto lectũ
floridum memorat, & communes utrique domus cedro, ac cypreſſo contignatas,
huiuſmodi blandicijs ſponſum allicere, & ad caſtiſsimos ſuos amplexus annitens
pertrahere. Eſt autem communis hic Chriſti, & eccleſiæ lectus floridus una om-
2 nium fidelium mens ſpiritualis omnibus omnium gratiarum ſpiritus ſancti flori-
bus odorata: numero quidem multiplex, ſed tamen quæ propter ſpiritus, ac fi-
dei & charitatis unitatem, una merito cenſeatur: domus uero, eorundem fideliũ
animæ, & corpora, ſancta & uiua Dei templa ſpiritus uiribus, & uirtutibus tum
humanis quaſi tignis cedrinis, tum diuinis quaſi laquearibus cypreſsinis, quæ pec
cati putredinem, aut cariem neſciunt, contignata: quæque odore gratam Chriſto *1. Thes. 5.*
præbent habitationem. Has enim partes in homine fideli numerat, & integras, at
que inculpatas in die Aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti conſeruari orat Pau
lus. Quarum typum quendam geſsiſſe uidentur partes templi, quod Ieroſolymis
3 Salomon magno totius orbis miraculo conſtruxiſſe memoratur. Quo etiam al- *1. Cor. 3. d*
ludens Paulus, *templum inquit, Dei ſanctum eſt: quod eſtis vos*, & alibi, *Neſcitis, quòd* *2. Cor. 6. d*
membra veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti. Iam ſicut templi illius partes duas, qua-
rum altera templum, & ſanctum, altera oraculum, & ſancta ſanctorum uocatur,
undique aſſeribus abiegnis obductas, & trabibus cedrinis legimus fuiſſe conti-
gnatas: ſic domorum ſuarum, quas templum & oraculum deſignaſſe uidentur, ti-
gna, minores trabes, hoc eſt, inferioris ordinis uirtutes, cedrina: & laquearia, ma-
iores trabes, quibus tigna, & totum tectum nititur, nempe inſigniores Theologi-
cas uirtutes, cypreſsina: aut (ut alii uertendum putant) abiegna eſſe affirmat eccle *Plinius. li. 6. cap. 42.*
4 ſia. Hæc enim in pondus niti, & ad tectum firmiſsima ſcribit Plinius: ſed idem
etiam ibidem cypreſſum contra cariem, & tineam firmiſsimam eſſe ait. Et eo-
dem libro. Cap. 40. ligna infœcunda tradit firmiora fertilibus: niſi in quo gene-
re mares ferunt, ut cupreſſus. Et inter ligna, quæ cariem, uetuſtatemque non ſen-
tiunt, cedrum numerat, & cupreſſum. Quæ omnia quam belle conueniant ec-
cleſiæ uirtutibus, nemo neſcit Chriſtianus. Virtutes namque eccleſiæ non ſo-
lum peccati cariem, aut tineam, non admittunt: ſed etiam totum ædificium ne
uetuſtate labatur, ne ue ob peccati corruptelam uitium faciat, ſeruant. Præte-
rea animæ uirtutes, qua parte illa ſenſum, & uitam tribuit corpori, unde etiam
5 ſimpliciter anima dicatur, eiuſdem animæ uirtutibus, qua parte citra corpus
agit, & ſpiritu afflata diuino, ſpiritus appellatur, uelut tigna cedrina laquearibus
cypreſsinis nituntur & fulciuntur. Quin & hæ omnes uirtutes, diuinarum rerum
meditationes & aſsiduas de rebus ſpiritualibus commentationes, quaſi tectum
firmiſsime ſuſtinent: Cuius munimine ſubiectum ædificium ne defluxu im-
brium (nempe tentationum) uelut detectus paries exedatur, & corruat,
conſeruatur. Denique hæc ipſa mens ſpiritualis in hoc templo Vicem ha- *Rom. 1. a*
6 bere uidetur altaris, in quo ante adytum Sacerdotes thymiana adolebant. *1. Pet. 2. a*
Nam & Paulus ſe in ſpiritu ſuo Deum colere profitetur: & Petrus Chri-
ſtianos, propterea quod ſpirituales hoſtias in hoc templo ſpirituali offerunt acce

ptabiles

ptabiles Deo per Ieſum Chriſtum, genus electum, & ſanctum, ac regale ſacerdo- 1
tium eſſe teſtatur. Quo maxime cultu quia pii homines in dies magis ſpirituales
Ioan.4.c fiunt, & Deo coniunguntur (Nã ſpiritus eſt Deus: & pater tales amat adoratores,
qui adorant eum in ſpiritu, & ueritate) ideo & ſpiritualis mens inſtar lecti floridi
habere uidetur. Vbi Chriſtus & eccleſia ſpiritualiter commiſcentur: & ſpiritua-
les filios procreant. Porro hęc omnia quum communia ſibi & Chriſto memorat
eccleſia, beneuolentiam illius captat geminato in uerbo uno argumento: Altero
nimirum ex inuiolata fide coniugali, quæ maxime poteſt Chriſtum eccleſiæ de-
uincire: Altero a gratitudine & pietate, quum hæc illius eſſe munera profitetur.
Nam & hæc pietas Chriſtum eccleſiæ potenter iungit, & iunctum arctiſsime re- 2
tinet. Ineſt & in eo uerbo uis illa, ut commonefiat Chriſtus, hæc ſua eſſe opera,
quæ ipſe in communem ſuum, & eccleſiæ uſum fabricauerit. Quod argumen-
tum non parum momenti habet ad illum impellendum, ut communem ibi cũ ſua
eccleſia uitam agut. Nam artifices ſua amant opera: & corũ uſu maxime delectan-
tur. *Qui autem omnia creauit*, inquit Paulus, *Deus eſt. Et Moſes quidem fidelis erat in
tota domo eius tanquam famulus in teſtimonium eorum, quę dicenda erant: Chriſtus uero*
Ezech.16. *tanquam filius in domo ſua, quę domus ſumus nos*. Heb. 3. Hunc nos myſticum ſenſum
ex acerrima illa Synagogæ reprehenſione apud Ezechielem, colligimus. Sicut
enim crebras Synagogæ eo loco exprobari legimus fornicationes, nempe uarios 3
cultus & ritus, quibus ſe illa cum multarum gentium idolis uelut commiſcue-
rit: & lupanaria ac proſtibula, templa nimirum quæ illis extruxit, & aras, in qui-
bus ipſa proſtiterit: ſic ex contrario, ſanctæ eccleſię animam, & corpus, Chriſti &
Dei templum; Mentem uero ſpiritualem lectulum floridum, ubi per ſpirituales
hoſtias & pium cultum Chriſtus & eccleſia in unum miſcentur ſpiritum, hoc lo-
co myſticæ deſignari, pie & ſpiritualiter philoſophamur. Sed hæc nos ut omnia
noſtra, ipſiuſmet eccleſiæ catholicæ iudicio & cenſuræ ultro ſubiicimus. Sunt
qui eccleſiam per lectum floridum fæcunditatem ſuam Methonymicos ſignifica-
re, & Chriſto acceptam ferre dicunt. Quippe quæ ſe ante ſterilem fuiſſe cum me- 4
minerit, nunc deſerta priſtina impietate, & Chriſto coniuncta, fæcũditatę, & ſan-
cta ac numeroſa prole dotata erumpat prę gaudio, & clamet, *lectulus noſter floridus,
tigna domorum noſtrarum cedrina: laquearia noſtra cypreſſina*, quod Iſaias dixit. *Quia
multi filÿ deſertę magis, quem eius quę habet virum*. Vt per tigna cedrina, perfectio-
res eccleſię filios, per laquearia cypreſsina, perfectiſsimos intelligamus, qui infir-
morum filiorum imbecillitatem ſuſtineant, & fulciant. Quos etiam ad reliquas
& ignobiliores huius tecti partes referunt. Glo per lectum floridum, tempus pa-
cis ſignificari putat. Quod eo tempore eccleſia virtutibus floreat: & ſpirituali
prole multiplicetur. Per domos, particulares Eccleſias: quarum tigna ſint prę- 5
dicatores, uerbo & exemplo ipſa fulcientes; his adhærent & nituntur infirmiores
ſuis uirtutibus tantum domum ornantes uelut laquearia, quæ ad decorem inquit
domus ſolẽt fieri. Theodoretus, lectum inquit, ut exiſtimo, diuinã uocat ſcriptu
ram, in qua tum ſponſus tum ẽt ſponſa quieſcentes, inter ſe comunicant ſpiritua
li communione. Et ille quidem dat uerbi ſemina, hæc uero accipiens concipit, ute
rum fert, parturit, & clamat cum propheta, *propter timorem tuum domine in utero ac-
cepimus, & parturiuimus, & peperimus: ſpiritum ſalutis tuę concepimus in terra*. Vm- 6
broſum porro uocat lectum, tanquam adiuta a ſpiritu gratiæ, & liberata ab ardo-
re peccati. Quod enim eſt Ioeli nubes, hoc nobis eſt auxilium ſpiritus.

1

Caput II.

Ego flos campi, & lilium conuallium.

EXTERIOR dramatis æconomia lectori intelligendum permittit, Sponſum uictum honeſtis blanditijs, & illectamentis ſponſæ,
2 cum ipſa de more coniugum fuiſſe congreſſum: ſponſam uero uehementer gaudentem, quod ſe grauidam ab eo factam ſentiat, ob hanc fœcunditatem ſuam ſe floribus, qui in agro proueniunt, & lilijs in conualibus, & locis irriguis florentibus, quum de ſe ſic loquitur, comparare. *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Quod de eccleſia myſtice dictum ſic intelligimus. Vt poſtquam Chriſtus reſurrexiſſet, ſuamq; eccleſiam in fide & charitate ſui confirmaſſet, ſenſumque ut intelligerent Scripturas, aperuiſſet, illius tunc pulchritudine; & delitijs captus, & allectus ſpiritualiter cũ ipſa ſit congreſſus, cum pacem precatus diſcipulis, in eos inſuflauit, & dixit, *Acci-* Ioan. 21.
3 *pite ſpiritum ſanctum; quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.* & rurſum, *Ite, et docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, &* Mat. 28.
filij & ſpiritus ſancti. Ea enim poteſtate, & gratia accepta, eccleſia fœcunda & grauida facta eſt tanquam ſpirituali ſemine accepto, quo plurimos ſuccedente tempore filios Chriſto eſſet paritura; ui enim & efficatia doctrinæ Euangelicæ, & gratiæ remiſsionis peccatorum eccleſia ſuos concipit, & Chriſto parit filios: ob hanc uerò diuinam fœcunditatem geſtiens, & Chriſto ſponſo ſuo gratias agens eccleſia, ſe florem campi & lilium conuallium aſſeuerat. Aut etjam ut alii uertunt roſam Saaron, alii roſam ſaturitatis. Vt quemadmodum Deus dicitur Sadai, copia om-
4 nium bonorum; ſic & eccleſia ſe roſam ſaturitatis dicat, quòd in ipſa Dei munere reſideat omnis gratię, & pulchritudinis copia: Porro Saaron planitiem & agrũ, frumenti uinique feracem Hebræis ſignificat, & quod noſter interpres hoc loco uertit florem חֲבַצֶּלֶת Iſaiæ triceſimo uertit lilium: his enim duobus locis tantum hæc dictio in ſacris biblijs inuenit. Iam cũ eo loco inter interpretes cõueniat, eccleſiam Euangelicam ante Chriſti aduentum ſub nomine ſolitudinis, & terræ deſertæ, ac ſterilis conferri ad ſe ipſam, poſt Chriſti aduentum ſub nomine חֲבַצֶּלֶת hoc etiam loco eandem par eſt agnoſcere parabolam; ut ſe ſponſa ſub Chriſto cũ
5 flore uel roſa in Saaron proueniente, & cum lilio in conuallibus & locis irriguis exiſtente conferat, propterea quòd agnoſcat oraculum illud Iſaiæ in ſe completum, *Lætabitur deſerta, & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium: germinans germinabit, & exultabit Letabunda & laudans. Gloria libani data eſt ei, Decor Carmeli et Saaron. Ipſi videbunt gloriam domini, & decorem Dei noſtri.* Et paulum poſt; *ſciſſæ ſunt inquit in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine: & quæ erat arida, erit in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquarum.* Laudat igitur eccleſia fęlicem ſortem ſuam, & compara- Eſa. 35.
6 tione ſui ad florem, aut roſam Saaron, campi nimirum feraciſsimi; & lilium conuallium, ampliſsima beneficia, quæ a ſponſo ſuo Chriſto accepit, commemorat, tacite mordendo æmulam ſuam Synagogam; quæ repudiata, ſterilis reddita ſit, & redacta in ſolitudinem. Huc etiam ſpectat illud Oſeæ oraculum, *Ero inquit domi-* Oſee. 14.

nus,

nus, ros Iſraeli, germinabit ſicut lilium, & erumpet radix eius, vt libani ibunt rami eius: 1
& erit quaſi oliua gloria eius, & odor eius vt libani. Conuertentur ſedentes in vmbra eius,
viuent tritico, aut (ut alij uertunt) uiuent ſicut triticum; *& germinabunt quaſi uinea.*
Vel, & florebunt ut uitis, *Memoriale eius, ut uinum libani.* qui locus præter quam
quòd eundem reddit ſenſum, quem ſuperior ex Iſaia citatus, poſtremis tamen
tribus inciſis eundem exprimit modum, quo Chriſtus eccleſiam ſua germina, &
Ioan.12. fructus proferre ſtatuit in Euangelio quum ait, *Niſi granum frumenti cadens in ter-*
ram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert.
Et rurſum, *Ego ſum uitis uera, & pater meus agricula eſt: omnem palmitem in me non*
ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum purgabit eum, ut fructus plus 2
afferat. Vt ex hoc etiam loco conſtet ſapienti, & prudenti uiro, cui hæc diligen-
tiſsimè penſanda eſſe admonet propheta, quæ de numeroſa ſobole promittit
Deus Iſraeli, ſpiritualiter eſſe intelligenda. Et eodem argumento quæ de ad-
miranda rerum omnium copia, & pace temporibus Meſsiæ promiſſa legimus,
longe aliter, quàm intelligunt carnales & craſsi Iudæi, eſſe exponenda. Interim
tamen ex Iſaiæ vaticinio proxime adducto, argumentum ſumi poſſe uidetur,
huius loci conſtructionem intranſitiuam pro tranſitiuam poſitam eſſe: ut quem-
admodum eo loco dicitur, quòd eccleſia florebit ſicut lilium, & fideles mori-
bus candidos, & uirtutibus odoratos uelut lilia, proferet; ſic etiam hoc loco di- 3
ctum ſumamus, Ego roſa Saaron, pro eo quod eſt, ego profero fideles moribus,
& uirtutibus ſimiles roſis, quæ florent in Saaron; & lilijs florentibus in locis
amœnis irriguis: idque ſingulari ſponſi mei munere, & munificentia. Perinde
enim atque ſi quis in ſolitudinem aliquam arentem, & ſiticuloſam plene infun-
dat flumina, eamque immiſsis aquis abundantibus reddat feraciſsimam, quæ
antea defecta aquis, ſterilis fuerat, & inutilis: ſic etiam ſponſus meus maximis in
me effuſis fluminibus gratiarum & donorum ſpiritus ſui plenis alueis fluentibus
me, quæ antea impia & ſterilis fueram, omnique diuinæ gratiæ humore deſtituta,
nunc reddidit huberrimam: & eo uſque omni florũ, fructuumque prouentu di- 4
uitem, ut cum Libano, Carmelo & Saaron locis uberrimis, certare poſsim omni
2.Cor.2. florum uarietate picturata, omniumque fructuum ubertate gratiſsima. Nempe il-
Pſalm.1. lorum florum ferax, qui ſe Chriſti bonum, & gratum eſſe Deo odorem iure glo-
Apoc.22. riantur; & eorum fructuum quos arbores ad fluenta ſpiritus ſancti plantatæ ſuo
reddunt tempore perpetuis folijs ornatæ, & quarum, nullus unquam, aut flos,
aut fructus perit. Hoc ipſum etiam ex citato Oſeæ teſtimonio confirmari po-
teſt. Quòd ſi hæc paulo coactior uidebitur interpretatio, hæc eccleſię dicta
interpretabimur in perſona ſanctorum pietate inſignium, & omnium uirtutum
odore fragratiũ, quos eccleſia perſimilis reddita agro Saaron profert, roſis, in eo 5
agro, & lilijs in conuallibus Libani & Carmeli florentibus quàm ſimillimos. Aut
vero dicemus, eccleſiam ut ſe totam floridam, aut roſeam prædicet ac liliatam, flo
rem ſe, aut roſam, & lilium appellare. Quam primam ſpeciem amplificationis in
nomine uno poſitam numerant Rhetores: ut apud comicũ ſcelus, pro ſcelerato
poſitũ eſt; & in hac ipſa ſacra poeſi infra capite quinto Guttur ſponſi dulcedines,
ſiue ſuauitates, & ipſum ſponſum totũ deſideria in Hebræo dicit ſponſa, qđ lati-
nus Interpres, uertit Guttur illius ſuauiſsimum, & totus deſiderabilis. Et hoc ipſo 6
capite ſecundo, paulo inferius, ubi in noſtra vulgata æditione legimus, neq; euigi
lare faciatis dilectam, iuxta Hebræum eſt, neque euigilare faciatis amorem. Quæ-

qui-

1 quidem interpretatio mollior ſane, & ſequenti loco accomodatior videri poteſt. Gregorius quoquè Niſſenus, Maximus & Neilus hunc locum de Eccleſia interpretantur in hæc verba'. Nempe ego ex Iſraelitis, & ex gentibus Eccleſia, Quantum quidem ad Iſraelitas, vt qui legis, & prophetarum opera ab infidelitate, & malitia antet repurgati, ac inde inſtar agri complanati fuerint, & æquabiles redditi: nec magnopere a pulchro diſceſſerint, virtuti obuiam iui, imbrem ſuper cæleſtem mente excipiens; quantum verò ad gentiles, vt qui propter priſtinam infidelitatem naturali æquabilitate priuati eſſent, & hyeme perturbationum excauati; velut lilium ex depreſſo loco in altum exoriens, & ad iuſtam magnitudinem
2 ex ipſis radicibus in ſpeciem calami ſuccreſcens, ne cauitatibus occulatur, quin vt ipſius pulchritudo ſublimis appareat, per fidem in Chriſtum, radices egi, ac propterea quòd a perturbationibus repurgata ſim, e confuſione id eſt perturbatione animi exiui, atque in ſublimi cognitionis & contemplationis per virtutis pulchritudinem pulchra euaſi. His accedit Pſellus, cuius uerba videre potes lector in interpretatione ipſius, in verba illa paulo poſt ſequentia: Sicut malus inter ligna ſyluarum. Item & Euſebius & Philon. Et Euſebius quidem quod generatim per florem dictum eſt, ſpeciatim per lilium expoſitum eſſe annotauit; cuius natiua conſpecta claritudo ſplendorem lætitiæ ænigmatice indicat; campus uero dicatur na-
3 tura κοίλης per expoſitionem etiam comparatione ad teſtudinem cœli; Philon autẽ citat locum illum Iſaiæ, quem iam nos citauimus. Ἀγαλλιάσεται ἔρημος καὶ ἀνθεῖ ὡς κρίνον. Video tamen communem eſſe interpretationem, hæc ſponſum de ſe dicere. quibus etiam verbis putat Glo. Eccleſiam pacis & quietis cupidam, ad labores, & certamina pro Euangelij prædicatione ſubeunda a Chriſto euocari. Propterea ꝙ cum ipſe ſe eſſe dicat, qui inſtar filiorũ in parẽti agro florentiũ totũ mundũ ſuo odore afficere inſtituerit: & qui quaſi lilia in conuallib. florentia humilib. & ad patiendũ paratis hominib. diuinitatis ſuæ myſteria decreuerit reuelare. In hac etiam ſententia fuit Theodoretus: ſic. n. in hunc locum ſcribens ſponſum lo-
4 quentem inducit; humanam pulchritudinem meam contemplata es; Deum enim nemo uidit unquam. Ego enim factus ſum flos agri, hoc eſt, terrenum corpus ſumpſi, & in terra germinaui, cum ſim ante ſecula ſublimis, immo uero immenſus, lilium non montium, neque collium, neque agrourm ſimpliciter, ſed uallium. Non ſolum enim viuis Euangelizauit ſalutem, ſed etiam mortuis reſurrectionem, cum deſcendiſſet in inferiores partes terræ, ut impleret omnia. Propterea florem agri ſe ipſum appellat, lilium uero uallium, hoc eſt, mortuorum. Nam & illis reſurrectionem, reditum in uitam euangelizauit, & lucrifecit.

Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.

5 Confirmat ſponſus elogiũ, qđ de ſe ſponſa pronunciauit: additaq; altera comparatione a contrarijs ſumpta, laudes ſponſæ amplificat. Iuxta illud Axioma, Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt: myſtice uero per ſpinas, reproborũ eccleſias intelligimus, infrugiferas inſtar ſpinarum, & ijs qui ad eas contrectandas accedũt, noxias, quæq; igni & incendio inextinguibili uelut zizania in faſciculos cõſtrictę tandẽ abſumendæ ſeruant: ut Chriſtus admonet in Euangelio; cuiuſmodi ſunt Phari *Mat. 13.*
6 ſęorũ conciliabula, hereticorũ cõuenticula, ſecta mahumetana, pſeudochriſtorũ & antichriſtorũ cõgregationes; & deniq; impiæ oẽs factiones, q̃ candidã & ſuis virtutib. ſuaue olentẽ Chriſti eccleſiã ceu liliũ formoſiſsimũ circũſtantes in hoc mũ-

do maledictis,iniurijs, & perſequutionibus pungunt, & lacerant : ſummiſq; eam 1
Math.13. uiribus obruere nituntur,ac ſuffocare. Verum cum hę plantæ ſint,quas Deus pa-
ter ſponſi non plantauit, ſed huius Euangelici agricolæ implacabilis hoſtis Dia-
bolus ſeminauit,per Angelos eiuſdem agricolæ & patris familias meſſores eradi-
2.Petri.2. candæ tandem, illo iubente, ſunt comburendi. *Nouit enim Deus*, ut docet Petrus,
Pſalm.93. *pios de tentatione eripere : impios vero in diem iudicij cruciandos reſeruare.* Et ut canit
Dauid, *quũ exorti fuerint peccatores ſicut fœnũ,& apparuerint oẽs qui operãtur iniquitatẽ,
vt intereãt in ſæculũ ſæculi,(tu aũt altiſsimus in æternũ Domine)quoniã ecce inimici tui Do
mine, quoniã ecce inimici tui peribunt: & diſpergentur oẽs,qui operantur iniquitatẽ.* At ve
Pſal.91. ro iuſta Eccleſia, *ſicut palma florebit, ſicut cedrus, quæ in libano eſt,multiplicabitur & 2
in altum ſuccreſcet. Plantati denique in domo Domini, in atrijs domus Dei noſtri flore-
bunt.* Irrigati ſcilicet perpetuò aquis illis, quæ de ſanctuario emanantes,quid-
Ezech.47. quid attigerint, uiuificant. Adhuc multiplicabuntur in ſenecta huberi : & bene
patientes erunt ; hoc eſt, bene habiti, vegeti, & ſucculenti germinabunt : vt an-
nuncient, quoniam rectus eſt Dominus, & non eſt iniquitas in eo. Filiæ autem
dicuntur, inquit Theodoretus propterea quòd vocatę quidem ſint, ſed ip ſę ſe
ipſas electione ſui priuarunt. *Multi enim ſunt uocati, pauci uero electi.* ſponſam Ve-
ro Propheta Iſaias hoc nomine appellat dicens, *Lætare deſerta &c.* Flores vt li-
Philip.2.b lium. Aſsimilat autem ſponſam lilio bene olenti, & exterius ſplendido,& qui in 3
medio aureum florem habeat. Talis porro eſt anima,quæ iuſtitię ſplendorem ha-
bet, & ſpirituale donum ſapientię, & cogitationes in intimis promptuarijs circum
ferens. Sunt qui & hoc dictum interpretantur de Eccleſia gentium, quę inter im-
pios quaſi inter ſpinas candida, & ſuaue olens velut lilium ſit exorta. Cui inter-
pretationi accedere videtur Paulus,quum ad Philipenſes in hunc modum ſcribit.
*Omnia autem facite ſine murmurationibus & hæſitationibus. vt ſitis ſine querela, & ſimpli-
ces filij Dei, ſine reprehenſione in medio nationis prauæ, & peruerſæ, inter quos lucetis,
ſicut luminaria in mundo verbum vitæ continentes.*

4

*Sicut malus inter ligna ſyluarum,ſic dilectus meus inter filios. Sub
umbra eius, quem deſideraueram, ſedi: & fructus eius dulcis gut-
turi meo.*

Par pari refert ſponſa : ſed ut decet gratum & pium animum, maiori cum fænore
ad ſponſum laudes reciprocat. Nec enim ſatis eſſe putat, ſponſum conferre cum
lilio,qui flos eſt pulcherrimus, & ſuauiſsimus : niſi etiam conferat cum malo;quæ
inter Syluestres arbores ſola poma fert dulciſsima, & umbram præſtat gratiſsimã. 5
Sic & Eccleſia cuius integritas, & innocentia, ex lilij inter ſpinas florẽtis collatio-
ne commendata fuit, Chriſtum tanquã auctorem, & patronum innocentiæ & inte
gritatis ſuę, atq; omnium bonorum largitorem laudat, dum illum confert cũ malo
arbore frugifera, quę ſola inter infrugiferas proueniens poma ędit ſuo palato ſua-
uiſsima, & umbram reddit amęniſsimam. Solus.n. Chriſtus in ſterili huius mundi
Sylua natus, ea arbor eſt, quę fructus affert, & poma aurea uiſu pulcherrima, & gu
Prou.3.b ſtatu, olfactuq; ſuauiſsima. *Is.n.cum ipſa ſit Dei ſapientia, lignũ uitæ eſt ijs, qui appre* 6
*henderint eũ: & fructus eius precioſior eſt cunctis opibus: & omnia, quæ deſiderantur, huic
non ualent cõparari.* Quales uero huius arboris fructus ſint, ipſamet de ſe ſic loquẽs,

oſten-

1 oſtendit. *Flores mei, fructus honoris et honeſtatis: ego mater pulchrę dilectionis, et timoris*
ſeu religionis, & cognitionis, & ſanctę ſpei: Additur præterea in Græco, Do aūt æter Eccleſ. 24.
nos (intellige fructus) liberis meis dictis ipſius (id eſt uocatis a Deo) omnibus ſi-
mul. Iam vero quia hiſce edendis fructibus, & in primis fide, quæ cognitionis ap-
pellatione hoc loco ſignificari uidetur, iuſtitiam, & vitam æternam uocati ſancti,
& filij Dei, aſſequuntur & firmum contra omnia pericula præſidium, hæc inſuper
ſubiungit ſapientia, *in me omnis gratia viæ & ueritatis in me omnis ſpes uitæ, & uir-*
tutis. hoc eſt præſidij. Quæ omnia Chriſtus ſe Eccleſię ſuæ præſtaturum, ſic ſpon
det apud Oſæam. *Ego afflixi, & iterum reſpexi eum.* Ephraim intelligit, & ſub illius Oſe. 14. d
2 populi typo Eccleſiam eorum, qui ſpirituales Ephraimitæ (id eſt, frugiferi & cre
ſcentes) erunt. *Ego ero ceu abies frondoſa: ex me fructus tuus inuentus eſt.* Pollicetur
enim Chriſtus eo oraculo, ſe quos antea propter ipſorum ſcelera auerſatus fue-
rit, & longa afflixerit captiuitate, Dęmonum poteſtati derelictos, olim reſpectu-
rum: & per pœnitentiam priorum ſcelerum ad ſe vocatos, in perpetuam tutelam
ſuam recepturum. Abies enim arbor altiſsima cum ſit, & ſemper uirens, denſam,
& perpetuam umbram præbet: ſub qua, qui ſedent a ſolis ardoribus interdiu, &
lunæ incommodis per noctem, tuti agunt. Sed ne ſolum umbræ uſum a Chri-
ſto, uelut ab abiete infructuoſa expectaret Eccleſia, & tuta quidem ab hoſtium
3 iniurijs, quę tam ad uictum neceſſaria ſunt, ſolicita ab alio quærere cogeretur,
ex me inquit, fructus tuus inuentus eſt. Quem utrumque uſum Chriſtus præſtare de
ſignatur ſub ſpecie admirandæ illius uitalis arboris, quæ Ioanni viſa eſt in medio Apoc. 22. a
ciuitatis nouæ Hieruſalem fructus ferre duodenos, per ſingulos nimirum menſes
ferrens fructum ſuum: & cuius folia ad ſanitatem gentium conferunt. Hoc eſt
cuius umbra gentibus ſit ſalutifera. Hæc igitur a ſponſo ſuo Chriſto ſibi obue-
niſſe gaudens Eccleſia, ſolum Chriſtum ſimilem eſſe affirmat malo fructus feten
ti quam dulciſsimos; reliquos uero procos, qui ſe ementito Chriſti nomine, am-
biunt, arboribus Sylueſtribus, quę nullum fructum ferunt, aut ſi quem ferunt fru
4 ctum, humano uſui prorſus inutilem, & uitæ inimicum, uuas nimirum fellitas, &
botros amariſsimos ferunt. Nempe impia dogmata, & a uera religione abhorren
tia inſtituta, & quarum umbra tantum abeſt, ut qui ad ipſam confugiunt, tueatur;
ut potius inſtar Rhamni (quemadmodum de Abimelech narrat ſcriptura) ceu Iudic. 9. a
ignis abſumat. Tales certe dicas Phariſæos, Pſeudoprophetas, Hęreſiarchas, Phi
loſophos, & quicunque a Chriſto diſſentientes, rationem bene, beateque uiuen-
di tradere pollicentur. *Omnes*, inquit Chriſtus, *quot quot venerunt fures ſunt, & la-* Io. 10. a
trones: ſed non audierunt eos oues. Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit ſaluabitur: &
egredietur, & ingredietur, & Paſcua inueniet. Fur non uenit, niſi ut furetur, & mactet, &
5 *perdat. Ego veni ut uitam habeant, & abundantius habeant.* Et alibi: *Attendite vobis a* Matt. 7. c
falſis prophetis, qui ueniunt ad nos in ueſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapa-
ces: a fructibus eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuas? aut de tribulis
ficus? Quod proculdubio inter Chriſtum, reliquoſque eiuſmodi doctores di- Io. 6. g
ſcrimen latiſsimum animaduertens Petrus, roganti olim Chriſto familiares ſuos,
num & ipſi ſe relicto, ut alij qui iam deſciuerant, abire vellent? ipſe pro tota Ec
cleſia cuius os erat, reſpondit, *Domine, ad quem ibimus? verba vitę æternæ habes.*
6 Quaſi diceret. O Domine tu ad alios omnes collatus doctores inſtar mali frugi-
feræ nobis es, cuius fructus uitam æternam pręſtat, & incredibilem uoluptatem:
reliqui uero inſtar arborum Sylueſtrium, aut nullos ferunt fructus, aut mortiſ-

ros. Tua ſolius tutela firmiſsimum contra omnia pericula præſtas præſidium: 1
nec ſecus quàm abies aut alia ſemper frondens arbor, quæ ſua umbra Solis & Lu
næ arcet incommoda, ad te confugientes ab omnium hoſtium tuetur iniurijs: ſub
tua iſta umbra nos ut iam dudum deſiderauimus ſedere, tuo ſingulari beneficio
iam ſedemus; & ſi per te licet, perpetuò poſthac ſedebimus: tuiſque fructibus do
ctrina ſancta, & exemplis, ac tui ſpiritus donis ſumma cum voluptate perfrue-
Eccl.24.e mur. Et ſcio quidem certe tua id benignitate nobis licere: ſi quidem tu iam pri-
dem ſic nos allicis. *Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & a generationibus, id*
Matt.11.d *eſt fructibus meis, adimplemini*. Et nuper te ſic memini proclamare, *Venite ad me*
omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Valeant igitur ſcribę, valeant 2
phariſæi, valeant Pſeudoprophetæ, Philoſophi, & Hæreſiarchæ, qui extra tua prę
ſidia tutos, & incolumes nos ſeruare pollicentur. ualeant, quæ minus iuuare nos
poſſunt Idola. *Aſſur enim non ſaluabit nos, ſuper equos non aſcendemus, nec*
Oſe.14.b *operi manuum noſtrarum dicemus vltra, vos dij noſtri eſtis. Quin ſub vmbra tua*
viuemus in gentibus. Magna ſi quidem eſt multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam
Ire.4.d *abſcondiſti timentibus te: perfeciſti eis, qui ſperant in te in conſpectu filiorum hominum.*
Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ a conturbatione hominum: proteges eos in taberna-
Pſal.30.d. *culo tuo a contradictione linguarum*. Hæc quidem, & multa alia in hanc ſententiam
ſacra teſtimonia paucis illis uerbis complexus eſt Petrus, dum obſcurum hunc 3
nobis diſerte expoſuit locum. cuius ea uis eſt & ſumma, ut inde admirandam Chri
22. ſti prouidentiam, & quam ipſe ſuæ Eccleſiæ gerit curam agnoſcamus; inſuper
& inconcuſſam fiduciam, quam illa viciſsim in ſponſi ſui cura, & tutela col-
locauit.

Vt enim Dauid Dei erga pios patrocinium, & benignitatē allegorice ſignifica-
re ſolet, modo ſub alarum ſymbolo, ut pſalmo 90. & 33. ſumpta ab auibus meta-
phora, quę pullos ſuos ſub alis tuentur; modo ſub ſimilitudine tabernaculi, ut pſal
mo 26. alludēs ad tabernaculum, quo ſe Moſes impetum populi fugiens recepit:
nonnunquam etiam ſub Regis ſchemate, qui penes ſe collocat, interim etiam in 4
palatij ſui recondit penetralibus, quos tutiſsimos eſſe uelit, & rerum omnium co-
pia affluentes. ut pſalmo 30. & eadem utens allegoria, pſalmo 82. Hebræos qui
Num.16.f ſe, ſuaque omnia tutelæ, ac fidei Domini commiſiſſent, abſconditos Dei uocat,
uulgata æditio ſanctos; & Paulus chriſtianorum uitam abſconditam eſſe cum
Chriſto in Deo teſtatur ſcribens ad Coloſſenſes: ita & hoc loco Salomon eccle-
Coloſ.3. ſiam inducit ſimili exornatione orationis exprimentem, quantæ curæ Chriſto
ſit ipſius ſalus; quamque ſecura, & omni iniuria ſub Chriſti patrocinio tuta
ſedeat.

Nec diſsimili utitur metaphora illi, qua uſa fuit, quum impendentium malorū 5
ſollicita in ſuperioribus eundem rogaret ſponſum, ut locum ubi ipſe gregem ſuū
paſceret, ac per meridiem faceret accubare, ſibi indicaret.

Præſidium itaque quod tantopere expetiuit, nacta eccleſia, *ſicut inquit, ma-*
lus inter ligna Syluarum, ſic dilectus meus inter filios: ſub vmbra illius, quem deſide-
raueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Eandem omnino præferens fiduciam, quam ille quum hæc caneret. *Dominus*
Pſal.26. *illuminatio mea, & ſalus mea: quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepi-* 6
Pſal.22. *dabo?* Et quæ ſeq. eo pſ. in hanc ſententiam. Item, & hæc. *Dominus regit me, & ni*
hil mihi deerit: in loco paſcuę, ibi me collocauit, & reliqua eius pſ. Subindicat porro in

He-

1 Hebræo ille locus *ſub vmbra eius quem deſideraueram, ſedi*, id dictum eſſe Eccleſiæ, *Act. 1.*
illo præſertim quadragenario, quo vt narrat Lucas in Actis, Chriſtus poſt paſsionem ſuam præbuit diſcipulis ſe ipſum viuum in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis: & loquens de Regno Dei. Tunc enim qui ſuperiore triduo velut oues percuſſo paſtore, palantes & diſperſi ſub meridie, & æſtu perſequutionis errauerant, ad Chriſtum, ceu ad vmbroſam arborem confugientes, ſub eius vmbra, & tutela refrigerari & recreari cęperunt, cum ſuauiſsima ipſius præſentia frui, & cum ipſo familiariter colloqui datum fuit: atque omni hoſtium metu poſito conuiuari; breui ſperantibus (quamuis falſo perſuaſi) ſub magiſtri
2 & Regis ſui Chriſti auſpicijs rerum ſumma potiri. Sic enim illum iam cælum in *Act. 1.*
ſcendere parantem rogarunt, *Domine, ſi in tempore hoc reſtitues Regnum Iſraelis?* quam perſuaſionem hæc uerba Hebraica allegorice videntur indicare בְּצִלּוֹ חִמַּדְתִּי וְיָשַׁבְתִּי hoc eſt, ſub vmbra eius deſideraui, & ſedebo. Videtur enim ſponſa ſignificare, ſe iam ſedere ſub umbra eius, ut antea ſedere expetiuerat: & ſe poſt hac ibi perpetuo ſeſſuram ſperare. Cæterum, hæc uerba reſpondere poſſint perſuaſioni eorum, qui Chriſtum in mundo Regnum Iſraeliticum reſtituturum, & temporaliter regnaturum, more aliorum Regum ſperarent:

Item & illi, quam Chriſtus diſcipulos ſuos habere uoluit ex illis verbis
3 conceptam, *vos inquit, nunc triſtitiam habetis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.* Verùm, interpres noſter notam Hebraicam adiectam præterito וְיָשַׁבְתִּי vim coniungendi dumtaxat, *Ioan. 16.*
non autem vertendi præteritum in futurum, hoc loco habere exiſtimauit; ut certe ſolam habere ſæpe alibi in ſacris litteris deprehenditur, & hoc loco וְיָשַׁבְתִּי præteriti ſignificationem plane retinere uidetur, tum quòd præteritum illud, deſideraui, iam expletum eſſe deſiderium ſponſæ ſubindicat, tum quod ſequens uerbum, quo idem ſub alia metaphora ſignificatur, in præterito poſitum ſit. Non. n. ait, introducet me, ſed introduxit me: locus igitur ſi ad uerbum vertas, ſic ſonat:
4 in umbra eius deſideraui: & ſedi. ut per detractionem uerbi unius (quæ figura Synecdoche dicitur) ſubintelligamus infinitiuum, ſedere. Et hunc ſenſum, integramque orationem optime reddidit noſter interpres. Quem etiam ſenſum Eccleſiæ ſub Chriſti reſurrectionem optime conuenire proxime oſtēdimus: & plenius adhuc oſtenſuri ſumus, ſi modo hoc unum ſuperioribus addamus, conſulto dictum eſſe ſponſæ, non quidem, ſteti, ſed ſedi; ut ex ea poſitura, & ſitu ſuo ſignificaret firmam, certamque in omne tempus tutelam, quam ſemel a ſponſo impetraſſet; ut etiam ſic oblique carperet ęmulam ſuam, cuius impietatem, & ſcortationes acriter admodum apud Ieremiam caſtigans Dominus hęc illi inter alia ex- *Ierem. 2. 3.*
5 probrat *In omni colle ſublimi, inquit, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternabaris meretrix.* & grauius adhuc inuehens ſequenti capite tertio in domū Iuda, *iuſtificauit, inquit, animam ſuam auerſatrix Iſrael comparatione pręuaricationis Iudę.* Rogas inquit Pſellus, quare diuinum ſermonem dicat malum? Quoniam multas habet gratias, attritum enim pomum, ut conuenit, aquoſum cum ſanguine mixtum reddit ſuccum; atque ęnigmatice refert manantes fontes ſalutares de latere ſeruatoris: miror ſane ſapientiam puræ uirginis. Sapienter enim ipſum appellauit malum. om-
6 nis enim humana anima etiam ſi excellat uirtute & uel ipſos angelos anteuertat, flos tñ eſt dumtaxat, & liliū uallium non valens cultorem alere: ſed ſe ipſam ſplendidam exhibet ſuæ formæ pulchritudine. Neque. n. ille noſter agricola noſtri in-

diget, vt ait pſalmographus, *bonorum meorum non indiges*. At vero Chriſtus ex quo 1
factus eſt homo, tres ſenſus noſtros lætificat dicit idem Pſellus & alia, quæ Grego
rius, Maximus & Neilus in hanc ſententiam fuſius proſequuntur. Quemadmodum
malus viſu quidem decora eſt quantum vero attinet ad olfactum ſuauiter olet, &
guſtatu dulcis eſt, & inde vtilis ad veſcēdum rationalibus inter arbores ſylueſtres
hoc priuatas; ſylua enim nemoroſa eſt, & fructum fert irrationalibus in cibum, &
non rationalibus conueniens: ſic dilectus meus inter filios hominum non tantū
quatenus Dei filius vnigenitus, & verbum, ſed etiam quatenus ſolus inter homines
eſt impeccabilis. Suaue olens ſecundum donationes chariſmatū ſpiritus Sancti,
ijs qui in eum credunt, per quę hunc guſtamus, Guſtatu vero ſuauis. *Guſtate, &* 2
videte, quam ſuauis ſit Dominus. Mellis nanque dulcedo ijs, qui guſtant nota eſt, non
ijs qui non guſtant. Vnde etiam alimentum eſt rationalium ſpiritualem vitam il-
lis tribuens. Reliqui vero filij hominum, quoniam omnes peccauerunt, & priuan
tur gloria Dei, habitu rerum præſentium luxuriant, & ſylueſcunt, & per irratio-
nales perturbationes ſe alunt. Quamobrem inquit, *in vmbra eius deſideraui, & ſedi*.
Vmbra vero omnino Chriſtus eſt, aut Chriſtana cōuerſatio, in qua qui ſedato eſt
deſiderio, æſtu perturbationum non incenditur: ſed ab ipſa protegitur. fructus
vero huius, eſt ille fructus Spiritus, qui iuxta Apoſtolum, eſt gaudiū, Pax, longani-
miras & reliqua: cuius fructus dulcedinē ſentiūt, qui ipſa experiētia ipſo nutriunt, 3
gaudio. n. ſpirituali, tranquilitate animi, & charitate nihil dulcius. Guttur uero
quod dulcedinem fructus ſpiritualis percipit, rationalis vis animę eſt: citra hāc. n.
non adhibet ratio, quemadmodum nec ſine gutture cibi. Syluam, inquit Euſcbius,
conſueuit ſcriptura appellare materialem hominum vitam, in qua pernicioſę fe-
rę foueas faciunt, & deliteſcunt. Dictus eſt autē Dñs malus inter ligna ſyluarum.
ppea ꝙ inſeruit humanam naturam ad pulchritudinem & fragrantiam, & alimen-
tum; habet enim pomum eſcam & potum, & bonam fragrantiam. Quod eſt Cor-
pus, & ſanguis, & ſpecies.

4

Introduxit me Rex in cellam vinariam: ordinauit in me charitatem.

Matt. 21. Sponſa quum verſetur in fundo ſponſi, in quo ſit vineam non tantum vitibus, ſed
etiam malis conſita; & in eadem extructa domus, vbi ſeruetur ex vineę illius viti-
bus expreſſum vinum, qualis ille fuit fundus, cuius fit mentio in Euangelio, laudat
ſponſum, & quam humaniter ab illo excipiatur, ſodalib. ſuis narrat. Primum qui
dem, quod apud ſpōſum velut ſub frōdoſa arbore in merediano æſtu recreetur:
inſuper & ſuauiſsimis pomis reficiatur: quin & ab eodē in domum, ubi optimum
aſſeruatur uinum inducta, eius uini potione ſe oblectet. Quæ ipſa maxima amoris 5
erga ſe admiratur argumenta, & gratuitæ duntaxat ſponſi ſui beneuolentiæ fert
accepta. Huius allegoriæ pars altera ſuperiore loco nobis iam explanata eſt; alte-
ra ſic uidetur explananda. Exornat Eccleſia alia metaphora laudes, quibus ipſa
proſequitur accepta a Chriſto poſtquam reſurrexit, beneficia: & quæ maxima ille
tum dederit amoris ſui aduerſus ſponſam ſuam, documenta admiratur. Hæc cum
gerantur ſub ſchemate conuiuij ruſticani, facta mentione obſonij, nempe po-
morum, iam quod fuerit in eo conuiuio potionis genus ipſa refert, uinum nimi- 6
rum optimum. hanc enim emphaſim ה nota, uice articuli addita apud Hebræos
habere uidetur; ſic enim eſt in Hebræo הביאני אל בית היין hoc eſt, introdu-
xit

1 xit me in domum uini illius, nempe optimi, Quod noſter interpres uertit,
introduxit me Rex in cellam uinariam. Sed eo loco ex ſuperiorib. addita uidetur
ab alijs dictio illa Rex: Et per reticentiam ex ſuperioribus intelligendum nobis re
linquitur hoc, aut aliquid huiuſmodi, & uinum eius dulce gutturi meo, aut palato
meo. Nec enim aliò ſpectat ſacta mentio domus uinariæ, quàm ut ſignificet ſpon-
ſa, uinum ibi hauſiſſe, quo mirifice affecta fuerit. Porro per domum uini optimi,
ſcripturam ſanctam intelligimus, & per uinum optimum ſpiritualem ſenſum, &
myſteria, atque inſtituta Euangelica in ea recondita. Quod uinum (ut inquit Ori-
genes) per Dei ſapientiam ſemper innouatur, non ſolum hominibus, ſed & Ange-
2 lis, cœleſtibusque uirtutib. Eſtque hoc uinum illud nouum, quod in utres nouos, *Matth. 9.*
nempe in Apoſtolos, reliquoſq; uiros Euangelicos, qui poſito uetere homine, no-
uum induiſſent, mittendum eſſe Chriſtus prædixerat. Et poſtquam reſurrexiſſet, *Luca. 24.*
ipſe immiſit: Quum uidelicet aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas, quū
incipiens a Moſe, & omnibus prophetis, interpretabatur duobus illis diſcipulis *Act. 1.*
euntibus Emaus, quæ de illo erant; quum multa omnib. loqueretur de regno Dei;
quum denique tribuit illis ſpiritum ſanctum, quod illud fuit Mnemoſynum ſui:
inſtar uini Libani ſuauiſsimum ſuis olim per Oſeam prophetā promiſſum. In hoc *Oſee. 14.*
enim Spiritum ſanctum diſcipulis ſuis tribuit Chriſtus, ut (quemadmodum uici- *Ioan. 14.*
3 nus paſsioni promiſerat) uice ipſius eos conſolaretur, ac confirmaret: & omnia *Act. 15.*
quæcunque ab ipſo audiſſet, ſuggereret. Hoc uinum quum uel leuiter deguſtaſ-
ſent duo illi diſcipuli dicebant, nonne cor noſtrum ardens erat, dum loqueretur
nobi, in uia, & interpretaretur ſcripturas? Hoc generoſo uino repleti Apoſtoli in *Act. 2.*
die Pentecoſtes tam libere, & copioſe, præter Iudæorum expectationem ſacra ora
cula pronunciare in publica concione, atq; exponere homines illi piſcatores, &
idiotæ cœperunt, ut ſcribis, & phariſæis ebrij, & muſto pleni uiderentur. Qui ſane
longe ſuauiore, ac præſtantiore uino, quàm illi exiſtimarent, nempe Spiritu ſancto
bene poti incaluiſſent. Quod etiam myſterium indicare uoluiſſe crediderim lati-
4 num interpretem, quum locum illum Eccleſiaſtici, qui in Græco ſic habet. μνημό- *Eccle. 24.*
συνόν μου ὑπὲρ μέλι γλυκύ, hoc eſt. Memoria mei ſuper mel ducis; ipſe ſic uertit, ſpi-
ritus meus ſuper mel dulcis. Hoc ſane uinum, & munificentiæ Chriſti memoriam
admirans Zacharias propheta dicebat, *quid enim bonum eius? Frumentum inquit, ele-* *Zach. 9.*
ctorum: & vinum germinans virgines. Hoc eſt quanta erit Chriſti bonitas, & be-
nificientia? Spiritualis certa doctrina, quæ auditores iuuenes reddit & robuſtos,
ac ſpiritu validos: inſuper & ſceleris puros, ac uelut uirgines incorruptos, & vitæ
integros. *Verba* inquit Chriſtus (cum de Sacramento corporis & ſanguinis ſui *Ioan. 6.*
diſſereret) *quæ ego loquutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt.* In domum uero ubi ui
5 num hoc reconditum ſeruatur, tunc etiam introduxit Chriſtus Eccleſiam, quum *Luca. 24*
diſcipulis ſuis ſenſum aperuit, ut intelligerent ſcripturas: & claues regni cęlorū,
quæ ipſa domus uini eſt, tradidit dicens, *accipite Spiritum ſanctum: Quorum remiſe-* *Ioan. 21.*
ritis peccata, remittuntur eis: quorum retinueritis retenta ſunt. Hoc ipſe myſterium
ſub parabola uineæ, quam pater ille familias plantaſſet, ſepeque muniuiſſet, in qua
etiam torcular effodiſſet, & turrim ædificaſſet, ante adumbrarat: Idque Regnum *Matt. 21.*
ab ignauis, & impijs colonis Iudæis auferendū, ac genti operoſæ, quęq; bona fide il
6 lud adminiſtratura eſſet, dandum fore, aperte ſatis prædixerat. Verū quia ingen-
tia hæc beneficia nullis ſuis meritis, ſed mera Chriſti ſponſi ſui gratia in ſe collata
agnoſcit Eccleſia; tantā illius ſtupēs benignitatē & munificentiā, hoc addito Epi-

phonemate, locũ hunc ſic exclamans concludit, *Ordinauit in me charitatẽ.* Hoc eſt, 1
his uero quum me immeritam immenſis cumulauit officijs & beneficijs, viſus pla
ne mihi eſt, in me ceu aciem quandam, amoris ſui conſilia dirigere: meque profu-
ſis charitatis ſuæ uiſceribus, uelut uinculis fortiſsimis tractam ultro ſibi deuin-
Oſee.14. cire. In quem etiam ſenſum illud dictum uidetur apud Oſeam prophetam.
Sanabo contritiones eorum: diligam eos ſpontanee: quia auerſus eſt furor meus ab eis.
Communis poſt Origenem ſententia eſt, ordinem hic ſignificari, qui in reb. aman
dis ſeruandus ſit. Legit enim ille in Græco, τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην. Hoc eſt, or-
dinate in me charitatẽ. Vt ſint verba ſponſæ ad Angelos ſponſi ſodales. Et Theo
doretus: ordinate in me charitatem, hoc eſt, docete me modum charitatis, ne pa- 2
trem, aut matrem plus diligam, quàm ſponſum, aut agrum, aut uineas, & quæ indi
gna ſponſo uideantur. Ipſe enim dixit, *Qui amat patrem, aut matrem præ me, non eſt
me dignus: & qui amat filios, aut filias pluſquam me, non eſt me dignus.* Item & uetus
illa lex. *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt
duo in carnem vnam.* Ordinate igitur in me charitatem, & ſponſo meo adhęream,
atque hunc, patri, matrique in amore præferam. Gloſa ordinaria, tres affert huius
loci interpretationes; ut primùm diligendus ſit Deus, ſecundo loco parentes, in-
de filij, tum domeſtici, qui ſi boni ſint, filijs ſint præferendi: & quantum ad ini-
micos attinet, ſatis ſit, ſi diligantur, modo ne odio habeãtur: uel ipſe inquit, prior 3
dilexit me, & diligendo, ut eum amare noſſem, donauit, uel ordinauit, Id eſt ordi
nata charitate mea ſingula membra, id eſt, electos meos omnes ſibi copulauit: emi
nentiora ampliori affectu complectitur. Vnde apparet, Græcos interpretes in He
bræo per imperatiuum legiſſe דַּגְּלוּ ordinate: & Latinum interpretem דִּגֵּל or-
dinauit. Vbi nunc ſic legimus וְדִגְלוֹ עָלַי אַהֲבָה Quod recentiores uertunt, cuius
vexillum ſuper me, eſt charitas. Id eſt, qui leuauit ſuper me charitatem pro ue-
xillo. Hoc eſt, qui me ſua trahit charitate & dilectione. Sumpta Metaphora a du
cibus & Imperatoribus, qui ſublato uexillo, ſuos poſt ſe ducunt milites. Aut ue-
rò qui ut errantes, & palantes ad ſe colligant, & ſeruent milites, Vexillum eri- 4
gunt, ut eo conſpecto ſigno, quo confugiendum ſit, illi intelligant. Cum qua in-
terpretatione conſentit illud quod Græci verterunt apud Oſeam, Ἀγαπήσω αὐ-
τοὺς ὁμολογουμένως. Hoc eſt, Diligam eos manifeſte. Quidam etiam ex Chaldæo
uertunt, glutinum eius, ſiue iunctura eius ad me, eſt charitas. Cęterum mirabitur
aliquis, quòd ſponſa, quæ hactenus ſponſi hubera commendauit, & uino præſtan
tiora eſſe affirmauit, nulla nunc facta huberum illorum mentione, cellam vinariã
iactet, & quaſi priorem retractans ſententiam, ſui oblita decori, uinum lacti an-
teponat. Verùm qui diſtinguere norit diuerſas in uino allegorias, uariaque Ec-
cleſiæ tempora annotare, hæc ſponſæ dicta, quæ in ſpeciem pugnare uidentur, fa- 5
cile conciliabit: & nihil præter decorum dictum eſſe oſtendet. vinum enim quid-
quid ſenſum mouere poteſt, & oblectare allegorice ſignificat. Item & humanam
ſapientiam, ut ſæpe iam annotauimus: ſignificat etiam ſpiritualem ſacræ ſcriptu-
ræ ſenſum, & grauiora Euangelij myſteria: atque adeo ipſum ſpiritum Chriſti,
ut proxime oſtendimus.

Habuit præterea Eccleſia ſuam infantiam ante Chriſti Paſsionem, & Reſurre.
Habuit deinde adultam ætatem. Chriſtus igitur hanc quum paruula eſſet, ru- 6
dimentis Euangelicis ceu lacte ex ſuis huberibus expreſſo aluit in primis. Quod
Prou.14. lac quum ipſa deguſtaſſet, omni humanæ uoluptati, & ſapientię antepoſuit. Ex-
trema

1 trema namque gaudij luctus occupat. Et uoluptatem humanam ſequitur dolor Deut. 32.
comes. Deque humana ſapientia meritò dictum putes Moſi, *Fel draconum vinum*
eorum, & venenum aſpidum inſanabile. Diuinæ vero Sapientiæ commercium nul- Sap. 8.
lam habet amaritudinem: nec tedium, vllum ve dolorem conuictus illius. Pro-
pinat autem ſapientia ſui ſtudioſis vinum, & lac: atque ad hæc abs ſe gratis com-
paranda hortatur ſedulo. *Venite inquit, edite, & comedite; venite, emite abſque argen-*
to, & abſque ulla commutatione vinum, & lac. Quemadmodum autem Paulus dice- Eſai. 55.
bat, eum quicunque lacte alendus ſit, expertem eſſe ſermonis iuſtitiæ, & Corin- Hebr. 5.
thijs tanquam paruulis in Chriſto, lac ſugendum exhibuit, non ſolidam eſcam 1. Cor. 3.
2 ad veſcendum; ſic & Chriſtus diſcipulos ſuos antequam pateretur, pro paruulis Matth. 15.
cum habuerit, quippe, qui adhuc ſine intellectu eſſent; nec adhuc eſſet ſpiritus da
tus, quia Ieſus nondum erat glorificatus, ideoque multa tunc portare non poſ- Ioan. 7.
ſent, quæ ipſe vellet dicere; eam ob rem toto eo tempore inter eos nutricem ille Ioan. 16.
agens, elementa dumtaxat Euangelicæ doctrinæ, & quædam alia ſolidiora elemen
tari modo tradidit, alimentum paruulis familiare. At vero poſtquam ſurrexiſ-
ſet a mortuis, ſuæque immortalitatis præſentia & conſuetudine eorundem ani-
mos confirmaſſet, atque in cæleſtium rerum meditationem erexiſſet, iam tum illis
tanquam ad adultam etatem tunc primum prouectis, poma, & vinum generoſum
3 abditiora nimirum myſteria, cepit exhibere: & eoſdem potentioribus alimentis
aſſueſacere, quorum iam perfecta ætas perfectorum uitam, ac ſolidos cibos poſtu
laret. Vt tempus, quò ante paſsionem ſuam Chriſtus cum diſcipulis verſatus eſt,
nec dum illis Spiritum ſanctum dedit, nec ſenſum ad intelligendum ſcripturas
neceſſarium aperuit, nec poteſtatem remittendi peccata contulit, infantiam Ec-
cleſiæ Euangelicæ fuiſſe agnoſcamus: & toti illi tempori ac ſtatui Synagogæ re-
ſpondiſſe, quo illa ſub Moſe nullam terræ patribus promiſſæ partem obtinuit.
Tempus uero quadraginta dierum, quo Chriſtus poſt Reſurrectionem ſuam cũ
ijſdem egit, & multa de regno Dei diſſeruit, ſenſum aperuit, ſpiritum ſuum in-
4 ſufflauit, poteſtatem remittendi peccata contulit, eiuſdem Eccleſiæ annos nubi-
les ad illud tempus ſpectaſſe, quò cùm filijs Iſrael Deo iam fidentioribus, quam
maiores eorum in deſerto defuncti Moſes terram Amorrhæorum, & Moabita-
rum trans Iordanem tradidit poſsidendam: Nempe tribui Ruben, Tribui Gad, Num. 32.
& dimidiatæ tribui Manaſſe, ea conditione, vt primi ipſi ad prælium accincti Ior
dane tranſmiſſo, pro fratribus ſuis in prima acie pugnaturi eſſent in terra Cha- Ioſue 13.
naam, ad quam extentis vexillis militaribus fauoris ſui, & amoris Deus reliquum & 22.
populum euocabat. Atque hæc omnia allegoricòs deſignari his verbis, *Introdu-*
5 *xit me Rex in cellam vinariam &c.* Sic enim poſt Reſurrectionem Chriſti primi
Apoſtoli Regnum Euangelicum optimorum paſcuorum feraciſsimum, primitias
nimirum Spiritus, obtinere viſi ſunt, ut tribus illæ Regnum Baſan & montem Ga
laad, terram paſcendis ouibus & armentis maxime oportunam: & primi tranſ-
miſſo baptiſmo ſpiritus ſancti in die Pentecoſtes pro reliqua Eccleſia propugnan
tes, & ante omnes Petrus tanquam primus poſt Ieſum uniuerſæ Eccleſiæ dux, in-
ultis ſcribis, & Phariſæis vna die tria hominum millia, altera uero die quinque
millia in Regnum Chriſti pulſis inde Iudæis introduxerunt: & procedente tem-
6 pore innumeram filiorum Dei multitudinem.

Ful-

Fulcite me floribus, ſtipate me malis: quia amore langueo. Læua 1
eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me.

Sponſa quum contemptis procis, unicum ſponſum ſuum omnibus in amore
prætuliſſet, propenſum ſupra modum in ſe unam illius animum, & amorem ex-
perta, laudauit proxime fortunas ſuas, quæ ſponſum haberet tam beneuolum,
atque munificum: ex cuius amore, & munificentia maiorem in horas concipiens
ignem omnino ſibi perſuaſit fore, ut perpetua eiuſdem frueretur conſuetudi-
ne. Verùm longe præter ſpem ſe grauidam relinqui: & illum longo itineri ac-
cinctum uidens, rapitur in animi deliquium; quod ipſa præſentiens, orat cir- 2
cunſtantes, ut ſe floribus fulciant, & malis conſtipent, eorumque atidotorum
odore roborent, ut his adhibitis remedijs, immenſi amoris impetum frangat, &
moderetur. Dum uerò uicta amore experitur, nullum amori modum impo-
ni poſſe: labaſcens in ſponſum ſe conijcit: cuius amplexibus excipi, ne conci-
dat, expoſcit miſerandum in modum. Locus eſt totus propheticus, & qui per
hypotypoſim vehementes in ſponſa amoris motus, & impotenter amantis habi-
tum graphice exprimit. ferè fit enim, ut recens nupta puella uirum, quem ex ani-
mi ſententia nacta ſit, depereat: & ne ad horam quidem eius conſpectu carere
ſuſtineat. Quod ſi longius illum abire: & ſe grauidam inter barbaros hoſtes 3
relinqui uiderit (ut eſt amantium ingenium) quanto minus ſpei eſt, tanto magis
amat: tantamque amoris uim ſubito patitur, ut linquatur animo. Meliore ſci-
licet animi parte in eum, qui amatur dudum velut tranſlata, eam quę amantis cor-
pus dumtaxat agit, ad ſe rapiente, & vnà cum eo, qui proficiſcitur longius au-
ferente. Iam vero cum tenuioribus illis corporis partibus, quas ideo medici Spi-
ritus vocant, ceu vinculis quibuſdam in corporeo carcere teneatur animus; &
qui animales dicuntur, odoribus; uitales uerò uino tanquam cognato, & familia-
ri alimento celeriter reficiantur, & recreentur, ac roborentur; ut inſtanti occura-
tur periculo, vinum poſtulat ſponſa, quo epoto, & olfacto fulciatur, floreſque & 4
mala, quib. etiam olfaciendis roboretur, ac ſic refectis uiribus reuocetur animus,
& intra corpus cohibeatur. Et habetur perpetuo decori ratio. Nam in domo ru-
ſticana huiuſmodi remedia ſunt paratu facilia. Nempe vinum, floreſque & poma.
Quod uulgata ęditio habet, fulcite me floribus, in Hebræo eſt, סַמְּכִי׳ בָּאֲשִׁישׁוֹת hoc
eſt, fulcite me uinaceis. Vt intelligamus, Lagenas, Amphoras, Cyphos, & id ge-
nus vaſa optimo uino plena, ex quibus illa nuper vinum hauſit. Vt poſitum ſit con
tinens pro contento. In quam etiam ſententiam hanc eandem uocem vertit latinus
interpres apud Oſeam, *diligunt uinacia uuarum*. hoc eſt, vaſa expreſſo ex vuis vino,
Oſee.3. plena. Interim tamen dum hęc parantur remedia, iam non valens ſponſa conſiſte- 5
re, ſponſi opem implorat: quem ad ſui commiſerationem mouere nititur his ver-
bis, *Læua eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me*. Vbi geminum aduer-
tere debemus Hebraiſmum. Alterum, quòd in tertia perſona ad ſecundam fit ſer-
mo: Alterum, quòd futura illa, erit, & amplexabitur, ponuntur pro imperatiuis,
ſit, & amplexetur. Vt latine dictum putemus, o ſponſe mi, læua tua quęſo, ſit ſub
capite meo: & dextera tua me amplexetur. Qua de re initio huius libri fuſius dixi-
mus. Porro huius loci Allegoria hæc eſt; diſcipulos Chrriſti in populari illa fuiſ- 6
ſe ſententia, in qua in hanc uſque diem omnes ſunt Iudæi, Meſsiam ſuum in hoc
mundo regnaturũ expectantes, totoq; orbe ſubacto, omnia regna & imperia Gen-
ti

1 ti Iudaicæ ſubiectorum: Iacobus & Ioannes oſtenderunt, quum ſubornatam ma- *Mat.20.*
trem ſuam ad Chriſtum ſummiſerunt oraturam, ut iuberet ille, alterum ipſorum
ad dexteram, alterum ad ſiniſtram regnanti ſibi aſsidere. Nimirum perſuaſi, ex ma
giſtri prædictione perperam intellecta, illum ſtatim atque rexurrexiſſet, regnum
Iſraeliticum inuaſurum & ſumma ui occupaturum. Hoc ipſum & illi oſten
derunt, qui quum Chriſtum in procinctu eſſe, ut cœlum conſcenderet, uiderent,
ſic rogarunt, *Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſraeli?* Id uero aperte teſta- *Act.1.*
tur Lucas, quum præfatur Chriſtum parabolam quandam propoſuiſſe diſcipulis,
propterea quòd exiſtimarent, regnum Dei confeſtim fore manifeſtandum. Nimi- *Luc.18.*
2 rum; ut facta mentione minarum, & longinquæ regionis, eos tempeſtiue admone-
ret, expectandum eſſe longum tempus: & interim grauiter ipſis laborandum eſſe,
antequam regno Dei potiri poſſent. Quemadmodum, & qua die reſurrexit, Mag-
dalenam ne ſe contingeret prohibuit, hac reddita ratione, quòd ad Patrem ſuum
nondum aſcendiſſet. Eo facto mulierem, & mulieris illius exemplo reliquos admo
nens diſcipulos, non iam terrenam, ut antea, ſed cœleſtem ipſius conſuetudinem
illis eſſe expectandam. Quamobrem cum his mandatis Magdalenam remiſit, *vade* *Ioan.20.*
inquit, ad fratres meos: & dic eis, aſcendo ad patrem meum & patrem ueſtrum, Deum
meum, & Deum veſtrum. Quo etiam conſilio quadraginta illis diebus, antequam in
3 cęlum ſe reciperet, tantiſper dum ſuos fratres confirmaret, ab illorum ſępe conſpe
ctu abſceſsit: & quoties conſpiciendum ſe præbuit, non de terreno, ſed cæleſti re-
gno apud illos diſſeruit. Sed quum nondum pleniore ſpiritus igni excocti eſſent,
& illuſtrati, quamuis unigenitum illum Archididaſcalum e ſinu patris demiſſum
de regno Dei diſſerentem audirent, nō tamen aliud, quàm terrenum cogitare, aut
Chriſtum non ſecundum carnem noſſe, & inde æſtimare potuerunt. Adeo ani-
malis homo quæ Dei ſunt non poteſt intelligere: Et quæ pueri diſcimus tenaciter *1.Cor.2.*
hærent. Faciebat præterea hoſtium metus, ut in hanc ſententiam eo propenſiores
illi inclinarent, quo ſe tutiores ab omni iniuria ſub Chriſto rerum domino fore ſe
4 ſperabant. Iam ergo quum in monte Bethanię uicino conſtitiſſent, ubi Chriſtū tan
quam profecturum in cælum mandata dare, ſeque ſua ſpe falſos inter hoſtes deſeri
uiderent, quando domini ſui præſentia maxime opus eſſe exiſtimarent: nempe quū
docere, & quæ concepiſſent uerbi ſemina, proferre, credituros baptizare, & uelut
ante conceptos Chriſto in lucem ædere filios oporteret: ac quam ille prædixiſſet
inſtar parturientis mulieris in mundo preſſuram ſuſtinere: tum ducis ſui abitum
grauiter ferre, maioreque magiſtri deſiderio, quam unquam antea, cęperunt æſtua
re. Et quia iam gliſcentis, & męroris uim ferre nō poſſunt, angelos qui pręſentem *Ioan.16.*
ſuo dolori medicinam faciant, opem poſcunt. Vt quemadmodum paulo ante mæ-
5 rore & deſiderio domini confectos recrearunt, dictorum illius, & factorum admo
nentes; ſic & nunc eadem ægritudine laborantibus, & in ſummo uitæ diſcrimine
conſtitutis, eorum, quæ tam multa de Regno Dei magiſtrum diſſerentem audie-
runt, ſed quę ipſi prę animi perturbatione meminiſſe nō poſſunt, nōnulla referant:
aut ſi quid aliud in mandatis ab eodem acceperint, quod ſua ſcire interſit, admo-
neant. Vt his ceu floribus & pomis ſuauiſsimis, & uino ex diuinę ſapientiæ penu
rurſum admotis remedijs, reſpirent, ut antea, & iam abeuntem recipiant animum.
6 Scilicet *qui me edunt*, inquit ſapientia, *ad huc eſurient: & qui me bibunt, adhuc ſitient.* *Eccl.24.*
Et ſciebant ſe frequenter a Chriſto admonitos dictorum ipſius & factorū, quum
res deſperatæ uiderentur, ut meminiſſent. Vt enim ſtatuit Dauid, Lex Dei in cor-

de

Pſal. 36. de iuſti ſita illud maxime præſtat, ne nutent pedes eius. Hoc itaq; allegoricos ſpon 2
ſa ſignificare videtur, quum ait. *Fulcite me floribus: ſtipate me malis: quia amore lan-*
gueo. aut ut eſt iuxta hebræű: quia infirma dilectione ego. Nonnulli etiam ex Græ-
co interpretantur, quia vulnerata ſum dilectione. Quod Origenes dixit, vulneratæ
ſum dilectionis. Amor inquit Euſebius, Deus eſt, ſagitta electa, ille filius immiſſus
in cor fidelium. Noſtram coniecturam confirmare uidetur ille Lucæ locus, *Quum*
Act. 1. b *que, inquit, intuerentur in cęlum euntem illum, ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſti-*
bus albis, qui & dixerunt. Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum? hic Ieſus qui aſ-
ſumptus eſt a vobis in cęlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.
Quid enim aliud fuit, Galilæos illos uiros reprehendi ab Angelis, quòd ſtarent 3
aſpicientes in cœlum, quàm ſtuporem quendam mentis, & languorem præ amoris
impotentia & infirmitate contracti, illis obijci? Præterea quum iiſdem dictũ fuit.
Hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in cęlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum eun-
tem in cœlum. An non hoc fuit admonere, vt deſinerent iam de terreno Chriſti re-
gno cogitare, illud vero longe auſpicatius, & felicius regnum, ut expectarent, &
expeterent, quod initurus, quum veniret Chriſtus ipſos in conſortes imperij, ſibi
eſſet cooptaturus; quemadmodum olim promiſiſſet in hunc modum. *Vos qui ſe-*
Mat. 19. d *quuti eſtis me, in regeneratione, quum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebi-*
tis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim, tribus Iſrael. Item &, quum patrem
Ioan. 17. d ſuũ corã illis ſic alloqueretur. *Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum, & illi ſint*
mecum: vt videant claritatem meam, quam dediſti mihi, qua dilexiſti me ante mundi con-
ſtitutionem. Id uero quam fuerit eoſdem ceu vinaceis, & malis ac floribus e prom
ptuario ſapientiæ depromptis fulcire, ac roborare, indicant uerba, quæ proxime
ſequuntur. *Tunc* inquit Lucas, *reuerſi ſunt Ieroſolymam a monte, qui uocatur Oliueti,*
qui eſt iuxta Ieruſalem, ſabbati habens iter. Et quum introiſſent in cęnaculum, aſcenderunt
vbi manebat Petrus & Ioannes, & Iacob. & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholo-
mæus et Matthæus, Iacob. Alphæi & Simon zelotes, & Iudas Iacobi. Hi oẽs erant perſeue
rantes vnanimiter in oratione & obſecratione cum mulieribus, & Maria matre Ieſu. His. n. 4
teſtimonijs reſtituti & confirmati, iam leuius Chriſti abſentiam ferentes, oratio-
ni & obſecrationi vacare, & exuta falſa perſuaſione, promiſſum Spiritum conſola
torem expectare, indeque ad regnum cæleſte cęperunt toto pectore anhelare. Cõ-
Luc. 24. g firmat etiam ille alius locus. *Eduxit inquit eos foras in Bethaniam, & eleuatis mani-*
bus ſuis benedixit eis. Nam interim dum hæc illi ab Angelis expectant remedia, ma
gis fidentes Domini ſui humanitati & potentiæ illius, quem miſere amant, ſe to-
tos committunt fidei, a quo vno ſalutem, & felicem rerum gerendarum ſucceſſum
ſperant. Quam fiduciam verba illa myſtice videntur ſignificare, *Læua eius ſub ca-*
pite meo: & dextera illius amplexabitur me. Tunc enim Eccleſiæ caput, mentem ni- 5
mirum, (quæ hominis pars minore negocio diuinitati paret), læua ſua fulcire; &
dextera (hoc eſt maioribus uiribus) eiuſdem corpus, (quam Paulus rebellem car-
nem uocat) amplecti, & fouere uiſus eſt, quando ut narrat Lucas, leuatis manibus
ſuis benedixit eis. Nam nihil magis potuit ſponſi ſpiritualiter amplectentis ſpon
ſam habitum & blanditias exprimere, quàm quòd medius inter diſcipulos magi-
ſter ſtaret: & ſublatis in cœlum manibus eiſdem benediceret, hoc eſt, bene preca
retur ſimul ac benefaceret; ſecretiore quadam ui & energia, perturbatos eorum 6
animos ſerenans ac confirmans. Vt eo ſane ſymbolo ſignificaret illud agere, ut nu
tantes labanteſque diſcipulos ad cæleſtia erigeret; & pacem, paternum fauorem,

pro-

1 proſperos prædicationis exitus, victoriam, triumphum, & ſui Regni conſortium
imprecando, velut blandiens confirmaret, & ſecuros periculorum vſque in Aduen
tum Spiritus, quieti daret, arctius adhuc acceſsione Spiritus ſancti breui comple
ctendos. In quam eandem ſententiam ante nos coniectauit etiam Theophylactus.
Is enim in hunc Lucæ locum ſic ſcriptum reliquit, Benedicit autem diſcipulos,
fortaſsis inſeudens eis uim, quæ cuſtodiret eos uſq; in Aduentum ſpiritus. Quam
etiam coniecturam, quæ deinde ſubiungit Lucas, verba hæc probare uidentur,
& ipſi adorantes regreſſi ſunt in Ieruſalem cum gaudio magno: & erant ſemper in templo
laudantes & benedicentes Deum. Inde enim intelligimus illos, quos paulo ante Do-
2 mini abitio, & inſtantia pericula ſupra modum ſolicitabant, iam in ſinum Chriſti
depoſita omni cura & ſolicitudine, quaſi ſomnum cępiſſe: & cultui diuino dum-
taxat intentos, rebus humanis addormijſſe, ſpiritualiter hęc intelligamus, inquit
Theodoretus diuini uerbi & pię animę communionem, eum qui hic dicatur, com
plexum credentes. dextrum autem, & ſiniſtrum tanquam more noſtro ſumptum
intelligere oportet. Nouit Dominus benefacere & punire, ac caſtigare: utrunque
exercens pro cuiuſque meritis. beneficam gratiam in dextera Dei intelligimus, ca
ſtigatoriam in ſiniſtra. Audiamus igitur ſponſam dicentem. *Laua eius ſub capite*
meo, ſuperior ſum ſupplicijs ijs non ſubiaceo, propterea q; ſponſo meo appropin
3 quo, & culturæ illius curam habeo. dextera illius amplectetur me, pro eo quod
eſt, beneficijs ſuis me ornabit, & explebit; tanquam me & circumplectens, & deli-
derium meum explens. Hoc autem & Paulus dixit. *Atque ita ſemper cum Domino*
erimus, & Euſebius, de ſapientia inquit ſcriptum eſt, Longitudo uitæ in dextera
eius: & in ſiniſtra eius diuitiæ & gloria. Igitur dextera eius eſt rerum diuinarum
ſcientia, ex qua prouenit uita ęterna: ſiniſtra uero, rerum humanarum cognitio
eſt, ex qua exiſtunt diuitię & gloria. Sic ſponſa inquit, lęua eius ſuper caput meũ,
ſuperat mens mea res humanas; & dextera illius amplexabitur me; hoc eſt, diuina
cognitio cooperiet me. Etenim rurſum de eadem ſapientia dictum eſt, *honora eam,*
4 *ut te amplectatur*. Porro huius doloris typus fuiſſe uidetur longus ille luctus, quo
memoratur populus Iſraeliticus fleuiſſe Moſen, poſtquam ille conſcenſo monte
Nebo, in vertice Phaſga obijſſet. Id uero quam grauiter Synagoga tulerit, ſummũ
ducem ſuum, & Prophetam eximium Dei familiaritate, & ſtupendis rebus geſtis
clariſsimum tunc ſibi ereptum fuiſſe, quum ipſa Iordanem tranſmittere pararet:
& in procinctu eſſet, ut Regibus trans Iordanem imperantibus bellum inferret,
quibus, ut nuper Og, & Sehon Regibus amorrhæorum debellatis, eorum Regna
breui occupare ſperabat, triginta dierum luctus abunde teſtatur. Quo etiam ar-
gumento facile conijcimus, quam illa aſsiduis precibus, & vnà cum lacrimis per-
5 mixtis uotis, Dei fauorem, & contra hoſtes potentiſsimos propitium ſibi nu-
men adeſſe orauerit.

Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capreas, ceruoſque camporum, ne
ſuſcitetis neque euigilare faciatis Dilectam, quoaduſque ipſa velit.

6 Poſtquam ſponſus ex deliquo reſtitutam ſponſam quieti tradidit, veritus ne ipſius
æmulæ fœminæ Ieroſolimitanę molliter cubanti obſtrepant, atque inuitam impor
tune excitent, adiurat eas per capreas, ceruoſque in agris uerſantes, ne ſuſcitent,

neve euigilare cogant dilectam ſibi ſponſam, donec ipſa ſua ſponte euigilet. eſt 1
autem in Hebræo ſignificantius dictum. הָאַהֲבָה hoc eſt, ipſum amorem: & ut ſe-
ptuaginta verterunt τὴν ἀγάπην dilectionem. Id eſt meam ſponſam, meras meas
delitias. Præterea, quod noſtra vulgata ęditio habet, per capreas, ceruoſque cam-
porū, in Hebręo legas בִּצְבָאוֹת אוֹ בְּאַיְלוֹת הַשָּׂדֶה Quod ſeptuaginta interpretati ſunt,
ἐν ταῖς δυνάμεσι Καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσι τοῦ ἀγροῦ. Hoc eſt, per exercitus & poteſtates agri.
Quibus uerbis ſignificari uidentur exercitus, & poteſtates cœleſtes, res mundi,
Mat.13. quem Chriſtus in Euangelio agri nomine deſignauit, adminiſtrantes: ideoque ad-
miniſtratorij ſpiritus Paulo dicti in miniſterium miſsi propter eos, qui hęredita-
tem capiunt ſalutis: quique ut Chriſtus prodidit, cum perpetuò uideant faciem pa- 2
tris cœleſtis, indigne admodum, & grauiter ferunt, humiles, & pios homines ſuę
tutelę commiſſos, a potentioribus & impijs offendi, aut iniuriam aliquam pati.
Heb.1. Quemadmodum ſic olim offenſos fuiſſe legimus impietate Iudęorum Ieroſolymi
Mat.18.2. tanorum, atque iniurijs Domino ſuo Ieſu Chriſto, eiuſque diſcipulis illatis: ut Mi
para.4.32. chael, qui Ieroſolyma ab obſidione Aſſyriaca liberaſſe creditur, & apud Danie-
Dani.10. lem pro eadem reſtituenda contra angelum Perſidi pręfectum pugnaſſe memora-
tur: is inquam, cum reliquis Angelis ſub quorum tutela gens illa maxima bella geſ
ſerat, ſuo tunc pręſidio deſtitutam vrbem Romanis funditus delendam permiſe-
rint: & aliquot annis ante ipſius excidium (ut narrat Ioſephus de bello Iudaico 3
libro ſeptimo, capite duodecimo) uiſi ſunt currus per inane ferri totis regioni-
bus, & armatę acies tranantes nubila, ac ciuitati circumfuſi, exaudita inſuper uox
huiuſmodi, migremus hinc: quam uocem fuiſſe cœleſtium exercituum, qui ante
pro urbe illa propugnare ſoliti eſſent, uel ex eo certum eſt, quod Chriſtus ita futu
Mat.23. rum pręd ixiſſet in hęc uerba, *Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas
eos, qui ad te miſſi ſunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congre-
gat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Hos
porro exercitus uulgata æditio appellatione caprearum, & ceruorum myſtice ſi-
gnificat: quòd quemadmodum animalia illa celerrima ſunt, adeo, ut pręrupta mon 4
tium tranſiliant, breuiſsimoque tempore longiſsima percurrant ſpatia, quin & ui
ſu plurimum ualeant: ſic & Angeli tutelares res humanas perſpicaciſsime uident,
celerrimeq; accurrunt, & adſunt fidelibus, quorum in primis procurationem ha-
bent: proque illis cum uerſutis Dęmonibus, ut cerui cum ſerpentibus propugnāt,
cœleſtis nimirum Hierarchia, quæ Eccleſiaſticæ huius noſtræ, ad illius exemplar
conſtitutæ, uigilem curam gerit. Erit itaque iuramentum uenatorium, ut finga-
mus ſponſum uenatoris perſonam agere: & de more uenatorum per id genus ani-
malia, tanquam per rem ſibi chariſsimam, & fœminis Ieroſolymitanis gratiſsimā,
quibus ipſo eo munere gratificari ſolitus ſit, eaſdem, ne quieſcenti ſponſę impor- 5
tune obſtrepant, obteſtari. Sub hoc autem ſchemate intelligimus Chriſtum me-
Ioan.14. morem illorum promiſſorum. *Non vos relinquam orphanos: ueniam ad vos. Ego uo-
Mat.28. biſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi.* item; quod iuſſerit Eccleſiam ſuam ſede
Acto.1. re Ieroſolymis, donec indueretur uirtute ex alto inſuper & aliorum, quæ plurima
in hanc ſententiam promiſerit, curare ſedulo, nedum illa uelut animi deliquio li-
berata orationi uacat in cęnaculo, & turbarum ſecura conquieſcit, a Iudæis quid-
quam detrimenti capiat, & incauta opprimatur. Atque hanc curam, & tutelam An- 6
gelis tutelarib. demandare: qui omnem hoſtilem uim, & iniuriam procul arceant:
& Iudæos ſi pergant Eccleſiam perſequi, ulciſcantur; ut eo præſidio circumſepta
ſpon-

1 ſponſa promiſſum paracletum, & patronum ſpiritumſanctum tuta expectet: cuius
tandem uiribus roborata, fretaque patrocinio, e cœnaculo quaſi e conclaui ſuo in
publicum ultro prodeat, arduum prædicationis munus ſtrenue obitura: & quod
reliquum eſt Regni cœleſtis occupatura, ut olim tranſmiſſo Iordane populus Iſ-
raeliticus, quod reliquũ erat terræ patrib. promiſſæ, uendicarunt: iam uero cum in
ducitur ſponſus adiurans filias Ieruſalem, Chriſtus myſtice deſignatur intra Iu-
dæorum animos ſecretius loquens: & Ieroſolymitanos ciues præcipue obteſtans,
ne ſuos ullo modo inceſſant, interim dum orationi intenti, & mente in Deum a re-
bus huius uitæ abſtracta, quaſi ſuauem ſomnum capiunt, & ad munus euangelicũ
2 ſe comparantes promiſſum captant ſpiritum ſanctum; quo poſt iuſtum ſomnum
recepto, recreatis, refectiſque interioris hominis uiribus, ad Euangelicæ prędica-
tionis opus ſic læti accedunt, ut ſolent agricolæ reliquique id genus operarij ad
ſuum opus libenter, & hilariter accedere, ubi quantum ſatis ſit, & naturæ conue-
niat, dormierint; alioquĩ, ſi ante excitentur, grauate, & ignauiter ſuum opus obitu
ri. Id quod ne inobedientia, & peruicatia ſubditorum præpoſitis hebræorum acci
dat, Paulus admonet in hunc modum. *Obedite præpoſitis ueſtris, & ſubiacete eis, ipſi
enim peruigilant tanquam rationem reddituri pro animabus ueſtris,* vt cum gaudio hoc
faciant & non coacti. hoc enim non expedit uobis. Sic & Chriſtus hoc ænigma-
3 te admonet Synagogam, ne Eccleſiæ ſuæ, nempe Apoſtolis, reliquiſve diſcipulis, in
terim dum orantes expectant Spiritumſanctum accipere, neque ullo poſt tempo
re, moleſti ſint, vllamve inferant iniuriam: quin vt ſinant eos, cum ipſis libuerit, ab
oratione ſurgere, & ſuum opus Euangelicum lætos cum opportunum uiſum fue-
rĩt; aggredi: quod eſt, non excitare neque euigilare facere ſponſam, donec ipſa ue
lit, niſi velint ipſi cœleſtes exercitus in ſe irritare: & ſuæ impietatis vltores experi
rĩ; quales in ſe olim experti fuerunt Reges & populi Chananæi: quos etiam ne con-
tra populum ſuum rebellarent, Dñs olim admonuiſſe uidetur, tanto illis timore Ioſ. 2.
iniecto, vt (quemadmodum dicebat Rahab) elanguerit cor eorum: nec in eis re-
4 manſerit ſpiritus: qui nihilominus populo Dei obſiſtere conati ſunt. Quamobrẽ Pſal. 43.
etiam a cœleſtibus exercitibus magis, quàm ab Hebræis cæſi perierunt. Vt de exer
citibus quinque illorum Regum ſcriptum eſt Ioſue. 10. *Dominus miſit ſuper eos
lapides magnos de cœlo vſque ad Azecha: & mortui ſunt multo plures lapidibus gran-
dinis, quàm quos gladio percuſſerant filij Iſrael.* Nec.n. (ut canit Dauid) brachiũ eorũ
ſaluauit eos: ſed dextera Dñi & illuminatio uultus eius. Dñi porro dextera, & fa-
uor beneuolus Angeli ſunt, qui ſumma ui, & celeritate, Dei & ſummi Regis fece- Acto. 5.
rũt imperata. Quod ẽt Chriſtus affirmat in Euangelio, cũ ait, *videte ne contemnatis
unũ de puſillis iſtis, qui in me credunt: dico.n. vobis, ꝙ Angeli eorũ ſemper vident faciẽ pa-
5 tris mei, qui eſt in cęlis.* Neq; vero ſecretius tantũ Iudæos obteſtatus fuit Chriſtus,
ut a ſua Eccleſia manus abſtinerent, ſed aperte etiam per Gamalielem phariſęum,
& nobilem legis doctorem, hunc in concilio hęc dixiſſe Lucas memorat, *& nunc
dico uobis, diſcedite ab hominibus iſtis, & ſinite illos, quoniam ſi eſt ex hominibus conſi-
lium hoc, aut opus, diſſoluetur: ſi uero ex Deo eſt, non poteritis diſsoluere; ne forte & Deo
repugnare videamini*. Recepta interpretatio hæc dicta refert ad Neophytos, qui
ex gentibus credidiſſent, propterea quòd & ipſi filij ſunt Ieruſalem ſupernæ, quæ
6 omnium fidelium mater eſt; quos Chriſtus obteſtatur, ne peccent, neve ſuis pec-
catis primitiuæ Eccleſię quietem interturbent: eamque a cęleſtium meditatione
ante auocent, quam par ſit, & eidem tempeſtiuum uideatur ad rerum humanarum
admi-

adminiſtrationem, quantum præſentis uitæ conditio exigit, ſe transferre: Idque 1
ſub ea obteſtatione, modo uelint eum capreis, & ceruis aliquando conferri, qui
ſanctorum & perfectorum typum gerunt: propterea quòd animalia munda ſunt,
in locis æditis uerſantur, ſerpentium eſu, & aquę potu oculorum caliginem excu
tiunt: & ſi quando uadum aliquod traijciendum ſit, aut longius iter conficien-
dum; tunc vnus aliquis ex toto agmine antecedit, cuius clunibus, qui proximus
Aug. 1. eſt caput imponit, & ita deinceps longa ſerie totum agmen procedit. Iam quum
Pſal. 41. primus defeſſus fuerit, ad nouiſsimum agmen ſe recipit, & poſtremo caput impo-
nit, ac per uices ſuccedendo omnes mutuas ſibi tradunt operas, uiciſsimque ſuo
rum capitum onera perferendo, uiam peragunt. Sic etiam ſanctorum munda con- 2
uerſatio in cælis eſt, ſic illi acri pęnitentia uirulenta peccata ſua conficiendo, &
aqua ſapientię ſalutaris perfrigerando, priſtinam mentis caliginem ponunt, & ad
diuina myſteria inſpicienda mentis aciem recipiunt; ſic alter alterius onera por-
tant, & charitatis officijs mutuum fulcientes, legem Chriſti adimplent: atq; huius
mundi traiecto vado, in cęlum tandem omnes perueniunt.

FINIS LIB. I.

COSMAE DAMIANI HORTOLANI COMMENTAR.

In Canticum Canticorum Salomonis,

LIBER II. ACTVS II.

Vox Dilecti mei. Ecce, iſte uenit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. Similis eſt dilectus meus capreæ hinnuloque ceruorum. En, ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.

3 HACTENVS Euangelicæ eccleſiæ pueritia, & adoleſcentia Salo
moni delineata eſt. Iam nunc grandior, & firmior uſque ad conſi
ſtentiam ætas ſequentibus duobus actibus adumbratur. Cohære
bunt porro hæc cum ſuperioribus, ſi intelligamus, filias Ieruſa-
lem, quas ſponſus adiurauerat, ne excitarent ſponſam, non ac-
quieuiſſe adiuranti; quinimmo quieſcentem illam non tantùm ex
4 citaſſe, ſed etiam lingua primùm, deinde flagris uerberaſſe. Iſtam uero ſponſam
ad linguæ uerbera (hoc eſt ad obiectum ebrietatis crimen) hęc pro ſe ſobrie ad-
modum, & perquam modeſte reſpondere: bona uerba quæſo fœminæ Ieroſolymi
tanæ: ego uero ebria non ſum, ut uos exiſtimatis; ſed maxime ſobria, & mentis
compos: cuius rei uel ipſa hora diei tertia, quam nunc agimus, abunde uobis fi-
dem faciat. Nec enim ea ſum, quæ adeo male uitam inſtituerim, ut præter comu-
nem noſtræ gentis morem ſummo accumbam mane: nec dum præter omnium,
qui adſunt, opinionem omnium linguis loquor, mea, ſed polygloſsi ſponſi mei,
uerba loquor, cuius ſpiritu, non muſto agitata incaleſco, nec meas, ſed dilecti il-
5 lius mei uoces ædo. Hæc dixerit exterior, & perſonata ſponſa: myſtica uero, &
cuius illa perſonam gerit, Eccleſia Euangelica, quinquageſimo a reſurrectione
ſponſi ſui Chriſti die, cum ad ingentem fragorem, adueniente in ipſam Spiritu
ſancto, de repente æditum, ex omni natione quæ ſub cælo eſt, magna Iero-
ſolymis Iudæorum cõcurriſſet multitudo, ad nouæ rei miraculum ſtupens, quòd
audiret ſua quiſque lingua homines idiotas, Galilæos, & piſcatores admiranda
diuinitatis facta eloqui; & omnes, qui religioſi adeſſent, attoniti dicerent,
6 quid hoc vult eſſe? Alij uero, impii nimirum, ipſos riderent, muſtoque made-
re procaciter obiicerent, uelut e ſomno excitata, per Petrum os ſuum hæc dixit,
viri Iudæi, & qui habitatis Ieruſalem uniuerſi, hoc uobis notum ſit, & auribus percipite

verba mea. Non enim ſicut uos æſtimatis, hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia. Sed hoc eſt, 1
quod dictum eſt per prophetam Iohel. Et erit in nouiſſimis diebus, effundam de ſpiritu meo
ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij ueſtri & filiæ veſtræ, & iuuenes ueſtri viſio-
nes videbunt, & ſeniores ueſtri ſomnia ſomniabunt: & quidem ſuper ſeruos meos, & ancil-
las meas in diebus illis effundam de ſpiritu meo, & prophetabunt; & dabo prodigia in cælo
ſurſum, & ſigna in terra deorſum ſanguinem, & ignem & vaporem fumi. Sol conuertetur
in tenebras, & Luna in ſanguinem, antequam ueniat dies Domini magnus, & manifeſtus.
Et erit, omnis, quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Et poſt multa alia, quæ
in ſua illa apologia in actis Apoſtolorum ſcripta ex ueteri teſtamento de Chriſti
morte, Reſurrectione, & ſumma eiuſdem in cælum ad dexteram Dei patris eue- 2
cti gloria pcrorauit, hæc de ſponſo ſuo ſubiunxit, *dextera igitur Dei exaltatus, &*
promiſſione Spiritus ſancti accepta a patre, effudit hoc donum, quod uos uidetis, & auditis.
Hæc uero cum diceret per Petrum os ſuum Eccleſia, quid aliud fuit, quàm ipſam
dicere, linguarum donum, quod impia Synagoga ebrietati procaciter aſcribebat,
& magno ſupercilio faſtidioſa deridebat, donum Chriſti dilecti ſui eſſe: & vocē
illam omnium nationum idiomata reſonantem, non tam ſuam, quam dilecti ſui
uocem eſſe? & denique dicere, uox hæc, o Iudæi, uox dilecti mei eſt: non enim
ego ſum quæ loquor, ſed ſpiritus Dilecti Chriſti mei, qui in me magnalia Dei ua-
riis linguis loquitur: ut enim cum Dæmonia in nomine Chriſti eijcerēt Apoſtoli, 3
& alia ederent miracula, quæ credentes in eum ædituros apud Marcum Chriſtus
promiſerat, non tam illorum, quam Chriſti dicenda erant admiranda opera; ſic
vox illa non tam eccleſiæ quàm Chriſti dicenda fuit. Neq; enim, ut Chriſtus præ-
dixerat, ipſi erant, qui loquebantur, ſed ſpiritus patris, qui idem Spiritus Chriſti
eſt, loquens in eccleſia. Hoc igitur tam prolixe effuſum Dei Patris, & filii do-
num tam mira breuitate perſtrinxit Salomon. Vox dilecti mei. Argumentum
porro, quo Petrus frigide pro ſua modeſtia obiectum ebrietatis crimen diluere
uidetur, magnam uim habet ex more gentis ſuæ, ex circunſtantia diei, & ex nota
Matt. 22. omnibus Apoſtolorum frugalitate. Mos enim erat veteribus, præſertim Iudæis, 4
Luca. 14. & iis maxime, qui Ieroſolymis in urbe ſancta uerſarentur, in horam nonam differ-
re prandium: unde etiam ueteribus (ut inquit Gregorius) prandium cæna voca-
batur: & idem conuiuium apud Matthæum prandium, apud Lucam cæna uoca-
tur. Quamobrem qui contra eum morem facerent, acriter a prophetis repre-
hendebantur. Præterea cum celeberrimus eſſet Iudæis dies quinquageſimus, of-
ferendique eſſent panes primitiarum, & alia ſacrificia pacifica, quibus legitimum
erat gratias agere Deo pro acceptis frugibus, & epulari coram domino uniuer-
Leui. 23. ſum populum, tam pauperes, quam diuites, ut conſtat ex. 23. capit. Le- 5
Deute. 16. uitici. & 16. Deuteronomii. Porro cum talia fiebant ſacrificia, Ieiunus ma-
nebat populus, donec litatum eſſet, & benedictum eiuſmodi hoſtijs, ut memo-
riæ proditum eſt. 1. Reg. cap. 9. cum uero morem tunc uiolaſſe, iniquum omnino
fuit obiicere, niſi ei, quem conſtaret deplorate uiuere. At uero ſciebant om-
nes, qui aderant, homines illos adeo frugalem, & pauperem ſub præceptore ſuo
uitam egiſſe, ut præ ſtudio pietatis commeatus obliti, dum Chriſtum ſequuntur,
oī rerum penuria ad noctē uſque laboraſſe in deſerto non ſemel deprehenſi ſint: 6
& in ipſo itinere, ut famem ſolarentur, excuſſa ex confricatis ſpicis grana com-
mandare compulſi. Sed hoc crimen impii illi obiecerint gaſtrimargi, & Epulo-
nes Principes Iudæorum, quorum crapulam multo ante in hāc ſubſtantiam taxa-
uerat

uerat Iſaias, *Ve qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſque ad ve ſperam, ut vino æſtuetis.* quorum etiam impietatem ſubindicauit Lucas in Actis, cum poſtquam religioſos omnes Iudæos, qui tum erant Ieroſolymis, narrauit dixiſſe. *Quid hoc vult eſſe?* ſubiunxit. *Alij uero irridentes dicebant, muſto pleni ſunt iſti:* nec enim alios a religioſis intelligere poſsis, præter irreligioſos, & impios. Iſa.5.

Ecce iſte venit ſaliens in montibus tranſiliens colles. &c.

2
Videns ſponſa fœminas Ieroſolymitanas poſt obiectum atrox ebrietatis crimen,
manus etiam ſibi admoliri, & graues minas addere, ad patrem ſponſi conuerſa,
quem dudũ experta eſt propitium, ipſius opem implorat, cui ille annuens exopta-
tum ſponſum ad eam rurſum mittit. Hunc in ſuum auxilium mira celeritate con-
tendentem ipſa uidens, ſeque magnis clamoribus, dum adhuc longe eſt, bono ani
mo eſſe iubentem audiens, circunſtantes ſocias ad ipſum obſeruandum excitat: &
optimæ ſpei ſuæ atque lætitiæ participes facit, eas alloquens in hunc modum. *Ec
ce iſte venit &c.* ac ſi dicat. Nihil meus me fallit auditus, proculdubio quam audio,
3 vox ſponſi mei eſt; o ſociæ bono animo eſte, bene ſperate. Ecce, uidete ſpõſum
meum, ipſus eſt, qui per altiſsimos montes ſaliens, perque humiliores colles in-
ſtar capreæ cuiuſdam, & hinnuli raptim accurrens, in noſtrum auxilium prope-
rat. Eſt enim elegans huius loci exornatio per hyperbolem, quam magis expri-
munt, qui ex Hebræo ſic uertunt: ecce, ipſe uenit ſaliens per montes, raptim accur
rens per colles. Pronomen. n. iſte, iam præſentem oſtendit; ipſe uerò de eo, qui
nondum adeſt, ſed aduentat, rectius dicitur. Adde, quod idem pronomen He-
bræum זה interpres hoc ipſo loco uertit, ipſe. *En ipſe ſtat, &c.* Et cum dicitur
ſponſus per montes ſalire, magis nobis uidere uidemur ipſum per montes ſalien-
4 do ad ſponſam properare, quàm ſi dicatur ſalire in montibus: & quum dicitur
per colles raptim accurrere, manifeſtior eſt tropus hyperbolicus, quo incredibi-
lis impetus, & celeritas ad opem ferendam contendentis ſponſi ſignificatur. Aut
uero quoniam propoſitio Hebraica על in, uel ſuper, frequentius ſignificat, iuxta
vulgatam editionem, dicas Chriſtum hoc loco ad ſolem conferri, quum poſt ca-
liginoſam noctem montium cacumina incipit ſuperare. Tunc enim inæqualiter
ſubeuntibus, & aerem ſurſum motantibus uaporibus, perque eos refringentibus
ſe radiis, ſol in modum capreæ, uel hinnuli apparet ſubſilire, atque ad montes re-
motiores tranſmiſsis radiis, depreſſos colles tranſilire. Sic igitur eccleſia præſen-
5 tem Chriſti opem, & fauorem beneuolum contra ſacerdotes & magiſtratus tem-
pli, & ſaducæos, ceu montes ſuæ auctoritatis, & potentiæ vmbra caliginoſam per
ſequutionis noctem inferentes, ſibi gaudet adeſſe: & infirmioribus ſociis gratu-
latur, ac ſi Chriſtum uideat in modum ſolis ſacerdotes, & magiſtratus templi ſu-
perare: & quos illi montes exhalant, ac ſpirant, minarum uapores, & nebulas diſ-
ſipare, iſque ſuperatis ſaducæos ceu humiliores colles tranſilientem ad ſe admi
randa celeritate properare; quæ eadem eſt obſeruanda ſimilitudinis ratio in fi-
6 ne tertii capitis huius dramatis. Inſuper quòd ſponſa ſponſum ſuum Chriſtum
capreæ, hinnuloque ceruorum comparat, ſecundum humanitatem ipſius inter-
pretandum uidetur; ut quatenus paulo minus quam Angeli imminutus fuiſſe di- Pſalm.8.

citur, eatenus etiam ad ſimilitudinem Angeli cuiuſdam ex ſuperioribus ordinib. 1
qui per capream; item & cuiuſdam ex inferioribus, qui per hinnulum ceruorum
Ioſue.5. deſignatur, in auxilium eccleſiæ dicatur accurrere. Vt olim Ioſue introducturo
populum in terram Chanaan dicitur ſubito aſtitiſſe Angelus in ſpeciem armati
militis ſtricto gladio, qui ſe principem cæleſtis exercitus eſſe dixit. Nimirum, qui
in ipſius, & totius populi auxilium accurriſſet. Præterea, quod vulgata æditio ha-
bet, *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos,*
alij ex Hebręo ſic uertunt: En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum: & proſpicit per fe-
neſtras, ſeque proſpiciendum exhibet per cancellos. Nam participium מֵצִיץ Ma-
ſis Hebræis proſpicere faciens ſignificat. Eſt.n. participium cōiugationis הִפְעִיל in 2
qua geminam actionem notant uerba, quæ in prima קַל actiua ſunt. Quod itaque
ad uerbum ſonat in Hebræo, proſpicere faciens per cancellos, commode admo-
dum reddi uidentur latine, ſeque proſpiciendum exhibet per cancellos. Illud pręs-
terea amantium ingenium magis refert; quod inducitur ſponſus, qui & proſpi-
ciat ſponſam, & eidem ſe proſpiciendum exhibeat: familiare enim eſt amantibus
cum ſentiunt ſuis ſe ſponſis expectatiſsimo aduenire, non ſtatim ad eas ingredi,
ſed in limine domus, aut alibi prope ſubſiſtere; ac luſitantes, quo maius ipſis ſui
excitent deſiderium, ſpecimen aliquod ſubobſcuraque ſuæ præſentiæ indicia 3
præbere, ac ueluti per tranſennam, & cancellatas feneſtras ſe illis proſpiciendos
exhibere. Quos ludos & delitias amatorias illæ, ut ſunt ſollicitæ, & in amore cir-
cunſpectæ, ſtatim deprehendunt, & deprehenſas produnt circunſtantibus, cum
quibus ſuum gaudium gaudent communicare: atque hæc omnia primis illis tem-
poribus in eccleſia ſpiritualiter geſta fuiſſe, ex Actis Apoſtolicis oſtende-
re expoſitum eſt. Quum enim ibi legimus ad aduentum ſpiritus ſancti inui-
dos Iudæos Ieroſolymitanos donum linguarum, quod in Apoſtolis reli-
quarum nationum uiri religioſi, & pii ſtuperent & admirarentur, profu-
Act.2. ſo cachinno irridere; & qui ſobrii eſſent, ac Deo pleni, ebrietatis inſimu- 4
lare, an non hoc fuit ſponſæ in Dei pace quieſcenti, & ſuauem ſomnum
capienti obſtrepere, atque atroci iniuria laceſsitam excitare? Præterea cum
de Petro & Ioanne poſtquam claudum illum in nomine Ieſu curaſſent, in-
Act.4. deque ſumpta occaſione, reſurrectionem Chriſti in templo publice docerent
populum, ſacra narret hiſtoria ſuperueniſſe ſacerdotes, & magiſtratus tem-
pli, & ſaducæos dolentes, quòd docerent populum, & annunciarent in
Ieſu Reſurrectionem ex mortuis, atque inieciſſe in eos manus, & in cu-
ſtodia poſuiſſe in craſtinum.

Et rurſum, ſurgente principe ſacerdotum unà cum reliquis, quæ erat 5
hæreſis ſaducæorum, omnes repletos zelo inieciſſe manus in Apoſtolos,
eoſque poſuiſſe in cuſtodia publica; deinde uocatis, & cæſis denunciaſ-
ſe, ne omnino loquerentur in nomine Ieſu. Quid aliud fuit, quàm eui-
gilare facere ſponſam, atque inuitam improbis torquere uigiliis? Iam er-
go contra importunitatem ſic legimus ſponſam ſponſi ſui patrem opem poſce-
re. *Domine tu es, qui feciſti cęlum, & terram, mare; & omnia, quæ in eis
ſunt: qui ſpiritu ſancto per os patris noſtri Dauid dixiſti. Quare fremuerunt gentes:* 6
*& populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt Reges terræ: & principes conuenerunt
in unum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Conuenerunt enim in ci-
uitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum, quem vnxiſti, Herodes, &*

Pon-

1 *Pontius Pilatus cum gentibus, & populis Iſrael, facere, quæ manus tua, & concilium
tuum decreuerunt fieri. Et nunc domine, reſpice in minas eorum, & da ſeruis tuis cum om-
ni fiducia loqui uerbum tuum: in eo quod manum tuam extendas ad ſanitates, & ſigna, &
prodigia fieri per nomen ſancti filij tui Ieſu.* Quod etiam ſubiungit hiſtoria, *Et quum
oraſſent, motus eſt locus, in quo erant congregati: & repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, &
loquebantur uerbum Dei cum fiducia.* Hoc certe fuit Chriſtum per Herodem, & Pi-
latum, quaſi per montes inſtar capreæ & hinnuli ſalientem: & per ſacerdotes, &
ſaduceos, & Magiſtratus templi, quaſi per colles raptim accurretem in auxilium
ſuum, ab eccleſia obſeruari. At uero per montes Reges, per colles Principes infe-
2 riores, & poteſtates in ſcripturis ſignificari, conſtat manifeſte ex cantico Haba-
cuch, ubi de Deo interficiente per ſuum exercitum populos, reges, & inferiores
Principes Chananæos ſic loquitur propheta. *Aſpexit & diſſoluit gentes, & contriti
ſunt montes ſeculi: inclinati ſunt colles mundi. &c.* Hunc igitur Chriſti fauorem præ-
ſentiſſimum; quem neque gentium, neque Iudæorum Principes impedire potue-
runt, quum deprehendiſſet eccleſia, eamque inde ſpem concepiſſet, atque fidu-
ciam, factiſque exprimeret, quam hæc uerba myſtice ſignificant, tunc proculdu-
bio dicere uiſa eſt. *Ecce ipſe venit ſaliens per montes, tranſiliens colles. Similis eſt di-
lectus meus capreæ hinnuloque ceruorum.* Iam uero cum Chriſtus, ex quo cælum in-
3 ſcendit ſe Apoſtolis aperte conſpiciendum nunquam præbuerit, ſed obſcure tan
tum per certa quædam ſuæ præſentiæ argumenta, Nempe quum promiſſum ſpi-
ritum ſuum ipſis exhibuit, cum Cænaculum concuſſit, quum per eos claudum il-
lum ad portam templi ſpecioſam ſedentem curauit, multaque alia præclara ope-
ra geſſit; poſt ea certe ſigna, ceu poſt medium inter eccleſiam, & ipſum interpoſi-
tum parietem ſtetiſſe uiſus eſt: perque ea, ceu per cancellatas feneſtras illi ſe pro-
ſpiciendum præbuiſſe, quam ipſe per patentes feneſtras proſpiceret. Qui enim
ex interiore domo per cancellatas feneſtras proſpicit eos qui extra cancellos sũt,
obſcure uidet: qui uero foris per feneſtras nullis cancellis, nullis ue impedi-
4 mentis obtectas introrſum proſpicit eos, qui intus ſunt, manifeſte inſpicit. Quo-
modo ſuos Apoſtolos uidebat Chriſtus. Quippe cui (ut Paulus ait) *ſermo Dei* Heb. 4.
*cum ſit viuus, & efficax, ac penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad
diuiſionem animæ, ac Spiritus, compagum quoque ac medullarum, nulla creatura eſt in-
uiſibilis; ſed omnia nuda ſunt, & aperta ipſius oculis.* Illi uero domo lutea cor-
poris adhuc concluſi, per ſenſus, uelut per domus ſuæ cancellos in ſignis, &
argumentis, quæ proxime memorauimus, Chriſtum uidebant (ut idem Paulus di- 1. Cor. 13.
cebat) per ſpeculum, & in ænigmate. Et Ioannes, *Scimus inquit, quòd filius Dei ve-* 1. Ioan. 5.
*nit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deum: & ſimus in vero filio eius. Hic
5 eſt verus Deus, & vita æterna.* Id uero perinde fuit ac dicere, en ipſe ſtat poſt parie
tẽ noſtrũ ꝓpiciens ꝑ feneſtras, ſeq; proſpiciendũ exhibẽs per cancellos; aut uero
(ne a vulgata æditione diſcedamus) reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per can-
cellos. ut enim dum ipſe nos amat, amandum ſe nobis præbet, ſeque ut amemus,
præſtat; ſic cum nos reſpicit per feneſtras, nempe cum manifeſta nobis exhibet
ſui fauoris argumenta, & cum nos proſpicit per cancellos, nempe cũ obſcura no-
bis exhibet ſui fauoris ſigna, ꝑ eoſdẽ quoq; cancellos ſe nobis præbet proſpiciẽ-
6 dũ. Recepta porro interpretatio eſt, ut ſponſa hiſce uerbis ſignificet, ſe ſponſum
audiſſe quũ adiuraret filias Ieruſalem, nempe imperfectiores de eccleſia. Atq; hãc
uocẽ conſolatoriã, ſibi eſſe gratiſſimã, uel ob id qđ dũ in hac uita illius faciẽ nõ

uidet, interim tñ ſpecimẽ quoddã, & ſuauẽ futuræ beatitudinis pcipiat ſenſũ. Re 1
liqua uero referant ad incarnationẽ, & aduentũ Chriſti in mundũ, & eiuſdẽ redi
tũ in cęlũ ſuper oẽs ſanctos tã maiores, qui per montes, q̃ minores, qui per colles
deſignẽtur. Salire aũt, & tranſilire dicatur, propterea ꝙ ſublimium corda crebra
uiſitatione illuſtret: Nec tñ (quia breuis eſt contemplationis delectatio) ibi reſi-
deat, aut diu permaneat. Paries præterea, qui ab eius aſpectu nos prohibet, morta-
litatis conditio ſit: in quo tñ crebra diuinæ inſpirationis luce perfuſis mentib, no-
ſtris, ipſe uelut per feneſtras, & cancellos ſe nobis proſpiciendum præbeat. Theo
doretus, aſſueta; inquit, ſponſa ſacris ſponſi ſermonibus, agnoſcit ipſius vocem ;
Quemadmodum & Dominus in ſacris Euangeliis inquit, *Oues meæ vocem meam au* 2
diunt; extraneos uero non ſequuntur, quoniam non nouerunt vocem alienorum. Inſerit in-
terim idem auctor hoc loco multa de viſoria ui, quę acerrima ſit in capreas, ideoq;
aſsimiletur ei ſponſus tanquam præſcius, & præuidens futurorum. Item multa de
ingenio Ceruorum, quibus familiare eſt pugnare cũ ſerpentib. & draconib. eoſq;
vincere, & citra damnum edere inſtar herbæ; ideoq; aſsimilari Chriſtum ei anima
li, qui Dæmones, & ſerpẽtem antiquum uicerit; ſuiſq; ptãtem dederit calcandi ſu
per ſerpentes, & ſcorpiones, & omnem uirtutem inimici. Hinnulo aũt comparari
ſponſum, propterea ꝙ cum adhuc recens natus eſſet, ad ſe adorandum traxerit
magos; quaſi ſerpentes quoſdam, & poteſtatem Diaboli, nempe ipſius prophe- 3
tas deſtruens: denique hæc addit, docet hic ſponſa factam eſſe idolorum deſtru-
ctionem. Montes enim & colles, Lucos & delubra Dæmonum appellat, quæ
olim in montibus & collibus fuerint; per quę ſaliens ille tum per ſapientiam verbi,
tum per uirtutem miraculorum uicit; & loca illa vana omnino reddidit. annotat
præterea Symmachum neglexiſſe hæc uerba, nec uertiſſe. Tantum enim hæc
vertit. ἰδοὺ οὗτος [illegible] κατὰ τῶν βουνῶν. Græcorius,
Maximus, & Neilus, noſter paries inquiunt, eſt ipſum creatum; poſt quod ipſe
increatus & omnium opifex Deus uerbum tanquam principium eorum, quæ mo-
tum habent ideſt finem: Sic enim eſt, etiam ipſe ante, tanquam etiam omnium 4
finis rerum, quoniam ipſum nondum inuenimus ex fine (Non dum enim ſecun-
dum omnem motum in ipſo quieuimus; quod, quidem eſt ipſe finis) poſt ſtare
dicitur aſpiciens per feneſtras. Feneſtræ uero naturæ creatæ, participationes
ſunt ipſius increati, per quas hic in illam aſpicit, ipſius curam gerendo, modo nos
eas ipſi non occludamus moribus præternaturalibus [illegible] δικτύων,
hoc eſt, ἐποπτεύων ἡμᾶς quaſi res ſacras nos aſpiciens per communionem uirtu-
tum. Si enim habeamus iam dictas feneſtras apertas quidem, cuſtoditas tamen
ea uirtutum connexione, quæ ſecundum rationem eſt, iuxta quam rationem ſunt 5
ipſæ inſtar cancellorum, ſe ipſas complectentes, ne quidquam omnino uolatilium
acriorum ſpirituum ſubintret, & repoſitum in nobis diuinæ doctrinæ ſemen
perdat, inſpicit in nos per huiuſmodi cancellos ipſa uirtutum eſſentia. Nempe
ille, qui factus eſt nobis a Deo Sapientia, Iuſtitia, & Sanctificatio, & Redemptio,
vnigenitus ipſius filius, & uerbum.

En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, colum- 6
ba mea, formoſa mea, & veni. Iam enim hyems tranſiit, imber
abiit, & receſsit.

1 *Flores apparuerunt in terra noſtra,tempus putationis aducnit, vox turturis audita eſt in terra noſtra.*
Ficus protulit groſſos ſuos, vineæ florentes dederunt odorem ſuum.
Surge, propera amica mea, ſpecioſa mea, & veni.
Columba mea in foraminibus Petræ, in cauerna maceriæ, oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis; vox enim tua
2 *dulcis, & facies tua decora.*

Sponſa ſuas proxime ſodales admonuit, quãta celeritate ſuppetias laturum ſponſum ad ſe properare obſeruauerit, eundemque ubi ueniſſet, poſt parietẽ domus ſuæ ſubſiſtere luſitantem. Iam nunc quid ille dicat, quib. ue ipſam blanditijs rus euocet, refert. Blanditur nanque ei ſponſus ſemel & iterum amicam ſuam, & formoſam ſuam, demum & columbam ſuam, ſuas ſcilicet delitias appellando, columbas enim veteribus in delitiis fuiſſe conſtat ex illis ethnici poetæ uerſibus.

3 *Stellæ delitium mei Columba*
(Verona licet andiente dicam)
Vicit maxime paſſerem Catulli.

Hęc itaq; elogia meras amoris delitias ſpirant, & ampliſsimas ſponſæ laudes habent, quib. ipſa moueri poſsit, & in ſponſi ſententiam pertrahi. Accedit hiſce laudibus eiuſdem ſponſę commendatio a uocis ſuauitate, & faciei uenuſtate. Ad hęc commemorat ſponſus uarias uerni temporis delitias, quibus prouocati amantes in agrum animi gratia libenter prodire ſolent, & ad amorem excitari. In quibus certe omnibus (tametſi de more vulgariter amantium dicta ſint) dum ad myſti-
4 cos, & ſpirituales Chriſti & eccleſię amores transferuntur, apparet illa, quam Paulus admiratur gratia, benignitas, & philanthropia Dei Saluatoris noſtri, *erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & ſecularia deſideria caſte, ſobrie, iuſte, & pie viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti: qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum.* Nam qui ſcelera noſtra inimicitiarum cauſas, in ſeipſo ulciſci, ſordes noſtras, omnemque fœditatem ſuo ſanguine elucre, & ſuo exhibito ſpiritu columbina innocentia nos ornare dignatus eſt, hiſce commemorandis beneficijs in hoc tenere blanditur, & Tit. 2.
5 in noſtris ſecretè delitiatur præcordiis, ut in ſua nos puritate, innocentia, atque amicitia ſemper contineat, ad res præclarè gerendas propenſiores reddat, & ſui tandem Regni participes faciat. Huc igitur ſpectans Chriſtus, ſimul etiam ut eccleſia ſtabilis beneuolentiæ, & patrocinii a ſponſo accepta fiducia, præſtet fidem, cum ſumma amoris ſui teſtificatione ipſam ad ſe, & ad munus Euangelicũ e carcere publico euocat. Vbi innocentes Apoſtoli ceu columbæ quædam in perforata rupe, & in receſsibus cocleatæ turris latere uidentur. Solent enim
6 columbæ in huiuſmodi locis nidulari, & latitare. Atque in hunc carcerem coniecta eccleſia propterea quòd deſeruerit populum ſuum, & domum patris ſui, audire modo attente, & uidere poſſet Chriſtum Regem ſuum; ſic illum viciſsim in

ſui amorem rapit, & concupiſcentiam, nihil ut ille magis expetere uideatur, quam 1
uenuſtam eccleſiæ ſuæ faciem intueri, & dulcem uocem exaudire. Quos mutuos
Pſal. 44. amores ſponſorum Regius uates his uerſibus celebrauit. *Audi filia, & vide, & in-*
clina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet Rex
decorem tuum: quoniam ipſe dominus Deus tuus, & adorabunt eum. Poteſt enim hoc
loco iuxta proprietatem ſermonis Hebræi uериſimilis ſumi coniectura, Ieroſoly
mis publicum fuiſſe carcerem, cuius eſſent inferiores receſſus cauernæ rupis ali-
cuius, ſuperiores uero fornicatæ concamerationes turris ſuper rupem illam e x-
tructæ, ad quam per cocleam aſcenderetur: atque in his locis uinctos coniectos
fuiſſe Apoſtolos. Locus in Hebræo ſic habet יונתי בחגוי הסלע בסתר המדרגה Hoc eſt, 2
columba mea in cauernis iſtius petræ, in receſſu iſtarum ſcalarum, aut iſtius
cocleæ: quod noſter interpres uertit columba mea, in foraminibus petræ, in ca-
uerna maceriæ. Porro Apoſtolos paulo poſt acceptum ſpiritum ſanctum in cu-
ſtodia publica fuiſſe poſitos, & inde ad prædicandum Euangelium uirtute diuina
eductos, ſacra narrat hiſtoria in hūc modum: *Exurgens autem Princeps ſacerdotum,*
& omnes qui cum illo erant, quæ eſt hæreſis ſaducæorum, repleti ſunt zelo: & iniecerunt
manus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica. Angelus autem domini per no-
ctem aperiens ianuas carceris, & educens eos, dixit: Ite, & ſtantes loquimini in tem-
plo plebi omnia uerba uitæ huius. Quod ergo Chriſtus per Angelum ſimplices & 3
innocentes Apoſtolos ſuos e cuſtodia publica educit, ipſiſque præcipit, uerba ui
tæ in templo ut nuntient populo, id certe fecit per ſe in illorum animos illapſus,
blandiendo ſecretius, & familiarius, quàm dici poſsit, in eundem ſenſum, quem
hæc uerba faciunt loquendo, *Surge amica mea, formoſa mea, & ueni: Columba mea,*
in cauernis iſtius petræ, in receſſu iſtius cocleę, aut uero in foraminibus petræ, in cauerna
maceriæ, oſtende mihi faciem tuam, ſonet uox tua in auribus meis: uox enim tua dulcis, &
facies tua decora. Iam uero quæ in loco ex Actis proxime citato, de incremento
fidei, & efficacia legimus, eadem ſunt argumenta, quæ hoc loco ex diuerſis Meta
phoris ſumpta, ad hoc ipſum perſuadendum Apoſtolis allegoricos adducuntur. 4
Per hyemem enim iam præteritam, tempora Aſcenſionem Chriſti in cælum prę-
cedentia intelligimus; nubila illa quidem propter infidelitatem, & rigida propter
inuidiam, & inueterata odia; quæ animos hominum torpidos, atque infrugiferos
reddiderant; priuatos nimirum clara fidei luce, ut uiuifico, actuoſoq; calore cha-
ritatis: quum ſol iuſtitiæ Chriſtus ex obliquo terram deſpiciens, infidelitatis &
ignorantiæ nubes e terrenis hominum cordibus ſurgentes, nondum diſcuſsiſſet.
Quas deinde ſublatus in cælum, & ceu irradians ſol, ac omnia uiuificans in auſtra
lem cæli plagam euectus, immiſſo in diſcipulorū corda ſpiritu ſuo procul abegit,
Pſal. 103. d ac diſsipauit: & (ut Dauid canebat) terræ faciem renouauit. *Tunc populus, qui am-* 5
Iſa. 9. *bulabat in tenebris, vidit lucem magnam: & ſedentibus in umbra mortis, lux orta eſt eis.*
2. Cor. 4. Tunc, *Deus qui iuſſit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illu*
minationem ſcientiæ claritatis Dei in facie Chriſti Ieſu, quippe qui rectos in mundum
dirigens radios diſcuſsis denſiſsimis, quibus mundus obductus erat, nebulis, aper
ta facie nos cæpit aſpicere, corda noſtra fidei luce perfundere, ſuæq; charitatis ca
lore viuificare: atq; ita demū exacta hyeme, & inducto in orbē uere, ad ſe trahe-
re, ſuiq; uerbi cæleſti ſemine germinare. Hoc nimirū fuit, qđ ipſe dixerat, *& ego* 6
ſi exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipſum. vñ factū eſt, ut tunc oīs ager, tunc
oīs arbor parturire, tunc formoſiſsimus annus, annus inquam Deo acceptus, cæ-
perit

1 perit apparere. Ab eo ergo tempore ſumpto argumento ſuadet Chriſtus Eccleſię
Apoſtolicæ, vt in agrum & vineas Euágelicas ſecum prodeat. Addit & aliud huic
affine argumentum, quòd nullus iam imber immineat, qui ipſam ab eo ſpectacu-
lo poſsit deterrere. Eſt autem imber (ut ſcribit Apuleius) agmen aquarum lar-
gius ex concretis effuſum nubibus. Sic & ex illis, quas memorauimus nubibus, lar *Pſalm. 68.*
giſsimum malorum, & afflictionum, velut aquarum, agmen paſsionis hyeme in
Chriſtum magno impetu eſt effuſum. Quemadmodum ipſe queritur. *Intrauerunt*
aquæ uſque ad animam meam, veni in altitudinem maris, & tempeſtas de merſit me. Et ali *Pſalm. 41.*
bi, *Abyſſus inquit, abyſſum inuocat a uoce cataractarum tuarum; omnia excelſa tua, & flu*
2 *ctus tui tranſierunt ſuper me.* Etrurſum, *Confirmatus eſt ſuper me furor tuus, & omnes* *Pſalm. 88.*
fluctus tuos induxiſti ſuper me, imber celerrimus delabitur, & ſub Dio poſitos op-
primit. Ita & præcipitatum Synagogæ iudicium, & populi Iudaici clamores im-
probi Chriſtum omnium iniurijs expoſitum oppreſſerunt. Quam gentis illius in-
credibilem impietatem ſtupet Iſaias, nec ullis uerbis exprimi poſſe putat, quum
ait, *De anguſtia, & de iudicio ſublatus eſt*, id eſt, abſque dilatione, citraque iudicium
raptus eſt. *Generationem eius quis enarrabit?* Hanc vero hyemem ſic deſcripſiſſe ui- *Iſa. 53.*
detur Zacharias. *Et erit in die illa, Non erit Lux, ſed frigus, & gelu.* His uero imbri-
bus obrui voluit Chriſtus, & mori: vt per mortem ſuam deſtrueret eum, qui habe *Zach. 14.*
3 bat mortis imperium, id eſt, Diabolum: & liberaret eos, qui præ timore mortis *Hebr. 2.*
per totam uitam obnoxij erant ſeruituti. Cui certe tum maxime obnoxij Apoſto
li eo deſerto ceu oues percuſſo paſtore, aufugerunt. Sed illi ipſi mortuo Chriſto,
& ſuſcitato, eiuſdem ſpiritum cum accepiſſent, nullas iam hominum minas, nul-
lave pericula timuerunt, ut ratum oſtenderent illud Dei iuſiurandum, *Quod iura-*
uit ad Abraham patrem noſtrum daturum ſe nobis, vt ſine timore de manu inimicorum no-
ſtrorum liberati, ſeruiamus illi in ſanctitate, & iuſtitia coram illo omnibus diebus noſtris.
Hanc igitur eccleſiæ libertatem, & fiduciam memorans Chriſtus hoc loco, iam *Luca 1.*
tranſiſſe imbrem, id eſt omnem mortis timorem, affirmat: & ad audax prædicatio
4 nis Euangelicæ munus hortatur Apoſtolos, ſe illis exhibens ſocium, & ſuo exem-
plo, qui mundum vicerit iubens confidere, pedemque cum mundo fortiter con-
ferre. Poſt illa ergo duriſsima tempora, quum induxiſſet Chriſtus tempus iucun- *Ioan. 16.*
diſsimum, & inſtar veris gratiſsimum, quo e terra ipſe ſurrexiſſet, cœlum ſubijſ- *Luc. 1.*
ſet, Spiritum ſuum in animos fidelium inſpiraſſet, omnemque inde timorem mor
tis excuſsiſſet, tunc admiranda extitit cœli clementia; Dei nimirum, omniumque
cœlitum erga homines fauor beneuolus; Tunc cæleſti ſpiritu calefactis, uiuifica
tiſque & fęcundatis hominum cordibus, germina, & flores fidei optimos bono-
rum operum fructus pollicentes, in terra cęperunt conſpici; auium varij cantus
5 uarijs linguis Deum laudantium exaudiri, hominum ſcilicet piorum, qui pleni *Act. 2. et 4*
ſpiritu ſancto ſe mutuo alloquebantur pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, *Ephes. 5.*
cantantes, & pſallentes in cordibus ſuis Domino: Tunc etiam exaudiri gemitus *Luca 13.*
illarum turturum, quarum una die tres millia, altera uero duo millia ad peni-
tentiam Petrus pertraxiſſet: Tunc & ficus illa, quæ iam tribus annis, hoc
eſt longo tempore, terram ſterilis occupabat, nec quidquam præter patula,
& ad ſolam hypocriſim, atque oſtentationem compoſita, humanarum tra-
6 ditionum, & cæremoniarum folia obtendebat, uiſa eſt groſſos proferre: qui
cum præcoces quidam ficus ſint, & velut flores in reliquis arboribus frugi-
feris, legitimos in ficu arbore præcedunt fructus, & ipſi quoque bonorum
operum

Iſa. 5. operum, ſuo tempore reddendorum certiſsima ſunt argumenta: Tunc & vinea 1
Ierem. 2. illa Domini ſabaoth, domus Iſrael, quæ ante uerſa erat in amaritudinem & quæ
Pſalm. 68. Domino ſuo pro vua fel, proque uino acetum exhibebat, ſimul & ipſa vinea gen
tium, ex qua illa liuorem conſpecta duxerat, in meliorem mutatæ naturam, fidei
flores protulerunt, ſuauiſsimumque Chriſto Domino ſuo odorem reddiderũt:
Ac tunc demum fuit tempus putationi accommodum, vt palmites, qui deſperati
eſſent, nec ullam ſpem fructus oſtenderent, de Chriſto, qui vera vitis eſt, diuinæ
vltionis falce reſecarentur, & amputati in ignem conijcerentur. Qui uerò per fi-
dem bonorum operum fructus ferrent, a ſuperuacaneis carnis ſarmentis, prædica
tionis falce repurgati, vberiores in poſterum fructus ęderent. *Nos*, inquit Pau- 2
Ioan. 15. lus, *annunciamus Chriſtum corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem*
Coloſ. 1. *in omni ſapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu.* In hunc cer
te agrum, in has uineas inuiſendas, & unà cum ipſo curandas apoſtolicam e carce
re Chriſtus euocat Eccleſiam, eamque ut ſe in templo bona fide concionantem
ipſi conſpiciendam, & audiendam præbeat, hortatur: illo in poſtremum locum
tanquam ad id perſuadendum firmiſsimo ſeruato argumento, quòd illius dulci
voce audienda, & pulchra facie contemplanda, ipſe ſummopere ſit delectandus.
Sicut enim Egregius opifex abſolutum opus ſuum magna cum voluptate contem
platur, vt Phidias Mineruam illam ſuam, ſibique uehementer gaudet, quòd ideam 3
pulchritudinis in ſua mente inſidentem (ad quam, manum artemque direxit) in
exteriore ſimulachro fœliciter expreſſerit: Sic & Chriſtus eccleſiæ ſuæ ſpeciem,
quam ipſe ſe ipſum intuens, in ſeque defixus, qui ipſamet pulchritudo eſt, ad ima
ginem & ſimilitudinem ſuam de ſe expreſsit fælíciſsime, quanta cum voluptate
contempletur, & quam uehementer ſibi gaudeat, ſeipſum in ea ad uiuum expreſ-
ſum uidere, ipſe oſtendit, dum tot blanditijs atque amatorijs adhibitis argumen-
tis, & adhortationibus e cauernis petræ eam ad ſe euocat, ſeque eius uiſendæ, at-
que audiendæ maximo teneri deſiderio conteſtatur. Id uerò ſecum reputans ec-
cleſia, pulchram faciem ſuam vni Chriſto ſponſo ſuo chariſsimo ſpectandam ex- 4
hibet: atque illi ſoli ſuauem vocem ſuam ſtudet componere: & vt ipſum velle no
2. Corint. 5. uit, accommodare. Quem ſuum animum, & firmum inſtitutum, per ſuum Paulum
2. Corint. 2. ipſa in hunc modum profitetur, *Scientes timorem Domini hominibus ſuademus: Deo*
2. Corint. 1. *autem manifeſti ſumus*, & alibi. *Non ſumus inquit, ſicut plurimi, adulterantes uerbum*
Dei: ſed ex ſynceritate cordis tanquam ex Deo, coram Deo in Chriſto loquimur. Rurſum,
Gloria noſtra ait, hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ: quod in ſimplicitate cordis, & in
ſynceritate Dei, & non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mun
do. Hæc demum dulcis illa vox eſt, quam Chriſtus audire, hæc decora eccleſiæ fa-
cies, quam ille cupit contemplari, hi operoſi uinitores, quos ſe daturum ſuæ Ec- 5
Oſeæ 2. cleſiæ apud Oſeam ſponſus olim promiſit. Iam uerò, quiſquis Euangelicam fun-
Rom. 10. ctionem obire parat, hoc exemplo caueat, eo non vocatus accedere. *Quomodo*
namque prædicabunt, inquit Paulus, niſi mittantur; vocatus autem, antequam in con-
cionem prodeat, illud in primis curet ſedulo, ut mentem ac conſcientiam ſuam
ſic ſanam habeat, & omni ambitione, ac cupiditate liberam, ut ad ſolam Chriſti
2. Corint. 4. gloriam ſpectet, & profectum proximorum; ut cum Paulo, & tota Eccleſia Apo-
ſtolica poſsit dicere. *Non prædicamus noſmetipſos: ſed Ieſum Chriſtum Dominum no-* 6
ſtrum, nos autem ſeruos veſtros per Ieſum. Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem
ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei in fa-

cie

1 *cie Chriſti Ieſu*. Orationem præterea, & vocem ſuam non prurientium hominum
vitiatis, ſed caſtis Chriſti auribus attemperet: ut quæ Chriſti iudicio pulchra fue
rit facies, & ſuauis oratio, populum perinde moueat, & delectet, ac ſi Chriſtum,
cuius ipſe perſonam agit, & faciem, ac ſermonem exprimit, concionantem ſibi po
pulus uidere uideatur, & audire: Illud tum obiter admonendus eſt lector, nec in
Hebræo, nec in complutenſi latino exemplari in primo huius loci uerſu legi, co-
lumba mea: & pro eo quòd noſter interpres uertit, ſurge & propera, in Hebræo
tantum eſſe קוּמִי לָךְ ſurge tibi. vt ex idiotiſmo Hebraico datiuus ille לָךְ tibi,
abundet. Sed latinus interpres pro imperatiuo uerbi Hebrei לֵךְ ſumpſiſſe uide-
2 tur, ut etiam ſumpſerunt ſeptuaginta, in quorum æditione legimus, ἀνάστα, ἐλθέ.
Surge, ueni, ratio tum grammatica reclamat, quæ exigit in imperatiuo fœmini-
no, י finale, vt ibidem ſecundo loco legimus וּלְכִי לָךְ & uenit tibi. Præterea הַנִּצָּנִים
quod noſter interpres uertit flores, etiam germina ſignificat, nec in Hebræo eſt,
in terra noſtra: ſed in terra בָּאָרֶץ item, pro eo quod æditio noſtra habet, tempus
putationis, in Hebræo eſt עֵת הַזָּמִיר quod etiam ſignificat tempus cantillationis.
Nos utroque loco utramque complexi ſumus interpretationem. Nec tamen diſsi
mulare poſſumus, conuenientius uerti hoc loco tempus cantillationis, aut, can-
tui auium idoneum. Nam non idem eſt tempus, quo putantur, & quo florent ui-
3 neæ: ſed uere & cantillant aues, & uineæ florent; ſub hyemem tamen putãtur. Vbi
etiam noſtra æditio habet uineæ florentes, in Hebræo eſt, הַגְּפָנִים סְמָדַר hoc eſt, ui
tes cum uua acerba. Vt ſubintelligamus præpoſitionem cum, quippe quæ iã erum
pentem e floribus oſtentant uuam, ut nuper conuerſos in Chriſtum fideles intel-
ligamus: qui iam erumpentia ex fide ſua perfectorum operum initia proferunt:
quique ſuæ fidei ſuauiſsime olentis odore olfactum Chriſti & eccleſiæ, incipien
tis uero vuæ iucundo ſpectaculo eorundem oculos uehementer poſsint oblecta-
re. Sic etiam proxime ſequenti uerſu, ubi in uulgata æditione legimus, uinea no-
ſtra floruit, in hebræo eſt uineæ noſtræ vuam acerbam, ſubaudi iam proferunt.
4 Sic porro ſponſus hoc loco metaphoris, & tropis amatorijs ſuam eccleſiam, nem
pe Apoſtolos, & Petrum in primis, ad prædicandum Euangelium, & ad introdu-
cendum electos ſuos in Regnum Euangelicum uocat; ut olim uocauit Ioſue ad
introducendum carnales Iſraelitas in terram Chanaan, quo Moſes non potuit Heb. 7.
introducere; ut nec ipſa lex (cuius ille imaginem geſsit, quemadmodum docet
Paulus) ad perfectos mores, & cæleſtem patriam. Eò enim ſolus Ieſus Chriſtus,
(cuius typus fuit Ioſue) per ſuam, & ſuorum apoſtolorum prædicationẽ erat in- Pſal. 2.
troducturus; quippe qui tanquam filius conſtitutus ſit a Deo patre Rex ſuper
Syon montem ſanctum eius, prædicans preceptum eius. Vt ergo Chriſtus hoc lo
5 co amatorijs argumentis ſuam hortatur Eccleſiam quum ait, *Surge amica mea, co-
lumba mea, formoſa mea, & veni. &c.* Sic defuncto Moſe hortatur Ioſue, cum illum
ſic alloquitur, *Surge, & tranſi Iordanem tu, & omnis populus tecum in terram, quam
ego dabo filijs Iſrael.* Et paucis interiectis, *Confortare inquit, & eſto robuſtus: tu enim* Ioſ. 1.
ſorte diuides populo huic terram, pro qua iuraui, vt traderem eam illis. Et paulum poſt,
*Noli metuere, inquit, & noli timere, quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus in omnibus,
ad quæcunque perrexeris.* Alludit præterea hoc loco ſponſus, cum dicit hyemem
6 iam tranſiſſe, & imbrem abijſſe, ad uernum tempus, quo Ioſue induxit filios Iſ-
rael in campeſtria Ierico. Populus enim ut ſacra refert hiſtoria; aſcendit ad Ior- Ioſ. 4.
danẽ decima die menſis primi: & caſtrametati ſunt in Galgalis contra orienta-
lem

lem plagam urbis Ierico: conſtat autem, quem primum menſem numerant He- 1
bræi, noſtrum eſſe Martium, cuius undecima die incipit uer. Ei uero tempori alle
goricòs reſpondet ver, quod hoc loco miro artificio Spiritus ſancti picturatum
deſcribitur; tanto ſane gratius, & iucundius eo uere, quo Moſes ex Aegypto edu
Exod.12. f xit populum Iſraeliticum, & eo item, quo Ioſue in terram lacte & melle manantẽ
induxit, quanto duriora, & horridiora fuere hyems, & imber, quæ hic memoran-
tur, & nos fuſe ſatis explicauimus, grauiſsima ſeruitutis hyeme, & malorum om
nium imbribus, quæ filii Iſrael tum in Aegypto, tum in deſerto pertulere. Nam
& eo etiam hic alluditur. Atque in huius loci interpretatione ſatis nobis conue-
nit cum communi, præterquam in myſtica explanatione foraminum petræ, & ca- 2
uernæ maceriæ. Nam pleriq; hæc referunt ad paſsionem Chriſti in cruce confixi,
& confoſsi, in cuius meditationem ſe recipiens eccleſia, a diaboli inſidiis tuta ma
net: perinde atque columba cum accipitrem fugiens, ut ſuæ ſaluti & uitæ conſu-
lat, in rupium, & maceriarum foramina, & cauernas confugit, ſeque ibi in tuto
colloeat. Quæ quidem interpretatio pia admodum eſt: At noſtra magis cohæret,
& hiſtoriæ continentiam ſeruat.

Capite nobis vulpes paruas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea 3
noſtra floruit.

Egreſſa in agrum ſponſa vnà cum ſponſo, & ſponſi ſodalibus, ubi omnibus perlu
ſtratis, deprehendit uineam ſibi cum ſponſo communem iam florere; graue ta-
men detrimentum capere a uulpeculis quibuſdam; tantam iacturam ægre ferens,
orat ſponſum & ſodales ut in ſuam & ſociarum ſuarum gratiam uulpes illas, in-
terim dum paruæ ſunt, capiant; ne ſi ad iuſtam magnitudinem proueniant, uineã
funditus uaſtent. Aiunt enim grandiores uulpes uerno tempore uineta ſuſfode-
re, atque effoſſa circum terra uites humore deſtitutas areſcere. Cuius allegoriæ 4
hic uidetur eſſe ſenſus myſticus. Egreſsi e carcere publico Apoſtoli Chriſto du-
Matt.21.d ce & Angelis in templum ad prædicanda verba uitæ populo, (quæ uinea eſt, de
qua, Scribæ & phariſæi hæc prædixerant, malos male perdet: & uineam ſuam lo-
cabit agricolis, qui reddent ei fructus temporibus ſuis) quum ſua prædicatione
omnem darent operam, ut tanquam ſeduli & fideles agricolæ, ex ea uinea uberes
redderent Chriſto fructus, uiderent tamen nuper extitiſſe quoſdam Euangelij
hoſtes, ceu uulpeculas dolis conſutas, qui uineam demolirentur, & eius profe-
ctum uehementer impedirent; hi inquam agricolæ Chriſtum orant, & Angelos
eius, ut illorum hoſtium impetum, & conatus tempeſtiue frangant, & ad melio- 5
rem mentem reuocatos ex hoſtibus amicos reddant: Ne ſi proficere permittan-
Act.6. tur, Euangelij profectum prorſus tollant, & eccleſiam funditus deſtruant. Vul-
peculas autem illas arbitramur eſſe Euangelij hoſtes, de quibus apud Lucam ſic
ſcriptum legimus. *Surrexerunt quidam de Synagoga, quæ appellabatur libertinorum,
& Cyrenenſium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant a Cilicia, & Aſia, diſputantes
cum Stephano: & non poterant reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, qui loquebatur. Tunc ſum-
miſerunt viros, qui dicerent ſe audiuiſſe eum dicentem verba plaſphemiæ in Moſen, &* 6
*Deum. Commouerunt itaque plebem, & ſeniores, & ſcribas: & concurrentes rapuerunt
eum. Et duxerunt in Concilium, & ſtatuerunt falſos teſtes, qui dicerent; Homo iſte*

1 *non ceſſat loqui aduerſus locum Sanctum, & legem. Audiuimus eum dicentem, quoniam Ie*
ſus Nazarenus hic deſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones, quas tradidit Moſes. His
certe dolis vulpeculæ illæ Stephanum inſignem palmitem ſuis maledictis & falſis
criminibus corroſum, lapidibus obruerunt; & alios permultos eiuſmodi palmi-
tes corrodere atque obruere ex eo tempore perſciterunt, *facta eſt enim,* vt ibidem Act. 8.
legimus, *illa die perſequutio magna in eccleſia, quæ erat Ieroſolymis: et omnes diſperſi ſunt*
per regiones Iudææ, & Samariæ præter Apoſtolos. Iam uero ex illo vulpecularum gre
ge cum eſſet adoleſcens Saulus, de Synagoga eorum, qui erant ex Cilicia, nempe
Tharſi quæ urbs eſt Ciliciæ (ut ipſe de ſe teſtatur) natus; penes cuius pedes te- Act. 22.
2 ſtes Stephanum lapidaturi depoſuerunt ueſtimenta, qui etiam erat cōſentiens cę
di, hic inquā adoleſcens, & tunc pernicioſa vulpecula, ut in actis legimus, vaſta- Act. 8.
bat Eccleſiam, per domos intrans, & trahens uiros, ac mulieres tradebat in cuſto-
diam. *Hic ipſe ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Domini, acceſsit ad principem ſa-* Act. 9.
cerdotum, & petijt ab eo Epiſtolas in Damaſcum ad Synagogas, ut ſiquos inueniſſet huius
uiæ uiros ac mulieres uinctos perduceret in Ieruſalem. Cum Saulo uero conſpiraſſe
multos ipſius æquales, qui communi ſtudio, & aſtu perſequerentur eccleſiam; ſed
Saulus maiore prę cęteris profectu, & odio, vt indicat locus ille Pauli; *Audiſtis,* in-
quit ille Galatis, *conuerſationem meam aliquando in Iudaiſmo, quòd ſupra modum perſe-* Galat. 1.
3 *quebar Eccleſiam Dei, & expugnabam illam, et proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos co-*
ætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditio-
num. Hi igitur omnes appellatione vulpecularum deſignari uidentur hoc loco: &
pro his ut caperentur oraſſe uidetur eccleſia tum aliàs ſæpe, tum uel maxime per
Stephanum; qui cum ab illis lapidaretur, oraſſe Ieſum legitur in hanc ſententiam
exclamans. *Domine Ieſu ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Cuius oratione illud a Chri- Act. 7.
ſto impetrauit eccleſia, vt Saulus caperetur, & ſtrenuus fieret illius uineæ cuſtos,
& propugnator, cuius antea fuerat uaſtator inſanus. Si enim, inquit Auguſtinus,
Stephanus non oraſſet, eccleſia Paulum non haberet: ad preces itaque Stephani Act. 9.
4 quomodo captus fuerit Saulus, ſic in actis memoriæ proditum eſt. *Saulus adhuc*
ſpirans minarum, & cędis in diſcipulos Domini, acceſsit ad principem ſacerdotum, & pe-
tijt ab eo Epiſtolas in Damaſcum ad Synagogas, vt ſi quos inueniſſet huius uię uiros, ac mu
lieres, vinctos perduceret in Ieruſalem. Et cum iter faceret, contigit, vt appropinquaret Da
maſco: & ſubita circumfulſit eum lux de cęlo, & cadens in terram audiuit uocem dicentem
ſibi, Saule, Saule, quid me perſequeris? qui dixit, Quis tu es Domine? Et ille, ego ſum Ie-
ſus Nazarenus, quem tu perſequeris. Durum tibi eſt contra ſtimulum calcitrare: & tre-
mens, ac ſtupens dixit: Domine, quid me uis facere? Et dominus ad eum: ſurge, & ingre
dere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabantur il-
5 *lū, ſtabant ſtupefacti, audientes quidem vocem, neminē aūt uidentes,* & quæ deinde ſub-
iungit Lucas, ut ille baptizatus fuerit: & Iudæos, qui agebāt Damaſci, ex ſcriptu
ris conuicerit, quē ipſe prædicaret, eſſe Chriſtū. Porro & cū Saulo comites eius
captos fuiſſe, aut ſaltē aliquot ex illis, inde conijcimus, *Quum autem,* inquit Lucas,
implerentur dies multi, conſilium fecerunt in unum Iudęi, ut eum interficerent. Notę au-
tem factę ſunt Saulo inſidię eorum, cuſtodiebant autem portas die, ac nocte, ut eum interfice
rent. Accipientes eum diſcipuli eius nocte, per murū demiſerunt eū, ſummitentes in ſporta.
6 Veriſimile namque eſt, ſocios illos Pauli ad tantum inſperatæ ipſius conuerſio-
nis miraculum perterritos, ac perſuaſos, vnà cum eo Chriſti fidem ſuſcepiſſe: &
baptizatos eidem operam dediſſe, atque indiuulſos comites adhæſiſſe. Quod ſi-

quis

quis hanc noſtram minus probabilem iudicauerit coniecturam, *ἐναλλαγὴν*, hoc 1
loco poterit agnoſcere numeri pluralis pro ſingulari, figuram ſacræ ſcripturæ fa
miliarem: ut per uulpes paruas, quas ſibi capi orat ſponſa, unam in Paulo intelli-
gamus, uel ob id maxime, quòd ille vnus pro multis ueniat æſtimandus: quem vul
pis paruæ ſymbolo fuiſſe deſignatum, illud fidem facit, quòd tum adoleſcens fuiſ
ſe dicatur, & conſcius inſidiarum, & fraudum, quas accuſatores Stephano ſtru-
xerunt. Id quod ſilentio præterire indignum putauit Lucas. Ideoque poſt expoſi-
tos dolos, & confiđa in Stephanum crimina, ſubiunxit, *Saulus autem erat conſen-
tiens neci eius*. Adde & quod iam retro attigimus, ipſum fuiſſe de Synagoga Cili-
Act. 7. cum, qui doloſis conſilijs ſuis Stephanum oppreſiſſe memorantur. Frequens eſt 2
interpretatio, hæc eſſe uerba Chriſti præcipientis Apoſtolis, reliquiſque Eccle-
ſiæ præfectis, ut hæreticos, reliquoſque ueteratores, & ſubdolos operarios, qui
cum ſuo uentri dumtaxat ſeruiant, per benedictiones tamen, & dulces ſermones
Rom. 16. ſeducunt corda innocentium, ſua ſana doctrina, primo quoque tempore arguat:
& eos, qui reſiſtunt ueritati, cum modeſtia corripiant: ſi quando Deus det illis
1. Tim. 2. intellectum ad cognoſcendam ueritatem, & reſipiſcant a Diaboli laqueis, a quo
captiui tenentur ad ipſius uoluntatem. Philoſophantur præterea nonnulli, quòd
quas antea dixit uineas, nunc ideo ſingulari numero uineam appellet, propter cha
ritatem, quæ eccleſias particulares quamuis multæ ſint, pro una uinea, & eccleſia 3
haberi faciat. Verum in Hebræo utrunque eſt pluralis numeri: priore namque lo
co eſt כְּרָמִים vineæ, poſteriore uero כְּרָמֵינוּ vineæ noſtræ.

Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia.

Sponſa gratiſsimum habens ſponſi officium, qui in ipſius gratiam uulpeculas dū
adhuc paruæ eſſent, ceperit; & uineas, quas ipſa chariſsimas habet, ab extremo pe
riculo liberauerit, ex eo ſigno colligit, ſibique perſuadet fore, vt accepta, dataq; 4
inter eos fides coniugalis nullo unquam tempore ſit ſoluenda; ſed illum pro lege
coniugij, & amoris energia, quæ amantes ſui iuris eſſe non ſinit, ſed amatorum eſ
ſe iubet, ipſius ſolius fore uirum, & ipſam illius ſolius vxorem; qui totus nitidus
ſit, & formoſus, ceu hinnulus inter lilia paſcens, ob idque nullo cœno, aut cruore
fœdatus, vt pleraque alia animantia in cœnoſis locis ſeſe uolutantia, & rapto ui-
uentia. Agnoſcas autem hic idiotiſmum Hebraicum, *Dilectus meus mihi, & ego
illi*, pro eo quod latine dicimus, dilectus meus eſt, & ego illius ſum. Quo etiam
idiotiſmo Dauid de lege loquens dixit *Hæc facta eſt mihi*, pro, hæc facta eſt mea.
Allegoricos etiam eccleſia certiſsimum perpetui amoris, quo ipſam Chriſtus pro 5
ſequitur, & coniugalis fæderis ab eo ſigno ſumit argumentum, quòd Sauli, & eo-
Pſal. 118. rum qui cum Saulo in ſuam perniciem coniurauerant, conatus & vim, non tantùm
repreſſerit, ſed eos etiam conciliauerit, Saulum præſertim, quem ex hoſte acerri-
mo fidum ſocium, & ſtrenuum ipſius propugnatorem reddiderit; unde etiam
ſubitariam, & inſperatam pacem, ſpatiumque a perſequutionibus Iudæorum re-
ſpirandi, nacta ſit, & conſolatione ſpiritus ſancti ad plenum fruatur. Nam (ut in
actis legimus) poſt Pauli conuerſionem eccleſia per totam Iudæam, & Galilæam 6
Act. 9. & Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore domini, & con-
ſolatione ſancti ſpiritus replebatur. Iam uerò cum Chriſtum tanquam dilectum
ſpon-

1 ſponſum ſuum ſibi eccleſia uendicat, hoc facit, quod agnoſcat, ſe prius ab ipſo di
lectam iam frui eo fauore & ingentibus beneficijs, quæ per prophetas ſuos dile-
ctus ipſe olim promiſerit, præſertim per Iſaiam inde uſque a cap. 40. quapropter
iam totis uiribus intenta uoce exclamat, dilectus meus eſt. Quod ipſum Iſaias. ca
pit. 40. ipſa euangelizare hortatur in hanc ſentẽtiam, *Super montem excelſum aſcen
de tu, quæ euangelizas Syon*, aut, aſcende tibi o Euangelizatrix Syon, *Exalta in forti
tudine vocem tuam, quæ euangelizas*, vel, o euangelizatrix Ieruſalem, *Exalta, noli time
re; dic ciuitatibus Iudæ* (nempe reliquis particularibus eccleſijs,) *Ecce Deus veſter.*
oſtendit autem gloriam dominĩ, quam initio capitis reuelandam dixerat, nempe
2 Dei filium factum hominem omnibus hominibus conſpicuum, eccleſiæ per in-
carnationis myſterium matrimonio nunquam ſoluendo copulatum; ut ipſe per
eundem prophetam promiſerit cap. 54. in hæc uerba, *Sicut in diebus Noe illud eſt
mihi, cui iuraui, ne inducerem aquas ultra ſuper terram: ſic iuraui vt non iraſcar tibi, &
non increpem te. Montes enim commouebuntur, & colles contremiſcent, miſericordia autem
mea non recedet a te, & fœdus pacis meæ non mouebitur. Dixit miſerator tuus Dominus.
Paupercula, tempeſtate conuulſa, abſque conſolatione. Ecce ego ſternam per ordinem lapi-
des tuos, & fundabo te in ſaphiris &c.* Hoc eſt ergo, quod dicit, *Dilectus meus mihi.*
Cum uero ſubiungit, *Et ego illi*, profitetur, ſe nomen illi dediſſe, & fidem, perſua-
3 ſiſsimamque eſſe, illum ſolum ſe amaturam fore, & tanquam unum Deum & ſpõ
ſum ſuum perpetuo veneraturum. Hoc uero eſt quod prædixit idem propheta.
cap. 44. hiſce uerbis. Iſte dicet, *Domini ego ſum, ille uocabit in nomine Iacob*, hoc eſt
vocabit ſe de nomine Iacob: *Et hic ſcribet manu ſua Domino*, id eſt, ſcripto profi-
tebitur ſe Domini eſſe, *& in nomine Iſrael aſsimilabitur*, hoc eſt cognominabitur
Chriſtianus, *Vere Iſraelita in quo dolus non eſt*. Ingentia igitur hæc beneficia, cum
ex mera gratia, & charitate Chriſti ſibi agnoſcat obtigiſſe, de ſe ipſa ſic ſtatuit,
vt nullum vnquam alium præter unum Chriſtum ſponſum ſuum, quem unice dili
git, ſit dilectura. Quem viciſsim ſperat, & confidit nullam unquam aliam eccle-
4 ſiam præter ipſam dilecturum. Se inſuper nullis unquam aut aduerſis rebus fra-
ctam, aut ſecundis inſolentem ab eo deffecturam; qui totus purus cum ſit, & aſpe
ctu iucundiſsimus (peccatum enim non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius,
& idem ſpecioſus eſt forma præ filijs hominum) ceu hinnulus quidam paſcens 1. Petri. 2.
inter lilia, inter puros, & candidos homines habitare gaudet, & diuerſari. Vt ipſe Pſal. 44.
de ſe teſtatur hiſce uerbis: *Habitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum* Leuit. 26.
Deus: & ipſi erunt mihi populus: & rurſum, *Propterea inquit, exite de medio eorum, &* Eſa. 52.
ſeparamini, et immundum ne tetigeritis: et ego recipiam vos. Et alibi. *Ego inquit, ad oſtium* Apoc. 3.
ſto, & pulſo, ſiquis aperuerit, intrabo, & cænabo cum ipſo, & ipſe mecum. Sed maxime ha
5 bitare gaudet hic eccleſiæ dilectus, ac diuerſari inter Virgines, & mente ac cor-
pore incorruptos homines; quorum primis eccleſiæ temporibus maximus fuit
prouentus Chriſto gratiſsimus: vt etiam numeroſiſsimus poſtremis temporibus
fore a Ioanne prædictus eſt in Apocalypſi; cui uiſus eſt Chriſtus in ſpecie agni ſu Apoc. 14.
pra montem Syon ſtare centum quadraginta quatuor milibus ſtipatus; qui cum
uirgines ſint, nec ulla mulierum conſuetudine inquinati, ſequuntur agnum quo-
cunque ierit. Virginum porro candor & uitæ puritas ſuo exemplo, & odore bonę
6 famæ reliquos ad uitę puritatem prouocans, per lilia flores candidiſsimos, & ſua-
uiſsime olentes, deſignatur. Amat præterea Chriſtus inter puros, & candidos, in-
tegræque famæ homines pura laudum ſuarum ſuſcipere, & ceu ſuauiſsima depa-
ſci-

ſci ſacrificia; perinde atque hinnulus pura inter candida & ſuaue olentia lilia 1
Pſalm.49. depaſci gaudet paſcua. *Sacrificium inquit, laudis honorificabit me: & illiciter, quo*
oſtendam illi ſalutare Dei. Ac nullis quidem aut aduerſis rebus, aut proſperis a
Rom 9. Chriſto diuelli poſſe, eccleſiam conſtanter affirmat Paulus iin hunc modum,
Certus ſum inquit, quòd neque uita, neque mors, neque Angeli, neque Principatus;
neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque pro-
fundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare a charitate Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu
Domino noſtro, fretus nimirum tutela hinnuli illius paſcentis inter lilia, qui cum
acerrimo valeat viſu, longe præuidet mala Eccleſiæ ſuæ impendentia, cum ſer-
pentibus, hoc eſt cum Dæmonibus, & ſerpentina fraude armatis improbis homi 2
nibus, pro ſua ſponſa paratus ſemper propugnare. Tunc uero in rebus ſecundis
conſtantiæ ſuæ, & fidei manifeſta dedit Eccleſia Chriſti documenta, quum impe-
trata ab ipſo pace, & malorum quiete, nihilo ſegnior, aut mollior reddita ean-
Acto 9. dem fidem, & diligentiam in quiete, quam in perſequutione pręſtitit. Eccleſia ná-
que (ut inquit Lucas) per totam Iudæam, & Galilæam, & Samariam habebat pa-
cem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & conſolatione ſpiritus ſan-
cti replebatur. Contra uero Synagoga pactum, quod ſub Moſe primùm, deinde
Ioſue 14. ſub Ioſue percuſsit cum Deo, ſæpiſsime fregit, turpiſsimeque uiolauit. Alludit
enim eccleſia hoc loco ad conteſtationem illam potiſsimum, qua Ioſue morti 3
proximus populum Iſraeliticum in urbe Sichem poſt commemorata Dei bene-
cia ad illud uſque tempus populo illi collata, inter Deum & filios Iſrael icit fœ-
dus, aut iam pridem ſub Moſe ictum, renouauit in hunc modum. *Nunc ergo time-*
te dominum, ſeruite ei perfecto corde, atque verißimo: & auferte Deos, quibus ſeruierunt
patres ueſtri in Meſopotamia, & in Aegypto, ac ſeruite Domino. Sin autem malum vo-
bis videtur, vt Domino ſeruiatis, optio vobis datur. Eligite hodie quod placet, cui potiſsimũ
ſeruire debeatis: vtrũ dijs, quibus ſeruierunt patres ueſtri in Meſopotamia, an dijs Amorrhęo
rum, in quorũ terra habitatis. Ego aũt, et domus mea ſeruiemus domino. Illi uerò, ſeruiemus
inquiũt Domino: quia ipſe eſt Deus noſter. Et rurſum *Si dimiſeritis inquit Ioſue Dominũ, et* 4
ſeruietis dijs alienis, conuertet ſe, et affliget vos, atque ſubuertet poſtquam vobis pręſtiterit
bona. Cui reſpondit populus. *Nequaquam vt loqueris erit: ſed Domino ſeruiemus.* Et Io
ſue ad populum, *Teſtes inquit, vos eſtis, quod ipſi elegeritis vobis Dominum, ut ſer-*
uiatis ei. Reſponderunt illi: *Teſtes nunc ergo*, ait Ioſue, *Auferte Deos alienos de*
medio veſtri, & inclinate corda ueſtra ad Dominum Deum Iſrael: Dixitque populus
ad Ioſue, *Domino Deo noſtro ſeruiemus: & obedientes erimus pręceptis eius.* Percuſ-
ſit ergo Ioſue fædus (vt refert ſcriptura) in die illo, & propoſuit populo præce-
pta, atque iudicia in Sichem. Verum fędifraga Synagoga huius pacti oblita, pace,
& benignitate Dei abuſa eſt, in omnẽ libidinẽ & impietatem ſe effundens: & ſpõ 5
ſo ſuo fidem fregit impudentiſsime, cum immundis, & ſanguinarijs Dæmonibus
amatoribus ſuis; qui non inter lilia, ut ſponſus, ſed in libidinum, & totius immun
3.Reg. 15. ditiæ cęno uolutarentur, & ſanguine ac cæde humana paſcerentur, fędiſsime cõ-
mixta, & conſpurcata. Eo enim inſaniæ, & furoris perfida illa euaſit, ut uel turpiſ
Pſal. 105. ſimos gẽtiũ ritus, & ſacra maxime execranda receperit, atq; in ſummo honore ha
Ma.26.27 buerit. Nã & Maachã reginã Iudęę ſacris Priapi Ieroſolymis præfuiſſe; & parẽtes
Heb.8. filiorũ ſuorũ, quos dæmonijs immolarũt, sãguine & cæde cõmaculatos fuiſſe, atq; 6
Ierem. 31. adeo Chrõ uiro ſuo inſanã adulterã impias manus intuliſſe, narrant ſacra biblia:
vt pp crebra adulteria, & impios mores ſuos meritò repudiata fuerit, & eius loco
Eccle-

1 Eccleſia in perpetuam fidem, & uitę ſocietatem ſit recepta. Synagogam.n.uitupe- Baruc.8.
rans(ut teſtatur Paulus) *dies ueniunt dicit Dominus, et conſummabo ſuper domum Iſrael,*
& ſuper domum Iuda teſtamentum nouum, quod etiam alterum teſtm̃ ſempiternum
alibi dicitur, *non ſecundum teſtamentum quod feci patribus eorum in die, qua apprehendi*
manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti: quia ipſi non permanſerunt in teſtamen-
to meo, & ego neglexi eos dicit Dominus. Quia hoc eſt teſtamentum quod diſponam domui
Iſrael poſt dies illos, dabo leges meas in mentem eorum: & in corde eorum ſuperſcribã eas,
& ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum: & non docebit vnuſquiſq; proximũ ſuum
dicens, cognoſce dominum. Quoniam omnes ſcient me a minore vſque ad maiorem eorũ, quia
2 *propitius ero iniquitatibus eorum: & peccatorum eorum non memorabor*. Hoc igitur pa-
ctum, quod in ęternum fixum, ratumq; maneat, iam ſibi cum Chriſto initum eſſe,
gaudens Eccleſia, *dilectus inquit meus mihi: & ego illi, qui paſcitur inter lilia.* Hac por-
ro loquendi formula Eccleſia ſignificare uidetur eximias coniugij, quod Chriſtus
cũ ipſa contraxit, uires. Iure.n.coniugij nec uir ſui corporis ptãtem hẽt, ſed uxor:
& uxor ſui corporis ptãtem non hẽt, ſed uir(ut teſtatur Paulus) qui idem, *Sacramen* 1.Cor.7.
tum inquit hoc magnum eſt: Ego aũt dico in Chriſto & Eccleſia. Atq; hæc eadem eſt amo Eph.5.
ris diuini prępertim energia. Amor.n.amantes extra ſe rapit, nec ſui iuris eſſe ſinit:
ſed amatorũ, in quos amantes transfert, & vt unũ ſint, efficit. Id quod Dionyſ.4.c.
3 de diuinis nominib. confirmat in hunc modũ. Diuinus amor exceſſum efficit, dum
amantes ſui iuris eſſe non ſinit; ſed amatorũ iubet exiſtere. Sed hac de re dabitur
alius cõmodior dicendi locus. Sunt qui iuſtã periodũ eſſe uelint ſuperiore orõne
longius producta in hunc modũ, *Dilectus meus mihi: & ego illi, qui paſcitur inter lilia,*
donec aſpiret dies, & inclinentur umbrę. Quib. additis uerbis ſignificet Eccleſia mu-
tuũ ſuũ & Chriſti amorẽ, & fędera nuptialia, uſq; in diẽ ęternę beatitudinis dura-
tura. Ita tñ non intelligas, tunc interruptũ iri amorem illum, aut irritanda fędera:
ſed longe magis cõfirmanda. Vt ſæpe alibi in ſacris literis dictio illa, donec, præce-
dentium durationem citra intermiſsionem notat. Sed omnia exemplaria tam lati-
4 na, quàm Hebraica aliter diſtinguunt, &(ut proxime oſtenſuri ſumus) extrema il
la uerba cum ſequentibus ſic ſunt coniungenda.

Donec aſpiret dies, & inclinentur umbræ, reuertere: ſimilis eſto di-
lecte mi capreæ, hinnuloque ceruorum in montibus Bethel.

Captis uulpeculis, & oĩb. rure recte riteq; cõpoſitis, ſponſi in urbẽ cũ redijſſent,
quieti ſe tradiderunt: ſed dormiente ſponſa, nec tale quid ſuſpicante, abijt ſpõſus:
interim illo abſente, ad tumultũ nocturnum, ſubito in urbe exortũ, illa euigilat: &
ſolicita ſponſum in cubili q̃ritat. quẽ ubi abeſſe deprehendit, inuocat: ac memor
5 fauoris, & auxilij, qđ mira celeritate nuper accurrens ille in ſimili diſcrimine tu-
liſſet, eundẽ nunc orat, ut quãdiu durat nox turbarũ & periculorũ plena, ad ſe ac-
currat quã celerrime. Vt antea ceu caprea & hinnulus, q per mõtes Bather uelociſ
ſime ſaliũt, & eiuſdẽ colles tranſiliunt. Nec.n. in Hebręo hoc loco Bethel, ſed Ba
ther legimus, ut ẽt annotauit Lyranus. Qđ diuiſionẽ, & ſectionẽ ſiñat. Vt intelliga
mus, aliquẽ in Iudęa eius nominis montẽ in multos alios ſectũ mõtes & colles: qua
lis eſt apud nos is, quẽ vulgus montẽ ſerratũ uocitat, in uarios montes & colles; ita
6 diuiſum natura, vt humana arte, & de induſtria ſectus uideri poſsit. Verũ quia nuſ-
quã alibi in ſacris literis huius montis fit mentio, veriſimile eſt temeritate librario
rũ ex puncto Bather, ſcriptũ fuiſſe Bethel, nomẽ mõtis in ſacris literis notiſsimi, &
multis myſterijs nobilitati: conſtat aũt temporibus Thomæ in latinis exemplarib.

P fre-

frequentiorem lectionem fuiſſe Bethara, quàm Bethel; inquit enim, montes Betha- 1
ra montes ſignificant ſanctorum a terrenis per ſuperna deſideria eleuatos, nam
Bethara interpretatur domus conſurgens, uel domus uigiliarum. Quidam codices
habent, ſuper montes Bethel, unde manifeſtum eſt latinum interpretem ſcripſiſſe
ſuper montes Bether: & deinde uitio librariorum ſcriptum fuiſſe Bethara, & de-
nique Bethel. Allegorice per diem hoc loco beatorum uitam intelligimus, & æter-
nam diem, quam agnus ille Eccleſiæ ſponſus omni ſole multo lucidior, diſcuſſa ex
rebus humanis omni caligne & turbulentia, clariſsimam dabit, & citra ullam no-
Apoc. 21. ctis, aut malorum uiciſsitudinem bonis omnib. cumulatiſsimam. Huius uero diei
initium erit iuſtorum reſurrectio, quã illa periphraſi ſignificari putamus donec, 2
uel dum aſpiret dies. Solent enim in auroram auræ aſpirare. Sic etiam aura tubæ
1. Cor. 15. Dei ſubito exorta in auroram illius diei aſpirabit. *Quoniam*, ut prodidit Paulus
1. Theſ. 4. *canet tuba, & mortui reſurgent incorrupti: & nos immutabimur*. Et alibi, *ipſe dominus
in iuſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo: & mortui, qui in Chriſto
ſunt, reſurgent primi: deinde uos, qui uiuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis
in nubibus obuiam Domino in aera: & ſic ſemper cum domino erimus*. Iam uero per vm-
bras Regum & reliquorum potentium hominum potentiam intelligimus; qui per
vim & nephas humiles, ac pios opprimunt; & perſequutionũ, atq; iniuriarum cali-
gine oppreſsis, ceu montes altiſsimi in imas valles ſuæ potentiæ umbram proten- 3.
dentes, ſolem ac lucem lætitię prohibent. At uerò inchoante die illa, quum ſol iu-
ſtitiæ Chriſtus poteſtate, & maieſtate magna conſpicuus veniet, & mundo cęperit
exoriri, tunc huiuſmodi vmbræ inclinabuntur; vel ut alij uertunt, imminuentur:
& ut exoriente ſole ſub aurora uidemus altiſsimorum montium umbras contrahi,
donec ſol meridiem teneat; ſic regum, & potentium omnium uis, ac potentia incli-
nabitur, penituſq; tolletur, quando Chriſtus unà cum beatis omnib. ſummum cœ-
lum, & patris ſui dextram ingenti cum gloria ſublimis cõſcenderit: quum tradide-
1. Cor. 15. rit regnum Deo & patri, & euacuauerit omnem principatum & poteſtatem, & uir-
tutem. Tunc qui ſua potentia impotentes nunc miſere uexant, ab imis radicib. ſub- 4.
uerſi in inferos deijcientur; & pijs quos nunc imperioſi conculcant, inuiti ſubij-
Pſal. 48. cientur. Vt enim teſtatur regius ille uates, *dominabuntur eorum iuſti in matutino: &
Eph. 1. et 2. auxilium eorum veteraſcet in inferno a gloria eorum*. Aut ut iuxta Hebræum uertit Hie-
ronymus, & ſubijcient eos recti in matutino: & figura conteretur in inferno poſt
Philip. 3. habitaculum ſuum. Tunc ſiquidem Deus pater Chriſtum ſibi dextrum colloca-
bit, & omnes inimicos ſub pedibus illi proſtratos ſubijciet: cui etiam iuſtos iube-
bit aſsidere. At nunc iuſtis inquit Paulus, *Mortui eſtis, & uita veſtra abſcondita eſt
cum Chriſto in Deo: quum autem apparuerit Chriſtus uita ueſtra, & vos apparebitis cum
illo in gloria*. Hæc eſt igitur, quam dum aſpiret, inconcuſſa ſpectat Eccleſia: Hæ il- 5.
læ umbræ, quas dum inclinentur, forti illa, & infracto fert animo. Verùm
quum uidet ſuperioris diei lucem, pacem nimirum, & quietem, ſibi ereptam ſu-
bito, grauemque inductam eſſe ab Herode rege perſequutionem, & ueluti a mon-
te altiſsimo lugubrem noctem, nec uſquam affulgere Chriſti lucem, & fauo-
rem beneuolum, eundem qui abijſſe nunc ũr, reuocat: atque ut quam celerri-
me opem laturus reuertatur, implorat. Sic enim ſæpe queruntur iuſti Deum
abeſſe, quum ſe iniurijs, & libidini impiorum permiſſos, miſere affligi uident, pe- 6.
rinde ac ſi procul ille abſceſſerit, nec eorum ullam gerat curam. Vt etiam ſub du-
riſsimis Antichriſti temporibus, querentem inducit Eccleſiam Dauid in hæc ver-
ba. *Vt quid domine receſsiſti longe?* Aliàs abſcondis faciem: *Deſpicis in opportuni-*

ta-

1 *tatibus, in tribulatione?* Quomodo etiam receſsiſſe ab Eccleſia, & faciem ſuam
abſcondiſſe, uideri potuit Chriſtus illo tempore, de quo ſic ſcribit Lucas. *Eo-
dem autem tempore miſit Herodes rex manus, ut affligeret quoſdam de Eccleſia: occidit au-
tem Iacobum fratrem Ioannis gladio. Videns autem quòd placeret Iudæis, appoſuit ap-
prehendere & Petrum. Erant autem dies azymorum: quem quum apprehendiſſet, miſit
in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum ad cuſtodiendum, uolens poſt Paſcha
producere eum populo. Et Petrus quidem ſeruabatur in carcere; oratio autem fiebat ſine
intermiſsione ab eccleſia ad Deum, pro eo.* Videns itaque eccleſia Chriſtum ſibi non
adeſſe, ut olim, quum contra minas Iudæorum inuocatus occurrit dicto citius, &
2 Apoſtolos cuſtodiæ publicæ traditos liberauit, ita ut tam præſentem fauorem ad
mirans & præ gaudio geſtiens exclamaret, *Ecce ipſe uenit ſaliens in montibus &
& tranſiliens colles: Similis eſt dilectus meus Capreæ, hinnuloque ceruorum* quin iam
interfectum eſſe Iacobum fratrem Ioannis uirum primarium, & ſuæ domus colu
men firmiſsimum: & (quod ipſam conſternit miſeramque exanimat metu) Pe-
trum Apoſtolorum principem, & gregis Dominici ſummum paſtorem in propin
quo eſſe, ut interficiatur, unàque cum eo omnes abſumantur, aſsiduis precibus,
cum ſumma ſui commiſeratione contendit a Chriſto, ut in tam calamitoſis tem-
poribus ſuæ rurſum ut olim, proſpiciat Eccleſiæ: & inſigni aliquo edito mira-
3 culo, Petrum e potentia Herodis & expectatione populi Iudaici aſſerat. In hanc
enim ſententiam tunc aſsidue oraſſe Deum Eccleſiam, indicant manifeſte uerba *Act. 12.*
illa. *Et Petrus quidem ſeruabatur in carcere: oratio autem fiebat ſine intermiſsione ab ec-
cleſia ad Deum pro eo.* Quod idem locus hic ænigmatice uidetur ſubindicare.
*Donec aſpiret dies, & inclinentur umbræ: reuertere dilecte mi, ſimilis eſto Capreę hinnu-
loque ceruorum in montibus Bather.* Et mihi quidem certe diligentius rem conſide-
ranti, montes Bather ſic uidentur hoc loco ex futuro euentu a ſpiritu ſancto præ-
uiſo, per Salomonem dici montes Iudeæ, ut 2. Reg. 5. Memoriæ proditum eſt, di
ctam fuiſſe planiciem illam, quæ ante uallis Raphaim dicebatur Baal pharaſim,
4 ex euentu uictoriæ, quam de Paleſtinis retulit Dauid, propugnante pro eo domi-
no, & diſsipante, ac diuidente hoſtes ſuos inſtar aquarum: ſic enim narrat ſacra
hiſtoria, *Veniens itaque Dauid in Baal pharaſim percuſsit eos ibi Dauid, & dixit: Di-
uiſit dominus inimicos meos coram me, ſicut diuiduntur aquæ. Propterea vocatum eſt no-
men loci illius Baal pharaſim.* Sic etiam hoc loco montes Iudæę in quib. ſita erat
Ieruſalem, & aliæ urbes, ubi hoſtes Chriſti in Iudæa oppugnabant Apoſtolos, ac
proinde Chriſtum, appellantur montes Bather, hoc eſt diuiſionis, quod uoluerit
iam tanto ante ſignificare ſpiritus ſanctus, ibi diſsipandos, & diuidendos fore per
uniuerſum orbem Iudæos hoſtes Chriſti, illius manu forti, in captiuitatem reda-
5 ctos per Titum fortem Chriſti manum. Id vero facturum ſponſum ſuum, ſpon-
ſa ęnigmaticos ſignificat, cum inquit, *Reuertere, ſimilis eſto dilecte mi capreæ, hinnu-
loque ceruorum in montibus Bather.* Hoc eſt celeriter ades, & fer opem nobis, qui
agimus in in montibus iudææ, in quibus tu olim diuiſurus es, & diſsipaturus ho
ſtes tuos, qui nunc noſq; teq; fortiter oppugnāt. Hoc vero ęnigma per collationē
ad mōtem, vbi ſita erat planities illa pharaſim, explicat adducto exemplo uetuſtiſ
ſimo Iſaias eandem Iudæorum cladem indicans, & prædicens in hæc verba, *Sicut*
6 *enim in monte diuiſionum*, Heb. pharaſim, *ſtabit Dominus: & ſicut in valle, quæ eſt in
Gabaon, iraſcetur, vt faciat opus ſuum alienum, alienum opus eius, opus ſuum peregri-
num, opus eius ab eo.* 28. c. Porro verba illa, *donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ,*
Magnam præferunt Eccl. fiduciam, & ſpē, quib. ſe ipſa confirmat, non tā: contra

Herodis,& iudęorum, quib.nunc afficitur, iniurias;ſed ēt contra oēs oīum perſe 1
qutiones, quib.nouit ſe aſsidue exercendam,quam diu tenebricoſarum p̄tatum
tenebroſa huius ſęculi nox ſit duratura. Hanc tū̄ fiduciam, & ſpem quia in uno
Chriſto repoſitam habet, illū̄ orat in oīb.periculis ſibi adeſſe,qui ſolus pōt,inui-
tis,& conculcatis Principib.oīb.& inferiorib. poteſtatib.ſuis umbris Chriſti ra-
dios prohibere, & a pijs ſua nocte diuidere annitētib.ceu caprea & hinnulus per
montes, & colles diuiſionis ſaliendo,atq; tranſiliendo,ad ſe raptim accurrere. Io
Ioſue 7. ſue quoq; poſt quam in expugnatione urbis Ierico præſentem ſibi adeſſe Deum
intellexiſſet,ac certam inde ſpem concepiſſet,de reliquis Cananæorū̄ vrbib.pari-
ter capiendis,ubi longe præter eam ſpem a ciuibus urbis Hai ſuum fortiter repul 2
ſum, & cęſum uidiſſet exercitum,triſtis admodum vnà cum ſenioribus, & uniuer
ſo populo aſperſo puluere capite, tota ea die proiectus coram arca Dn̄i ſic oraſſe
legitur, *Heu Domine Deus. Quid uoluiſti traducere populum iſtum Iordanem fluuium:*
ut traderes nos in manus Amorręi,& perderes? utinam ut cępimus,manſiſſemus trans Ior
danem. Mi domine Deus,quid dicam uidens Iſraelem hoſtib.ſuis terga uertentem? audient
Chananæi & omnes habitatores terræ, & pariter conglobati circundabunt nos, atque dele-
bunt nomen noſtrum de terra. Et quid facies nomini tuo magno? Hoc uero fuit orare Do
minum,ut rurſum adeſſet, & opem ferret populo Iſraelitico ad eam urbem expu-
gnandam,ut nuper adfuiſſet in expugnatione urbis Ierico: & quotieſcunq; opus 3
eſſet, donec dies illa ueniſſet, qua populus ille tota terra patribus ſuis promiſſa
pacifice potiretur, ſubactis omnibus Regibus,qui ceu umbræ lætiferæ eos obrue
re niterentur. Id quod tandem contigit ſub Salomone,cuius regnū̄ typus fuit pa-
cifici,& ęterni Regni Chriſti. Quemadmodum ab eloquentiſsimo uate Dauid de
ſcribitur pſ.71.ubi inter reliqua eius Regni miracula illud refertur. *Et adorabunt*
eum omnes Reges terrę, omnes gentes ſeruient ei. Alij putant, Eccleſiam hoc loco
Chriſtum orare,ut ſe e cælis frequenter reuiſat, quo ipſa iniuncta ſibi munia fe-
liciter obeat: & tum ſuam tum eorum quibus prædicatum eſt Euangelium,men-
tem plenius illuſtret,tantiſper dum obſcuræ cognitionis nox progreditur, & illa 4
ſpirat dies, quum iam ipſum non per ſpeculum, & per ænigma, ſed manifeſte, ut
eidem nota eſt, pariter & ipſa cognoſcat, & contempletur.

Caput III.

In lectulo meo per noctem quæſiui, quem diligit anima mea: quæſi-
ui illum, & non inueni. 5
Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram,quem
diligit anima mea, quæſiui illum, & non inueni.
Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem: num quem diligit
anima mea mea, vidiſtis?
Paululum quum pertranſiſſem eos, inueni,quem diligit anima mea. 6
Tenui eum, nec dimittam eum, donec introducam eum in domum
matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

Sponſa

1 Sponſa iam tertiò experta pręſentem in magnis periculis ſponſi ſui opem, & fauo
rem beneuolum, magis ac magis ſibi perſuadet illum ſuum perpetuum fore uirũ:
& vocatum in omni periculo ſemper affuturum. Quare ſic perſuaſa laudat præ-
ſentem ſortem ſuam. Ac memor interim ſapientis eſſe, tempore proſperæ for-
tunæ, aduerſæ quam euaſerit, meminiſſe, ne rebus ſecundis inſoleſcens, in priſti-
nas calamitates rurſum incauta incidat: neve ſuorum malorum immemor, alienis
non tangatur. In quantis olim verſata fuerit malis, quanta pertulerit amoris in-
commoda, reuocat in memoriam, quum quadam nocte hunc eundem, quem ſibi
accubare credebat, ſponſum in lecto quæreret: ubi quæſitum nuſquam eſſe de-
2 prehendiſſet, ſed ſe clanculum relicta abijſſe; quibus amoris facibus agitata è le-
cto ſurrexerit, & intempeſta nocte per vrbis uicos, & plateas aberrans bacchan-
ti ſimilis dilectum ſuum perquiſierit, atque eo non inuento, quam impatiens amo
ris, & abſentiæ, excubias & cuſtodes urbis in quos incurrerat, rogarit: num ipſis
forte fortuna chariſsimus ſibi ſponſus uiſus eſſet? quibus nihil certi de eo reſpõ
dentibus, præteritis, paulopoſt diu multumque quæſitum inuenerit. Quem igi-
tur tunc inuenit, ait ſe præhendiſſe, & fortiter complexum poſt hac ſic retinere
conſtituiſſe, ut ipſum non prius ſit dimiſſura, quam in matris ſuæ domum, & in-
tima uſque penetralia introduxerit. Dolens nimirum matris ſuæ vicem, & ad-
3 uerſam fortunam, quam ex ſuperiore ſua inſęlicitate poſsit æſtimare. Hanc nos
allegoriam ſic nobis uidemur poſſe explanare; ſi noctem interpretemur, igno-
rantiam iuſtitiæ Dei, & infidelitatem Iudaicam, quã prima temporis gratiæ initia
Zacharias ſic adumbrauit, *in illa die non erit lux: ſed frigus & gelu*. Lectum autem,
legem Moſaicam perperam a Iudæis obſeruatam, & ſuis impijs, ac ſuperſtitioſis Zach. 14.
tra ditionibus violatam; in qua tamen ipſi conquieſcerent, & uelut in lecto om-
nium ſecuri dormientes, ſpem conſequendi iuſtitiam, & Dei fauorem promeren
di collocarent. Quod feciſſe ſcribas, & Phariſæos arguit in hunc modum Chri-
ſtus in Euangelio, *Væ vobis ſcribæ, & phariſęi hypocritæ, quia decimatis mentam, &*
4 *anethum, & Ciminum: & reliquiſtis, quæ grauiora ſunt legis, iudicium, & miſericordiam,*
& fidem. Et toto eo capite, ac ſępe alibi, & eo præſertim loco. *Hipocritæ bene*
de vobis prophetauit Iſaias dicens, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum
longe eſt a me: ſine cauſa colunt me docentes doctrinas, & mandata hominum. & Paulus,
Si tu inquit iudæus cognominaris, & requieſcis in lege, & gloriaris in Deo, & noſti uolun-
tatem eius, & probas vtiliora, inſtructus per legem, &c. tandem ſubiungit, *Qui in le-*
ge gloriaris, per legis præuaricationem Deum inhonoras? nomen enim Dei per vos blaſphe-
matur tota die inter gentes. Et alibi. *Ignorantes inquit, Dei iuſtitiam, & ſuam volentes*
ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. & rurſum. *Iſrael inquit, ſectando legem iuſtitię,*
5 *in legem iuſtitię non peruenit. Quoniam tanquam ex operibus, & non ex fide*. Hæc
denique lex ſic uitiata a ſcribis, & phariſæis, & inde falſa quæſita iuſtitia fucata,
& hypocritica, illud eſt mendacium, quod iam olim ipſis exprobrauerat Iſaias, &
uehementer eos errare admonuerat, qui putarent ſibi eo mendacio tutis, nihil ab
extraneis malis, quæ ipſe uentura prædiceret, immiuere periculi.
Hic eſt lectus, in quo nunc dicit ſponſa ſe ſponſum ſuum quæſijſſe nocte, nec
tamen inueniſſe. Nempe in nocte ignorantiæ iuſtitiæ Dei, quæ eſt ex fide; qua
6 quidem ignorantia obrutos fuiſſe Iudæos incredulos, docet Paulus. Hoc eſt
ſtratum, quod anguſtatum fuiſſe, nec duos capere potuiſſe, nempe ſponſum cum
impia Synagoga prædixit Iſaias; hoc operimentum fucatæ iuſtitiæ, quod duos il-

los non potuit operire coram Deo. *Vos eſtis*, inquit Chriſtus, Scribis & phari- 1
ſæis, *qui iuſtificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda veſtra, quia quod homi
nibus altum eſt, abominabile eſt coram Deo*. Hi ipſi phariſæi, & legis doctores, ſunt
vigiles & cuſtodes ciuitatis, quorum hic fit mentio. Nempe, Ieruſalem, aut uerò
Synagogæ, quæ olim fuerat ciuitas Dei: & pro cuius excubitoribus & cuſtodib.
haberi volebant, cum nihil minus eſſent: immo vero cæci, cæcorum duces, ut il-
lis Chriſtus exprobrauit: & qui tuliſſent clauem ſcientiæ, cum tamen ipſi in Re-
gnum cælorum non intrarent, nec alios volentes intrare permitterent. Quales
etiam uigiles deſcripſerat Iſaias eorundem prædicens uaſtationem c. 19. in hæc
uerba *Defecit qui prævalebat, conſumptus eſt illuſor, & conſumpti ſunt omnes, qui vigi-* 2
labant ſuper iniquitatem. Aut iuxta heb. uigiles concupiſcentiæ. Nimirum, qui ſuis
tantùm vigilarent cupiditatibus. Erant enim phariſæi auari, ut teſtatur Euange-
liſta. Qui peccare faciebant homines in uerbo. ſ. in falſa doctrina, ut eſt illud Cor
ban. cum etiam obſiſtebant prædicationi Chriſti, & Apoſtolorum. Et arguentem
in porta ſupplantabant; Nempe publice traducentem eos. Chriſtum & Apoſto-
los calumniabantur, & tandem interemerunt: & iuſtum declinauerunt, ſed fru-
ſtra, & longe contra ſpem ſuam. Inciderunt enim in manus Romanorum, quos
ſe euaſuros ſperauerant iuſtum interficiendo. Hos rogat ſponſa de dilecto, hoc
eſt, de Chriſto; nec tamen quidquam certi ab eis poteſt diſcere, tanta eſt in eis re- 3
rum diuinarum ignorantia; quantam etiam futuram idem Propheta 28. cap. prędi
xerat his uerbis. *Sacerdos, et propheta neſcierunt præ ebrietate, Abſorpti ſunt a vino &c.*
& 29. cap. Poſt multa inquit, *Et dixit Dominus, eo quòd appropinquat populus iſte
ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me: cor autem eius longe eſt a me: & timuerunt me man-
dato hominum, & doctrinis: ideo ecce, ego addam, vt admirationem faciam populo huic mi
raculo grandi, & ſtupendo: peribit enim ſapientia a ſapientibus eius, & intellectus pru-
dentium eius abſcondetur*. Atque hæc ignorantia in cauſa fuit, ut uigiles illi offen-
derent, ut Paulus teſtatur, in lapidem offenſionis: de quo eodem loco apud Iſaiā
dicit Dominus, *Ecce ego mitto in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angu-* 4
larem, precioſum, in fundamento fundatum. Nihil mirum igitur ſi uigiles iſti roga-
ti nihil de dilecto, qui ipſe eſt lapis ille angularis probatus & precioſus, reſpon-
dent; denique qui rogant illi ſunt ſurdi & cęci, mites & pauperes, qui prædica-
tionem Euangelij obſtinato animo non repulerunt; de quibus eodem loco apud
Iſaiam legimus. *Et audient in die illa ſurdi verba libri, & de tenebris, & caligine ocu-
li cæcorum videbunt. Et addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in Domi-
no exultabunt*. Iam ergo hi ſunt, qui cum exultent de gratia Dei, quod relicto
mendacio, & falſa ſpe ſcribarum, & Phariſæorum uigilum cupidorum, ad lapi-
dem fundamentalem, & ſpem ſolidam Ieſum filium Dei peruenerint, ſpōſum ſuū 5
inuenerint, ad ipſum ſe receperint, ipſum præhenderint per fidem, ſpem & cha-
ritatem; in quo tanquam in ſolido fundamento domus Dei, conſiſtendo, flagel-
lum inundans, exercitus & acies Romanorum, cum uenerit, tuti euadent; indu-
cuntur hoc loco miſeram ſuam ſortem priſtinam cōmemorantes eodem, quod
Epheſiis Paulus dat, utentes conſilio. c. 2.

Ne ſi (ut fere fit) humilitatis ſuæ, & miſeriarum obliuiſcatur ſponſa, ingenti
honore, quo præter meritū ſuū donata eſt, inſolentior reddita, in miſerorū contē 6
ptū abutatur, et incauta rurſum a ſua dignitate excidat; ſed utraq; inuicē collata
fortuna, ex ſuperioris infęlicitatis magnitudine pn̄tis fęlicitatis amplitudinem,

1 & Dei erga ſe bonitatē incredibilē iuſte æſtimans, ſuā ſatagat retinere dignitatē:
aç cognatos ſuos iudæos in extremā delapſos eſſe miſeriā dolens, inde eos abſtra-
here,atq; ad eoſdē honores ſecum euehere, omni ope annitatur. Prædicit.n.iam
hoc loco Spiritus ſanctus per Salomonē,extremū illud ſynagogæ repudiū,& eiuſ-
dem rurſum cū viro ſuo Chriſto reconciliationē; quemadmodum multo poſt tpe
per prophetam ſuum Oſeam prædixit hoc ædito oraculo, *Dies multos expectabitis* Oſea.3.
me. Non fornicaberis,et non eris viro:et ego expectabo te, quia dies multos ſedebunt filij Iſ
rael ſine Rege & ſine principe,et ſine ſacrificio,& ſine altari,& ſine Ephod, & ſine Thera-
phin. Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael,& quærent Dominum Deū ſuum,& Dauid Regē
2 *ſuum:& pauebunt ad dominum,& ad bonum eius in nouiſsimo dierum.* Quæ.n.futura præ
dicuntur hoc oraculo,ea Iudæis accidiſſe videmus, ex quo tpe Chriſtus aduenit:
natus eſt.n.ille, quum omnis rerū Iudaicarum poteſtas ad Herodem Regem alie-
nigenam delata fuiſſet.Deſijt eſſe Chriſti populus Synagoga (quemadmodum præ
dixerat Daniel)quum Chriſtum negauit:& falſis cōfictis criminibus, in crucē ade
git, nec aliū ſe habere regem præter Cæſarem, Stentorea uoce proclamauit. Tunc
namq; tametſi non ppea ꝙ fornicaretur cum Idolis(ut ſæpe antea) repudiata eſt,
quia tñ in mortem uiri ſui machinata fuiſſet, ſine uiro cæpit agere. Item & ſine ſa-
crificio,iam inde a morte Chriſti,qui ſui oblatione confirmato nouo teſtō, uetus
3 cum omnib. ſuis ſacrificijs,& cæremonijs abrogauit.In dimidio namq; vltimæ ea-
rum hebdomadarū, quas Angelus numerat Danieli,occiſus eſt Chriſtus,quo tpe
idem Angelus fore præmonuerat,ut hoſtia deficeret,& ſacrificium:ſed tunc maxi
me ſine Rege & principe agere, ignaueque ſine ſacrificio,& altari, ſine Ephod,&
Theraphim ſedere deprehenſa eſt,quum duce Tito euerſa urbe, & incenſo tēplo
(extra quem locum ſacrificare Iudæis nephas eſt)captiui Romam abducti ſunt in
triumphum Principes Iudæorum,& reliqua turba in diuerſas orbis partes miſere
diſtracta,in ſeruitutem redacta fuit: in qua iam uiceſimum octauum ſupra milleſi
mum quingenteſimum annum agit ob necem uiri ſui Chriſti repudiata.Nam quan
4 tum alienatū fuerit Iudæorū gens ab idololatria(ne huic flagitio ut ſæpe olim, poſ
ſint aſcribere præſentem,& diuturnam captiuitatem)ingentes clades(quas a Ro-
manis pertuliſſe populum Ieroſolymitanum, dum omnib. uirib.obſiſteret,ne Cæ
ſarum imagines in templo collocarentur,Ioſephus, & alij pleriq; auctores grauiſ-
ſimi referunt) ſatis indicant.Quin & ad hæc uſq; tpa eius quidem ſceleris puram,
veteris tñ parricidij ream,ubiq; terrarum gentem illam perſeuerare certum eſt:vn
de ſub finem ſæculi,quum plenitudo gentium intrauerit(ut Paulus teſtatur)mater
Synagoga filiæ ſuæ eccleſiæ Chriſtianæ opera ad meliorē mentem reuocanda eſt:
& Chriſto ſponſo ſuo(ut hic ipſe Salomonis locus oſtendit) reconcilianda.Poſt- Rom. 13.
5 quàm igitur Chriſtus ſua prædicatione,& morte nouum teſtamentum,& pactum
confirmaſſet, omniaq; ſacrificia, & quæcunque ad teſtamentum & pactum uetus
ſpectarent, conſumaſſet; Iudæi qui in ea lege obſeruanda repulſo Euangelio, &
nouo fædere, iuſtitiam ſuam conſtituerent, iam tamen ſine Chriſto eſſe cæperunt,
ac uana ſpe teſtamentorum promiſsionis ſe alentes,ibi illum fruſtra quærere,ubi
maiores eorum uenturum, quaſi præſentem per fidem inuenire, & ſub ea fide iu-
ſtificari conſueuerant.Tunc certe intellexerunt,ut ſuperius oſtendimus,eo angu
6 ſtatum fuiſſe ſuum illud ſtratum,nec in eo lectulo inueniri poſſe ſponſum. Id ue-
ro qui bene nati erant,quum per ignorantiam primum peccaſſent,deinde uerò ad
expiandam culpam natura duce, & præueniente trahenteq; ipſos Dei gratia, Chri

1 *nui vel prehendi eum, nec dimittam illum donec introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Quem eundem animum tota illa præ ſe tulit Eccleſia, Act. 5.
quæ (ut eſt in Actis) quum non ceſſaret omni die in templo, & circa domos docere, & euangelizare Ieſum Chriſtum, effecit; ut verbum Dei creſceret, & numerus diſcipulorum Ieroſolymis valde multiplicaretur, adeo, vt etiam multa Sacerdotum turba fidei obediret: quum etiam ob grauem perſequutionem ob necem Stephani ſubito exortam, omnes præter Apoſtolos pulſi Hieroſolymis, & per regiones Iudææ diſperſi pertranſirent euangelizantes verbum Dei. Tunc enim ad prædicationem illorum recipientibus Chriſtum plebeijs Synagogæ domeſticis, in do
2 mum matris ſuæ ſponſum ſuum Chriſtum introduxit Eccleſia: recipientibus verò eundem etiam ſacerdotibus, qui Synagogæ erant a conſilijs, & maxime familiares, quaſi in eiuſdem cubiculum, & intima vſque penetralia. Totus itaque hic locus recte quadrat in Eccleſiam, ſi hęc ipſi tunc dicta putemus, quum perpetua oratione ſua, & fide firma innixa, Petri liberationem a Chriſto impetrauit. Tunc ſiquidem ipſa ad tantę rei miraculum ſtupens, cępit ſecum cogitare, quanta eſſet perpetuæ orationis uis, & efficacitas: ac quam multa de fide, & oratione præſens ille dixiſſet, ſecũ reputare. Et illud maxime collegimus in Marci Euangelio, *Quæcunq; oran* Marc. 11
tes petitis, credite quod accipietis, & euenient vobis. Vnde perſuaſa virtute fidei, & ora
3 tionis ſuę Petrum iam ſecundò liberatum fuiſſe e carcere, Saulũ acerrimum antea hoſtem ſuum, iam ſtrenuũ datum ſibi eſſe propugnatorẽ, Herodem Regem ceruuicib. ſuis imminentem, male perijſſe, & quęcunq; deniq; hactenus in maximis periculis verſanti proſpera eueniſſent, fidei, & orationi eſſe tributa; illum poſt hac vſum & vtilitatem ex fide in Chriſtum, & oratione ſe capturam ſperat, ut ibi quaſi in lecto ſuo omnium ſecura cubare poſsit, & conquieſcere, ubi ſponſum ſuum in ſimilibus periculis, & quæcunque per huius ſæculi noctem poſsint accidere, præſentem ſemper & fauentem ſit habitura. Longe aliter quàm olim, quum ſe ex lege & legis operibus iuſtitiam, & Dei fauorem emereri crederet: ac ſic perſuaſa, in
4 lege Moſaica ceu in lecto ſuo, vnà cum matre ſua Synagoga cubaret. Alij hęc interpretantur de Eccleſia gentium ad Chriſtum iam plene congregata, quæ præteritam ignorantiæ ſuæ noctem memoria repetens, quum ſe inde uſque ab occaſu Adami errare, & duce ratione veluti per ſomnium in huius vitæ voluptatibus ſummum bonum fruſtra quærere animaduerteret, e voluptate reſiliens orbem peragrare inſtituit: Et ad ſapientes, tum ſacros, qui arctiorem viuendi rationem tenerent; tum profanos, qui liberioris uitæ inſtitutum ſequerentur, vt certum aliquid de via veritatis ab illis audiret, conferre: Nunc tandem, quòd ab Apoſtolis pręuenta ſit, perque illos in vera religione progreſſa, Chriſtum inuenerit, ve-
5 hementer gaudeat: Et inuentum ac prehenſum pertinaciter complecti ſtatuat, donec matri ſuę Synagogę id pręſtet officium, vt illum ipſum ad eam ſua prędicatione reconciliatum introducat. Id quod extremis temporibus futurum ſit, Rom. 11.
nempe quum plenitudo gentium intrauerit: tunc enim vt Paulus prodidit, omnis Iſrael ſaluus fiet.

6 *Adiuro vos filiæ Hieruſalem, per capreas, ceruoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.*

Re-

Reconciliatus ſponſus ſponſæ matri opera & diligentia filiæ, inq; matris domum, 1
& intima vſque penetralia introductus, cupit una cum ſponſa ibidem quieſcere,
& ſomnum capere. Fęminarũ tñ Hieroſolymitanarum inuidiam, & improbitatẽ
metuens, quas reconciliationem hanc iniquo animo ferre animaduerut, ideoq; no
uas turbas, & noua rurſum moliri diſsidia, eaſdẽ ne ſpõſam excitẽt, neue antequã
ipſa uelit, euigilare compellant, iiſdem uerbis, ut paulo ante, adiurat. Quod aũt de
ſponſa dicit, hoc ipſum de ſe quoq; dictum vult intelligi. Sunt qui hanc adiuratio
nem ſponſę tribuant, quæ cum introduxerit ſponſum in domũ matris ſuæ, & vſq;
in cubiculum genitricis ſuę, ſatagat, ne dormienti illi quiſquam obſtrepat. Nos ve
rò ne a uulgata lectione diſcedamus, hęc uerba ſponſo tribuimus, quorũ allego- 2
riam ex Actis Apoſtolorum facile eſt explicare. Progreſſus.n. hiſtorię illius oſten
dit Eccleſiam, nempe Petrum, reliquoſq; Apoſtolos, & diſcipulos, qui tum Iudæis
Chriſtũ prædicabant, ſua prędicatione Chriſtum introduxiſſe in Synagogę domũ
& intima penetralia, cum fidẽ in ipſum, tum plebeijs, tum ẽt ſacerdotib. perſuaſe-
runt, in quorum animis ipſi percuperent unà cum Chriſto ceu in domo & cubicu
lo matris ſuę ſomnum capere. Sic.n. in Actis de Petro reliquiſq; diſcipulis memo-
riæ proditum eſt. *Omni aũt die non ceſſabant in templo, & circa domos docentes & euan-
gelizantes Ieſum Chriſtum.* Et paulo inferius. *Verbum creſcebat, & multiplicabatur nu
merus diſcipulorum in Hieruſalem valde. Multa etiam turba Sacerdotum obediebant fidei.* 3
Tunc ſane Chriſtus, ut antea, & internis admonitionibus & externa prædicatione
Euangelij, & ſtupendis ſignis, quæ per Apoſtolos dabat, ſatis indicauit, ſe uelle ſi-
mul cum ſua Eccleſia inter Iudæos agere, & in eorũ animis velut molliter, & ſum-
ma cum pace cubare. Peruicaces verò, importunoſq; adiurare, ne dilectam ſuam
Eccleſiam, ſeq; unà cum illa perſequerentur. Quod ipſe aperte dixit Saulo, cum de
cęlo clamaret, *Saule, Saule, quid me perſequeris?* Et hoc ſub indicauit Spiritus ſan-
ctus, cuius conſilio hoc loco dictio illa הָאַהֲבָה amor latine, poſita eſt. Quæ appella
tio Chriſto in primis cõpetit. Is.n. cum Deus ſit, charitas eſt, ut affirmat Ioannes.
Communicat aũt ipſe hanc appellationem cum dilecta ſua Eccleſia, ut lucis appel 4
lationem, & alias ſibi proprias. Eas igitur filias Hieruſalem adiurat ſponſus per ca
preas, ceruoſq; camporum, nempe per cęleſtes ſuos exercitus, quos ultores ſcele-
rum ipſis imminere interminatur. Vt ſuperiore loco, & in Euangelio ſub regis il-
lius parabola, qui cum nuptiale conuiuium inſtruxiſſet filio ſuo, iratus inuitatis,
propterea ꝙ non tantùm venire recuſaſſent, ſed etiam ſeruos regios, per quos inui
tati fuerant, contumelijs affectos, atq; adeo filium ipſum occidiſſent; miſsis exerci
tib. ſuis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem ipſorum ſuccendit. Tametſi.n. Hie
roſolymitanum excidium, & gentis Iudaicæ, quæ ex diuerſis orbis partib. Hiero-
ſolymis per id tempus concludenda eſſet, cladem a Romanis ædendam Chriſtus 5
ea deſignat parabola, ut clariſsimis placet interpretibus; nihil tamen uetat, quin ex
Origenis ſententia, Angelorum quoq; agmina Regis æterni exercitus, quib. vlto-
ribus tam graues Deus de Iudęis pęnas ſumpſerit, intelligamus. In hominib. enim,
vt ille exiſtimat, omne iudicium per Angelos exercetur. Communis ſententia eſt,
Chriſtum, quum ſe per eccleſiam gentium in Synagogam introducendum fore au
dit, Iudæos adiurare, ne eam impediant. Eadem vero hic vti adiurationis formula, 6
qua retro vſus fuit, vt vel inde parem ſe vtriuſque eccleſię teſtetur curam gerere.

FINIS LIB. II.

COSMAE DAMIANI HORTOLANI COMMENTAR. In Canticum Canticorum Salomonis,

LIBER III. ACTVS III.

Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarii?

3 GENTILIS Eccleſiæ cum Chriſto coniūctio, Chriſti triūphus ingens nouæ nuptæ pulchritudo, inſigneſque uirtutes, & fortia facta hoc tertio actu ænigmaticòs deſcribuntur. Adiurauerat quidem fœminas Ieroſolymitanas Sponſus, religioneque obſtrinxerat, ne cubantem in conclaui matris ſuæ ſponſam excitarent, neve intempeſtiue cogerent euigilare. At illæ inuidiæ velut œſtro agitatæ, ad conclaue obſtrepere, tumultuari, in aurem anus oggannire, & de ſponſo ma
4 leloqui non deſtiterunt; donec illa excitaretur, turpiterque excluderetur. Tantam igitur impietatem indigne ferens ſponſus, relicta vrbe populoſiſsima, longeq; cultiſsima, exuaſta & horrida eremo puellam forma egregia, & ætate integra ſibi aſciuit; atque in detritæ & annoſæ vetulæ locum ſibi adiunxit ſponſam. Hanc quũ videt prior ſponſa in nuptias & thalamum ſponſi vocatam, præter omnium ſpem accedere, vehementer admiratur, & ab exquiſitis ſuffimentis commendat magnifice. Eſt autem mira amplificationis uis in eo ſita, quòd non olentem modo ſuffimenta dicere ſatis habet, ſed ipſamet ſuffimenta uocat. Quod enim noſtra æditio habet, ſicut virgula fumi, in Hebræo eſt כתימרות עשן id eſt, ceu columnæ, aut ceu pal
5 mæ fumi, nempe euaporationes fumidæ, quæ in ſublime eleuantur in modum palmarum altiſsimarum; qualia ſunt ſuffimenta, quæ ex maxima copia myrrhæ, thuris, reliquorumque id genus aromatum, opera pharmacopolæ intritorum, quum adolentur igni, magno impetu in altum ſeſe attollunt. Quod etiam exprimit ſubiuncta dictio מקטרת ex ſuffitu, pro quo noſtra æditio habet ex aromatibus. Illud præterea uehementer auget admirationem, quod (ut in Hebræo eſt עלה מן המדבר) aſcendere de deſerto recens nupta videatur exquiſitiſsimis odorata & culta ſuf-
6 fimentis: vnde nihil excultum, aut ad voluptatem comparatum, ſed inculta omniq, & horrida prodire ſolita ſint. Belle verò conuenit hactenus huic dramati cum parabola illa nuptiarum, quam Matthæus & Lucas conſcripſerunt. Quas enim para- *Mat. 22.*

bola

Luc.14. bola Euangelica deſignat nuptias, nempe coniunctionem humanæ naturæ cum diuina in Chriſto Dei filio, & primigeniæ. Eccleſiæ per fidem & charitatem cum eodem deſponſationem, luculenter ad hunc vſque locum hoc epithalamio celebrauit Salomon, qui & tempus ipſum nuptiarum initio huius capitis expreſsit. Noctem ſcilicet, hoc eſt tenebroſa illa & extrema tempora, quum Synagoga deſtituta viro & contempta ſederet. Quo etiam ſpectans Lucas conuiuium nuptiale, quod Matthæus nihil ab eo diſſentiens prandium uocat, cœnam appellauit: nam vt iam ex Gregorio annotauimus, cum ad horam nonam apud antiquos prandium fieret, ipſum quoq; prandium cœna uocabatur. Qui etiam in Euangelio ſerui mitti dicuntur uocatum inuitatos ad nuptias, cum & ipſi pars ſint illius Eccleſiæ, hîc 2
ſub perſona eiuſdem ſponſæ inducuntur, cuius maxima cura ſit, & ſtudium pertinax ſponſum ſuum in domum matris ſuę & uſq; in conclaue introducere. Quod officium quamuis prima ſpecie diuerſum uideatur ab eo, quod ſeruis ſuis in Euangelio rex iniunxiſſe dicitur, Nempe ut inuitatos in domum Regiam inducāt: qui tamen conſilium ſpiritus ſancti penitius inſpexerit, idem prorſus eſſe cognoſcet. Nam cum ea mens ſit regis, nimirum Dei patris, ut multitudo Iudæorum primò vocata, quæ ad nuptiale conuiuium, hoc eſt ad Euangelicam doctrinam, & ſpiritus ſancti dona perfruenda conuenient, per fidem & charitatem cum ea, quę iam ipſius filio coniuncta eſt, in unum corpus myſticum coaleſcat: & eidem ſponſo 3
pariter nubat, ac copuletur, cum ea demum congregatio tum populi, tum etiam ſacerdotum, qui crediderunt, in domum Regis opera ſeruorum introducitur: tunc ſane & in matris domum ac penetralia, hoc eſt in populi, & ſacerdotum animos, quæ domus & penetralia matris Synagogæ ſunt, Sponſus a ſponſa introducitur. Impietas præterea Iudæorum, qui primi uocati ſeruos regis male multarunt, ſatis hoc dramate ſignificatur, quum ſponſus fœminas Ieroſolymitanas, ne ſponſam excitent, ne ut cogant euigilare, obteſtatur. Quin & eadem obteſtatio per capreas, ceruoſque agri, pęnas quas illos pro tanta impietate daturos parabola explicatius comminatur (ut nos proxime oſtendimus) ſubindicat. Denique cum 4
hoc loco inducitur noua nupta omni ſuffimentorum genere odorata in Salomonis thalamum de deſerto cum magna prioris ſponſę admiratione aſcendere, congregationem illam ex gentibus prędicatione Apoſtolorum, reliquorumque Apoſtolicorum hominum in ſpirituales Chriſti nuptias aſcitā intelligimus; poſtquam alijs eorum interfectis, alijs ſumma cum ignominia repulſis, Iudęa tanto ſe honore indignam reddidiſſet. Quod ipſum parabola ſignificat, cum alijs contumelioſe interfectis, alij iubentur ſerui egredi ciuitatem, & quoſcunque per exitus uia-
Act.13. rum, & ſepes inuenerint, in domum regiam cogere. Quum igitur Apoſtoli aliįque diſcipuli Chriſtum in Synagogis iam multo tempore prædicaſſent; & in Iudæorū 5
animos ut introducerent, omnem dediſſent operam: ac ne illum a ſe reijcerent, inhumaniterve excluderent, ingentium malorum metum, religionemque ipſis inieciſſent; incredulitate tamen, & improbo ipſorum zelo cæſis alijs, ut Stephano & Iacobo, alij ſumma cum ignominia unà cum Chriſto repulſi, coacti ſunt relicta Synagoga matre ſua implacabili & inhumana, tranſire ad gentes, quas Chriſto ſponſo ſuo deſponderent. Sic enim legimus Paulum, & Barnabam dixiſſe Iudæis Antiochiæ Piſidiæ habitantibus. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: ſed quo* 6
niam repellitis illud, & indignos uos iudicatis uitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus. Poſui te in lucem gentium, vt ſis in ſalutem vſque ad extre-

tremuit terra. Audientes autem gentes gauiſæ ſunt, & glorificabant verbum domini: & Iſai. 49.
crediderunt, quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Sic etiam legimus poſtquam Acto. 8.
Stephanus lapidatus fuit, & vnà cum ſponſo crudeliſsime reiectus, *Facta eſt autem*
in die illa perſequutio magna in Eccleſia, quæ erat Ieroſolymis: & omnes diſperſi ſunt per
regiones Iudeæ & Samariæ, præter Apoſtolos. Igitur qui diſperſi erant pertranſibant
euangelizantes uerbum Dei. *Philippus autem deſcendit in ciuitatem Samariæ & præ-*
dicabat illis Chriſtum. Intendebant autem turbæ ijs, quæ a Philippo dicebantur, vnanimiter
audientes, & uidentes ſigna, quæ faciebat. Et paulum poſt, *quum vero crediſſent Phi-*
lippo euangelizanti de regno Dei, baptizabantur viri, ac mulieres. Ac tunc quidem ſciſſæ
2 ſunt aquę chariſmatum Spiritus ſancti in deſerto, & torrentes in ſolitudine, ut
prædixerat Iſaias cap. 35. Tuuc iuxta eiuſdem prophetæ oraculum uerſum fuit
deſertum in charmel, tranſlatis nimirum aquis illis a Synagoga, quę iniqua olim, ſe
rax fuerat bonorum operum, & fructuum iuſtitię, velut Charmelus bonorum fru
gum, in Gentilem Eccleſiam, ad illa vſque tempora inſtar aridæ & horridę ſolitu-
dinis vepribus vitiorum dumtaxat, & uniuerſę improbitatis ſpinis obſitam. Hac
igitur occaſione diſcipuli Chriſti, & maxime Paulus, & Barnabas cum fidem inter
gentes longe lateque propagaſſent; eaſdemque gentes Spiritus Sancti donis, uitę
puritate, atque omni uirtutum genere, omni officio ac pietate adornaſſent, Chri-
3 ſtum pie, ſancteque colentes; id admirati Iudæi, iam ante ad Chriſtum conuerſi,
auditis, quæ Petrus a Cornelio reuerſus pro ſe reſpondiſſet (ut in Acta relatum Acto. 10.
eſt) tacuerunt: & glorificauerunt Deum dicentes, *Ergo & gentibus dedit Deus pœni-*
tentiam ad vitam? Relatum & illud in acta eſt: Quod Paulus & Barnabas pertran
ſibant Phęnicem, & Samariam narrantes conuerſionem gentium: & faciebant gau
dium magnum omnibus fratribus. Quum autem ueniſſent Ieroſolymam, ſuſcepti
ſunt ab Eccleſia, & ab Apoſtolis, & ſenioribus annunciantes quanta Deus feciſſet
cum illis in gentibus. Hanc ipſam gentium conuerſionem quatuor illa animalia, &
viginti quatuor ſeniores coram agno proſtrati, & habẽtes ſinguli citharas, & phia-
4 las aureas plenas odoramentorum, quę ſunt orationes ſanctorum, hoc nouo Can-
tico, celebrant in Ioannis Apocalypſi. *Dignus es domine accipere librum, & aperire* Apoc. 5.
ſignacula eius: quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo ex omni tribu, &
lingua, & populo et natione: & feciſti nos Deo noſtro regnũ, & ſacerdotes, & regnabimus ſu
per terram. Ac tunc demum virgines illæ in Regis palatium adductæ fuiſſe, eidemq;
nupſiſſe uiſæ ſunt, quas Reginæ per fidem & charitatẽ proximas, poſtquàm prior
illa nupſiſſet, cum lætitia, & exultatione adducendas fore Regius pſaltes olim ce-
ciniſſet. Quamobrem eo admirando ſpectaculo in maximam admirationem, ac læ
titiam rapta prior ſponſa exclamat, *quę eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto? &c.* Quam ve-
6 ro inculta, & horrida fuerit olim eremus, unde hæc tam culta, & omni ornatu ac
dignitate ſplendens aſcendit congregatio, Paulus deſcribit Epheſiis. Nempe qđ
extra ciuitatem, & rempubl. Iſraeliticam ſita fuerit, Chriſto inuiſa, omni ſpe pa- Eph. 2.
ctorum promiſsionis, atque adeo ipſomet Deo, qui de ingentibus promiſsis cum
Iſraelitis pactus eſſet, deſtituta. Frequentia item & Deo gratiſsima inde in ſubli- Rom. 15.
me inſtar uirgulæ fumi vel palmarum attolli thymiamata idem docet, in hanc ſen-
tentiam ſcribens ad Romanos. *Audacius autem ſcripſi uobis fratres, ex parte, tanquam*
6 *in memoriam vos reducens propter gratiam, quæ data eſt mihi a Deo, ut ſim miniſter Chri-*
ſti Ieſu in gentibus: ſanctificans Euangelium Dei, vt fiat oblatio gentium accepta, & ſan-
ctificata in ſpiritu ſancto. Et Romanos idem hortatur, vt exhibeant corpora ſua ho-
ſtiam Rom. 12.

ſtiam uiuentem,ſanctam,Deo acceptam,qui ſit gentium cultus cum ratione Deo 1
Philip. 2. redditus. & Phippenſibus gratulatur,quòd ipſe ſuper hoſtia, & ſacrificio fidei il-
lorum immolatur. Et quæ illi miſiſſent per Epaphroditum munera,hoſtiam acce-
ptam,& placentem Deo in odorem ſuauitatis appellat. Porro hæc omnia ſpiritua
lium ſacrificiorum genera Myrrhæ, & Thuris, reliquorumque aromatum con-
tritorum,& igni aduſtorum collatione ideo ſignificantur,quòd vt illa niſi conte-
rantur,& igni adoleantur,ſuffitum nullum faciunt,nec ſuauem ſuum odorem dif
fundunt;ſic & fides, ſpes,charitas,cæteræque virtutes Chriſtianorum, & pia ope-
ra,atque orationes,non ante percipiuntur,hominesque, ac Deum afficiunt,quàm
varijs perſequutionibus, & iniurijs ipſi contriti,& tribulationis igni impoſiti fue 2
rint,& accenſi:quemadmodum primis illis temporibus contritos,& accenſos fuiſ
ſe legimus heroas illos,& inuictos martyres,quum fortiſsimo,infractoque animo
iniurias,extremaque ſupplicia ab impijs illata,in gratiam Chriſti ferrent,atque ijs
vltro ſe obijcerent, bonorum ſuorum iacturam libenter facerent, orationi inſta-
rent,fidem interriti profiterentur,& ſicut oues victimæ deſtinatæ,pura ſanctaque
corpora ſua Deo exhiberent,ſe totos in thymiamata verſos ex igni tribulationum
ceu palmas altiſsimas,in ſublime vſque ad Dei conſpectum attollentes. Quem cul
Exod. 19. tum Deo ut redderent, Reges, & Sacerdotes a Chriſto fuerant conſtituti. Hoc ue
rò Iudæi vt crederent,nulla ratione adduci poterant. Multi nimirum perſuaſi ex 3
Moſis oraculo perperam intellecto,ſolam Iſraeliticam gentem de cunctis populis
in Dei peculium, Regnum Sacerdotale, & gentem ſanctam ſelectam fuiſſe; quum
Rom. 9. nondum myſterium illud intelligerent,quod Paulus deinde euulgauit;ſolos pro-
Ephe. 3. miſsionis filios, & qui fidem Abrahæ, & Iſraelis, eorundemque mores imitaren-
tur,& ad viuum exprimerent,eos demum legitimos cenſeri illorum filios,atq; hæ-
redes: eaque ratione gentes vnà cum Iudæis factas eſſe cohęredes, concorporales,
& comparticipes promiſsionis Dei in Chriſto Ieſu per Euangelium. Hæc & ſimi
lia de uocatione & electione gentium myſteria iam intelligens per ſuos Apoſto-
los edocta primigenia illa Iudæorum Eccleſia, quæ antea ad ſolos Iudæos Chriſti 4
gratiam & Euangelicum Regnum hæreditario iure ſpectare putabat, tantam vi-
dens multitudinem gentium ad Chriſtum conuerſam,gratiæ illius ac Regni parti-
cipem factam,velut ex deſerto infidelitatis præunte ipſi viam,orationum & pieta-
tis ſuæ incenſo in modum virgulæ vel palmarum, aut etiam columnarum fumi in
ſublime ſublato,in ſuum Regnum inuadere, unde cognatos ſuos pulſos uidet, ſic
nunc admiratur eas in alienas poſſeſsiones irrumpentes; & admirans exclamat, ut
olim gentes Chananæę attonitę exclamarunt, quum uiderent populum Iſraeliti-
cum de deſerto Arabię aſcendentem,pręuntę uiam columna fumi in ſua regna in-
uadere. Nec iam inuidet illis Dei gratiam;ſed illam rerum uiciſsitudinem repu- 5
tans,quam Paulus ad Romanos ſcribens in hęc uerba annotauit. *Sicut vos aliquan-
do non credidiſtis Deo,nunc autem miſericordiam conſequuti eſtis, propter illorum incre-
dulitatem;ita & iſti nunc non cri diderunt in veſtram miſericordiam,& ut ipſi miſericordiã
conſequantur. Concluſit enim Deus omnia ſub incredulitate, vt omnium miſereatur*, hanc
inquam reputans viciſsitudinem, exclamat, *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, &c.*
In eam fere ſententiam, in quam Paulus; *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ
Dei,quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius,& inperueſtigabiles uiæ eius, &c.* Theo 6
doretus hæc alio refert,inquit enim. Manifeſtum eſt, quòd thus ex lege moſaica
Deo attributum eſt,myrrha uero ungendis corporibus adhibeatur. His igitur no

mi-

1 minibus ſignificant,qui admirantur ſponſę pulchritudinem; quòd propterea be-
ne ipſa oleat, aſsimilata fumo thimamatis, quòd & humanitatem & diuinitatem
adoret,& morti credens exiſtentiam etiam ante ſęcula confitens. Ex omnibus igi
tur pulueribus unguentarij admirantur myrrham,& thus. Habet enim & alias uir
tutes,quas uelut ex quodam unguentario ex ipſa diuina ſcriptura collegit;myr-
rha uero & thus eius prętantiſsima ſunt, nempe Theologia, & œconomia; hoc
eſt Dei meditatio,& domus diſpenſatio.Hęc Theodoretus refert tradita à Sym-
macho & Aquila.

2 *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſsimis
Iſrael, omnes tenentes gladios,& ad bella doctiſsimi. uniuſcuiuſ-
que enſis ſuper fæmur ſuum propter timores nocturnos.*

Nouam ſponſam ex barbaris nationibus in Salomonis thalamum aſcitam ſe ſpre-
tis,atque exclusis,dolentes fœminę Ieroſolymitanæ, conclauis regij fores abſente
ſponſo de nocte effringere cogitarunt, ac nihil intentatum ommittentes, eandem
abducere,atque in ſeruitutem redigere nixę ſunt. Vt hiſce, perinde atque ſuperio
3 ribus matris ſuæ interturbatis nuptijs, Salomonem cogerent ancillæ nuntium re-
mittere. Id uero quum pręuidiſſet Salomon, ſexaginta fortiſsimorum Heroum
pręſidium circa cubiculum ſuum peregre profecturus, collocarat; a quibus bac-
chantes illę fortiter repulſę ſunt, & unà cum petulantium ſociorum manu coactę
procul abſiſtere. Eam uero turbam poſtera die nequidquam adhuc tumultuantē,
& nouam nuptam ſuperioris noctis tumultu territam; prior ſponſa ſic alloqui-
tur. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt &c.* quaſi dicat: o ciues Ieroſo-
lymitanæ, quid fruſtra tumultuamini? Et regias nuptias nobis inuidentes, in Sa-
lomonis penetralia tentatis irrumpere? & ſponſam regiam in ſeruitutem abduce-
4 re, vt ipſi tanquam capite diminutæ, Regem Salomonem nuntium cogatis remitte
re? Non latuere Regem doli veſtri, non efferata iracundia,& ad omne nefas præ-
ceps veſtra inuidia. Ita'ne putaſtis, vos prouidentiſsimi imperatoris ſponſam poſ-
ſe abripere? Ita ne abreptam diſtrahere? Ecce ueſtros ille dolos, & nefaria conſi-
lia, vt eluderet; veſtros impios conatus, ut frangeret, peregre profecturus ſexagin
ta heroum præſidium ex fortiſsimis,& rei militaris peritiſsimis Iſraelitis delectū,
omnique armorum genere, gladijs præſertim, inſtructum, circa cubiculum ſuum
collocauit; quib. tanquam hyperaſpiſtis, ſponſæ ſuę tutelam commiſit; ac ne quid
illa detrimenti per noctem caperet, diligenter vt cauerent, iniunxit. Iam igitur, o
5 ſocia,& ſoror mihi chariſsima, ocioſo te animo eſſe impero; pone metum, & om-
nium poſt hæc ſecura, in cubiculo regio conquieſce. Nihil te moueant bacchan-
tium illarum tumultus, & minę. Nec enim regij cubiculi fores attingere poſſunt:
tantum abeſt, ut te a Salomonis, quamuis abſentis, thalamo poſsint abducere, aut
uim ullam inferre. Iam a regijs hyperaſpiſtis ſeditioſæ ęmulæ noſtræ cum petulan
tium ſuorum ſociorum manu fortiter repulſæ ſunt,& procul coactę abſiſtere. Tu
multuentur quantum uolent, modò procul, & debacchentur; nihil eſt periculi.
6 Manebunt tibi rata in omne æuum tua cum noſtro Salomone fœliciter inita fœde-
ra nuptialia; rumpentur inuidia,& valebunt quicunq; inter vos diſsidium volunt.
Hic igitur ſit huius loci ſenſus hiſtoricus. Iam quantum ad myſticum attinet, ex-

poſi-

Galat. 2. politum eſt colligere ex Pauli Epiſtolis, & ea pręſertim, quæ ad Galatas ſcripta 1
Acto.12. fuit, veteratores quoſdam, & vafri ingenij Iudæos, quos ideo ille falſos fratres
vocat, omnem dediſſe operam, vt gentes vnà cum Euangelio circuncifionem, &
vniuerſæ legis Moſaicæ iugum ſuſciperent. Nota item eſt ex actis Apoſtolicis illa
hiſtoria, quoſdam eiuſdem farinæ homines, ex Iudæa profectos, miras turbas in
Antiochena Eccleſia excitaſſe, plurimumque negotij Paulo exhibuiſſe, dum hæc
eadem impia dogmata Antiochenis Chriſtianis niterentur obtrudere. Verùm ho-
rum nefarijs conſilis fortiter obſiſtente Paulo, ad concilium Apoſtolorum, & Se-
niorum prouocatum eſt; ibique contra illos, & ſaducęorum hæreticorum factio-
nem Ieroſolymis in concilio tumultuantem, ac hypocritarũ illorum cauſam agen 2
tem publico decreto cautum eſt, ne Antiochenæ Eccleſiæ libertas fidei euange-
licæ, Moſaicæ legis iugo opprimeretur: Atque hoc veluti gladio ſeditioſi homines
repulſi ſunt, eorumque impia exploſa ſententia; atque his Antiochena Eccleſia
in vera religione confirmata permanſit. Eam inſuper Iudas, & Silas cum eſſent
prophetę & in Repub. chriſtiana viri primarij, longa oratione conſolati ſunt, &
confirmarunt: cuius ſane orationis ſumma a Salomone hac breui perioca com-
prehenſa videtur. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt, &c.* Spectat autem
hoc myſterium ad tabernaculum illud, quod ſibi fieri in deſerto per Moſen iuſsit
Dominus. In quo ipſe velut Rex Salomon in conclaui ſuo conquieſceret: & quò 3
confugientes Moſes, omneſque pij (quos ideo abſconditos Dei in ſcriptura vo-
cari retro annotauimus) ab impiorum iniurijs tuti eſſent. Id vero voluit Deus in
medio illorum ſexcẽtorum millium armatorum Iſraelitarum, qui cum reliqua tur
ba ex Aegypto aſcenderant, collocari, & eorum præſidio communiri, diſpoſitis
militibus per quatuor acies, ſingulis earum per ternas tribus circa ſingula taberna-
culi latera diſpoſitis: Metonymicòs tamen per lectum, cubiculum intelligimus, &
myſticòs per lectum libertatem fidei, quam (vt Paulus docet) Eccleſia Chriſti ue-
ri Salomonis ſingulari dono obtinet. Pro ea uero libertate quàm ſtrenue contra
Gala.2. quoſdam falſos fratres ille propugnauerit, ut ueritas Euangelij, quæ Chriſtus eſt, 4
penes Eccleſiam maneret, ipſe idem refert in ea Epiſtola, quam ſcripſit ad Gala-
tas. In fidem namque, & libertatem Euangelicam, ubi ipſa cum ſponſo ſuo con-
quieſceret, eidemque liberos Euãgelicos procrearet, ceu intellectum ſuum, Chri
ſtus ſuam uidetur admiſiſſe ſponſam. Cuius lecti propugnatores heroas ſexaginta
ex fortiſsimis Iſraelitarum delectos, gladijs accinctos, & rei militaris peritiſsi-
Ephe.6. mos, Apoſtolos agnoſcimus, & Apoſtolorum ſucceſſores epiſcopos, & doctores
egregios panoplia ſpirituali, & gladio in primis Spiritus, quod uerbum Dei eſt (ut
Tit. 1. docet Paulus) inſtructos, tenaces maxime illius ſermonis, qui cum ſana doctrina
coniunctus ſit. Vt poſsint morigeros quidem ſana doctrina ex pręſcripto Pauli 5
exhortari; rebelles uerò, & renitentes arguere: ut omni ſpiritualium armorum ge-
nere ſic muniti contra omnes inſidias, & incurſus Diaboli reſiſtere poſsint, & cir
cum Salomonis lectum intrepidi, & perfecti (ut idem Apoſtolus hortatur) conſi-
ſtere. Quod proprium eſt heroum Iſraelitarum officium: quippe qui patris ſui
Iſrael, cuius nomen gerunt, eximiam præſtantes fortitudinẽ, & bellandi peritiam,
Eloim, ideſt Angelos, nedum homines, queant ſuperare; timores nocturnos (hoc
eſt) tumultus, bella, hæreſes, alioſque inſultus, quos in hoc tenebroſo ſæculo, & 6
caliginoſa ignorantia, principes, & poteſtates ipſius rectores, omneſquè improbi
ſpiritus in hoc aere uerſantes nobis perpetuò excitant, & præſentem Eccleſiam

aggre-

1 aggredientes territant, præcauere, ac profligare. Quam aſsiduam pugnam, & de cę
leſtibus præmijs concertationem expertus ille Iſraelitarum fortiſsimus, fratres, *Ephes. 6.*
& commilitones ſuos admonet in hunc modum.

*Confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius; induite vos armaturam Dei, ut
poſsitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli. Quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem
& ſanguinem; ſed aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum
harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cęleſtibus. Propterea accipite armaturam Dei, ut poſ
ſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos ueſtros
in ueritate, & induti loricam iuſtitiæ, & calceati pedes in præparationem Euangelij pacis:*
2 *in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſsitis omnia tela nequiſsimi ignea extingue-
re; & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt uerbum Dei.* Atque hi mul
to plures cum ſint, ſexaginta tamē memorantur dumtaxat; vt ex eius numeri my-
ſterio numeroſæ multitudinis perfectio ſubindicetur. Conſurgit enim is nume-
rus ex denarij ductu in ſenarium, quorum hic perfectus dicitur, propterea quòd
omnibus ſuis partibus aliquotis conſtat; vnitate ſcilicet, binario & ternario: il-
le uerò, quod ſimplicium numerorum ſummus ſit. Ille rurſum legem ſignificat,
hic fidem in Chriſtum, ſpem, & charitatem, conſumatæ iuſtitiæ ceu partes ali-
quotas, per quas ducto decalogo, perfecta, & cōſummata ſub Chriſto ſurgit iu-
3 ſtitia chriſtianis hominibus: in quos fines ſæculorum (hoc eſt) perfecta ſæcula
(vt interpretatur ea Pauli uerba Origenes) deuenerunt. Hac igitur virtute præſtā *1. Pet. 5.*
tes, & cōfirmatos Chriſti, & eccleſię hyperaſpitas eā ob rem ſexagenario numero
ſignificari maxime ſit veriſimile. Pōt & alia huius numeri reddi ratio, quę ſuperio
ri optime cohæreat. Nempe, vt ſinguli ſexaginta heroum ꝑꝑ eximiam fortitudi-
nem ſuam, & bellandi peritiam, pro decem millibus inferiorum militum compu-
tentur; quanti ēt æſtimandum eſſe Regem ſuum Dauidem olim cenſuit populus. *2. Reg. 18.*
Atq; ita ſexaginta proceres, & primates eccleſiæ pro ſexcentis millibus, nimirum
pro tota eccleſia, cuius perſonam, & uices ꝑꝑ ſuam dignitatem, & officiū gerunt,
4 ſub myſtico ſenſu deſignatos hic eſſe agnoſcamus. Vt alluſum ſit ad ſexcenta illa
pugnatorum millia, quæ circa tabernaculum Dñi caſtra locaſſe, in Numeris legi- *Num. 2.*
mus, miro artificio ſeruato decoro in numero, qui cōueniret pręſidio Regis in cu
biculo quieſcentis, & qui eiuſdē præſidio in tētorio agentis, accōmodari poſsit.
Sic enim prælatos eccleſiæ, eccleſiæ noīe a Chriſto deſignatos fuiſſe, quum eum,
qui ſe priuatim corripientem contémneret, eccleſiæ deſferendum eſſe Chriſoſto *Matth. 18.*
mus, & alij grauiſsimi interpretes docent; quemadmodū aliquoties, in ueteri te-
ſti teſtō primores multitudinis pro tota multitudine populi Iſraelitici poni certū *3. Reg. 8.*
eſt; & apertiſsime quidē tertij Regū octauo capite, ubi ſtatim initio capitis dr̄
5 Salomon Ieroſolymam conuocaſſe oēs maiores natu Iſraelis, cū Principibus tri-
buum, & ducibus familiarum. Quibus oībus anteq̄ dimitterentur, Rex cum be-
ne precatus eſſet, oī eccleſiæ Iſrael benedixiſſe dr̄. Iam ergo cū uniuerſitas præla-
torū eccleſię, uniuerſam eccleſiā repręſentet, nuiuerſe aūt eccleſię ſemp ſe affutu *Matth. vlt.*
rū Chriſtus ſpoponderit; quamobrē ēt columnā, & firmamentū ueritatis hanc ſo *1. Thim. 3.*
lam Paulus agnoſcit, rectè ex Chriſti ſpōſione, & Pauli ſnīa perſuaſum nobis eſt,
ſolā eccleſiam catholici concilij præſidio circumſeptā, quum de fide & moribus
6 ſtatuit, errare nō poſſe: nec ulla unquā fraude impoſtorū, aut quorūcunq; hoſtiū *Luc. 21.*
vi labefactari, quin præſidum ſuorū ſingulari uirtute præditam, quibus os, & ſa-
pientia oībus aduerſarijs formidabilis data ſit, ſuperiorē ſemper euaſurā. Quā fi-

Q dutiam,

duciam, & ingentes animos fortiter præſe fert Paulus, quum ad Corinthios ſcri- 1
2. Cor. 10. bens, *Arma inquit militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia Deo: ad deſtructionem*
munitionum, concilia deſtruentes & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiã
Dei: in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti: & in promptu
habentes vlciſci omnem inobedientiam, quum impleta fuerit veſtra obedientia. vt ſub
Chriſto & Apoſtolis geſtum fuiſſe myſterium & iudicium illud cognoſcamus,
quod regius pſaltes hiſce verſibus olim cecinisſet. *Exultabunt ſancti in gloria, læ-*
tabuntur in cubilibus ſuis. Exultationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in ma-
nibus eorum. Ad faciendam uindictam in nationibus, increpationes in populis; Ad alli-
gandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, ut faciant in eis 2
iudicium conſcriptum, gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius: Hæc uerò præſentis dra-
matis pars tunc primum agi cœpit in eccleſia, quum Antiochiæ (ut in actis Apo-
ſtolorum legimus) prouocatum eſt Hieroſolymam ad Apoſtolos & ſeniores
contra ſeditioſos illos falſos fratres, qui (vt inquit Paulus ſcribens ad Galatas)
nitebantur eccleſiam in ſeruitutem redigere; fortiter enim a fortibus illis cuſto-
dibus lectuli Salomonis, nempe a ſtrenuis libertatis Euangelicæ aſſertoribus, re-
pulſi ſunt gladio illo icti. *Viſum eſt ſpiritui ſancto, & nobis, nihil vltra imponere uobis,*
quàm hæc neceſſaria: vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuf-
focato, & fornicatione: a quibus cuſtodientes vos bene agetis. Valete. His igitur ex- 3
cubitoribus pro libertate Euangelica ſtrictis gladijs ſtrenue propugnantibus, de
ſuis hoſtibus triumphans eccleſia tunc primum uiſa fuit audire. *En lectulum Sa-*
lomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſsimis Iſrael. &c. Quum ſuper hac re ab
Apoſtolis, & ſenioribus per Paulum & Barnabam miſſam legiſſent Antiocheni
Epiſtolam. *Hi enim,* ut narrat Lucas, *Dimiſsi deſcenderunt Antiochiam, & congregata*
multitudine tradiderunt Epiſtolam: quam quum legiſſent gauiſi ſunt ſuper conſolatione.
Iudas autem, & Silas & ipſi cum eſſent prophetæ, Verbo plurimo conſolati ſunt fratres,
& confirmauerunt. & horum maxime uerba illa, quibus eccleſiam gentium confir-
marunt, eſſe uidentur, *en lectulum Salomonis &c.* Procedente uero tempore perſti- 4
tit in hanc eandem ſententiam omnes ſuos hoſtes alloqui Eccleſia, ſeque contra
eorum incurſus confirmare, quum Chriſtum per Apoſtolos, reliquoſque Marty-
res ſuos tum ſcriptis Euangelijs, & Epiſtolis, tum uiua uoce gladium uerbi Dei
vtrinque acutum manu, oreque exerentes, vbique uidit de impijs Iudæis, & genti-
bus, toto orbe triumphare. Arrios, Neſtorios, Macedonios, Eutychites, Dio-
ſcoros, quatuor illis catholicis concilijs (quæ Gregorius uelut Euangelia uene-
ratur) alioſque quam plurimos deinde hæreſiarchas, eorumque ſectatores alijs
catholicis concilijs tanquam orthodoxorum congreſsibus, & gladijs ſpirituali-
bus ſuperatos & confeſſos ſuas hæreſes cogere abiurare; ut nuper Tridenti co- 5
acto ſanctiſsimorum iuxta ac doctiſsimorum patrum concilio (cuius ego mini-
ma pars fui) omnes noſtræ tempeſtatis hæreticos damnauit: & cum tantum om-
nibus timoris iniecerit, ut ſæpe prouocati ſub ea fide publica, quam ipſimet præ-
ſcripſiſſent, ſibique dari poſtulaſſent, nunquam auſi ſint aut cum tota ſynodo
agere, aut cum delectis antagoniſtis de cauſa fidei congredi, citra controuer-
ſiam ſuperaſſe uiſa fuit, deque illis triumphaſſe, quos manifeſtæ impietatis ſua
ſacra doctrina, & pijs conuictos decretis traduxit; & uelut reuinctis poſt terga 6
manibus, traxit in triumphum. Ac tum uel maxime exultans, ſerioque triumphãs
eccleſia omnibus ſuis hoſtibus inſultabit, quum confectis illis grauiſsimis & me-
mora-

1 morabilibus prælijs, quæ in Apocalypſi refert Ioannes, ſubactiſque omnibus impijs, regnum ſuum unà cum Chriſto inibit. Cui ſumma cum gloria aſsidens eos omnes iuſte iudicabit, atque vlciſcetur, a quibus olim inique oppreſſa, graues ipſa pertulerit iniurias, extremaque incommoda. Tunc quidem certe ſublata, profligataque omni triſtitia, exultabunt ſancti in gloria: tunc ab omni labore feriantes, perfectaque fruentes libertate lætabuntur in cubilibus ſuis, quum in lectulo Salomonis intrepida conquieſcet ſponſa. Tunc exultationes, & magnificæ laudes Dei in ſanctorum gutture perſonabunt, quum exaudietur uox illa ceu Tubæ magnæ & ingentium tonitruorum, *Alleluia, Regnum inijt Dominus Deus noſter om-* Pſal. 149. Apoc. 19.
2 *nipotens. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptię agni: & vxor eius præparauit ſe.* Tunc poteſtatem iudiciariam (quæ gladius uerbi Dei eſt utraque parte acutus) quaſi manibus proferentes ſancti unà cum Chriſto uindictam ſument iniuriarum, quas a nationibus antea acceperint: populoſque impietatis conuictos, acriter increpabunt. Tunc etiam nobiles, & Reges eorum potentiſsimos, & quos antea in uirtute Domini noſtri Ieſu Chriſti tradiderint Satanæ in interitum carnis, ſperantes eorum ſpiritus in die domini Ieſu Chriſti ſaluos fore, iam deſperatos, iuſta prolata ſententia, manicis, & compedibus ferreis uinciendos, atque in æternum cruciandos eidē Satanę, & Angelis eius mancipabunt:
3 quum inſidentes equis albis, ueſtiti byſsino albo ac mundo ſequentur fidelem, & ueracem Imperatorem ſuum, & ipſum equo albo inſidentem, gladiumque utraque parte acutum de ore ſuo proferentem, eoque gentes percutientem. Quod plane iudicium ab omnibus ſanctis ſumma cum gloria agitandum, uarijs in locis ſacrarum ſcripturarum conſcriptum fuerit, & adumbratum: & maxime in libro Ioſue, ubi ingens recenſetur impiorum Regum, & populum ſtrages, a populo Dei, Ioſue duce, edita. Tunc omnis ſanctorum lætabitur eccleſia, uindictam hoſtium ſuorum uidens; & in peccatorum ſanguine lauabit manus ſuas; quum aues omnes, quæ uolant per medium cœlum, ad cœnam illam magnam Dei euocabun- Pſal. 57. Apoc. 19.
4 tur, mandituræ carnes Regum, tribunorum, Heroum, equorum, & equis inſidentium; carnes liberorum, ſeruorum, puſillorum, & magnorum: quibus tropis utuntur ſacri ſcriptores, non ut ſignificent nobis uoluptatem vllam, quam de malis miſerorum capturi ſint beati; ſed ut exaggerent, pleneque exprimant ultricem iuſtitiam diuinam, & ingens gaudium, quo pro illius admiranda amplitudine aſficiendi ſunt ſancti in futuro ſæculo; perinde atque in pręſenti uita afficiuntur impij homines, & ſanguinarij; in quorum poteſtatem ſi uenerint hoſtes, immaniter eos interficiunt, in eorum ſanguine manus lauant, eorundem carnibus ueſcuntur, ut ſuæ iræ ſatisfaciant, quam omni melle dulciorem affirmat Homerus.

5 *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani. Columnas eius fecit Argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum, Media charitate conſtrauit, propter filias Hieruſalem.*

Pergit prior ſponſam recentiorem confirmare. Gratulatur enim illi triumphale
6 ferculum, quod in hoc ſibi Rex Salomon affabre fecerit, ut in eo unà cum ſua noua ſponſa Hieroſolymis aliquando triumphet. Quod et indubitatum illi ſignum eſſe debeat ſummi fauoris, & beneuolentiæ. Laudat porro ferculum tum a mate-

riæ præſtantia, tum ab arte plane diuina, & quæ Regis Salomonis magnificentiam 1
in ea re maxime conſpicuam plurimum poſsit commendare. Porro אַפִּרְיוֹן aiunt
deduci ab אֵפֶר quod Hebræis ſignificat uelamen ſiue tegumentum; & ideo uolunt nonnulli non ferculum, ſed tabernaculum, uel lectum cortinis uelatum ea
voce ſignificari. Noſter interpres ſequutus ſeptuaginta, ferculum uertit, quod
ſic a fero latinis deducitur, ut φορεῖον Græcis παρά τοῦ φέρειν. Eſt autem ferculum
geſtamen, quo pompa deferri ſolet.

Sic enim apud Suetonium in Cæſare legimus. Pontico, inquit, triumpho inter
pompæ fercula trium uerborum prætulit titulum, Veni, Vidi, Vici. Atque hæc ſignificatio recte conuenit dictioni Hebraicæ. אפרין ſi deducatur a uerbo פָּרָה 2
quod augere, & creſcere ſignificat. Tunc enim is maxime auctus uidetur, qui
triumphali pompa conſpicuus magno populi ſpectaculo circumfertur. Et propius adhuc ad Græcam, & Latinam etymologiam accedunt quidam Hebræi qui
אַפִּרְיוֹן a verbo פָּרָה deducunt quod fructum ferre ſignificat. Præterea pro quo
noſtra æditio habet reclinatorium רְפִידָתוֹ Græca æditio habet ἀνάκλιτον. Recentiores tamen vertunt pauimentum; propterea (ut puto) quòd deducatur a uerbo רָפַד quod ſternere ſignificat; uerum non eſt tanta conſequutio in ethymologia Hebraica, quanta in Græca, & Latina; inſuper מֶרְכָּבוֹ pro quo noſter interpres aſcenſum uertit, & Græci eodem ſignificatu ἐπίβασις nonnulli tranſtulerunt operimentum. Sed manifeſta eſt huius dictionis deriuatio a uerbo רָכַב 3
quod aſcendere ſignificat. Illud denique etiam admonendum duximus lectorem,
qui per ſe Hebræa exemplaria conſulere non poteſt, ubi legitur: Media charitate conſtrauit propter filias Hieruſalem, aut (ut alij uertunt) Amore filiarum Hieruſalem: Dictionem illam media, neutri generis eſſe, pluralis numeri, accuſatiui caſus.

In Hebræo ſingulare eſt תּוֹכוֹ Medium eius, ut intelligamus interiorem faciem, & ambitum ferculi: id quod expreſſerunt ſeptuaginta uertentes, ἐντὸς
αὐτοῦ. videtur uero ſponſa in huius ferculi deſcriptione ad illud alludere ſolium celeberrimum, quod Salomon feciſſe memoratur in libris Regum, ubi 4
ſic legimus.

Fecit etiam Rex Salomon thronum de ebore grandem, & veſtiuit eum auro fuluo nimis. Qui habebat ſex gradus, & ſummitas throni rotunda erat in parte poſteriori, & duæ manus, hinc atque hinc, tenentes ſedile, & duo Leones ſtabant circa manus ſingulas, & duodecim leunculi ſtantes ſuper gradus hinc, atque inde. Non eſt factum tale opus in cunctis Regnis. (3.Reg.9.)

Verum enimuero (ut iam ad allegoriam tranſeamus: citra quam verba illa,
Media charitate conſtrauit, exponi nequeunt) longe excellentius opus hoc eſſe 5
conſtat: Quando quidem & hic noſter Salomon Salomonem illum longe
antecellit.

Vas ſane admirabile, opus excelſi, vas in hoc electum, vt noſtri Salomonis nomine ferat coram gentibus & Regibus, & filijs Iſrael. Nimirum
Paulus Apoſtolus, quem ipſe Chriſtus, cuius Salomon typum geſsit, in eos uſus
Act.9. honorificos ſibi elegiſſe teſtatus eſt. Et ipſe de ſe loquens, *in quo*, inquit, 6
1.Thi.2. *poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus (veritatem dico, non mentior) doctor gentium in fide, & ueritate*. Et alibi, *Quum*, inquit, *placuit ei, qui me ſegrega-*

1 *gregauit ab utero ma'ris meæ, & vocauit per gratiam ſuam, ut reuelaret filium ſuum*
in me, vt euangelizarem illum in gentibus. Conſtat hoc opus lignis libani, Nem- Gal. 1.
pe aſſeribus, & trabibus cedrinis, & cypreſsinis; cuius generis in ſuperioribus
quoque ſponſa eſſe dixit tigna, & laquearia domorum ipſi cum ſponſo commu-
nium. Hoc eſt, quæ putreſcere non poſsint, nec ulla unquam carie tenta-
tari. Tale autem nouimus fuiſſe corpus Pauli Apoſtoli, poſtea quam exube-
ranti ſpiritus ſancti gratia per baptiſmum repurgata & extincta fuit in eo omnis 1.Cor. 9.
concupiſcentia mala; quæ ne ulla occaſione in eo reuiuiſceret, ipſe diligentiſsi-
me cauit, toto uitæ ſuæ tempore macerans, & caſtigans corpus ſuum, aſsiduiſque
2 vigilijs, ieiunijs, peregrinationibus, & pleriſque alijs id genus exercitamentis in
ſpiritus redigens ſeruitutem. Qualia etiam commoda percepit ab Angelo Sata- 2.Cor. 12.
næ, qui ipſum continuis iniurijs, & perſequutionibus exercuit: atque exerci-
tum integritatem cedrinam, cypreſsinamque ut retineret, effecit. Vnde factum
eſt, ut (quemadmodum alios ipſe hortabatur) Chriſtum in corpore ſuo ſic glo-
rificaret, & geſtaret, vt illud, *viuo iam non ego, viuit verò in me Chriſtus*, ſuo iure di- 1.Cor. 6.
ceret. Diuerſus ualde, & mutatus ab illo, qui ante clamare ſolitus erat, *Ego car-* Galat. 2.
nalis ſum, uenundatus ſub peccato. Quod enim operor non intelligo. Non enim quod volo Rom. 7.
bonum, hoc facio; ſed quod odi malum, hoc operor. Et ſcio quod non habitat in me, (hoc
3 *eſt, in carne mea) bonum*. Et rurſum. *Video aliam legem in membris meis repu-*
gnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ eſt in membris meis.
Quomodo enim adhuc carnalis ſit Paulus, cui mundus Crucifixus eſt, & ipſe
mundo? Quippe qui, (ut interpretatur Ambroſius) nihil mundi concupiſcit:
& in quo mundus nihil ſuum agnoſcit.

Quomodo non quod uult bonum, ſed quod odit malum faciat, qui iam non ip-
ſe, ſed in quo Chriſtus uiuit? Quomodo in illius carne bonum non habitet?
Quomodo legem in membris ſuis ſe captiuantem in lege peccati adhuc patiatur
is, qui gratias agit Deo, qui ſe a corpore morti obnoxio liberauerit? Hæc nihili
4 facient obiecta noſtri temporis hæretici, qui hominem poſt lapſum primi paren-
tis, ipſummet peccatum vocant; & contendunt quantumuis iuſtificatum per Ba-
ptiſmum, & fidem Ieſu Chriſti, non poſſe non peccare: aut opus aliquod bonū
præſtare, quod non inhærens concupiſcentia uitiet, oēs iuſtitias noſtras, ceu pan
num candidum mulieris menſtruæ, cōmaculans. Sed qui tam ſtrenui gratiæ, & fi
dei aſſertores uideri uolunt, quid tantum tribuunt concupiſcentiæ? Quid tantū Pſalm. 64.
gratiæ Chriſti, & fidei detrahunt, quibus omnia tribuunt? Quaſi his alexiterijs
venenum hoc a ſerpēte antiquo iniectum, medicus noſter Chriſtus, mitigare qui-
dem poſsit, uincere prorſus, & extinguere non poſsit. Sed dicent (credo) poſſe
5 quidem, ſed nolle, ut agnoſcat homo, ſe nunquam non iuſtitia Chriſti indigere,
quam per fidem ab ipſo mutuetur; & per quam iuſtus apud Deum habeatur, qui
alioqui peccator ſit, nec quidquam aliud, quàm peccare poſsit. Quid? eum for-
taſſe, qui per gratiam, & fidem Chriſti remiſsionem peccatorum, plenam concu-
piſcentiæ curationem, & conſummatæ iuſtitiæ habitum conſequutus ſit, hæc om
nia Chriſto ferre accepta nō oporteat, aut hæc eadē ſine Chriſti iuſtitia ille poſ
ſit retinere. Certe non magis q̄ diaphanum lucem actū ſuum, non præſente corpo
6 re luminoſo. Aut fortaſsis maior Deo cedit gloria ex operibus hoīs iuſti, nondū
tñ a concupiſcentiæ uitio plene liberati, quàm ex operibus hoīs iuſti, qui ſypha-
cem illum, & veterem hominem omnino exuerit. Iam uerò, Quid dicant de Io-

Q 3 anne

Lucæ 1. anne baptiſta, quem iam inde ab vtero matris ſuæ ſpiritu ſancto replendum fore 1
prædixit Gabriel? Et à teneris annis in deſertum ſe abdidiſſe canit eccleſia, ne le
ui ſaltem maculare uitam famine poſſet. Mariæ matris Domini exemplum prudẽs
prætereo, quòd ſciam illos homines parum virgini Deiparæ tribuere, cui ſancti
omnes quidquid puritatis, & dignitatis ſecundum Chriſtum cogitari poteſt, tri-
buunt. Nec dubito, quin dicturi ſint, plenitudinem ſpiritus quod Paulo non præ
ſtitit, ne Ioanni quidem præſtitiſſe. Et Paulum quidem queri, quum iam non ip-
ſe, ſed in ipſo Chriſtus uiueret, quod in ſe (hoc eſt in carne ſua) bonum non ha
biter: & reliqua, quæ in Epiſtola ad Romanos ſcripta ille queritur; quam tamen
Pſalm. 62. conſtat poſt Epiſtolam ad Galatas miſſam, ſcriptam fuiſſe. Iam quid dicant de Da 2
uide, qui ſe non tantùm animo, ſed etiam carne Deum ſitire affirmat; idque non
vt cumque, ſed adeo, ut tam uehemens carnis ſuæ (hoc eſt inferioris animæ ſuæ
partis, in qua concupiſcentia ſita eſt) deſideriũ ipſe admiretur. *Sitiuit*, inquit, *te ani
ma mea: quam multipliciter*, & iuxta hebræum, quantopere, *te caro mea*. Tantum præ
terea alio pſalmo hoc ſuum eſſe deſiderium teſtatur, ut non modo animo, ſed
etiam carne præ Dei amore langueat. *Quid enim inquit, mihi eſt in cœlo? & a te quid
Pſalm. 72. *uolui ſuper terram? Defecit caro mea, & cor meum; Deus cordis mei, & pars mea Deus
in æternum*. Caro quę a concupiſcentia in legem peccati captiua trahitur, in legem
Spiritus & Dei amorem trahi proculdubiò eodem tempore non poſsit, non ma- 3
gis quàm idem lapis ab eodem impellente ſimul ſurſum deorſumque agi. Hoc
enim eſſet, legi Dei & legi peccati ſimul carne ſeruire: quod Paulus minime que
ritur, ſed tantùm exclamat. *Itaque ego mente ſeruio legi Dei: carne autem legi peccati.*
Rom. 7. Adde, quod idem propheta gratias agit Deo, a quo tantùm intellectus conſequu
tus ſit, ut etiam ijs affectionibus, nimirum partis inferioris animi, quæ alios ab ho
neſto auocare ſolent, ipſe erudiatur, & ad Dei amorem concitetur. *Benedicam*, in-
quit, *Dominum, qui tribuit mihi intellectum: inſuper & vſque ad noctem increpuerunt
Pſalm. 15. *me renes mei*. Aliàs, per noctem erudierunt me renes mei.

Adeo poteſt ſingulari Dei munere inferior concupiſcibilis animæ pars a con- 4
cupiſcentia mala liberari, & ſuperiori reddi conſentiens, ac morigera, ut eodem
quo illa, impellat hominem: quomodo in Deum impuliſſe Dauidem ex ſuperio-
ribus locis manifeſtum fecimus. Porro autem Auguſtinus, (quem aduerſarij pro
ſe falſò ſtare contendunt, quamuis a ſua priore, & multorum veterum ſententia
diſceſſerit, exiſtimaueritque querimoniam illam Pauli de ipſo Paulo intelligi poſ-
ſe;) de hac tamen re, negat ſe uelle contendere, perfectam, plenamque iuſtitiam,
cui prorſus nihil addendum ſit, uel heri fuiſſe in aliquo, dum in hoc corpore uiue
ret, & hodie eſſe, & cras futuram: dum tamen longe plures ſint, qui ſibi vſque ad
ultimum uitæ huius diem neceſſarium eſſe non dubitent, ut ueraciter dicant. *Di-* 5
mitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Atque id totum in
Chriſto & Spiritus ſancti donis collocetur: de natura & gratia: capit. 60. Iam ue-
ro & eſſe qui ſine peccato uiuant, & loci quibus Auguſt. perſuaſus, (neminem ſine
peccato uiuere, quomodò aliter intelligi poſsint, abunde nobis oſtenſum eſt in
noſtro introductorio. Denique communis eſt orthodoxorum omnium ſenten-
tia, ex ſingulari Dei dono, & priuilegio, id homini poſſe contingere: & nuper
hoc ipſum confirmauit ſacrum Concilium Tridentinum. Ego vero hoc priui- 6
legio honeſtatum fuiſſe Paulum Apoſtolum, idque hoc loco deſignari crediderim:
rim: modo catholicæ Eccleſiæ conſenſus nobis accedat, cui perpetuò meque

mea-

1 meaque omnia ſubijcio. Deſinant ergo impij homines contentioſe condemnare, quos Chriſtus inſigniter iuſtificauit, ſanctos ſuos, & ſpeciali prærogatiua condecorauit. Permittant nobis noſtrum Paulum, immo uerò Chriſtum Galat. 2.
in ſuo ferculo cedrino, & Cypreſsino, in ſua arca cethimica hiſce encomijs celebrare. Nam & Arcam fœderis ex lignis cethim factam, refert hoc imputribile ferculum: in quo teſtamentum nouum olim circumlatum fuit per uniuerſum orbem, ut uetus in illa per deſertum Arabiæ, & terram Chananæorum. Sed hæc hactenus, ad reliqua progrediamur. Columnæ argenteæ pedes ſunt Pauli, inſtar columnarum argentearum pulcherrimi. *Quam pulchri*, inquit Iſaias, *pedes euangeli-* Iſa. 53.
2 *zantium pacem, euangelizantium bona*. Poſſumus etiam ſub columnarum argentearum ſymbolo fidem, & ueritatem intelligere; quibus nixum, ſe perſonam doctoris gentium ſuſtinere idem ad Timotheum ſcribens profitetur.

De fidei nanque firmitate loquens ille inquit, *In qua ſtamus, & gloriamur in ſpe* Rom. 5.
gloriæ filiorum Dei. Rurſum ad Corinthios ſcribens inquit, *Nam fide ſtatis*. Et 1. Thim. 9.
Eccleſiam columnam eſſe affirmat & firmamentum ueritatis. His accedunt charitas, quæ omnia ſuffert & omnia ſuſtinet; innumeræque aliæ uirtutes Pauli, quæ 2. Cor. 1. 2. Cor. 13.
cum puram, & ſonoram redderent ipſius eloquentiam Euangelicam, argento deſignari ſolitam in ſacris literis, merito columnæ argenteæ illius ferculi dictæ
3 ſunt. Reclinatorium aureum eiuſdem Pauli animus eſt, diuinarum rerum cognitione & varia Sapientia Dei imbutus, & informatus. Quippe in Iudaiſmo auditor Gamalielis Iudæorum ſapientium ſuæ ætatis facile principis, omnes æquales ſuos in Iudaica ſapientia ſuperauit. Sic enim ipſe de ſe loquitur in actis Apoſtolorum, *Ego uir ſum Iudæus, natus Tharſo Ciliciæ, nutritus autem in iſta ciuitate ſecus pedes Gamalielis, eruditus iuxta veritatem paternæ legis*. Et ad Galatas ſcribens, *Audiſtis* inquit, *conuerſationem meam in Iudaiſmo, quia ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei, & expugnabam illam: & proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo*. Deinde uero ſub Chriſto quantum profecerit in conſummata ſapien- Act. 22. Galat. 1.
4 tia, ipſe teſtatur, ad Corinthios ſcribens in hunc modum. *Loquimur inquit, quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum. Nobis autem Deus reuelauit per ſpiritum ſuum. Spiritus enim omnia ſcrutatur: etiam profunda Dei*. Quin & in tertium cœlum raptus (vt ipſe de ſe prodidit Corinthijs) Chriſto doctore uſus eſt adeo familiariter, ut ea ex ipſo audierit myſteria, quæ nefas ſit homini euulgare. Sic uiſus eſt Salomon Dei ſapientia ſe Paulo credere, in quæ ipſius animum uaria ſapientia omni auro præſtátiore micantem, quaſi in ferculi reclinatorium magna cum maieſtate, & gloria reclinare; ac uelut in arca noui teſtamenti, ubi lex ſpiritus, & manna cæleſtis ali- 1. Cor. 2. 2. Cor. 12.
5 menti inſint, ſedere, perque vniuerſum orbem geſtari uoluiſſe.

Gradus purpurei, ſtigmata illa ſunt domini Ieſu Chriſti, quæ ipſe Paulus in Galat. 6.
corpore ſuo portare profitetur: Plagæ inquam cruore purpureo manantes; quem ipſe copioſiſsimum in Chriſti domini ſui gratiam ſæpe legitur effudiſſe, & per eos ueluti gradus aſcendentem Ieſum uerum Salomonem, in aureum animi ſui reclinatoriũ admiſiſſe. Quippe qui ſemel lapidatus ſit, ter uirgis cæſus, quinquies 2. Cor. 11.
quadragenis una minus affectus. Iam uero Media huius ferculi (hoc eſt, Pauli ui-
6 ſcera) quam ardenti charitate, & amore filiarum Hieruſalem ab ipſo Salomone conſtrata ſint, ipſemet locupletiſsimus teſtis eſt, quum de ſe ſic ſcribit ad Romanos, *Veritatem dico in Chriſto Ieſu, non mentior, teſtimoniũ reddente mihi conſcientia mea* Rom. 9.

in ſpiritu ſancto,quoniam triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. Optabã 1
enim ego anathema eſſe a Chriſto, pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum car-
nem. Admiranda ſane inauditæ hactenus charitatis aulæa, mirabile charitatis or-
namẽtum,ut optet Paulus,nedum velit, aut æquo animo ferat,a ſuo Chriſto (quẽ
ipſe tantopere diligat, ut reliqua omnia quæ cæteri homines maximi faciunt bo-
na,velut ſtercora præ illo faſtidiat,& conculcet) anathema fieri, & perpetuo ſe-
parari; modo hoſtes ſuos acerrimos,atque implacabiles illi reconciliet,adiungat,
& agglutinet. Hoc igitur eſt ferculum,hoc triumphale geſtamen,quo noſter Sa-
lomon veluti in triumphali põpa inuectus,Hieroſolymis de uniuerſo orbe trium
phauit. Et tametſi omnes quidem Apoſtoli,atque adeo omnes iuſti fercula & tem 2
Sapien.7. pla ſint Chriſti (ſedes enim Sapientiæ,ut inquit ſapiens,anima iuſti) Eccleſiæ ta-
Galat.1. men Chriſti,quæ in Iudæa erant,quum de Paulo audirẽt,quòd ille qui perſeque-
batur eas aliquando,tunc euangelizabat fidem, quam antea oppugnabat, & pro-
pter eum glorificarent Deum, hoc vnum maxime Chriſti ferculum admirari, &
1 Cor.15. commendare uiſæ ſunt. Et idem Paulus (ut ipſe de ſe teſtatur) cæteris omnibus
magis laborauit, & Chriſto teſte,in hoc præ cæteris electus eſt,ut Chriſtum per
vniuerſum orbem circunferret; quamobrem ſolus ipſe,ſaltem per excellentiã,
videtur hoc loco ferculi nomine deſignatus; & hoc demum eſſe opus,hoc trium
phale geſtamen,quale factum non ſit in uniuerſis regnis: vt non immerito Chry 3
ſoſtom. Paulum modò Angelis parem faciat, modò ſanctorum chorum tanquam
choriphæum præire affirmet; & nos cœlum illud eſſe putemus, in quo inter cę-
los myſticos,Deum Chriſto ſoli iuſtitiæ tabernaculum poſuiſſe,ſanctorum Ly-
ricus cecinit hoc carmine, *Soli poſuit tabernaculum in eis: & ipſe quaſi ſponſus proce*
Pſalm.18. *dens de thalamo ſuo exultabit, vt fortis,ad currendam viam. A ſummitate cæli egreſſus*
eius,& curſus eius vſque ad ſummitatem illius: nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Sic
enim ex Hebræo uertit Hieronymus. Nam ſicut planeta ille ſuo cęlo inter alios
cœlos collocato,circumfertur,terræque orbem mira celeritate perluſtrat; mane
prodiens ab ortu pulcherrimus, & mundo iucundiſsimus, eodemque unde pro- 4
greſſus fuerit recurrens,inde rurſum hominibus exiſtit gratiſsimus; ſic ſol iuſti-
tiæ Chriſtus Paulo in eorum cœlorum ordinem aſcito, & cooptato,qui enarrant
gloriam Dei, quorumque ſonus (prædicatio ſcilicet) vniuerſum orbem perua-
ſit,inſidens,ex Eccleſia Hieroſolymitana, ceu ex orientali cęli plaga, & nuptiali
thalamo,ornatiſsimus ſponſus, atque omnium hominum formoſiſsimus proceſ-
Eſa.2. ſit;ſiquidem, *De Sion exiuit lex, & uerbum domini de Hieruſalem,* vniuerſas nationes
peruaſit,prædicante Paulo,charitatis fideique ſuæ radios in omnes diffudit, de-
que omnibus triumphauit:quo etiam nomine ipſe Paulus gratias agit Deo. At-
que ita breuiſsimo tempore decurſo, ac triumphato uniuerſo orbe,fortiſsimus 5
ille gigas Hieroſolymam ſuo cęlo circumuectus rediјt, ſeque rurſum ibidem o-
riens, fidelium oculis gratiſsimum exhibuit, & iucundiſsimum. Vbi etiam cele-
berrimum uiſus eſt agere de uniuerſo orbe triumphum unà cum regina gentili
Eccleſia admirando ſuo illo inuectus ferculo. Nimirum quum Paulus poſt lon-
gam prædicationem Euangelij ab Hieruſalem & ei vrbi adiacentibus regionibus
inchoatam,breueque admodum tempore abſolutam,eodem reuerſus, coram Ia-
cobo, & ſenioribus, qui in domo Iacobi conuenerant, omnia quæ per miniſte- 6
rium ipſius in gentibus Deus effeciſſet, ſigillatim expoſuit. Sed iam hunc trium-
phum nos ſpectatum admiſsi,contemplemur.

Egre-

1 *Egredimini filiæ Syon: Videte Regem veſtrum Salomonem in dia-*
demate, quo coronauit eum Mater ſua in die deſponſationis ſuæ, &
in die lætitiæ cordis ſui.

Iam prodit in pompam Salomon e thalamo ſuo tanquam ſponſus omni cultu re-
gio ornatiſsimus: & ferculo ſuo ſublimis in vrbem regiam vnà cum ſponſa ſua e
mediis hoſtibus ſumma ui atque potentia erepta, inuehitur; de vniuerſo orbe
triumphum agens, quum iam multis peractis præliis, potentiſsimos hoſtes ſuos
2 præacutis ſagittis confixos, innumeroſque populos ſuo imperio ſubiugauit, &
exerto gladio multas, magnaſque res præclare geſsit; quas nobilis ille Rex, & di- Pſal.44.
uinus uates Dauid in laudem ſui Salomonis celeberrimo decantauerat hymno,
cuius initium eſt. *Eructauit cor meum verbum bonum.* Iam uero ſodales triumphan-
tis ſponſi ferculum ſtipantes de more militum, qui Imperatori ſuo, Io triumphe
acclamare ſolent; & quæ ille in bello præclare geſſerit, carminibus celebrantes,
populum ad ſpectaculum euocare, ciues ſuos, & nominatim fæminas Ieroſolymi
tanas in occurſum Regis euocant: tum ut ipſum contemplentur, tum ut pſallen-
tiũ agmen circunſtantes triumphanti Imperatori ſua pulſent tympana: ut olim in
3 inſigni quodam triumpho feciſſe, in pſalmis legimus in hanc ſententiam. *Præuene* Pſal.67.
runt principes coniuncti pſallentibus in medio iuuencularum tympaniſtriarum. interim
etiam eò ſpectantes, ut æmulãs ſponſæ commoueant, & ad ipſius æmulationem
prouocent his uerbis: *Egredimini filiæ Sion, uidete Regem veſtrum Salomonem in Dia-*
demate, quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis ſuæ, & in die lætitiæ cordis ſui.
Hebraice uerò dictum eſt in diademate, pro cum diademate; uel inſignem diade
mate. Eſt autem Diadema Græca uox a uerbo Græco διαδεῖν ligare: ſignificat
enim faſciam lineam candidam, regum geſtamen, & inſigne, quo olim Reges fron
tem obligare ſolebant: quo ſymbolo hoc loco puriſsimam humanitatem myſti-
4 cos deſignari intelligimus, qua uirgo Maria quum Dei filium concepit, & uirum
illum fortem Chriſtum circundedit, optimi maximi Salomonis diuinitatem ue-
lut obligauit, & frontem, nempe gloriam, ne agnoſceretur, obduxit. Tunc namq; Hiere.31.
noſter Salomon Dei ſapientia arctiſsimo unitionis uinculo, & amoris nexu eccle
ſiam ſibi coniunxit; tunc de uirgine natus in terris uiſus eſt (ut Baruch prædixe-
rat) & cum hominibus conuerſatus; tunc demum ipſius delitiæ fuerunt cum filiis Bar.3.
hominum conuerſari. Poſsis etiam ſi diem pro tempore more Hebraico ſumas, Pro.8.
Diadematis appellatione complecti hoc loco coronam ſpineam a Synagoga ſum
mi ludibrii cauſa Chriſto impoſitam; quam tamen Deus pater filium ſuum a mor
5 tuis ſuſcitando unà cum cæteris probris, quæ ab impia matre, quo tẽpore ille gau
debat cum hominibus conuerſari, paſſus eſt, uertit in gloriam. Decebat enim
eum, ut ſenſit Paulus, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios
in gloria adduxerat, auctorem ſalutis eorum per paſsionem conſummari aut cõn
ſummare, ut alii legunt, ad Deum Patrẽ hunc locũ referẽtes. Porro per cõſumma
tionẽ, gloriã cõſummatã, & honorẽ intelligit Paulus: inqt enim paulo ſuperius,
videmus Ieſum per paſſionem mortis, gloria & honore coronatum, huic interpretationi
6 conſentiunt Gregorius niſſenus, Maximus & Neilus: complectimini inquiunt,
ad irritationem meam ancillæ, in his exercere mentem, & in pacifico Domino
contemplari: qua ratione hic ſalutem nobis comparauerit, o filiæ ſpeculæ, tam-
quam

quam per fidem ſpiritualiter genitæ; Sion enim ſpecula; Specula autem ex qua 1
poteſt quis mente exacte uidere, ſi ſpiritualis eſt generatio, quam non aſſequitur
cæcus manu tentans uiam circa ueritatis radios, contemplari uero dicit modum
prædictum diſpenſationis in corona, qua coronauit ipſum mater ſua in die de-
ſponſationis ipſius. Nempe in ſpinea corona, qua coronauit Chriſtum Synagoga
Iudæorum (ex qua eſt ipſe ſecundum carnem) in die ſalutiferæ paſsionis eius, in
qua eccleſiam ſibi deſpondit proprio ſanguine; & in die lætitiæ cordis ſui, in qua
omnino pro nobis patiens ſalutiferam paſsionem, aſſeruit nos a tyrannide inimi-
ci: & tanquam is, qui impleuit patris uoluntatem, inde lætatus eſt ſpiritu, tametſi
per paſsiones doluit carne. Hanc patrum illorum interpretationem confirmare 2
uidetur uerſus ille, pſal. xv. *Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua
mea; inſuper & caro mea requieſcet in ſpe:* item & illa parabola Lucæ. xv. illis uer-
bis. *Et cum inuenerit eam, imponit in humeros ſuos gaudens.* Tunc enim impoſuit
Chriſtus humanum genus, ouem illam perditam, ſuper humeros ſuos, quando
peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, ut inquit Petrus: itaque
eodem tempore ſummopere triſtatus eſt carne, & ſummopere lætatus eſt ſpiritu.
1.Pet.2. & noſter Thomas. In die lætitiæ cordis eius inquit, quo gaudebat, per paſsionem
redimere mũdum de Diaboli poteſtate. Cyrillus quoque in illum Ioannis locum,
hæc locutus ſum vobis, ut gaudium meum in uobis ſit, affirmat Chriſtum ſuas delitias 3
exiſtimaſſe, ſputa, uerba deriſoria, & verbera, quibus a Iudæis afficiebatur; quin
& crucem extremum malorum, ꝙ uideret ſic fieri patris uoluntatem; nec igno-
raret, homines inde ſalutem fore conſecuturos. Et rurſum in uerba illa. *Hoc eſt
præceptum meum, ut diligatis inuicem &c.* Chriſtus inquit ſummo cum gaudio cru-
ci affigi non erubuit, ut peccatoribus ſalutem afferret. Hic igitur eſt Salomon rex
Hiera. 31. Sion, admirando ornatus Diademate; hic dies deſponſationis eius, & ingentis
lætitiæ; hæc res noua, & nullis antea ſæculis audita, ad cuius ſpectaculum filiæ
Sion euocantur hoc loco eadem ſententia, qua uirgo Iſrael apud Ieremiam in
hunc modum. *Reuertere uirgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas iſtas, vſquequo delitijs* 4
diſſolueris, aut (ut alij uertunt) vſquequo te ſubducis, *o filia vaga? Quoniam creauit
Dominus nouum ſuper terram. Fœmina circundabit virum*, ubi גבר virum ſignificat for-
tem, & poteſtate præditum, qui hoc loco Rex Salomon appellatur. Atque hæc
breuis ſumma eſſe uidetur eius Euangelij, quod poſt Chriſti paſsionem, Re-
ſurrectionem, Aſcenſionem, & gentium uocationem Apoſtolos Iudæis nun-
Eſa.52. tiaturos fore, fuſius deinde deſcripſit Iſaias propheta in hanc ſententiam. *Quam
pulchri ſuper montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, præ-
dicantis ſalutem, dicentis ipſi Sion, Regnauit Deus tuus. Vox ſpeculatorum tuorum leuan* 5
*tium uocem ſuam: ſimul laudabuntur, quia oculo ad oculum videbunt, quum conuerte-
rit Dominus Sion. Gaudete & laudate ſimul deſerta Ieruſalem: quia conſolatus eſt
Dominus populum ſuum, reduxit Ieruſalem. Parauit Dominus brachium ſanctum
ſuum in oculis omnium gentium, & uidebunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri. Re-
cedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere: exite de medio eius. Mundami-
ni, qui fertis uaſa Domini: quoniam non in tumultum exibitis, nec in fuga properabi-
tis: præcedet enim vos Dominus, & congregabit uos Deus Iſrael. Ecce intelliget ſeruus* 6
*meus, exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit ualde. Sicut obſtupuerunt ſuper te mul-
ti, ſic inglorius erit inter viros aſpectus eius, & forma eius inter filios hominum. Iſte
aſperget gentes multas: ſuper ipſum continebunt Reges os ſuum; quia quibus non eſt nun-*

tiatum

1 *tiatum de eo, uidebunt; & qui non audierunt, contemplati ſunt.* Iam ſi in hoc oraculo
primum ſingularia illa annuntiantis, & prædicantis per pluralia (ut fecit Paulus)
interpretemur: & ut ille geminum facit Iſraelem, alterum ex carne, alterum ex
fide; ſic & nos hoc loco geminam agnoſcimus Sion, Iudæos. ſ. ciues terrenæ Ie-
ruſalem; & ad hanc directam aduertamus prophetiam: item alteram Sion & Ie-
ruſalem eccleſiam, quæ in ſpecula fidei, & contemplationis collocata, cæleſtem
pacem ſpiritus contemplatur, cuius ciues ſunt non tantum Iudæi, ſed etiam gen-
tiles per Dei gratiam & fidem ad Chriſtum conuerſi: quos etiam idem Paulus
teſtatur iam non eſſe hoſpites, & aduenas, ſed ciues ſanctorum, & domeſticos
2 Dei; & hos unà cum Iudæis fidelibus eſſe Sion, quam Chriſtus dicitur conuer- *Ephe. 2.*
ſurus, id eſt ex captiuitate peccati, & Dæmonis in libertatem gratiæ reducturus;
& Ieruſalem, quam etiam dicitur idem Chriſtus redemiſſe, peruium fuerit, quæ
contractius in canticis dixerit Salomon; explicatius exponere, & demonſtra-
re: quod enim Salomon dicit: *Egredimini filiæ Sion, videte Regem veſtrum Salomo-
nem*, hoc dicturos fore Apoſtolos ſignificat Iſaias, quum ait, *Quam pulchri pedes
Euangelizantium pacem, & dicentium ipſi Sion, Regnauit Deus tuus*, pro regnat Deus
tuus; quali etiam tropo in pſalmis dictum eſt. *Dominus regnauit, decorem indutus
eſt.* Et illud, *Dicite in gentibus quia Dominus regnauit.* Et ſæpe alibi. Atque hæc
3 eſt uox, quam ſpeculatores Sion leuaſſe, hæ ſunt laudes Regis, quas illos ſimul
æditurost ob id affirmat Iſaias, quod omnes oculo ad oculum (hoc eſt manife-
ſtiſsime) uiſuri ſunt; quum conuerterit, & reduxerit ex captiuitate Sion, nem-
pe fideles omnes, qui per fidem ciues ſunt Ieruſalem, id eſt eccleſiæ in ſpecula fi-
dei ſitæ: quæ eadem cauſa eſt propter quam etiam ad gaudium, & laudes ijdem
ſpeculatores exhortantur deſerta Ieruſalem, nempe Iudæos, quos antea (ut retro
oſtendimus) propter impietatem ſuam deſeruerit. Quod uero hoc loco dici-
tur; *In diademate, quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis ſuæ, in die lętitię cor-
dis ſui*, hoc ſic expreſsit Iſaias. *Parauit Dominus brachium ſanctum ſuum in oculis om-
4 nium gentium, & uidebunt omnes fines terrę ſalutare Dei noſtri.* Quod præterea Salo-
mon dicit; *Egredimini filię ſion, videte Regem ueſtrum Salomonem*; hoc peculiariter
dictum intelligimus ad Iudæos electos, ex tota illa ciuium Ieroſolymitanorum
multitudine; quos Apoſtoli hortantur, dare operam ut ſeruentur a generatione
illa peſsima; & ab illis hominibus, tanquam ab immundis, & pollutis inſtar mor-
ticinorum ſibi cauere, ita ut ne illos contingant. Quod Iſaias dicit, *Recedite, rece- Act. 2.
dite, exite inde, pollutum nolite tangere: exite de medio eius. Mundamini, qui fertis va-
ſa Domini*, id eſt, qui ad Dei cultum pro leuitis electi eſtis: *Quoniam non in tumul-
tu exibitis, nec in fuga properabitis: pręcedet enim uos Dominus, & congregabit uos Deus
5 Iſrael.* Hoc eſt certe dicere, *Egredimini filię ſion; uidete Regem ueſtrum Salomonem*,
Hoc eſt; confidite, fortique animo deſerite ciues veſtros, nec eos timeatis, ut
olim maiores ueſtri præ metu Aegyptiorum, & Babyloniorum trepidi; & prope-
rantes, alii ſub Moſe, alii ſub Eſdra aufugerunt. Quippe qui humanis, & pa-
rum potentibus ducibus uterentur. Vos namque Chriſtum uerum Salomo-
nem, Dei filium, Regem habetis, & Imperatorem, qui ad ſua ſigna collectos uos
ſit præceſſurus, & ab omni iniuria defenſurus. Reliqua deniq; eius oraculi ſplen-
6 dorem Diadematis, & nuptiarum, vehementemque lætitiam noſtri Salomonis
amplificant in hanc fere ſententiam. Præcedet uos quidem Deus ueſter Chri-
ſtus ſecundum humanitatem ſeruus meus, qui rem ſapienter nouerit gerere, ve-
rus

rus Salomon,& mea ſumma ſapientia : quem ego,quia ipſe ſub forma ſerui ſic ſe 1
mihi addixit, & exinaniuit, ut ſe permiſerit hoſtibus ſuis flagris cædendum, con-
ſpuendum, & fœdandum eo uſq; ut omnem prorſus humanam faciem amiſiſſe ui
ſus ſit; in ſummam uiciſsim euexi gloriam, eique pares mecum honores donaui,
reddito eius corpore per reſurrectionis gloriam, impaſsibili, ac lucidiſsimo, & fa
cie omnib. aſtris, & uel ſole ipſo pulcriore ac ſplendidiore. Quæ tam inſperata
tragediæ & ſcenę uerſio gentes multas, & reges, quum id audierunt, reddidit atto
nitos. Tum enim omnes illi, quibus nemo antea hæc renunciauerat, opera meo-
rum legatorum totam rem geſtam uelut in tabella quadam deſcribentium, hæc
omnia uidere ſibi uiſi ſunt: & quaſi res coram illis gereretur, id quod nunquam 2
Gal. 3. antea audierant, contemplari. Sic enim Paulus dixit, Ieſum Chriſtum ante oculos
Galatarum proſcriptum fuiſſe, & inter eos crucifixum. Sic etiam hoc loco uiden
tur dicere Apoſtoli; egredimini o electi, de medio Ieroſolymitanorum ſumma cũ
fiducia fortiquè animo, ad Regem ueſtrum Salomonem, ad illum inquam, de quo
uos olim dixeratis: *nolumus hunc regnare ſuper nos*; & ſic obſtinato animo roganti
Luc. 19. Pilato, *Regem veſtrum crucifigam?* reſpondiſtis, *non habemus Regem niſi Cæſarem*: &
Ioan. 19. tandem cæſum, ac conſputum corona ſpinea, pro Diademate regio impoſita, lu-
dibrio habitum, turpiſsimeq; crucifixum, omni ſpecie, & humana facie exuiſtis.
In hunc modò fidite, in hunc omnem ſpem ueſtram conijcite: quem uobis redu- 3
cimus ſpecioſiſsimum, & Diademate illo inſignem, quo ipſum mater adornauit.
Illa inquam humanitate cõſpicuum, & ſpectabilem, quam Maria puriſsima ipſius
mater dedit puriſsimam, qua die hic cum eccleſia nuptias inijt, ſumoque cũ gau-
dio cœpit conuerſari: & eã deinde cæleſtis pater filium ſuum ex inferis ſuſcitans,
reddidit puriorem, ac ſole clarius radiantem; corona ſpinea, cæteriſq; ludibrijs,
Act. 2. quę ab impia matre Synagoga hic noſter Salomon paſſus eſt, in ſummá uerſis glo
Pſal. 109. riam. Hunc Ieſum reſuſcitauit Deus: cuius nos teſtes ſumus. Non enim Dauid
aſcendit in cælum. Dicit autem ipſe. *Dixit dominus domino meo, ſede a dextris meis,*
donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Certiſsime ſciat ergo omnis domus 4
Iſrael, ꝙ & dominum eum, & Chriſtum fecit Deus hunc Ieſum, quem uos cruci
fixiſtis. Hæc, & plæraq; huiuſmodi alia in hanc ſententiam dixiſſe uidentur Apo-
Act. 21. ſtoli illis multis Iudæorum millib. quos ipſi renunciauerunt Paulo, quum ex gen-
tium prędicatione redijſſet Ieroſolymam, in Chriſtũ credidiſſe. Tunc enim Chri
ſtus reducens captiuitatem fidelis Ieruſalem, uiſus eſt uelut in pompa circunue-
ctus, & oſtẽſus fuiſſe a Paulo, & alijs Apoſtolis, qui ſe illi Chriſti ferculo adiunxe
runt, fideli populo, quum veniſſent uidere Paulum; & quæcũq; geſsiſſet Chriſtus
in gentibus, illum narrantem audire. Admiranda nimirum facta, & res memorabi
les, quas pſalmo Sexageſimo ſeptimo Regius uates Chriſtum, poſtquam reſurre- 5
xiſſet, & cælum conſcendiſſet, geſturum fore in gratiá populi chriſtiani ſub ima
gine rerum olim ab ipſo geſtarum, cum populum Iſraeliticum tyrannide Aegy-
ptiaca miſere oppreſſum liberaret, myſtice decantauit. Quo etiam carmine allego
Pſal. 67. ricòs deſcripſiſſe uidetur pompam hanc ab Apoſtolis & ſenioribus cum reliqua
eccleſia Chriſto Ieroſolymis triumphanti ad reditum Pauli inſtitutam. Tunc.n.
uiderunt Ieroſolymis, hoſtes tui ingreſſus tuos Deus, ingreſſus Dei mei, & Regis
mei, qui eſt in ſancto non manu facto, ſed in cælo; quum exciperetur Paulus a fra- 6
trib. & tota eccleſia; in qua erant Mares, uocalium organorum harmonia, & ad cę
leſtes numeros temperatarum Mentium ſuarum concentu, Deum celebrantes, &
hos

1 hos circumſtantes uirgines, ac Matronæ mentibus incorruptis uirgines, cordiũ
ſuorum tympana piis affectibus, & factis pulſantes. Tunc præcedere uiſi ſunt can
tores, & hos ſubſequi Muſici, qui inſtrumenta pulſarent; circum hos uero incede
re uirgines tympaniſtriæ; & oẽs diuinum illud melos ædere: *in Eccleſiis benedicite*
Deo, de fontibus Iſrael, hoc nimirum hymno mutuo, & omnes qui pariter atq; ipſi e
lumbis Iſraelis uelut aquæ ſeminariç ex fontib. emanaſſent. Ibi adfuit Beniamin
paruulus in mentis exceſſu, Paulus eius trib. Princeps, q̃ olim ob ſcelus Gabaoni-
tarum ad miraculum fuerat cæſa, & imminuta; qui & ipſe, ut ſe ad una abiecit of-
ficia, ſic in mentis exceſſu in tertium vſque cęlum raptus fuit, & euectus. Adfue-
2 runt etiam duces, Principes Iuda, Iacobus & Ioannes Chriſti Salomonis propin-
qui, ac proinde ex tribu Iuda orti, Adfuerũt præterea Principes zabulon, & prin
cipes Nepthalim, Petrus & ſeniores Galilęi; quam regionem tenuiſſe tribum Za-
bulon, & tribum Nephthalim, Ioſue nos docet hiſtoria. Hi omnes collecti apud
Iacobum, quum Deum magnificarẽt (ut in actis legimus) incremẽta, & confirma-
tionem Regni Chriſti precabantur in eam ſententiam, quam reliqua eius pſalmi
exprimunt. Atq; ad eam pompam, & Chriſtum Regẽ ſuum Salomonem ſpectan-
dum euocari uiſi ſunt impii Iudæi Ieroſolymitani; quum a Paulo audierunt, ut
Chriſtus ſumma cum gloria ipſi uiſus fuiſſet de cęlo; ut reuerſo in tẽplum, ibiq;
3 orãti dixiſſe, feſtina, & exi uelociter de Ieruſalem, quia non recipient teſtimoniũ
tuũ de me; ut eum ad prædicandum gentibus nomen ſuum miſſurus eſſet; è qua le-
gatione fœliciter obita gentibus Imperatori ſuo ſubactis, ipſum tunc rediiſſe co-
gnoſcerent. Tunc etiam uiſus eſt Deus pater hęc de D. N. Ieſu Chriſto, quæ mul
to antea per Iſaiam prædixiſſet, illis inclamaſſe, *Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum: ele-*
ctus meus, complacuit ſibi in illo anima mea: Dedi ſpiritum meum ſuper eum, iudicium gen-
tibus proferet, & cætera quæ eodem. 42. capite de uictoria uerbi Dei, & conuerſio
ne gentium prædicta fuerant. Verum cum ad ea Pauli uerba impii homines con-
clamaſſent. *Tolle de terra huiuſmodi: non fas eſt enim uiuere*, atq; in ipſius necem cõſpi-
4 raſſent (tantum abeſt, ut triumphantẽ in Paulo Chriſtũ libenter uiderent) tunc uiſus
eſt Dominus illud clamaſſe, quod extremo illo capite legimus, *ſurdi, audite: & cæ-*
ci, intuemini ad videndum. Quis cæcus, niſi ſeruus meus? & ſurdus, niſi ad quem nuntios
meos miſi? Quis cæcus, niſi qui venundatus eſt? & quis cæcus, niſi ſeruus Domini? Qui vi-
des multa, nonne cuſtodies? qui apertas habes aures, non audies? Tunc uel maxime Rex
Salomon ſi unquã antea, de illis ſic queri uiſus eſt. *Tota die expandi manus meas ad*
populum non credentem, & contradicentem. Tũc illis uehemẽter offenſus, qui ſe adeo
obſtinato repellerẽt animo, effecit, ut Paulus Cæſarem appellaret, atq; ita ceu cõ *Iſa.65.*
uerſo ferculo ſuo, relicta omnino, repudiataq; impia Synagoga, ad gentes reuer- *Acto.25.*
5 teret; & quod ſuperat gentiũ electarũ arctiore fidei, & charitatis nexu ſibi cõiun
geret, eiuſq; eccleſię inuidia & zelo vreret filias Hieruſalẽ; id qđ iã olim ipſum fa *Rom.10.*
cturũ ꝑdixiſſe, ex illo Moſis oraculo docet Paulus, *ego ad æmulationẽ uos adducam in* *Deut.32.*
non gentẽ: in gentẽ inſipientẽ in irã vos mittam. Et operæ preciũ eſt uidere, q̃ turpiter
in media luce gens illa adhuc cæcutiat: & æmulationis, atq; iracũdiæ furore oĩno
mente capta, in huius loci interpretatione inſaniat. Cũ. n. (ut in Iſagoge admonui
mus) doctores Hebræi exiſtimẽt, Salomonis nominẽ in hoc cantico ſemper ſigni
6 ficari Deum, Populi Iſraelitici Regem æternum; quem nefas eſſe putent, & extre
mam impietatem, Matrem habere credere; hęrent hoc loco conſilij plane inopes;
nec qua ratione his ſalebris ſe expediant, poſſunt inuenire; ſed impingunt om-
nes

Rom 9. Eſa. 51. nes (ut dixit Paulus) in lapidem offenſionis, & petram ſcandali: Vnde præcipites 1
rapti male pereunt. Refert Rabi Salomon in ſuis Comentarijs ex Rabbino Eleazaro quandam parabolam (ut ipſe putat, ut autem melius ego exiſtimo, ſabulam ineptiſsimam, & inſignem blaſphemiam) quam is a patre ſuo acceperit; quendam, ſcilicet, Regem unicam vniceque dilectam habuiſſe filiã; quæ tamen patri in amore minime reſponderit. Hanc ille ut ſibi conciliaret, modo uerbis illis blande admodum compellare ſolitum, Audi filia, & uide, & inclina aurem tuam, &c. modo illis: Aperi mihi ſoror mea, &c. Quibus blanditijs quum filiam nihil moueri uideret pater, tunc demum his illã delitijs ſit aggreſſus: Audi popule mi, Et mater mea: uerbis nimirum, quibus Deus apud Iſaiam populum Iſraeliticum alloquitur. Eo
deprauato teſtimonio, falſarius homo ſe probaturum ſperans, hoc loco pariter 2
atq; illo matris nomine ſignificari gentem Iudaicam, tropo quodam blandientis; ut ſæpe eundem populum, & filiam, & ſororem in ſacris literis a Deo uidemus appellari. Et quo fidem ſuo aſtruat mendacio, impius ille, & impudentiſsimus, non ueretur ſacræ Scripturæ vim facere, eamque uiolare. Nam cum eo loco in omnib, Hebræis exemplaribus conſtantiſsime ſcriptum inueniatur vlummi (hoc eſt, & tribus, uel Natio mea) ipſe tamen non legas inquit vlummi, ſed vlimmi id eſt, & mater mea: ſcilicet, hoc eſt, quod iam olim præuidens Heremias dicebat. *Mendadacium operatus eſt ſtilus mendax ſcribarum.*
3

Caput IIII.

Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es, oculi tui columbarum, abſque eo, quod intrinſecus latet. Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad. 4

NEGLECTVS Rex Salomon a fœminis Ieroſolymitanis, nouæ nuptæ æmulis, illis uiciſsim neglectis, & repudiatis, ad ſponſam ſuam conuertit ſermonem, & magnificum ipſius inſtituit Encomium, ex contentione ad æmulas: ac primum quidem illius pulchritudinem laudat in genere, non ſine emphaſi, & admirandę pul
chritudinis ſignificatione: ſed huius orationis uirtutes non ita 5
elucent in latina æditione, ut in Hebræa, quæ ſic haet הִנָּךְ יָפָה רַעְיָתִי Ecce tu pulchra es amica mea, aut (ut recentiores, amicę appellationẽ reformidantes) quæ latinis in malam partem ſonat, uertunt, proxima mea. Ecce tu pulchra es. Nam ad uerbium, ecce, rem nouam, & magnam, atque admiratione dignam demonſtrat. Quo etiam ſpectat eiuſdem ſententiæ repetitio: & pronomen, tu, perſonæ Emphaſim habet; Comparationemque inter ſponſam, & æmulas ſubindicat: quaſi
dicat ſponſus: ego uero o chariſsima, Ieroſolymitanarum fœminarum amore ca- 6
ptus, eas mihi uolui conciliare, & ad meum amorem pellicere. Verum quia oppido quam difficiles ſunt, & inexorabiles; nec ullis meis blanditijs induci poſſunt, ut me æquis oculis aſpiciant; indignantes, quod te fuſcã, ſibi ſuo iudicio pulcherrimis,

1 rimis, prætulerim: iam graues illarum iras, & ſuperba faſtidia ferre non ualēs, eas
miſſas facio, præpoſterum earundem de ſua, tuaque pulchritudine iudicium ni-
hil moror; ualeant tuæ æmulæ, tu ſola mihi places: ecce tu ſola pulchra es meo iu
dicio, qui egregius formarum ſpectator ſum. Tum ad ſpecialia deſcendens, pri-
mum faciem, & reliquas ſuperiores corporis partes, quæ conſpectui patent, & ex
quibus forma, ac muliebris pulchritudo ſpectari ſolet, laudat, per varias compa-
rationes amplificans ſingularum partium uenuſtatem. Deinde partes, quas natura
generationi deſtinatas latere uoluit, eadem amplificationis ſpecie commendat ho
neſtiſsime. In medijs interim laudibus ipſam confirmans, ac bono animo eſſe iu-
2 bens, dū ipſe peregre agit, breui reuerſurus, ut eā ampliſsimis donet præmiis. Quę
in ſumma ſemel dicta ſint, quantum attinet ad Grammaticum totius huius capi-
tis ſenſum: vt perpetua deinde nobis conſtare poſsit huius encomij explanatio.
Chriſtus igitur magno ſupercilio deſpectus a Synagoga crudeliterque excluſus,
uerſo ferculo, ad eccleſiam gentium ſe conuertit; cuius inſignem fidem, animiq;
candorem, & innocentiam expertus eſt: & ad gentes ſe recipit, quum Paulo ut Cę
ſarem appellet, Romamque confugiat, in mentem immittit. Tunc ſane e ſuo Re-
gno Euangelico excludens pertinacem illam & obſtinatam gentem Iudaicam, &
velut inde expellendam ſuis Apoſtolis præcipiens hiſce, quæ apud Iſaiam extant
3 uerbis quadrageſimo tertio. *Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: ſurdum,* Iſa. 43.
& aures ei ſunt. Hoc eſt, populum, qui cum oculos habeat, non tamen uidet; & qui
cum aures habeat, non audit. Tunc certe (ut eſt apud eundem prophetam quadra Iſa. 42.
ſimo ſecūdo) dedit in direptionem Iacob, & Iſrael uaſtantibus, nempe Romanis:
tunc effudit ſuper eum indignationem furoris ſui, & forte bellum, & conbuſsit Rom. 11.
eum in circuitu; & ſuccendit eum, & non intellexit. Quia uero peccata hominum
ſolet ille diſsimulare, & ut peccatores ad pænitentiam perducat, patienter ferre;
ut Iudæos, quorum perfidiam fides gentium eſt ſubſequuta, ad gentium fidem
æmulandam prouocet, gentilis eccleſiæ ſpectatam fidem in primis commendat.
4 Eo enim conſilio teſtatur Paulus ſe functionem & munus Apoſtolicum, quo in
gentibus fungitur, honorificare inſtituiſſe, ut propinquos ſuos Iudæos ad æmula-
tionem prouocet, & ea ratione aliquot ex illis ſeruet, quos nouit permiſſos fuiſſe
a Deo in Chriſtum offendere ad Salutem gentium, ut illas æmulentur; hoc eſt, ut
ad eas æmulandas Iudæos Deus prouocet. Omnis ſiquidem animorum pulchri-
tudo in iuſtitia ſita cum ſit, non illa quidem, quam ſuis uiribus comparare nitun-
tur homines, & ex legis obſeruatione Iudæi ſibi arrogant; ſed quæ ex fide in Chri
ſtum prouenit, ut docet Paulus: hanc quia faſtidiuit, & repulit Synagoga, Eccle-
ſia uero expetiuit, & omni ſtudio cōplexa fuit, inde factū eſt, ut illa Chriſto (qui
5 ſolus mentis humanæ formam, habitumque poteſt æſtimare) iniuſta, hæc uero iu-
ſta uideatur: Illa ſordeat, hæc uero ſummo opere placeat, atque arrideat; & ob mi
ros amores ſui, quos admirandæ pulchritudinis ſuæ ſplendore, in ſponſo ſuo ex-
citat, ab eodem magnifice commendetur in hunc modum, *Ecce tu pulchra es amica
mea, ecce tu pulchra es,* aut (ut noſtra habet lectio) *Quam pulchra es amica mea,
quam pulchra es,* & apud Iſaiam in hæc verba, *Populum iſtum formaui mihi: lau-
dem meam narrabit.* 43. Quam etiam ob cauſam Deo patri ſuo tāquam huius fidei,
6 & pulchritudinis auctori, harum æmularum contraria exponit ſtudia: & ſuos ip-
ſe uouet hymnos, & encomia in hanc ſententiam. *Eripies me de contradictionibus
populi: conſtitues me in caput gentium. Populus quem non cognoui ſeruiuit mibi: in audi-*

tu

tu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti ſunt mihi : filij alieni inueterati ſunt, et claudica- 1
uerunt a ſemitis ſuis. Viuit dominus, & benedictus Deus meus: & exaltetur Deus ſalutis
meæ. Deus qui das vindictas mihi, & ſub dis populum meum ſub me, liberator meus
de inimicis meis Iracundis, & ab inſurgentibus in me exaltabis me: & a viro iniquo eri-
pies me. Propterea confitebor tibi in nationibus domine: & nomini tuo pſalmum dicam.
Admiratur inſuper Chriſtus ingentia iuſtitiæ, & pulchritudinis incrementa;
quæ ex pietate, cultuque tanto puriore in dies facit eccleſia, quanto patris ſui
amorem, & fauorem beneuolum magis promeretur, quàm Synagoga.

Hæc enim ſanguine, atque adipe taurorum, vitulorum, hircorum, ſimiliun-
que animalium, alijſque id genus craſsis cærimoniis Deo litare contendit; ne- 2
gligens interim fidei, vniuerſæque ueræ pietatis: propter quod, ut intelligat
quòd nullus, Deoque moleſtus ille ſit cultus, hæc audit a Domino, *Non me*
inuocaſti Iacob: neque laboraſti in me Iſrael: non obtuliſti mihi arietem holacauſti: &
victimis tuis non glorificaſti me. Non te ſeruire feci in oblatione, neque laborem
tibi præbui in thure. Non emiſti mihi argento calamum, & adipe victimarum tua-
rum non inebriaſti me: veruntamen ſeruire me feciſti in peccatis tuis: laborem præ-
Iſa.43. *buiſti mihi in iniquitatibus tuis.* Illa uero intelligens Deum, ut ſpiritus eſt, ita
etiam ſpiritualem cultum ab homine exigere, in ſpiritu, & ueritate illum ado-
rat: Ius, fas animi, ſanctoſque receſſus mentis, & qui inde exhalent, piarum lau- 3
dum ſuauiſsimos offert ſuffitus, puraque ſacrificia.

Offerentes, inquit Petrus, *ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum.*
1.Pet.2. Et in Euangelio, *Venit hora, & nunc eſt*, Inquit Chriſtus, *quando ueri adoratores*
Ioan.4. *adorabunt Patrem in ſpiritu, & ueritate. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum:*
ſpiritus eſt Deus: & eos qui adorant eum, in ſpiritu, & ueritate oportet adorare. Extat
& illud eccleſiæ in Synagogam inter multa alia vetus præiudicium.
Malac. *Non eſt mihi*, inquit Deus, *uoluntas in uobis: & munus non ſuſcipiam de manibus*
ueſtris: ab ortu enim ſolis uſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus: & in
omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen 4
meum in gentibus.

Iere.31. Item & illud, *Ecce dies veniunt dicit Dominus. Ecce conſummabo ſuper domum Iu-*
da teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentum, quod feci patribus eorum in die, qua
apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Aegypti: quoniam ipſi non per-
manſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos dicit Dominus. Hoc eſt teſtamentum,
quod diſponam domini Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus. Dabo leges meas in men-
tem eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas: Et ero eis in Deum, & ipſi erunt
mihi in populum. Et non docebit vnuſquiſque proximum ſuum, & vnuſquiſque fra-
trem ſuum dicens: Cognoſce Dominum. Quoniam omnes cognoſcent me a minore, vſ- 5
que ad maiorem eorum: quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eo-
rum iam non memorabor. cuius generis procul dubio hæc quoque eſt eiuſdem
prærogatiua. *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.* Aut uerò, quam pulchra
es amica mea quam pulchra es. quaſi dicat: ſatis iam ſatis ſpectata eſt o mea eccle-
ſia, mea cum Synagoga amicitia, iam difficile illius ingenium, & atroces iniurias
ferre non ualeo. Impudentiam, & impietatem deteſtor, & execror. Valeat igitur
Oſee.1. cum ſuis victimis, & multiplicatis holocauſtis, tędet me illius carnificinæ 6
& nidoris. Valeat cum ſua lanicna, & toto culinario apparatu, quæ cum in his
craſsis, & mortuis cęremonijs meum collocet cultũ, & eximiam ineſſe putet pie

tatem,

tatem; miſericordiam, meique cognitionem & uniuerſam pietatem (quibus ego virtutibus maxime coli gaudeo) deſeruit prorſus & abiecit; datam mihi fidem fregit; nuptialia pacta reſcidit; impias & ſceleratas manus a me parricida non abſtinuit aſsiduas, quas licet grauiſsime laceſsitus & lęſus, ei facio delitias, faſtidioſa aſpernatur, medendo ęgreſcens, & mea abutens patientia. At uero tu o mea ſacerdos & Regina, mihi perſuaderi facilis, dicto parens es, & admodum officioſa. Tu mea fide omnino niteris, meo amore tota ardes. Totam in me ſpem tuam conijcis. Pia mihi tua placent uota, pia tua me delectant opera, tuę ſpirituales hoſtię, & pura laudum ſacrificia, corporis pręſertim & ſanguinis mei Eucha-riſtia, qua nomini meo, quemadmodum prędixit Malachias, ubique terrarum litatur, oblatio munda. Ius, fas animi, ſanctique receſſus mentis tuę gratiſsimę ſunt mihi uictimę. Iſte demum legitimus cultus eſt, quem ego maxime probo, & abs te exigo: teque ideo pater meus unice diligit, quod ſe ſpiritu, ſynceroque & in templis, & ubique locorum adores & colas animo. Atque iſtę eximię, quibus ego te exornaui animi tui dotes, te ſolam mihi pulcherrimam uideri faciunt, & omnibus numeris abſolutam.

Oculi tui columbarum abſque eo, quod intrinſecus latet.

Deſcendit iam a genere in ſpeciem: & quam proxime laudauit in uniuerſum ab eximia pulchritudine; nunc iam laudare aggreditur ab inſigniorum partium uenuſtate. Multi porro exiſtimarunt ſub oculorum columbinorum ſymbolo ſignificari inſignem fidem, & ſingularem pudicitiam, rectam animi intentionem, & ſimplicitatem columbinam ab omni malitia, atque hypocriſi repurgatam; quos nos quoq; retro ſequuti ſumus. Sed hoc loco illud monendum uidetur. Cum ſponſus eccleſię (quæ corpus eius eſt, & cuius ipſe eſt caput, ut nos docet Paulus) membra laudare ex profeſſo nunc inſtituiſſe uideatur, has quoq; laudes talib. eccleſię membris accommodandas eſſe, qualia idem Apoſtolus numerat ad Corinthios ſcribēs in hunc modum. *Vos eſtis* inquit, *corpus Chriſti, & membra de membro.* Id eſt, quæ mutuis ſtatis auxilijs. *Et quoſdam quidem poſuit Deus in eccleſia, primum Apoſtolos, ſecundò prophetas, tertiò Doctores, Deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum.* Et rurſum de Chriſto loquens Epheſijs, *ipſe* inquit, *Dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios uero Euangeliſtas, alios autem paſtores & Doctores, ad conſumationem ſanctorum, in opus miniſterii, ad ædificationem corporis Chriſti: donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei: in uirum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* Per hæc ergo ſponſæ membra, quæ hic commendat ſponſus, myſtica illa membra, quæ locis proxime annotatis recenſet Paulus, congruum uidetur intelligere. Et quia, quæ Epheſiis, & Corinthijs ille numerat membra, primaria uiř eſſe dona ſpiritus ſancti, q̄ aſcendēs Xp̄s in altū, ut idē teſtaẽ Apoſtolus, ſuæ eſt impertitus eccleſię, ea quoq; in capite tanquā in digniſsimo totius corporis loco ſita eſſe, par eſt credere: & in myſtico Chriſti corpore alia oculorum, alia labiorum, alia dentiū, alia genarū, alia ēt colli vſum p̄bere. Per oculos igitur ſpōſę hoc loco Apoſtolos, & qui horum loco ſucceſſerunt Ep̄os, tanquam digniſsima membra, ſigni-

Eph. 1.

1. Cor. 12.

Eph. 4.

ficari exiſtimamus. Hi namque in eccleſię capite poſiti ſunt, ut oculos ſapientis 1
in eiuſdem capite ſitos eſſe, dicit hic idem Salomon in eccleſiaſta, &, ut græca
Eccle. 2. epiſcopi Ethymologia admonet, ceu ſpeculatores e ſublimi ſpecula ſiquid peri-
culi populo immineat, diligenter obſeruare debent; & de more Ducum atque Im-
peratorum, commeatus, totiuſq; exercitus perpetuam curam agere. Quamobrem
etiam Homerus Agamemnonem Græcorum ſummũ Ducem & Imperatorem, epi
Heb. 13. ſcopum ſolitus eſt appellare. Sic & Paulus, *Obedite* inquit *præpoſitis veſtris: ipſi
enim peruigilant tanquam rationem reddituri de animabus veſtris.* Oculi tui columba-
rum. Hoc eſt ſpirituales, inquit Theodoretus in primum Ca. huius libelli; in ſpe-
cie enim columbæ ſæpe uenit ſpiritus ſanctus, & in ipſo ſponſo inhabitauit. Igi- 2
tur oculi tui columbarum, hoc eſt ſpirituales, & diuina gratia pleni, omni tene-
bra liberi. Et citat locum illum Pauli. *Nos autem reuelata facie gloriam Domini ſpe-
culantes, in eandem imaginem transformamur.* & illum. *Nobis autem Deus reuelauit per
ſpiritum ſuum.* Et Euſebius, oculi inquit Columbarum, ut pote, qui inconniuen-
ti acie intuentur vitam ſpiritualem. Suis enim exercitamentis aſsimilatur anima;
& ad ea quæ agit, formatur. Oculi porro Eccleſiæ ſunt, qui malitia carent, & acu
te uident Doctores. Plura nobis de pulchritudine, & columbinis Eccleſiæ ocu-
lis ſub finem primi cap. in hoc opere dicta ſunt: quæ facile poterit qui volet, inde
repetere: & præſenti inſtituto accommodare. Quod uero noſtra æditio habet. 3
Præter id, quod intrinſecus latet. Lyranus reliqua ſecretiora corporis membra, quæ
veſtibus integuntur, noſtroque conſpectui ſubtracta ſunt, ſignificare putat. Alij
hoc ænigma explanare uolentes, ſignificari uolunt, pręſtantiora adhuc quędam do
na eccleſiæ, aut verò cœleſtia præmia nobis recondita, necdum ſatis manifeſta.
Poſſumus & nos iuxta proprietatem ſermonis Hebraici præſtantiam, ac dignita-
tem Epiſcoporum interpretari; qui ut oculi columbæ extra genas prominent, ita
& ipſi in facie Eccleſiæ extra populares principes cincinnorum appellatione de-
ſignari ſolitos, eminentiores uideri debent. Hebręa ſic habent מבעד לצמתך Hæc
vero ſic uertit Vetablus; extra comam tuam, & de ſuo addit, prominentes, nem- 4
pe extra antias inſigniores comæ capillos, quos ſolent mulieres ornatus gratia, ex
fronte pendentes, oſtentare: Inter quos grandiuſculi oculi, qui etiam gratiam ad-
dunt muliebri faciei, molliter prominent. Verum & iuxta vulgatam noſtram ædi-
tionem, & ſecundum ſuperius adductam interpretationem, id dictum exponere
poſſumus de ſpiritnali & cœleſti uita eccleſię, quę nunc latet interius; & ut Paulus
ait, abſcondita eſt cum Chriſto in Deo; aliquando tandem uniuerſo orbi cum eo-
dem ſumma cum gloria & maieſtate appaɾitura. Tunc enim, vt teſtatur Ioannes.
ſimiles ei erimus, & videbimus eum ſicuti eſt.
5

*Capilli tui, ſicuti greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte
Galaad.*

Laudat Eccleſiam ſponſus ab innumera egregij populi multitudine; quæ illi tan-
tum gratiæ, & uenuſtatis conciliat; quantũ greges caprarum monti Galaad, quum 6
ibi paſcentes apparent, & inde velut capilli ex capite pendentes comati capitis ſpe
ciem procul ſpectantibus præbent. Quem ſenſum magis expreſsit noſter inter-

1 pres inferius capite ſexto quum illud שֶׁגָּלְשׁוּ ſic uertit, quę apparuerunt de
Galaad. Vbi præteritum pro præſenti (vt frequenter fit in ſacris literis) poſitum
eſt; pro, quæ apparent de Galaad, procul nimirum ſpectantibus. In quem ſenſum
etiam hoc loco dictum interpretabimur, aſcenderunt, aſcendere apparēt: ut etiam
in Græco legimus ἀπεκαλύφθησαν. Quod ad uerbum ſonat, quæ reuelatę fue-
runt. Sed eodem ſenſu. Eſt enim Galaad mons Iudææ ex altera Iordanis parte
vberrimus, & alendis gregibus aptiſsimus. Hunc igitur decorem, quem ut fre- 1. Cor. 11.
quens, ac promiſſa coma mulieri, ſic frequens populus Eccleſiæ conciliat (mulier Dan. 2.
enim ut inquit Paulus, ſi comam nutriat, gloria eſt illi) appoſita comparatione ſi-
2 gnificat hoc loco Spiritus ſanctus. Nam Galaad Chriſto recte comparatur, qui
exciſus ſine manibus creuit in montem magnum, & omnia regna terræ obruit at-
que occupauit. Eſt preterea Chriſtus mons & aceruus teſtimonij: quæ eſt eius Gen. 31.
uocis in ſacra geneſi, Ethymologia. Hic enim eſt (quemadmodum ipſe de ſe te-
ſtatur) qui in hoc natus eſt, & in mundum venit, ut teſtimonium perhibeat ueri- Ioan. 18.
tati: quippe ſe eam ob rem mundo miſſum eſſe admonet ſuos, quòd illius opera ma Ioan. 7.
la eſſe ipſe teſtetur. Iam uero pij homines ceu capilli nixi fide & charitate, a Chri-
ſto, quē Deus uniuerſę eccleſię dedit pro capite, pendent indeq; ſuū trahunt incre Ephe. 1.
mentum; ut capręquum depaſcuntur montem Galaad, uelut ab eo pendere uiden
3 tur, & eiuſdem paſcuis ali, atque augeri. Cuius generis comparatione ad idem Eſai. 50.
myſterium ſignificandum vſus etiam eſt Iſaias in hunc modum. *Hæc dicit dominus
exercituum. Ecce ego viſitabo Regem Babylonis, ac terram eius, ſicut viſitaui Regem Aſ-
ſur: & reducam Iſrael ad habitaculum ſuum, & depaſcetur Carmelum, & Baſan: & in
monte Ephraim & in Galaad ſaturabitur anima eius.* Et Michæas ad Deum ſic loqui- Mich. 7.
tur. *Paſce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes ſolos in ſal-
tu. In medio Carmeli paſcentur, Baſan, & Galaad iuxta dies antiquos.* & apud Zacha- Zach. 10.
riam Dominus inquit. *Reducam eos de terra Aegypti, & de Aſſyrijs congregabo eos:
& ad terram Galaad adducam eos, & non inuenietur eis locus.* His enim omnibus lo-
4 cis ſub gregum, & paſcuorum montanorum metaphoris populus Chriſtianus, &
Chriſtus ipſe ſuæ Eccleſiæ caput, cuius doctrinis, & inſtitutis pij alendi eſſent,
deſignantur. Multa enim ſunt in Chriſto, propter quę ſui corporis myſtici ca-
put eſſe creditur, & dicitur: caput enim ſupereminet vniuerſo corpori tanquam
dignisſimum, & quod toti corpori proſpicit ac prouidet, ſecundum uim ſuam, &
energiam in vniuerſum corpus ſe infundens, & omnia membra replens: ſic *Chri-
ſtus*, vt ait Paulus, *ante omnes eſt, & omnia in ipſo conſtant, & ipſe eſt caput corporis
Eccleſiæ, principium, primogenitus ex mortuis; vt ſit ipſe in omnibus primatum tenens.
Ipſum dedit Deus caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus eius, & plenitudo eius, qui
5 omnia in omnibus adimpletur*, pro adimplet, paſsiua uoce poſita pro actiua; ut anno-
tant & interpretantur Chryſoſt. & Græcus ſcholiaſtes. Interpretatur ſeſe & ip-
ſe Paulus ad Coloſſen. ſic ſcribens. *In ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corpo-
raliter: & eſtis repleti in illo.* Quod idem Chriſoſt. exponit: nil minus habetis ab illo;
quemadmodum in illo habitauit, ita & in vobis. Præterea ex capite in uniuerſum
corpus per neruos tanquam per quoſdam ductus manat omnis ſenſus & motus;
quibus etiam nexibus totum corpus compaginatum & coaptatum cohæret capiti.
6 Sic ex Chriſto uniuerſam eccleſiam per fidem, & charitatem ceu per neruos quoſ
dam omnis ſenſus & motus ſpiritualis deriuatur ac ſumminiſtratur: & ijſdem ve
luti nexibus compaginata coaptataque Eccleſia capiti ſuo Chriſto cohæret, a quo

ſua quoque iuſta ſumit incrementa. *Veruntamen facientes,* inquit Paulus, *creſca-* 1
mus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus: ex quo totum corpus compactum & con-
nexum per omnem iuncturam ſumminiſtrationis ſecundum operationem in menſuram aug-
mentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate. Neque vero cœpit Chriſtus ca
put eſſe Eccleſiæ, ex quo cæpit ipſe eſſe homo; ſed ſicut illa ab orbis initio extitit,
ſic ille inde vſque myſticum caput myſtici corporis ſui eſt, Quodquidem corpus
truncum, aut acephalum nunquam fuit. Ipſe eſt inquit. Glo. in 1. cap. Epiſtolæ ad
Coloſſ. principium Eccleſiæ ſecundum diuinitatem. Id eſt, fundator Eccleſię.
Quia omnes iuſtos, qui ab Abel vſque ad ultimum iuſtum generãtur, virtute diui-
nitatis, & miſericordiæ ſuæ dono illuminauit. Secundum humanitatem poteſt 2
etiam dici principium Eccleſiæ, quia ſuper fidem humanitatis eius fundata eſt.
Et Augu. in Pſal. 36. caput noſtrũm, inquit Chriſtus eſt; corpus capitis illius nos
ſumus. Numquid ſoli nos, & non etiam iſti, qui fuerunt ante nos? omnes qui ab
initio ſeculi fuerunt iuſti, caput Chriſtum habent. Illum enim venturum eſſe cre-
diderunt, quem nos veniſſe iam credimus: & in cuius fide ipſi ſanati ſunt, & nos.
Vt ipſe eſſent caput totius ciuitatis Ieruſalem, connumeratis fidelibus ab initio
vſque ad finem. Iam vero ſicut propter vnam fidem unum caput Chriſtum Eccle-
ſiam ab orbis initio habere certum eſt; ſic etiam inde uſque cœpiſſe, atque vnam
eandemque nunc eſſe, & uſque ad finem ſeculi perpetuam fore certum eſt. *Ego,* 3
inquit Chriſtus, *vobiſcum ſum uſque ad conſumationem ſeculi.* Inde uero ab Abel pri-
mum extitiſſe Eccleſiam communis eſt doctorum ſentẽtia, multis rationibus & au
ctoritatibus confirmata, ex quibus breuitati ſtudentes has dumtaxat hoc loco bre
uiſsime referemus. Prima ſit, quod cum inferius ca. 7. ſponſus commendat ſpon-
ſam, quod una ſit, perfectaq; & immaculata; talem oportet agnoſcere Eccleſiam,
quæ a primis ſuis initijs perpetuam habeat & ſeruet perfectionem, & puritatem
in ſuis fidelibus ſanctis & iuſtis. At uero cum a iuſtitia, in qua creati fuerant, exci-
derint primi parentes, indigni redditi uidentur, a quibus prima ducantur Eccle-
ſiæ initia: dignus uero Abel, qui a iuſtitia nunquam excidiſſe legitur; inde uero 4
ex qua commendatur a Chriſto & Ioanne, propter quam ipſum mortem appetiſſe
illi teſtantur. Vt merito dicat Aug. in libro de Mirabilib. mundi, hunc uirginem
fuiſſe, & martyrem, fideique doctorem: & inde alia ad noſtrum inſtitutum probã
dum ſumi poſsit ratio, propterea quod is primus tres inſignes ordines Eccleſiæ,
uirginum. ſ. Martyrum, & doctorum ſuſtinerit. Præterea primus Abel legitur ſa-
crificia deo grata obtuliſſe, quibus ſacramentis ſuam religionem, & fidem de Chri
ſto uenturo redemptore fuerit proteſtatus: omnis enim religio (ut affirmat Aug.
contra Fauſtum) ſemper habuit aliqua ſigna exteriora, in quibus conuenerint ho-
mines ad colendum Deum. Notus eſt deinde ille Auguſtini locus. li. 15. de Ciui- 5
tate Dei. A Principio mundi inquit, proceſſerunt duæ ciuitates, una Dei, alia
Diaboli, una cæleſtis, alia terreſtris. de filijs Adam unus ędificat terrenam & Dia-
bolicam, alius cæleſtem. Primus fuit Cain, ſecundus Abel.

Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, om-
nes gemellis fœtibus, & ſterilis in eis non eſt. 6

Commendatur hoc loco Eccleſia a dentium pulchritudine; quam quidem pul-
chritudinem ſponſus amplificat per comparationem dentium ipſius ſponſæ
ad

1 ad gregem ouium concinne tonſarum, & lotarum, ac fœcundarum. Oues enim quum probæ tonſæ fuerint, & lotæ, albæ admodum apparent, nec virus olent; ſic & dentes puellæ quum ſcabri non ſunt, nec vlla vitiati rubigine, albicant, nec putridum ſpirant halitum. Additur præterea, *Omnes gemellis fœtibus: et ſterilis in eis non eſt*. Vt efficax dentium vſus ſignificetur, qui cibum probe conficientes, ſponſam vegetam reddunt, & fœcundiſsimam; quales ſunt oues illæ, quæ gemellos pariunt, & alunt; quod rarum admodum eſt. Id verò cum ſingulis hoc loco tribuatur, ad vehementem facit amplificationem. Iam myſtico dentium ſignificatu hoc loco illos intelligimus, quos Paulus in corpore Chriſti myſtico tertio loco numerat in
2 Epiſtola ad Epheſios ſcripta, paſtores, & doctores, perfectos nimirum homines: Ephe. 4.
quorum (vt idem ait) eſt ſolidus cibus: & qui pro ipſa conſuetudine exercitatos Heb. 5.
habent ſenſus ad diſcretionem boni & mali. Eſt enim dentium vſus, aliorum quidem, vt anteriorũ, ſolidos incidere cibos; aliorum verò, vt molarium, inciſos commolere, ac commolitos vniuerſi corporis pabulum futurum præparare. Ita & doctores Eccleſiaſtici ſacrarum ſcripturarum, quas Prophetæ, & Apoſtoli conſcripſerunt, locos ceu inde inciſos, & præmanſos ſolidos cibos, debent populo, & myſtico Eccleſiæ corpori commolere; & tanquam ſpiritualem alimoniam infirmioribus, & imperfectis præparatam exhibere; atque ea ratione vegetam, ac proletariam reddere
3 riam reddere Eccleſiam. Qui vero hanc functionem feliciter, & pro dignitate obituri ſint, eos oportet concinne attonſos eſſe. Vetere ſcilicet homine ſordido, & fœtido, velut ouillo vellere, per exactam pœnitentiam depoſito. Nam vox הקצבות pro qua vulgata noſtra æditio habet, tonſarum, ęqualium proprie ſignificat. Vt intelligas, non vtcunque tonſas oues: ſed æquabiliter & concinne tonſas; quod certe ad gratiam ouium, & comparationis elegantiam facit plurimum. Oportet præterea eoſdem aqua baptiſmi ablutos eſſe: & ſi deinde ſordes aliquas peccatorum cõtraxerint, aqua lacrymarum, vt eas abluant omnem dare operam; vt ſic candidos, æquabiles, & læues pręſtent dentes. Significatur denique fœcundi-
4 tate ouium gemellos parientium, & alentium, fœcunditas ſpiritualis doctorum, & prædicatorum illius temporis, mitium, & benignorum inſtar ouium, qui ſua prædicatione, vitęque exemplo multos parebant, & alebant Chriſto liberos: & (quod maxime commendat primigeniæ illius Eccleſiæ fœlicitatem, & præſentis infœlicitatem vehementer damnat) quod tunc ex prædicatoribus, & doctoribus Euangelicis, quales erant Apoſtoli omnes, & Epiſcopi nullus tunc eſſet ſterilis; ſed omnes fœcundi, & proletarij. In quem etiam vſum munus Euangelicum ſe a Chriſto ſuſcepiſſe ſcirent; quib. dictum fuiſſet a præceptore, *Ego poſui vos, vt eatis, & fru-* Io. 15.
ctum afferatis: & fructus veſter maneat. At vero nunc quam pauci ſunt Epiſcopi non
5 effœti, & ſteriles; quam pauci Euangelium prædicant, aut ſacramenta miniſtrant, aut fructus Chriſto afferunt non perituros. Sancti doctores inquit Tho. bene dentib. cõformantur, qui ſpirituales cibos, quos ſimplices capere non poſſunt, ipſi quodammodo exponendo comminuunt. Dens eccleſiæ præcipuus erat Petrus, cui dictum eſt. *Surge, occide, & manduca*. Ac ſi diceret, hos quos ad fidem conuertis, occide ab eo quod ſunt, ut deſinant eſſe peccatores; & manduca; hoc eſt tranſfer in corpus eccleſię. Bene autem hi dentes ouibus tonſis, & lauacro lotis compa-
6 rantur. Solent.n. oues poſt tonſionem currenti aqua ablui. Ne illotus ſudor corpori adhęreſcat, & ſcabiẽ generet. Tõſę ergo oues ſunt ſancti rectores & magiſtri eccl'ę, qui & lauacro baptiſmi abluti ſunt, & uellera .i. facultates & ſubſtãtias ſuas

pro Chriſto amiſerunt, qui ſecundum uerbum Domini uendũt omnia ſua, & dant 1
pauperibus, & nudi & expediti ſequuntur Chriſtum. Hęc ille: Quib. hęc addere vi
ſum eſt, quòd quemadmodum oues æqualiter tonſæ, & probe lotæ, depoſito uelle
re & abluto ſudore, alacriores, & cibi appetentiores ad paſcua accedunt, potẽtius
nutriuntur, ac uegetiores & ad cõceptum accõmodatiores redduntur; ſic & docto
res depoſito uetere homine, abiectiſque facultatibus in uſus pauperum, & laua-
cro baptiſmi a ſordibus abluti, ſacrarum ſcripturarum paſcua auide admodum de
paſcuntur, & in uſum corporis Eccleſiæ exacte commolunt, conceptoque uerbo
ueritatis fœcundati inſtar fœcundarum ouium & placidarum, gemellos Chriſto
edunt & alunt fœtus, eiuſdem fidei profeſsione quàm ſimillimos. Tales certe olim 2
Chriſto pepererat Paulus Galatas; quos deinde rurſus parturiebat; tales etiam
eidem peperit & aluit Theſſalonicenſes. Vide uero, num comparatio hæc dẽtium
ſponſæ ad gregem ouium cum ſuis gemellis, quæ alioqui nimis dura & extranea ui
detur, molliri poſsit; ſi uerbum illud עֵדֶר quod noſter interpres per nominatiuũ
pluralem uertit greges, per genitiuũ ſingularem gregis uerti conueniat, iuxta pro-
prietatem ſermonis Hebraici. Vt intelligamus, aſsimilari dentes ſponſæ non ad
gregem tonſarum, ſed ad dentes gregis. Et maxime quidem conuenit epiſcopis, &
rectoribus eccleſiæ, ut exacto ſuo iudicio, ceu ſuis dentibus recte ſecantes uerbũ
Dei (ut hortatur Paulus) & reiectis ſuperuacaneis quæſtionibus, ſuos quiſque ge- 3
mellos inde alãnt; quemadmodum & oues ſuos agnos de paſcuis, quæ ſuis carpunt
dentibus. In hunc uero modum conuenire quoque uidetur, ut capite proximo &
ſeptimo nominatiui quidam ſumantur pro genitiuis, ut ſuis locis indicabimus.

*Sicut vitta coccinea labia tua: & eloquium tuum dulce ſicut frag-
men mali punici; ita & gena tua abſque eo, quod intrinſecus latet.*

Multa gratiarum genera hoc uerſu ſignificari uidentur: & ab his quaſi membris 4
quibuſdam præſtantibus Eccleſia commodari. non parum gratiæ addunt mulieri
rubra labia & compreſſa, ſieque molliter diducta, ut uideatur breuis & anguſta
quædam uitta coccinea ipſius ori circunducta; aut (ut alij ex Hebræo uertunt) fi-
lum coccineum. σπαρτίον τὸ κόκκινον funiculus coccineus. Mihi uero hæc ſponſę
labia Euangeliſtas, doctores, uarijs linguis loquentes, & ſermonum interpretes,
quos inter membra corporis Chriſti Paulus numerat, ſignificare uidentur. Rubra
quidem labia, propterea quòd uniuerſus eorũ ſermo ſit de paſsione & morte Chri
ſti, indeque omnem uim habeat; exilia uero inſtar uittæ, aut fili, aut funiculi. Nem
pe, quæ non turgeant ſeſquipedalibus uerbis, nec ſpectent ad oſtentationem, aut 5
inanem gloriam. Paulus enim maximus ille Euangeliſta & doctor, qui omnium lin
guis loquebatur, omnia interpretabatur, ſic de ſe Corinthiis loquebatur. *Ego fra
tres cum veniſſem ad uos, ueni non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ, annuntians teſti-
monium*, hoc eſt, mortem Chriſti. *Neque enim iudicaui me aliquid ſcire inter uos, niſi
Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum*. Et alibi, *Non enim prædicamus noſmetipſos, ſed
Ieſum Chriſtum, Dominum noſtrum, nos autem ſeruos ueſtros per Ieſum*. Horum porro
labiorum tanta uis eſt in dicendo, tantus ſermonis lepos & ſuauitas, tanta efficaci 6
tas, ut auditores pendentes teneant, & uelut funiculis coccineis ab auribus uin-
ctos poſt ſe trahant. Illos præſertim, quibus aures ad audiendum Deus dederit; ut

1 Lydiæ illi purpurariæ, cuius Dominus dicitur aperuiſſe cor, vt intenderet ijs, quæ
a Paulo dicebantur: purpuraria nimirum mulier purpureis funiculis capta a purpu
reis euangelizantis Pauli pendebat labijs. Theodoretus putat hoc loco alluſum
eſſe ad funiculum illum coccineum, qui pendens de feneſtra domus Raab ſignum
fuerit ipſi, & parentibus, totique familiæ ipſius ſalutiferi: iſque typus fuerit Eccle
ſiæ ſponſæ Chriſti, ex cuius ore gratioſus, pulcherque ſermo tinctus Chriſti ſan-
guine pendeat, vt de feneſtra Raab funiculus ille coccineus. Et labia inquit, tua
proferunt ſermones ueros, uelut funiculo auditores expiſcantes, & ligantes. De-
mulcet enim ſermo tuus auditores, nec ſinit eos euadere: ſed tuis cogit adhærere
2 labijs. Hæc ille. Simile quiddam hoc habet cum Typo eloquentię, quem in Hercu
le gallico proponunt Græci. Hunc enim pingunt magnam hominum turbam cate-
nulis aureis ex ipſius ore prodeuntibus, & auditorum auribus inſertis, poſt ſe tra-
here. Cum igitur tanta ſit ſermonis Eccleſiæ energia, & ſuauitas, & auditorem tan
topere delectet, meritò eloquium ipſius tanquam ſuaue ſecundo loco poſt elo-
quij miniſtros commendatur. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua.* inquit Dauid,
ſuper mel ori meo. Genas uero non membranas, quæ tegunt oculos, ſed partes infe-
riores a cilio ad uniuerſas partes illas oculis ſubiectas, quas radi in fœminis duode
cim tabularum interdicto antiqui uetuerunt, pudoris ſedes eſſe arbitrati, quòd ibi
3 maxime appareat rubor, pręſertim in honeſtis, & pudicis fœminis; ut ſi quid eas
audire parum honeſtum nedum facere, contigerit; ſtatim genæ rubore ſuffundan-
tur, ea nimirum parte ex corde unà cum ſpirituoſo ſanguine in vitium erumpente
Nemeſi: impudentes vero, & procaces, ſiquid ſibi turpiter dictum, aut factum do-
leant, non ulla Nemeſi, aut indignatione accenſæ; ſed pœnæ, aut damni alicuius ti-
more territæ pallent, ſanguine nimirum ex toto corpore iuuandi cordis gratia in-
tro recurrente: at uero nec Deum, nec homines ueritæ nihil mouentur. Quam pec *Ierem. 3.*
candi impudentiam Dominus per prophetam ſuum Ieremiam ſic exprobat Syna-
gogæ, *Frons meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere.* Vt ergo impudentiam, & proca
4 citatem acriter reprehendit Deus in Sinagoga, quam ideo repudiauit; ſic etiam in-
genuum pudorem, & ſummam honeſtatem in ſua Eccleſia recens nupta, congrua
admodum comparatione ad fragmen mali punici, aut iuxta Hebræum, ad partem
alteram, eam ſcilicet (vt annotat Lyranus) quæ ſoli eſt expoſita, laudat. Ea namq;
pars media, quæ ſolis excipit radios, decoctior eſt altera: atque eam ob cauſam ru-
bicunda. Genæ autem cum ſimiles pomis ſint, quæ Græcis μῆλα dicuntur, & ipſæ,
μῆλα ab illis appellantur, nulli malorum generi magis aſsimilantur, quam malo pu
nico dimidiato: quod ſuperne cum exuberet, rubeatq; molliter, inde deorſum de-
primitur, ac minus rubet; quód etiam in quacunque humana facie bene habita, &
5 cõformata, præſertim muliebri poſsis obſeruare. Myſticè uero Eccleſiæ genæ pro
phetæ eſſe uidentur, quam ſecundam functionem, & membrum in myſtico Chri-
ſti corpore ſecundo conſtituit Paulus loco; prophetas enim dimidiato malo puni
co ad ſolem uerſo quam ſimillimos eſſe oportet. primum quidem pudibundos, &
ingenuo rubore ſuffuſos, non impudentes, & procaces, non pallidos & hypocri-
tas: ſed ingenuos, modeſtos, & ueraces; quique orientis ſolis iuſtitiæ lucem exci-
piant candidam & uiuificam: & qui cum Paulo dicere poſsint. *Nos omnes reuelata* *2. Cor. 3.*
6 *facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in cla-* *2. Cor. 3.*
ritatem, tanquam a Domini ſpiritu. Et rurſum. *Deus qui dixit de tenebris lucem ſplende-* *2. Cor. 4.*
ſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei in facie Chri

ſti Ieſu. Hunc ergo ſolē perpetuò ſpectans Eccleſia, aſsiduos charitatis, & ſciẽ exci 1
pit radios; quorū alijs excoquunt oēs, qui in ea reſidere poſsint crudi humores, &
ſuperuacanei, & cōtra populi uitia ipſius excitat indignatio: aliorū uero ad intima
uſque penetrantium ui diuinorum conſiliorum, uariæ proueniunt in ipſius men-
te notitiæ, & futurarum rerum præſenſiones, quaſi grana ſub mali punici cortice
latitantes. Id quod uerba illa deſignare uidentur. *Præter id quod intrinſecus latet.*
aut quemadmodum alij interpretantur uerba illa מבעד לצמתך extra comam tuam;
ſic enim prominere uidentur genæ, ut ſuperiores mali punici partes. Sponſæ por-
ro genas intra ſe diuina myſteria celantes prominere intelligimus extra comam;
prophetas nimirum in facie Eccleſię pulchre excellere principes populares a Chri 2
ſto dependentes, ut prominent genæ formoſæ, & bene habitæ puellę extra an-
tias. Fructus iſte inquit Euſebius, acerbo & ad veſcendum inutili circumtegi-
tur cortice; ſic & acerba, & continens, duraque uita cuſtos eſt bonorum tempe-
rantiæ. Harum porro genarum & aliarum omnino diſsimilium ſingulare extat
3. Reg. 22. exemplum in libris Regum. Micheas enim cum uideret, quæ ipſe uere prædixiſ-
ſet iniquo animo accipi ab Achab Rege Iſrael, & contemni, Regis impietatem,
& uecordiam peroſus hęc ſuperioribus indignabundus addidit. *Propterea au-
di ſermonem Domini. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum, & omnem exerci-
tum cæli aſsiſtentem ei a dextris & a ſiniſtris. Et ait Dominus. Quis decipiat Achab* 3
*Regem Iſrael, vt aſcendat, & cadat in Rhamoth Galaad? Et dixit vnus verba huiuſce-
modi, & alius aliter. Egreſſus eſt autem ſpiritus, & ſtetit coram Domino, & ait; Ego
decipiam illum; cui loquutus eſt Dominus. In quo? Et ille ait. Egrediar, & ero ſpiri-
tus mendacij in ore omnium prophetarum eius. Et dixit Dominus, decipies, & pręualebis:
egredere, & fac ita. Nunc igitur ecce dedit dominus ſpiritum mendacij in ore omnium
prophetarum tuorum qui hic ſunt. Et Dominus loquutus eſt contra te malum. Acceſsit
autem Sedecias filius Chaanana, & percuſsit Michęam in maxillam, & dixit: Mene ergo
dimiſit ſpiritus Domini, & loquutus eſt tibi?* Rubent etiam prophetę proprio tincti
ſanguine: quo effuſo, fidei ſuę, & oraculorum ueritatem atteſtati ſunt. *Ecce,* in- 4
Mat. 23. quit Chriſtus ſcribis, & phariſæis, *Ego mitto ad vos prophetas, & ſapientes, & ſcri-
bas: & ex illis occidetis, & crucifigetis, & flagellabitis in Synagogis veſtris: & perſe-
quemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat ſuper uos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt a
ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter tem-
plum & altare.*

*Sicut turris Dauid Collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugna-
culis. Mille Clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* 5

Collum oblongum, firmum, & rotundum pulchram puellam decet maxime; tale
uero hic deſcribitur, & commendatur ſponſę collum ex illius ad turrem quandam
a Dauide affabre factam collatione. Legimus in libris Regum, Dauidem cum
creatus fuiſſet Rex in Hebron, comparatis copijs ex duodecim tribubus, inuaſiſſe
Ieruſalem, & longe contra opinionem Iebuſæorum, qui tum eam urbem tene- 6
bant, expugnaſſe; habitaſſeque Arcem Syon eius urbis Acropolim, quam unde-
quaque munijt ædificijs; Ideoque ciuitatem Dauid dictam fuiſſe.

Et

1 Et quidem certe admodum ſit ueriſimile, in arce Sion mediam fuiſſe turrim, quæ
hic dicitur מִגְדַּל דָּוִיד turris Dauid, ut tota arx dicta fuit עִיר דָּוִיד ciuitas Dauid,
quam ille munierit ædificijs, nempe propugnaculis, quæ noſter interpres ſignifica
ri putauit nomine תַּלְפִּיּוֹת Septuaginta uerbum Hebraicum ſeruarunt, uerterunt
enim θαλπιώθ exiſtimantes nomen eſſe loci, in quo turris ſita eſſet. Aquila, ut
refert Theodoretus, & tres illi patres, ἐπάλξεις Symmacius εἰς ὕψη Altitudines. Ly
ranus quoniam putat turrim duntaxat proportionem, & ſimilitudinem habere ad
collum, & eatenus tantum rationem habendam eſſe huius ſimilitudinis, nullam
mentionem facit propugnaculorum; per quæ tamen Gloſſa intelligi uult firmas ex
2 ſcripturis ſacris ſumptas ſententias, intra quas tuti ab incurſantibus agunt prædi-
catores, qui Eccleſiæ collum dicuntur, propter hoſtium de longe ſpeculationem.
Collum enim inquit, extendimus, cum longius proſpicimus. Verum ſi Etymolo-
giam uerbi תַּלְפִּיּוֹת & additam ipſi literam ל. initio, quæ uim habet præpoſitio-
nis latinæ, In, inſpiciamus: uidebitur לְתַלְפִּיּוֹת ſonare ad uerbum, in tumulum,
uel in altitudinem, ut in eleuationem eorum. תֵּל enim tumulus eſt, uel altitudo,
aut eleuatio פִּיּוֹת vero ora plurale nominis פֶּה id eſt os. Erit ergo turris Dauid,
cui aſsimilatur collum ſponſæ, ædificata in tumulum, ſeu altitudinem, uel etiam
eleuationem orium. hoc eſt, turris altiſsima in hoc ædificata a Dauide, ut in eius
3 ſummitate conſtituti uigiles per noctem excubent, perpetuòque etiam per diem
obſeruent, ne quas hoſtes urbi inſidias ponant, neue damnum ullum urbi inferant.
Hi porro homines quum excubant, mutuum excitant, & adhortantur: quòd ſi ad-
uentare, aut in inſidijs latitare hoſtes ſenſerint, ingentib. clamoribus implent om
nia: & inſtanti periculo occurrendum eſſe, ciues ſuos admonent: id uerò officium
verba illa בָּנוּי לְתַלְפִּיּוֹת Id eſt, ædificata in tumulum orium, ſatis uidentur indi-
care. Et tunc maxime ſenſui allegorico accommodabitur comparatio. Cum
enim in ſummitate colli humani ſitum ſit os, & quot Euangeliſtæ, Doctores, ac
4 concionatores uerbi Dei, tot etiam ſint ora eccleſiæ, totidemque uideantur ex
ſumma arce clamare excubitores; qui & ſeſe mutuo excitant, & ad excubias cohor
tantur; impendentium malorum admonent populum: ipſi enim inquit Paulus, *Heb. 13.*
peruigilant tanquam rationem reddituri de animabus ueſtris, recte conferri in-
telligimus collum eccleſiæ cum turri Dauidis in tumulum orium ædificatæ in id
munus, quod ſpeculatori ſuo Ezechieli iniungit dominus in hæc uerba. *Ecce tu* *Ezech. 33.*
fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael. Audiens ergo ex ore meo ſermonem an-
nunciabis ex me. Si me dicente ad impium; impie morte morieris, non fueris
loquutus, ut ſe cuſtodiat impius a uia ſua, ipſe impius in iniquitate ſua morietur,
5 ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annunciante te ad im-
pium, ut a uia ſua conuertatur, non fuerit conuerſus a uia ſua, ipſe in iniquitate
ſua morietur: porro tu animam tuam liberaſti.

Iam uero tale eccleſiæ collum, illi mihi eſſe uidétur, quos iam citato loco Pau-
lus uocat opitulationes ſiue ſubſidia: & eius loci interpretes illos fuiſſe aiunt, qui
ex officio ipſis diuinitus decreto, pietatis uacabant operibus, quibus pauperes
ſanctos fulciebant.

6 Tales uero uidentur fuiſſe Diaconi, quos Ieroſolymis primũ inſtitutos ab Apo
ſtolis refert Lucas, uiros boni teſtimonij, plenos Spirituſancto, & ſapientia, ut il- *Act. 6.*
lorũ ope & auxilio nixi Apoſtoli orõni inſtarent, & p̃dicationi. Quales ẽt Paulus
ad

1. Thim. 3. ad Thimotheum ſcribens, in ſingulis Eccleſijs vult inſtitui. *Pudicos nimirum, non* 1
bilingues, non multo uino deditos, non turpis lucri cupidos. Habentes myſterium fidei in con
ſcientia pura. Et hi inquit probentur primum, & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes.
Et tandem ſubiungit. *Qui enim bene miniſtrauerint, gradum bonum ſibi acquirent, &*
multam fiduciam in fide, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Hi certe longa ſpe ſua in cœlum aſſur
gunt rotundi, nec ullis uitiorum tuberibus inæquabiles, inflexibiles etiam miriſq;
charitatis uiribus roborati omnia ſuſtinent. Occidi poſſunt, ſed flecti nequeunt.
Atque huius ordinis apparet fuiſſe ex utroque ſexu, qui ſe totos deſtinaſſent mini
ſterio Apoſtolorum, quique eos prædicantes aſſectarentur, omnique procurandi
& parandi uictus leuarentur cura; omnia denique præſtarent officia neceſſaria, ut 2
his curis liberi illi, in prædicatione Euangelij, & oratione toti eſſe poſſent. Qua-
les Paulum Diaconos habuiſſe Fortunatum, Achaicum, Stephanam, Priſcam, &
Aquilam, Lucam, Marcum, Timotheum, & Epaphroditum, ex eiuſdem Epiſtolis
2. Thim. 4. licet colligere. De Luca namque Paulus, quũ Romæ in uinculis ageret, ſic ſcripſit
ad Thimoteum, *Lucas eſt mecum ſolus*. Et de Marco, *Marcum, inquit, aſſume & ad-*
duc tecum: eſt enim mihi vtilis in miniſterio. De Timotheo, ad Philippenſes, *Expe-*
Philip. 2. *rimentum inquit, eius cognoſcitis, quod ſicut patri filius mecum ſeruiuit in Euangelio.* De
Epaphrodito ad eoſdem, *Epaphroditum fratrem, & cooperatorem, & commilitonem*
meum, veſtrum autem apoſtolum, & miniſtrum neceſsitatis meæ. Accipite itaq; illum cum 3
omni gaudio in domino: & eiuſmodi in honore habetote: quoniam propter opus Chriſti uſq;
ad mortem acceſſit tradens animam ſuam, ut impleret id, quod deerat ex uobis erga meum ob
ſequium, de Priſca & Aquila ſic ſcribit ad Romanos. *Salutate Priſcam & Aqui-*
lam adiutores meos in Chriſto Ieſu, qui pro anima mea ſuas ceruices ſuppoſuerunt. De
Rom. 16. reliquis vero ad Corinthios ſcribens. *Noſtis inquit, Stephanæ domum & Fortunati &*
Achaici, qui ſunt primitiui Achaiæ: & in miniſterium ſanctorum ordinauerunt ipſos. In
1. Cor. 16. his ergo, qui Apoſtolis, reliquiſque ſanctis Euangelij præconib. ſic ſe addixerant,
vt pro illorum uita tuenda, & Euangelica functione promouenda colla ſua impio
rum gladijs libenter ſupponerent, quis non Eccleſiæ collum agnoſcat? Quis non 4
obſeruet ex his velut ex Dauidica turri Mille pendere Clypeos? Omnia ſcutorũ
genera, omnemque heroum Chriſtianorum armaturam; in quibus uidet uelut in
ditiſsimo armamentario, omnia fidei myſteria, & ſacrarum literarum, quæ hæc cõ
firment, repoſita eſſe teſtimonia. quippe quos audiat plenos eſſe fide, & ſapientia,
quique myſterium fidei habeant in conſcientia pura. Scutum quidem Chriſtiano
rum fidem eſſe docet Paulus, quo omnia tela ignita peſsimi hoſtis noſtri illæſi poſ-
Prou. 30. ſimus excipere, atq; extinguere: & hic ipſe Salomon, omnis inquit, ſermo Dei igni
tus, id eſt, ceu igni repurgatus, clypeus eſt omnibus ſperantibus in ſe. Hoc eſt, qui
eo ſermone fidunt. Hæc igitur ſit turris Dauid, hæc excubitorum ſpecula, hoc ar- 5
mamentarium & collum Eccleſiæ. Hi primores ſecundi ordinis in Eccleſia, qui
ſub colli ſymbolo ſiti proxime ſub Capite deſignantur; ut primores Regni Ae-
Habac. 3. gypti ſub primogenito Pharaonis typo capitis deſignato. Habac. cap. tertio. Alij
per turrim Dauidis inexpugnabilem intelligunt prædicatorum cõſtantiam: & per
eiuſdem propugnacula, ſacrarum peritiam ſcripturarum. Mille clypei, inquiunt
tres illi patres, uidelicet Actiones decem diuinorum præceptorum ipſa decuplan-
tes præcepta, & ipſę rurſum decuplatæ iuxta legem naturalem, tanquam denariam: 6
atque ita implentes numerum millenarum; uelut quidam clypei ad ſeruandum
te inuulnerabilem a iaculis inimici, a rationali potentia, quaſi a collo tuo pendent.

In

1 In hac enim quærit ſponſa bonam Dei voluntatem, & perſuadet virtuti quidem
concupiſcibili illam expetere; virtuti vero iraſcibili, pro illa propugnare; & per
vim ſuam rationalem quinque ſenſibus utitur ad diſcretionem ipſius boni, & vo
cali uirtute ad huius demonſtrationem, & prolifica uirtute ad eiuſdem incremen
tum; ac per has decem potentias (Rationalem dico, concupiſcibilem, iraſcibi-
lem, & quinque ſenſus, vocalem quoque efficaciam, & naturalem prolificam) na-
turalis lex conſtituitur; & per decem diuina præcepta, ad actionem boni adiuua-
tur hiſce veluti ſubſtratis, atque hæc quidem decem præcepta a lege naturali cō-
plexa decuplans lex naturalis iuxta horum actiones, centenarium efficit. Rur-
2 ſum actiones decuplans iuxta ſubſiſtentes ſibi decem potentias, complet mille-
narium: Atque ita pendentes (ſicut dictum eſt) Mille clypei ſignificant, legem
ſcriptam, & legem naturalem ſibi inuicem (vt decet) congruere, in eo quòd pen-
dent a rationali potentia ſponſæ uelut ab ipſius collo, hancque cuſtodire ab om-
nibus ipſi inſidiantibus.

Duo hubera tua ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis.

3

Incorruptæ, beneque habitæ puellæ huberum pulchritudinem, & laudes in his
maxime conſiſtere affirmant acuti formarum ſpectatores. Nimirum, quòd par-
ua ſint, rotunda, ſolida, nec diffluentia; ſed contracta, comparia, nitida, & ſuccu
lenta. Atq; ex his omnibus notis hoc loco ſponſæ laudantur hubera, per eorum
aſsimilationem ad gemellos capreæ hinnulos electa carpentes paſcua. Hinnuli
namque capreæ ſua paruitate placent; præſertim quum ſe colligunt, & in orbem
contracti erumpere uelle uidentur & exilire. Placent & inde plurimum, quum
4 non macilenti ſunt, ſtrigoſi, aut lutulenti, ſed nitidi, & ſucculenti. Tales uero
ſunt, qui in pratis floridis, minimeque paludoſis, inter lilia ibidem creſcentia ſua
carpunt paſcua. Placet denique in gemellis, quòd uno partu æditi compares ſunt,
& quam ſimillimi. Quæ allegoria eas diaconorum Euangelicorum partes adum-
brare uidetur, quas illi non iam prælatis, & perfectis ceu collum capiti, ſed infe-
rioribus, & imperfectis, ceu ubera paruulis præſtare deprehenduntur. Quas etiā
Paulus gubernationes uiſus eſt appellaſſe; propterea quod illi tanquam œcono-
mi, & diſpenſatores quidam gubernandis, & procurandis, bonaque fide diſpen-
ſandis bonis Eccleſiæ præfecti eſſent, & ſpeciali quodā Dei dono ad id munus re
5 cte peragendum præditi. Quod etiam munus Laurentium Xyſti diaconum ſan-
ctiſsime adminiſtraſſe legimus, ſuo enim diacono pontifex quum ad ſupplicium
raperetur, ſi quid habes inquit, in theſauris, pauperibus, diſtribue. At ille impi-
ger theſauros Eccleſiæ altera die diſtribuit, & dedit pauperibus, (ut narrat Am-
broſius in hiſtoria) & per eorum manus in cæleſtes tranſmiſit theſauros. Sed in
eo illi maxime huberum Eccleſiæ officium præſtare uidentur, quod ex Euange-
lio, & Pauli Epiſtolis lac paruulis, uelut ex duobus uberibus uidentur exprime-
6 re. Diaconorum namque eſſe munus, Euangelium, & Pauli Epiſtolas populo
prædicare, teſtatur Iſidorus in Epiſtola ad Ludifredum in hæc uerba. Nouimus
inquit, ad Diaconum pertinere, aſsiſtere ſacerdotibus, & miniſtrare in omnibus,
quæ aguntur in ſacramentis Chriſti, in baptiſmo, ſiue in chriſmate, & patena, &
ca-

calice. oblationes quoq; inferre & diſponere in altari. Componere etiam men- 1
ſam Domini, atque ueſtire, crucem ferre & prædicare Euangelium, & Apoſtolũ
ad populum. Nam ſicut lectoribus uetus teſtamentum, ita diaconis nouum præ-
D. 25. cap. dicare, præceptum eſt. Quem etiam locum Gratianus retulit in decreta Pontifi-
perlectis. cum. Et inde ego coniecturam facio, de horum ordine fuiſſe doctores illos, qui-
bus ab Epiſcopo olim priuatim inſtituendi uiua uoce tradebantur, qui baptizan
di eſſent. Ideo tunc dicti Græca uoce cathecumeni, cum ab illis inſtituti eſſent.
Atque ideo poſtremo loco tanquam primariis doctoribus ſuccenturiatos, poſt
hos, quos Paulus paſtores appellauit, collocatos, & doctores ab eodem fuiſſe ap-
pellatos. Quin & diaconos olim diuiſiſſe Euchariſtiam populo, ex hiſtoria Eu- 2
Euſeb. Hiſ. ſebij nouimus. Hoc enim ille refert libro Decimo ex Niceno Concilio Decre-
Eccl. li. 10. tum. Et ne Diaconi Presbyteris præferantur, ne ue ſedeant in conſeſſu presby-
terorum, aut illis præſentibus Euchariſtiam diuidant: ſed illis agentibus ſolùm
miniſtrent. Si uero presbyter nullus ſit, tunc demum & ipſis licet diuidere. Ali-
ter uero agentes abiici iubent; aut forte legendum, debent. Atque ex his locis
manifeſtum ſumere licet argumentum, ſeptem illos Diaconos, qui primi fue-
runt creati ab Apoſtolis, his in prædicatione Euangelij occupatis, in hoc etiam
præfectos fuiſſe menſis, ut non tantùm, quas uiduæ, cæterique offerebant eleemo-
ſynas acciperent, & inde alimenta ſanctis omnibus, qui tum in commune uiue- 3
bant, menſis appoſita miniſtrarent, ſed etiam ut Euchariſtiam populo diſtribue-
rent. Eoſdem præterea dum per has occupationes licebat, Euangelium prædica-
re ſolitos fuiſſe, inde certam licet facere coniecturam, quòd in Actis Apoſtolorũ
refertur, ſurrexiſſe quoſdam de Synagoga, quæ appellabatur libertinorum, & Cy
Act. 6. renenſium, & Alexandrinorum, & eorum, qui erant e Cilicia, et Aſia, et diſputaſ-
ſe cum Stephano; nec potuiſſe reſiſtere ſapientiæ et ſpiritui, qui loquebatur.
Nec alia cauſa fuiſſe uidetur, quamobrem aut eius Synagogæ homines cum Ste-
phano diſputauerint, aut ille ſigna faceret, et prodigia, præter legis, et libertatis
Euangelicæ prædicationem. Nam ſic male interpretantes illi libertatem, quam 4
Stephanus prædicaret, ſicut ſcribæ et phariſæi falſo obijciebant Chriſto eandẽ
prędicanti, quod Moſis legem ſolueret, et uiolaret: Ita et ipſi eam Stephano ſtru-
xerunt calumniam, quòd diceret, Ieſum Nazarenum templum fore deſtructurũ,
& traditiones Moſis mutaturum. Signa præterea, & prodigia, quæ ædidiſſe idem
dicitur, non aliam ob cauſam ædenda fuerunt, quam in Euangelicæ doctrinæ con
firmationem, & illius ſapientiæ comprobationem, quam Spiritusſanctus per eũ
loquebatur infidelibus; in quem uſum poteſtatem ædendorum miraculorum Ec
1. Cor. 14. cleſiæ traditam fuiſſe teſtatur Paulus. Hæc ergo ſunt pulcherrima Eccleſię ſpon
ſæ Chriſti hubera, gemellis capreæ hinnulis quam ſimillima. in primis quidẽ par 5
ua, erant enim Diaconi illi, ad quorum exemplum reliquos ſe componere opus
eſt, ex profunda humilitate, & abiectione ſui omnium miniſtri, & omnibus ſer-
uientes, ac ſubditi; paria, & inter ſe quam ſimillima, quia ex ſumma charitate, ma
ximoque conſenſu omnia agebant (erat enim omnium cor unum, & anima una)
eodem partu ædita, nempe eadem fide nati filij Dei. Solida, contracta, et quaſi eru
Act. 4. ptura, quia homines illi nullo luxu, aut doctrinæ uanitate diffluens, actuoſi erant,
& ad beneficentiam oppido quam propenſi: *ac ſolicitudine*, ut Paulus ait, *non pigri:* 6
Rom. 12. *ſpiritu feruentes, domino ſeruientes & ſpe gaudentes*. Boni ſucci plena, uiri nimirum
pleni Spirituſancto, & ſapientia. Paſcuntur denique inter lilia, primum ex ſacris

li-

1 literis ſancta ſumuntur documenta inſignium pietate, & omni uirtute virorum
exemplis confirmata, & ceu lilijs illuſtrata; quo ſuauiſsimo condimento unà
cum quotidiano, & ſuperſubſtantiali Euchariſtiæ pane primum ſe ipſi aluut, ac
replent, ut eo alimento ſuos deinde alant, & repleant paruulos: Tum quia corpo
ralia alimenta uictui ſanctorum neceſſaria ex illis duntaxat hominibus inter ui-
ros ſingulari candore uitæ, ac puritate præcellentes, uirenteſque conuerſantibus
decerpunt; & propter geminum hoc munus duo dicuntur Eccleſiæ hubera. Sũt Gloſ.
qui, quæ hactenus de membris ſponſæ dicta ſunt, Doctoribus Eccleſiaſticis di-
uerſis rationibus competere exiſtiment. Vt ijdem oculi dicantur Eccleſiæ, quia
2 occulta uident: dentes, quia improbos corripiunt, & caſtigationis dente confe-
ctos, in corpus Eccleſiæ ingerunt: collum, quia uitalem gratiæ ſpiritum, & ſpiri-
tuales cibos reliquo corpori ſuminiſtrant: hubera, quia lac paruulis in Chriſto
exhibent. Sed neſcio, an hoc ſatis conſtet cum ordine illo, quem in ſuo corpore
Chriſtum conſtituiſſe docet Paulus: & nos retro admonuimus. Nam tametſi ij-
dem doctores hæc omnia præſtare poſsint officia, nihilominus crediderim Chri-
ſtum, quum cælum conſcendiſſet, ſic ſua hominibus dona diſtribuiſſe, ut in ſingu
lis gratiarum muneribus eſſe voluerit, qui excellerent alios, qui hæc eadem cum
ipſis haberent communia; & a functione, in qua præſtarẽt cæteris, locum in ipſius
3 corpore, nomenque ſortirentur. Quemadmodum de nouem Angelorum ordi-
nibus conſtans eſt eccleſiæ opinio, quòd licet cuncta gratiarum munera omnes
acceperint, alia tamen alijs largius ſint tributa. Ita ut Seraphini appellentur, qui Heb. 1.
cæteris charitate præſtant: Cherubini, qui ſapientia, Ac cæteri eodem modo. Dia
conos igitur eccleſiæ hubera capreæ hinnulis ſimilia dictos exiſtimo: ideo q. do-
no Chriſti præ cæteris officioſi, uelut filij & imitatores cæleſtium caprearum, bo
na fide, ſummaque diligentia iis miniſtreut, qui hæreditatem ſalutis capiunt. In
quorum etiam ordinem pios illos Reges, ac Principes referre poſsis; qui Chriſti
pauperes, & Sacerdotes, quo expeditius cultui diuino, & prædicationi Euangeli-
4 cæ uacare poſsint, ſuis alunt opibus: ut olim feciſſe legimus Conſtantinum, &
eius matrem Helenam, & pleroſq. alios pios Principes, & eorum coniuges, quos
ſuæ Eccleſiæ nutricios & nutrices, dominus per Iſaiam pollicitus fuerat.

*Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem Myr
rhæ, & collem Thuris. Tota pulchra es amica mea, & macula non
eſt in te. Veni de Libano ſponſa mea. Veni de Libano, veni: coro-
naberis, de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubi-
5 libus Leonum, de montibus pardorum.*

Quemadmodum Paulus Apoſtolus ſibi bene conſcius cupit huius corporis ſol-
ui uinculis, & Chriſto frui in uita beata; item & Apoſtoli omnes, (ut idem teſta- Philip. 2.
tur Apoſtolus communi ſuo & collegarum ſuorum nomine) intra ſe gemunt re- Rom. 8.
uelationem filiorum Dei expectantes, nimirum, redemptionem e corpore ſuo: nẽ
6 pe e corporis ſui corruptione, & mortalitate. Sic ẽt omnis Eccleſia, ingemiſcit, &
parturit corruptioni ſubiecta nõ uolens, ſed pp eum, qui ſubiecit eã ſub hac ſpe
quòd ab omni impiorum iniuria, & corruptionis ſeruitute tunc demum liberan

da;

da eſt, quum ad nouam reſurrectionis vitam immutata, plenam conſequuta fuerit 1
libertatem. Atque huius libertatis deſiderio tunc maxime afficitur, quum diui-
no ſecretius afflata Spiritu, in ſe loquentem, & delitias facientem ſentit ſponſum
ſuum. Ille autem cardiagnoſta nouit probe, quid ſponſæ ſuæ ſpiritus deſideret:
& quæ poſtulat, ex ipſius ſententia poſtulare, quæque ipſe ultro præſtare uelit:
Niſi, quod ſponſam ſuam in præſenti uita diutius detineri, pleriſque aliis, quos,
ut ſuæ imagini conformes fiant, nouit à patre ſuo fuiſſe prædeſtinatos, neceſſariũ
eſſe iudicaret. Id quod animaduertens Paulus Philippenſibus dicebat. *Coarctor e*
duobus, deſiderium habens diſsolui, & eſſe cum Chriſto, multo magis melius; permanere au-
tem in carne neceſſarium propter vos. & hoc confidens ſcio, quia manebo, & permanebo om 2
nibus vobis ad profectum ueſtrum, & gaudium fidei. Suam ergo Eccleſiam deprehen-
dens Chriſtus ſuperioribus laudibus, & delitiis ad beatę uitæ cupiditatem uehe-
menter fuiſſe accenſam: & quo plenius ſuo ſponſo frui poſsit, a Tyrannorum in
iurijs, atque alijs humanæ vitæ calamitatibus ut liberetur, gemitibus ineff abilib.
contendere: admonet ipſam ſalutis eorum, qui & ipſi ad eandem gloriam præde
ſtinati ipſius prædicatione uocandi ſunt, atque ad beatam uitam promouendi.
Ob idque in illorum gratiam, in uita ut patienter duret, omniaque propter ele-
ctos fortiter ferat incommoda, exemplo Pauli, in fideque permaneat, hac ſpe ni-
tentem hortatur; futurum proculdubio, ut in die Reſurrectionis coram uniuer- 3
ſo orbe ampliſsima præmia ſuorum laborum & rerum præclare geſtarum rece-
ptura, hoc magnifico elogio a ſponſo ſuo in cęlum euocetur. *Tota pulchra es amica*
mea: & macula non eſt in te. Veni de libano ſponſa mea, Veni de libano, Veni: coronabe-
ris de capite Amana, de uertire Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus par
dorum. ſe tamen in cælum abire ſtatuiſſe, ibique orationibus & uotis ſanctorum,
ceu in monte Myrrhifero, & colle thurifero & ſe, & ipſam oblectare decreuiſſe
interim, dum lucidiſsima illa reſurrectionis dies per ſtata tempora decurrentib.
annis accedit. Cuius ingenti luce Reges, & Principes, omneſque poteſtates, quo
rum dominatu, quaſi altiſsimorum montium umbra, Eccleſia premitur, tollantur 4
de medio. Quod myſterium hoc ænigmate deſignatur. Numeroſa nanque ualde-
que efficacia Eccleſiæ uota preceſque ampliſsimè commendat Chriſtus ſumpta
metaphora a monte Myrrhifero, & colle thurifero: qui accenſi ingentem ſua-
Su.cap.3. uemque ſuffitum ſpirent. Quæ enim a primordijs ſuis ſuperius dicta fuit de de-
ſerto aſcendere, ſicut virgula fumi ex aromatibus Myrrhæ, & thuris, & vniuerſi
pulueris pigmentarij; iam nunc propter maxima, quæ fecit incremẽta, mons Myr
rhæ dicitur, & collis thuris; propterea quòd innumera piorum multitudo quæ
igne charitatis, & Spiritus ſancti accenſa in unitatem fidei ſuas preces coniunxe
rit, inſtar montis myrrhiferi habeat in præcellentibus, & collis thuriferi in humi 5
libus; ceu monticulus quidam & appendix illis adhærentibus, qui totus ſuccen-
ſus fumiget; & ſuorum aromatum ſuffitum copioſiſsimum in cælum, & ad Dei
Apoc. 8. uſq; conſpectum tranſmittat. Qua etiam metaphora uſus Ioan. inquit. *Et aſcen-*
dit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum, de manu Angeli coram Deo. Sub hac
itaque metaphora ſe in cœlum recipere Chriſtus ſignificat, vbi montis huius
myrrhiferi & collis thuriferi conduntur cacumina, inde vſque in finem ſæculi
Eccl. ſuæ opem laturus. Nec ſat habet ſponſus præſentem, & aſsiduam ſuæ ſpon 6
ſæ opem polliceri: ſed ut in tantis malis futura bona meditando, infracta duret, to
taq; innouetur, magnifico hoc promiſſo eandẽ mirũ in modũ recreat & cõfirmat.

Nem-

1 Nempe, quòd tandem vbi aſpirauerit dies reſurrectionis, & omnis hoſtilis poten
tiæ umbra euanuerit, audientibus ac ſpectantibus omnibus, tam hoſtibus, a quib.
miſere oppreſſa fuerit, quam amicis angelis, quorum fauore & miniſterio profece
rit, hæc ab ipſo ſit auditura. *Tota pulchra es amica mea: & macula non eſt in te. Veni
de libano ſponſa, veni de libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Her
mon, de cubilib. leonũ, & de montib. pardorũ.* Significatur.n. hoc ænigmate inprimis il Mar.13.
le ſtatus in generali reſurrectione futurus, quũ ſolos illa iuſtos ꝓ mẽbris corporis
ſui eſt habitura; ſeparatis nimirũ malis, ut in Euangelio ꝓdictũ fuit, de medio iuſto
rũ. Qui quidẽ iuſti duplici nomine pulchri erunt; tum quod omni peccato tam le-
2 ui quam graui carebunt, cum ſeparauerint Angeli ad Chriſti imperium omnia ſcã- Ephe.1.
dala de regno eius: & ſicut electi ſunt a Deo patre per Chriſtum ante mundi con-
ſtitutionem, ſancti & immaculati in charitate in conſpectu ipſius apparebunt:
Tum quòd, quæ ſeminata fuerint iuſtorum corpora corruptioni & morti obno-
xia, ignobilia, & infirma; ſurgent incorrupta, fulgentia, & firmiſsima; quũ ſcilicet 1.Cor.15.
mortale hoc induerit immortalitatem, & corruptibile incorruptionem. Atque ita
demum quũ ſublato de eccleſia omni peccato, & corruptione; omniq; tum corpo Eph.5.
ris, tũ animi uitio, exhibuerit ſibi Chriſtus omni ex parte glorioſam Eccleſiã nõ
habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi: Tunc eam eximij cum ho-
3 noris præfatione hiſce verbis compellabit. *Tota pulchra es amica mea: & macu- Mar.13.
la non eſt in te.* Tunc etiam. *Quum videbit totus orbis venientem filium hominis in
nubibus cum virtute multa & gloria; quum etiam mittet Angelos ſuos, & congregabit ele-
ctos ſuos a quatuor ventis a ſummo terræ vſque ad ſummum cœli: &*, quemadmodum Math.25.
idem ipſe fore prædixit. *Quum venerit in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo,
ſedebitque ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes; & ipſe
ſeparabit eas ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis, ſtatuetque oues quidem a dex
tris, hædos autem a ſiniſtris: & dicet Rex ille ijs, qui a dextris erunt. Venite benedicti pa-
tris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi:* Tunc inquam quum
4 hæc gerentur, quid aliud erit, quam Regem Chriſtum ad regium Diadema, & Re-
gnum ſuum Eccleſiam iuſtorum e medio impiorum, uelut e collibus leonum, &
montibus pardorum ex quatuor mundi regionibus, ubi habitant leones, & pardi,
Dæmones ſcilicet ferociſsimi, & uerſipelles, tyranni quoque & potentes homines
illorum ſectatores, & imitatores, per uim & potentiam uarioſque aſtus, oues Chri
ſti dilacerantes, ac deuorantes, his uerbis euocare? *Veni de libano Sponſa mea, veni
de libano, veni: coronaberis, de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leo-
num, & de montibus pardorum.* Ac tunc demum in laudem gloriæ ſuę exhibebit
Deus pactam ſub arabone S.S. Eccleſiæ ſuæ hæreditatem; conſumatam inquam,
5 & puram redemptionem acquiſitæ poſſeſsionis ſuæ, quam olim Paulus Apoſtolus
Epheſiis euangelizauit. In quem locum Photius inquit, ibi pura erit redemptio;
quando non ſolum redimentur ſancti a peccatis, uerum etiam a cohabitatione cũ
peccatoribus. Hic certe erit ille Chriſti iuſſus, hæc illa uox Archangeli & tuba
Dei. De quibus hoc prodidit Paulus oraculum. *Ipſe Dominus in iuſſu, & in voce Ar 1.The.5.
changeli, & in tuba Dei deſcendet de cælo: & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi.
Deinde nos qui uiuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chri
6 ſto in aera: & ſic ſemper cum Domino erimus.* Atque ita tandem præſtiterit Chriſtus
hęc, quę iam iam migraturus ad patrem ſuis ſpopondit. *Si abiero*, inquit, *& præpa-
rauero uobis locum, iterum venio & accipiam uos ad me ipſum: ut ubi ſum ego, & uos ſitis.* Ioan.14.

Erit quum apparuero, quod tota pulchra eris, ſicut ego pulcher ſum totus, & ſimillima mihi uidebis me ſicuti ſum. Tunc audies. *Tota pulchra es amica mea: & macula non eſt in te.* Bernardus ſer. 38. in cantica. Quem grauiſsimum auctorem nos imitantes auſi ſumus hunc locum tanquam per anticipationem poſitũ, ut potuimus diuino fauore freti, interpretari. Theodoretus uero ad præſentem Eccleſiæ ſtatum hæc uerba refert, ſic enim ait. Similia ſunt hæc uerba illis uerbis Apoſtoli de ſponſo, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, &c. Irreprehenſibilis porro facta eſt inquit, & ſplendorem inde accepit (aut ut ipſe in plurali dixit) μαρμαρυγὰς: & lucida ac ſplendens ex luce & ſplendore facta eſt. Vnde Paulus dicit. *Nos autem reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur &c.* Et in extrema clauſula præfationis ſequentis libri, non enim inquit idem σπῖλον ἢ ῥυτὶδ' ἀνή τι τῶν τοιούτων ἔχει κατὰ τὸν μακάριον παῦλον τῶν, ἐν ἀρετῇ τετελειωμένων ψυχῶν ὁ χορός. Et tres illi patres Grego. Niſenus. Nellus, & Maximus, Nempe, inquiunt, pulchra es mente, & anima, & carne. Et quidem carne, quippe quæ repurgata ſis a ui, & efficacia omnium perturbationum, & ornata uirtutum moribus; anima uerò, ut quæ liberata ſis omni concupiſcentiæ uitio, & ſermonibus, vel rationibus, λόγοις, decorata præceptorum; mente uero, ut quæ uilibus cogitationibus liberata, & ſplendenti in Spiritu ſancto per gratiam deificatione. Ac ob id macula non eſt in te, quæ propter perfectionem proxima mihi effecta ſis. Hi ipſi tres patres in locum illum cap. 6. pulchra es amica mea, ſuauis & decora ut Ieruſalem, ſic ſcriptum reliquerunt. Nimirum pulchra es propinqua mihi ſecundum diuinæ ſapientiæ & bonitatis participationem; quippe quæ uoluntati meæ, per quam ex non ente educta es, nihil prorſus obſiſtas; ſed eam omnino aſſecteris in conſeruando, quod eſt ſecundum imaginem, & ſimilitudinem. inde uero pulchra es, ut Ieruſalem. Nimirum pulchra, ut quæ in te cernes meum caracterem illæſum iuxta habitum ab animi perturbationibus liberrimum, me pacem patris uidens, qui te huic conciliaui: viſio enim pacis (ut iam dictum eſt) Ieruſalem interpretatur. Et in hac eadem ſententia fuiſſe Ambroſium, & Origenem in noſtro introductorio iam oſtendimus. Illud, quoq; admonendum lectorem duximus, ut expendat, num hoc loco eadem illa vocatio gentium prædicta ſit, quam deinde apertius Iſaias deſignauit in hęc uerba. *Ab oriente adducam ſemen tuum, & ab occidente congregabo te: dicam aquiloni, da; & auſtro, noli prohibere.* Quod ſi uerum ſit, ad pręſentem certe eccleſiæ ſtatum hęc erant referenda, quo etiam ueteres retulerunt. Thomas de præſenti eccleſia hunc locum interpretatur, uultque eccleſiam totam pulchram dici, quòd in omnibus ſuis partibus omni careat uitio, & macula etiam leuiorum peccatorum: non quòd non peccet uenialiter, ſed quòd ſiquid eiuſmodi labis contrahat, pœnitudine ſtatim, & recta fide, ſic cœleſti deſiderio eluat, atque abſtergat. Itaque uidetur ille exiſtimare, maculas illas propterea quòd leues ſiut, & momentaneæ, pro nihilo haberi; nec habitualem tollere pulchritudiné, quo minus a ſponſo ſuo eccleſia tota pulchra, & ſine macula pronuncietur. Verba doctoris illius hæc ſunt. Omni ex parte nullam recipis maculam, aut rugam. Non enim ſoli doctores, uel perfecti quiq; pulchri ſunt ante oculos Dei, qui ſumma ſcientia, & contemplatione pręeminent: ſed etiam ſimplices & fideles, qui recta fide, & bonis operibus exornantur, pulchri in oculis ſponſi habentur. Nam ut pſalmiſta dicit, benedixit omnib. qui timent Dominum, puſillis cum maioribus. Ideo dicit, tota pulcra es, non pars tua. Hęc autem ideo dicimus, non quòd aliquis in præſenti uita ſine

Eſai. 43.

ne

1 ne peccato eſſe poſsit,cum ſcriptum ſit, Nemo eſt ſine peccato ſuper terram, ne
infans vnius diei; ſed ideo quia fides perfecta ac cæleſte deſiderium omnem ab-
ſtergit maculam peccati leuioris. Non enim de grauioribus nunc ratio eſt; quæ,
qui committunt iam ſponſa Chriſti non ſunt, nec ullam habent particulam huius
ſanctæ pulchritudinis.Hinc eſt,quod Ioannes,dicit: *qui natus eſt ex Deo nō peccat*,
ſ.peccatum ad mortem: non quòd leuibus peccatis quis careat, ſine quibus uita
iſta agi nō poteſt. Tota ergo pulchra eccleſia in quantum ſe caſtam & immunem
ab omni peccato cuſtodit:ſi quando autem leui peccato fuſcatur,cito pœnitudi-
ne,& recta fide,ac cæleſti deſiderio in ea pulchritudo reparatur. Hæc ille.Quæ
2 mea quidem ſententia,non ſatis conſentire uidentur cū ijs, quæ certum eſt Tho
mam aquinatem in illum locum Pauli ad Ephe.5.ſcripſiſſe,ut exhiberet ipſe ſibi
glorioſam eccleſiam,Non habentem maculam,aut rugam,aut aliquod huiuſmo-
di.nam cum bonum,cuius idem eſt ſenſus,atque huius, Tho.priore loco inter-
pretatur de futuro eccleſiæ ſtatu,poſteriore uero loco de præſenti: Hic autem,
de præſenti ſimpliciter hunc locum exponit.Item hic per maculas leuiora pecca-
ta ſignificari putat, nec grauiorum ullam fieri hoc loco mentionem:Thomas ue-
ro in poſteriore illius loci interpretatione,non habentem maculam,interpreta-
tur,ſine crimine peccati mortalis,nec ullam facit mentionē peccati leuioris.Con
3 cludit deniq; illius loci interpretationem Tho.in hæc uerba,ſanctam per inten-
tionem,& immaculatam per omnimodam puritatem. Ille uero non omnimodam
puritatem tribuit eccleſiæ, ſed eam dumtaxat pulchritudinem, quæ cito ablutis
leuioribus peccatis,recuperetur. Quamobrem puto commentarios in hoc opus,
qui nuper Tho.inſcripti extiterunt,D.Tho.non eſſe,ſed alterius auctoris pij ſa-
ne,& docti, cuius diſsimilis ualde ſit orationis ſtilus, & longe diuerſa interpretā
di methodus. Verū enimuero diligentius rem conſideranti,ille mihi maxime arri
det ſenſus,quem ſupetius de vocatione gentium ex Iſaiæ oraculo leuiter attigi-
mus.ut(quemadmodum inter prolegomena annotauimus) quæ prophetæ reliqu[illegible]
4 de nuptijs eccleſiæ futura prædixerunt, eadem hoc loco Salomon uelut præ[illegible]
tia celebret.& quas uocandas gentes c.43. ſuæ prophetiæ prædixit Iſaias,[illegible] en-
ſi iam uocentur ad Chriſti nuptias, nempe ad Euangelium, hac cantic[illegible] as qua
tanto antea cecinerit Salomon.Intelligimus igitur ex citato il[illegible] ſui parte
ſponſum in medijs eccleſiæ ſponſæ ſuę laudib. ad reliqui[illegible] rū Ia[illegible] prophetæ loco,
& confirmationē digredi,ut primigeniam illā eccleſiā oī libe[illegible] cob cō ſolationē,
uidet libellum remiſſum eſſe Synagogæ matri ſuæ,ac populū[illegible] ret metu. Nec quia
nata eius cæcitatem hoſtib,diripiendū, vaſtandumq; tradi[illegible] Iudaicum pp obſti-
tur,ne & ipſa quoq; aliqn̄ repudietur,& hoſtib. vaſtand[illegible] cū eſſe,propterea verea
5 go pollicetur,ſe quamuis abſentem corpore [illegible] a obijciatur.Primum er-
ſalis,numine tn̄, & fauore ipſi perpetuo affuturum: eiuſq; [illegible] diem uſq; reſurrectionis vniuer-
gratiſsima habiturū:hoc enim eſt, donec aſpiret dies, & inclinent vmbræ:ſponsū orationes,& ſacrificia
ire in montē mirrhæ,& collem thuris. Nempe ad illud vſ[illegible] tps reſpicere,& gratā
hr̄e mortificationem,& immolationem ſui, & gentium, quas prædicando Euāge-
lium Apoſtoli,& reliqui diſcipuli Chriſti ceu ſacrorum miniſtri,rem ſacrā faciē
do,unà ſecum mortificant,& Spiritus ſancti igni ſuccenſas pro holocauſtis offe
6 runt. Quæ perpetua eſt mortis Chriſti meditatio,& indeficientis orationis incen
ſum thymiama, vſq; ad conſpectum Dei ex eminentiori eccleſiæ loco, ceu ex in-
cēſo mōte myrrhifero,exhalans ſuauiter.Hoc ipſum eſt,reſpicere,& gratas habe

re orationes, & vniuerſam ſanctorum inferioris ordinis pietatem; ad quam ijdē 1
Apoſtoli, & reliqui diſcipuli per Euangelii prædicationem gentes inſtituunt; & Spiritus Sancti accenſas igni ex humiliore eccleſiæ loco, uelut ex colle Thuriſero reliquo monti per fidem coniuncto, pro ſacrificio incenſi Thymiamatis offerunt Deo. Quoniam & ipſæ gentes recepto Euangelio, ſe ipſas Deo offerunt. Ad hoc enim ſpectat Paulus, cum Romanos obſecrat, ut offerant corpora ſua hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabilem cultum ſuum. Et Petrus gentes ad Chriſtum conuerſas appellat Regale ſacerdotium, offerentes hoſtias ſpirituales, acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum. Eſt enim myrrha
in ſcripturis, mortificationis ſymbolum; & thus orationis ac pietatis, quæ diui- 2
nitas colitur. Id vero perſuaſum eſſe vult Chriſtus ſuæ eccleſiæ, quod amari digna ſit, tum propter eius abſolutam pulchritudinem, & puritatem; tum propter numeroſam & regiam, quam ex ea ſuſcepturus ſit prolem. Hæ namque primæ & potiſsimæ partes ſunt, propter quas ſponſa inſolubili amoris nexu ſponſum ſibi poſsit deuincire. Commendat igitur primigeniam ſuam illam Eccleſiam Chriſtus ex reliquiis Iſraelis congregatam ab eximia pulchritudine, & abſoluta puritate, cum eam ſic alloquitur. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Commendat eandem deinde a numeroſa, & præſtanti ſobole, cum ex qua-
tuor orbis partibus Gentilem eccleſiam ſub Iſraeliticæ matris auſpicijs ad re- 3
gale ſacerdotium uocat hiſce uerbis.

Veni de libano ſponſa mea. Veni de libano, veni: coronaberis, de capite Amana, de vertice ſanir & Hermon; de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Quod itaque dicit ſponſus hoc loco ad primigeniam eccleſiam Iſraeliticam. *Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem mirrhæ, & collem thuris; Tota pulcra es amica mea: & macula non eſt in te,* deinde ad Gentilem eccleſiam, *veni de libano &c.* ... oc ipſum eſt, quod ſub nomine Iacob, & Iſrael ipſum eidem dicere teſtatur ... s c. 43. in hanc ſententiam.

Iſai. ... *unc hæc dicit dominus creans te Iacob, & formans te Iſrael; noli timere, quia re-* 4
Et n. ... *vocaui te nomine tuo, Meus es tu: ego Dominus Deus tuus Sanctus Iſrael*
demi te, ... *dedi propitiationem tuam Aegyptum, Aethiopiam, & Saba pro te. Ex*
ſaluator tuus ... *us es in oculis meis, & glorioſus, ego dilexi te, & dabo homines pro*
quo honorabilis ... *nima tua. Noli timere, quia ego tecum ſum, ab Oriente adducam*
te, & popu los pro ... *ccidente congregabo te; dicam Aquiloni, da: & Auſtro, noli prohi-*
ſemen tuum, ... *al* ... *s de longinquo, & filias meas ab extremis terræ; & omnem qui*
bere: Affer ... *lios meo* ... *gloriam meam, creaui eum, formaui eum, & feci eum.* Dici-
inuocat nomen ... *meum, in* ... Iſaiam auctor generationis, & regenerationis reliquia- 5
tur enim Dom... inus apud ... *creans te Iacob, & formans te Iſrael.* auctor nimirum illius
rum Iſrael illis v... erbis, ... propter quam honorabilis facta in
eximiæ formæ, & ... pulchritudinis ſpiritualis, ... illa eccleſia, cuius & ipſe ſalua-
oculis eius & gloria ... ſa ſponſo ſuo fuerit adamata ... Paulus cum de Chriſto & eccleſia
tor ſit. Quod myſte... rium apertius expreſsis *Chriſtus dilexit eccleſiam & tradidit ſe ip-*
illa loquens ait, *Ipſe ſaluator corporis eius; ... ut exhiberet*
ſum pro ea, ut ſanctificaret eam, mundans eam lauacro aquæ in uerbo vitæ; aut aliquid eiuſmodi. 6
ipſe ſibi glorioſam eccleſiam non habentem maculam, aut rugam, Quam uero opem (ut iam
propter quod etiam in canticis tota pulchra vocatur. ... *donec aſpiret dies, & inclinen*
explicauimus hoc loco) pollicetur ſponſus illis uerbis, ... hac apud Iſaiam ſignificat cum
tur vmbræ vadam, ad montem mirrhæ & collem thuris,

ſe

1 ſe dediſſe ait Aegyptum, Aethiopas, & Saba, expiationem pro populo ſuo, &
homines ac populos pro anima eiuſdem. Quemadmodum enim olim cum dedit
populos Chananæos in poteſtatem Iſraelitarum, vt eos interficerent, & velut ho
ſtiam in ſui expiationem immolarēt (impius enim expiat pro iuſto, & pro recto
iniquus, Pro.21.) Sic etiam cum miſit Chriſtus Apoſtolos ad expugnandos, & *Pro.21.*
conuertendos ad fidem Aegyptios, reliquaſque omnes gentes, eas uelut tradidit
Apoſtolis interficiendas, & immolandas in ſui expiationem; docentes enim eas fi
dem, & baptizantes, interficiebant priori vitæ, atq; hoſtias viuentes, & Deo gra-
tas offerebant. Quamorem Paulus ad Philippenſes ſcribens, id officium ſuum ſa
2 crificium fidei appellat: & ad Ro. λειτουργοῦν. 1. Miniſtrum rem ſacram Chriſto fa.
cientem in gentibus profitetur, Sanctificantem Euangelium Dei, ut fiat oblatio
gentium accepta ſanctificata in Spiritu Sancto. Cum præterea uocat ſponſus gen
tes de cubilibus leonum, & de montibus pardorum; ſignificat feros gentium mo-
res velut leonum, & pardorum, ex quibus transferendæ ſint & mutandæ in agnos,
& oues; Hoc eſt in mores Chriſtianos, manſuetudinem. ſ. & humilitatem cordis
ad Chriſti imitationem. Id uero apud Iſaiam futurum prædixit Dominus hiſce
verbis. *Glorificabit me beſtia agri, dracones, & ſtruthiones*. Deniq; quod ad coronam
vocantur, hoc ipſum eſt, quod apud Iſaiam dicit Dominus, *Omnem qui inuocat no-*
3 *mem meum, in gloriam meam creaui eum, firmaui eum, & feci eum*. Iam uero ſi in hunc
ſenſum liceat locum hunc interpretari, ut ad reliquias illas, quæ ex tanta populi
Iudaici multitudine ſub Chriſto ſeruatæ ſunt, & Apoſtolis; quæq; Spiritum ſan-
ctum acceperunt in die Pentecoſtes, dicta accipiamus uerba illa, *Tota pulchra es
amica mea: & macula non eſt in te*, non ita difficile fuerit, hæc, & quæ Paulus habet *Eph.5.*
ad Ephæſios de Eccleſia huius ſeculi, præſertim de Apoſtolorum choro, interpre
tari, quos idem Apoſtolus dicit primitias ſpiritus accepiſſe. Qui enim reliquos
omnes iuſtos in donis Spiritus Sancti antecelluerunt, eoſdem quoque conſum-
mata iuſtitia, & puritate antecelluiſſe, par eſt. Certe Pelagius Ro. Pō. D. 21. c Quā
4 uis. hoc Romanæ eccleſiæ tribuit. Eſt ergo inquit, prima Petri ſedes Romana ec-
cleſia, nō habens maculam, neque rugam, aut aliquid huiuſmodi. Id uerò cum ex
ſpeciali Dei gratia contingere neceſſum ſit confiteri, cum ſacri Concilii Triden
tini Decretis hanc etiam interpretationem conſentire manifeſtum eſt; denique
utraque interpretatio huic loco ſic recte accōmodabitur, ſi uerba hæc ad duo ec
cleſiæ tempora referamus: Alterum quidem, quum primùm uocata fuit ad coro-
nam illam, & oleum lætitiæ (nempe Spiritum Sanctum;) ad illud inquam Regnū
Dei, quod intra nos eſſe, quodque lugentibus in Syon, ut daret, ſe veniſſe, Chri-
5 ſtus ipſe ex Iſaiæ vaticinio publicè teſtatus eſt; Alterum uerò, ſub finem ſæculi,
quum electos ſuos ad poſſeſsionem Regni inde vſque a conſtitutione mundi a
patre promiſsi, ex hoc ſæculo euocabit. Habemus porro magnos auctores, quos
ſic interpretando imitamur, Paulum & Matthæum. Hic enim. 3. capite ſui Euan-
gelii oraculum illud Oſeæ, *Ex Aegypto vocaui filium meum*, de populo Iſraelitico
æditum, Chriſto Dei filio vnigenito accommodauit; ille uerò primo cap Epiſto
læ ad Hebræos ſcriptæ vaticinium illud prophetæ Natham de Salomone primo
6 dictum. 2. Regum. 22. ad aſſerendam Chriſti diuinitatem vſurpauit. Annotat Ly
ranus pro eo, quod noſtra æditio habet, coronaberis, in Hebræo eſſe, Aſpicies:
quod ipſe refert pro ſua interpretatione, quam de Synagoga inſtituit, ad tempus
illud, quo Hebræi ex his montibus ſub Ioſue cœperunt contemplari terram

Chanaan ipſis promiſſam. Et ut ipſius interpretatio quamuis refragantibus libris 1
geographiæ conſtare poſsit, fingit idem ultra Iordanem eſſe montem quendam
cognominem monti Libani. Quaſi vero maior montis Libani pars ſita non ſit vl-
tra Iordanem, qui fluuius ad radices ejus montis naſcēs in mare mortuum influit:
& duarum tribuum cum dimidia ſortes a reliquarum tribuum ſortibus diuidit.
Nec animaduertit, eandem de Sanir & Hermon ſaltem ex ſuo commento, exiſte
re difficultatem: quem montem vltra Iordanem, perinde atque Libanum ad ter-
ram Iſrael ſpectare, in locis Hebraicis docet Hieronymus; ſic enim ille ſcripſit.
Arnon, Terra filiorum Iſrael trans Iordanem incipiens ad Arnone, uſque ad Her
mon & Libanum extenditur. Hic locus in Hebræo ſic habet אִתִּי מִלְּבָנוֹן כַּלָּה אִתִּי 2
מִלְּבָנוֹן תָּבוֹאִי תָּשׁוּרִי מֵרֹאשׁ אֲמָנָה בְּרֹאשׁ שְׂנִיר וְחֶרְמוֹן בִּמְעֹנוֹת אֲרָיוֹת מֵהַרְרֵי נְמֵרִים Hæc ad uerbū
fere ſic vertit Vatablus, mecum a libano ſponſa, mecum a Libano uenias. (&)
ſpectes e uertice Amana, e vertice Sanir, & Hermon, e luſtris Leonum, montibus
pardorum. Quæ certe uerba maiorem amoris vim exprimunt, & indiuiduam uitę
ſocietatem, ex repetitione illius dictionis mecum, ſignificant, ad quam ſponſam
ſuam eccleſiam in reſurrectione iuſtorum uocaturus eſt Chriſtus. Illud uero, ſpe
ctes, idem Vatablus in ſcholiis interpretatur addito pronomine Me. quod etiam
ad ſenſum, quem nos urgemus, pertinet. Spectare enim Chriſtum in ſua beatitu-
dine, nihil aliud eſt, quam eo frui in uita beata. Verum noſtrum interpretem, quū 3
uertit coronaberis, certum eſt legiſſe תָּשׁוּרִי a pice ſiniſtro lateri elementi ש impo
ſito. Quod verbum ſic ſcriptum Hebræis certum eſt ſignificare, imperabis, regna
bis, Princeps eris. Id uero eodem ſenſu noſter interpres dixit, coronaberis. Poſt
quod uerbum duo puncta recte collocabuntur, ut ibi plenum ſit membrum. De-
inde ex communi ſuperiora repetantur cū ſequentibus hoc modo, mecum e uer-
tice Amana ſpōſa uenias, coronaberis. Eſt porro Libanus, ut inquit Hieronymus
de locis Hebraicis, mons Phænices altiſsimus. Hunc autem conſtat ex Coſmo-
graphis ad Septentrionem Paleſtinæ ſitum eſſe: Amana: Gloſa ordinaria affir- 4
firmat Amanum eſſe Ciliciæ montem. Amanus autē pars eſt montis Tauri, quem
conſtat ad occidentem Paleſtinæ ſpectare. Demiror Hieronymum huius loci in
ter alia loca Hebraica nuſquam meminiſſe: niſi forte ubi nunc legimus Amana;
ille ſcripſit, Amna; quem locum dicit eſſe ſortis Aſer: eam uero certum eſt ad
occidentem uergere Paleſtinæ. Hermon inquit ille mons Amorrheorum, quem
Phænices uocant Sanior, & Amorrheus appellauit Sanir: diciturque eſſe in uer-
tice eius inſignet emplum, quod ab ethnicis cultui habetur, e regione Paneadis
& Libani: Et terra filiorum Iſrael trans Iordanem ad ſolis ortum a prærupto
Arnon ad montem Hermon extenditur. Ex quo Hieronymi loco conſtat, Sanir 5
montem eſſe meridiem uerſus; quippe qui Libano oppoſitus ſit: Hermon uero or-
tum uerſus, ad quem a prærupto Arnon ad ſolis ortum terra filiorum Iſrael exten
dit. Et uериſimile eſt, eundē montem, qua uicinior eſt Phœnicib. & Amorrhæis,
Sanior, & Sanir appellari, & ad Meridiem ſpectare: Deinde uero flecti ad ortum;
& ea parte Hermon nominari. His itaque montibus hoc loco ſic deſignantur qua
tuor orbis partes, & quatuor uenti, unde Chriſtus ſe electos ſuo congregaturum
prędixit in Euangelio: & Iſa. 43. ſicut in Pſalmis per Aquilonem deſignatur 6
Septentrio: per Mare, ſiue (ut Hieronymus ex Hebræo tranſtulit) dextrum
Pſalm. 88. Meridies, (uerſis enim ad ortum dextra uergit ad Meridiem) per Hermon, or-
tus: per Thabor, occaſus: q mons fortaſsis idem dictus fuit Amana. Thabor enim
con-

1 coniunctus eſt ſorti Aſer, ubi Hieronymus ponit Amna. locus in ſpalmis ſic ha-
bet, *Aquilonem, & Mare tu creaſti: Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt*. Eſt
autem obſeruatione dignum hoc loco, quanto honorificentius ſuam eccleſiam
Ieſus alloquitur, quantoque maiore cum fiducia eam hortetur, ut in officio, & *Ioſue. 23.*
fide permaneat, quam Ioſue Synagogam. Ieſus ſuam Eccleſiam amicam ſuam,
ſponſam, totam pulchram, & immaculatam vocat; & quoniam uirtus laudata
creſcit, eandem ſic magnifice commendans, ut in ea puritate permaneat, indieſ-
que proficiat, hortatur: quam diu inter impios agit, ſolicita ſemper fidem pro-
pagare pugnando cum ipſis, & electos ſibi adiungendo. Ioſue vero admodum
2 ſolicitus, ne ſe defuncto, populus a vero Deo, & eius cultu, ad Deos alienos de-
ficiat. *Confortamini*, inquit, *& eſtote ſoliciti, ut cuſtodiatis cuncta, quæ ſcripta ſunt in
volumine legis Moſi. Et non declinetis ab eis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram,
poſtquam intraueritis ad gentes, quæ inter vos futuræ ſunt: ne iuretis in nomine deorum
earum, & ſeruiatis eis, & adoretis eos: ſed adhæreatis Domino Deo ueſtro, quod feciſtis
vſque in diem hanc. Et tunc auferet Dominus Deus in conſpectu veſtro gentes magnas,
& robuſtiſsimas*. Ac metuens ille maxime populo a Dijs alienis, addit, *Hoc inquit,
tantum diligentiſſime præcauete: vt diligatis Dominum Deum ueſtrum*. Quòd ſi ſecus
fecerint, ut iam illi animus præſagiebat, extrema quæ eos manent mala, tempe-
3 ſtiue prædicit. At Ieſus ſecurus fidei eccleſiæ ſuæ, nec timens, eam vnquam *Pſal. 82.*
alium Deum adoraturam, nihil cominatur: Sed coronæ tantùm meminit, &
ampliſsimorum honorum, ad quæ præmia ſeruatæ ſemper fidei, & magnorum
certaminum, eam tandem ſit vocaturus, ab iniuriis Tyrannorum, & impiorum
omnium aſſerendam: Qui inſtar Leonum, & Pardorum ſua hic habuerint lu-
ſtra: ut olim immanes illi Reges Og Baſan, Oreb, Zeb, Zebee, & Salmana in ter-
ra filiis Iſrael promiſſa: & reliqui omnes, qui (vt in Pſalmis legimus) coniurati
dixerunt, *Venite diſperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Iſrael vltra*. Iam
uero per montem Myrrhę, alluditur ad Montem Moria. In quo templum illud to-
4 tius orbis miraculum extruxit Salomon. Qui quidem mons iuxta ſui nominis
Ethymologiam, Myrrha Domini dictus eſt: & extructo ibi templo ob fre-
quens thymiama ibidem a doleri ſolitum, mons Myrrhæ hoc loco vocatur. Al-
luditur etiam per collem thuris ad depreſsiorem alium montem, vbi antea fuit
vrbs Silo, & ibidem Tabernaculum Domini. Nam Myrrha, & Thure illud
conſtabat Thimiama. Atque ibi ſe interim acturum dicit Dominus; indeque
vocaturum ad ſe populum ex quatuor terræ illius partibus, iuxta legem a Moſe
latam Exodi. 20. & Denteronomij. 16. vt ter quotanni mares omnes coram Do-
mino apparerent. Quemadmodum frequentiſsimi, ſub Salomone ſumma pace &
5 libertate fruentes, illuc conuenerunt. Secundo loco iuxta Allegoriam, quam ab
initio huius interpretationis tenemus perpetuam, Per Montem Myrrhæ, & col-
lem Thuris, orationes ſanctorum, & cælum, ut antea etiam expoſuimus, ſignifica
ri putamus: Vnde uenturus ſit Chriſtus & ſuam eccleſiam euocaturus ad Regnũ,
quod ipſi tradiderit Pater: vt olim vocare ſolitus erat Synagogam e templo tem-
pore Salomonis, cui Pater Dauid omnibus debellatis hoſtibus, pacatum Regnũ
tradidit. Alii referunt totum hunc locum ad uocationem prædeſtinatorum: *2. Cor. 15.*
6 primùm quidem Iudæorum, deinde Gentilium: ad quos omnes uocandos in
primis, ut pii fiant, & inſtar montis & collis Myrrha & Thus orationum ſpi-
ranitum: Tum, vt in fide, ac pietate perſeuerent, ad finem vſque præſentis ſæ-

culi ſtatuerit uentitare. Atq; eundem tantopere delectari illi aiunt non tm̄ puri- 1
tate, & pulchritudine, quā inculpatā & illibatā in triumphante eccleſia ineſſe per
ſpicit; ſed etiā in ea, quā ornatam in caſtris huius ſæculi militantem animaduer-
tit: ut leuiū peccatorū maculas, quib. poteſt nō aſpergi præſens uita, uelut næuos
in formoſo corpore diſsimulet; atq; adeo grauia crimina, in quæ clariſsimos inter
dum viros contingit incidere, quos tamen lacrymis, & virtute ſanguinis ſui, ut ſe
quam primum expient, & contractas ſordes penitus eluant, uidet ſatagere. Et de-
nique, propterea quòd ex ea dumtaxat puritate, pulchritudineque ſuam ipſe me-
tiatur, & æſtimet præſentem eccleſiam, quam ipſe quantum in ſe fuit, contulerit
per lauacrum aquæ, & uerbum uitæ, ob idque uel maxime eccleſiam hoc loco to- 2
tam pulchram & omni macula liberam agnoſcat: & apud Paulum glorioſam, nec
vllam habentem maculam, aut rugam, aut aliquid uitii. Vocationem autem Iudæo
rum ad fidem, & ſpem Regni cæleſtis, illis uerbis ſignificari uolunt, *veni de libano*
ſponſa, veni de libano, ueni : coronaberis. Quorum excellentiam ob patrum merita,
& res præclare geſtas, altitudo & vbertas Libani montis altiſsimi, atque uberrimi
ſignificet. Gentium uero ignobilitatem, ac feritatem, reliqui montes Libano lon
ge humiliores, in quibus leones, ac pardi ſua luſtra habeant; Dæmones ſcilicet ſu-
perbi, crudeleſque ac uerſipelles in animis gentium antea degere ſoliti: & eaſdem
ad omne ſcelus, & feritatem ſolicitare. 3

Vulneraſti cor meum Soror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno
oculorum tuorum: & in uno crine colli tui.

Poſtquam ſponſus in medio Encomij de laudibus ſponſæ inſtituti, conſolatoriā
inſeruit orationem, quæ etiam magnificam earundem laudum amplificationem
habet; eodem reuertitur, unde digreſſa fuerat oratio. Nonnullarum enim partiū,
quas hactenus commendauerat, laudes velut expoliendo, repetit: & nouas alias 4
addit ſuperioribus. Rurſum ergo laudat ſponſam ab uno præſertim oculo, cuius
ipſa pulchritudine, & energia amorem ſuum ſic in ſponſum eiaculata fuerit, ut il
lius cor ceu ſagittis amoris transfixerit, & totum ſibi uendicarit. Alludit porro
ſponſus hoc loco ad illum affectum, & vehementem perturbationem, quam ſe
amantes ex intuitu eorum, quos amant, contraxiſſe queruntur. Vt ex vulgari, &
profano amantium more ad immenſi amoris ſpiritualis cognitionem, quo Chri-
ſtus ipſe ſuam deperit eccleſiam, nos erigat: indeque nobis præacutos addat pieta
tis, & charitatis ſuæ ſtimulos; quibus excitati ſic noſtros curemus repurgatos, pu 5
roſq; & efficaces habere oculos, ut etiā ipſius Dei ſponſi noſtri cor poſsint tranſ
figere, & ſibi uendicare. Qui de amore philoſophantur aiunt; perinde atque cor
mundi ſol ſuo circuitu lumen, & lumine ceu vehiculo, uirtutes ſuas in oēs vniuer
ſitatis partes diſtribuit: ſic hominis (qui paruus mundus eſt) cor uitali ſuo motu
perpetuo, & uelut in orbem recurrente, ſpirituoſum ſuum ſanguinem agitans, cū
eodem ſpiritus uitales in totum corpus humanum, perq; illos uitalis luminis ſcin
tillas in membra quidē ſingula diffundere: in oculos autē maxime, tāquam in ſup- 6
premā diaphanam, & cæleſtem Microcoſmi regionē, quo ſpiritus & cæleſtis ignis
uigor fertur ſuapte natura, indeque totum illuminat: ubi etiam uberius emicat,
propterea quòd magis cocto in cerebro ſpiritu & elaborato, color ille natiuus, &
lumen.

1 lumen cælitus in cor noſtrum delapſum, a feculenta cordis materia repurgatum, vnà cum uiſorio ſpiritu purius defertur in oculos: & ex globis nitidis, ac perſpicuis ſplendet, atque fulgeſcit: Vnde etiam fit, ut aliquibus in tenebris coruſcent oculi, propter purius & copioſius ibi reſidens lumen.

Quemadmodum ferunt Tiberium noctu, & in tenebris uidere ſolitum: ſed ad breue tempus, & quum e primo ſomno euigilaſſet, hebeſcentibus deinde oculis. Nimirum quòd cum prægrandibus eſſet oculis, ſpirituum maxima tum copia unà cum lumine circum effuſa, circumſtantes tenebras ſubito illuminare potuerit; ſed breui tempore, cito exhauſtis lucidis illis, qui abundarent, ſpiri-
2 tibus. Ferunt etiam, ſi cuius oculos Auguſtus defixis intueretur oculis, illum quaſi ad ſolis fulgorem, vultum ſummittere coactum fuiſſe. Hos præterea ſpiritus non tantum ex oculis emitti cum lumine, ſed etiam vnà cum ſanguine, certiſsimum argumentum præbent oculi a lippis, & ophthalmicis e propinquo conſpecti, quos ſimile ſtatim contrahere uitium, quotidie experimur; exceptis nimirum a rubentibus & inflammatis oculis male effectis, & ſanguinolentis radiis. Et quod Ariſtoteles ſcribit, mulieres quando ſanguis menſtruus defluit, intuitu ſuo ſpeculum ſanguineis guttis ſæpe fædare, coacto ſcilicet alioqui tenuiſſimo, adeoque raro, ut uiſum noſtrum fugiat, ſpiritu, a denſa, & leui
3 ſpeculi ſuperficie.

Sic igitur lucidus puellæ, præſertim quæ grandiuſculos & prominentes, ut columbæ, ac glaucos, & lucidos habet oculos, ſpiritus (qui flos ſanguinis elaboratiſsimus eſt ac ſubtiliſsimus) conſpectos amantis adoleſcentis oculos transuerberat, & a corde conſpicientis puellæ primum prodiens per oculorum & arteriarum perculſi adoleſcentis regionem, ceu iaculum in cor tanquam in cognatum originis ſuæ locum fertur: Ibique infixus hæret: Inque vulnerati cordis corpore hebeſcit, atque in craſsiorem concreſcit ſanguinem: Et a ſaucij cordis natura alienus, cum ſit extra propria vaſa putreſcit, putrefactuſque, cor in primis,
4 totumque deinde uitalem ſanguinem inficit. Serpente uero in reliquum ſanguinem, atque vniuerſum corpus ueneno, totum amantis corpus ægrotat: ſed maxime cor, cui alte infixum perpetuò inhæret telum. Id uero pati a quodam adoleſcente ſibi adamato, quæritur Apuleius. Fons inquit, omnis præſentis huius doloris tu ipſe es. Iſti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapſi præcordia, acerrimum meis medullis cômouent incendium.

Amatoriam porro hanc contagionem celerrime contrahit adultior a iuniore: Propter quòd iunioris ſanguis clarior eſt, ſubtilior, calidior, ac dulcior.

5 Qua clarior eſt, minus clarum in ſenioribus oculis uincit, & uelut abſorbet ſpiritum. Qua ſubtilior, celerrime penetrat in præcordia, & inde uniuerſum peruadit ſenioris corpus. Qua calidior, vehementius agit, & alienum ſanguinem potentius inficit: & inſtar ueneni præſentiſsimi in ſuam uertit naturam. Id quod Lucretius hiſce uerſibus ſignificauit.

Hinc te primum, Veneris dulcedinis in cor
Stillauit gutta: & ſucceſſit frigida cura.

6 Qua uero dulcior eſt, magis fouet ſenioris viſcera, paſcit, & oblectat: & ad iunioris appetentiam, unde ipſe illapſus eſt, ſeniorem excitat: Quo ipſius renouatus ſanguis, & in iunioris ſanguinis naturam uerſus, iuniores inhabitare poſsit venas; & tanquam in propriis & natiuis uaſis melius conſeruari. In-

de etiam ſit, ut iſtius amans uoluptate ſimul & dolore agatur; uoluptate quidem, 1
propter ſpiritoſi illius ſanguinis, quem a iuniore hauſit, maiorem claritatem & dulcedinem: illa namque illectat, hæc vero oblectat: Dolore uerò, propter eiuſdem maiorem ſubtilitatem, & calorem intenſiorem. Præ ſubtilitate enim viſcerum ſoluit continuitatem: præ caloris copia, vim infert naturæ ſenioris, dum eam in ſe uertit, & transfert: Quæ uiolenta metamorphoſis ſeniorem quieſcere non permittit; ſed ad ſe perpetuò trahit, ac rapit. Hoc uero naturæ myſterium his verſibus celebrauit idem Poeta.

Idque petit corpus, mens vnde eſt ſaucia amore. 2
Namque omnes plerunque cadunt in vulnus: & illam
Emicat in partem ſanguis, vnde icimur ictu:
Et ſi cominus eſt, hoſtem ruber occupat humor.

Iuniorem porro eſſe oportet ſponſam in recta ratione initis coniugijs. Huc ergo ſpectans ſponſus, qui (ut inquit Paulus) heri & hodie, & ante ſecula eſt, de more amantium quæritur vulnus in corde a ſponſa accepiſſe, unius oculi ictu inflictum; au t (quod in Hebræo ſignificantius dicitur) ſe a ſponſa fuiſſe cordificatum. hoc enim לִבַּבְתִּנִי ad uerbum ſignificare uidetur, nempe, cordificaſti me: ut 3
uelit ſignificare ſponſus, ſe ſic ictum amore ſponſæ, ut ipſius cor in illius cor mutatum ſit, & conuerſum; iuxta ea, quæ ex amatoria philoſophia ſuperius diximus; ad quæ etiam placita illud quoque ſpectare putamus, quod ibidem dicitur, *& in vno crine colli tui.* aut (ut alii ex Hebræo uertunt) & in una torque colli tui. Id eſt & ſpecie ac venuſtate colli tui inſigni quodam torque, aut cincinno de capite tuo pendente, ornati.

Nam ex ijs, quę retro diximus, oſtenſum nobis eſt, non tantum per oculos, ſed etiam per reliquas corporis partes, amantis oculis expoſitas, lucidos illos ſpiritus e corde amati per amantis oculos exceptos, in eius cor penetrare: Idque 4
in primis in amati naturam, deinde etiam totum amantis corpus tranſmutare, ac ſenſum conuertere.

Quin & adhuc grauiorem quendam ſenſum caſtis etiam ſanctorum amoribus exponendis, & amplificandis maxime congruum, ſub uerbo illo לִבַּבְתִּנִי latentem prodidiſſe uidentur ſeptuaginta Interpretes, quum uerterunt ἐκκαρδίωσας ἡμᾶς. Quod explicationis gratia dicere poſsis, decordaſti nos. Sicut latine dicimus, dementaſti nos, hoc eſt abſtuliſti cor noſtrum. Quemadmodum etiam vulgo amantes præreptum ſibi cor a puellis, quas amant, quæri uidemus. quod duo
illi poetæ Mantuani ſignificant. Alter hoc uerſu. 5

Vt vidi, vt perij, vt me malus abſtulit error.

Ater hoc diſticho,

Ludit amor ſenſus, oculos perſtringit, & aufert
Libertatem animi: & mira nos faſcinat arte.

Conſpecta enim forma ſæpe ſic in ſe uertit inconſiderate ſpectantis oculos, 6
perque eos in intimam mentem penetrat, eamque obſidet, ac penitus occupat; ut iam nihil aliud cogitare iuuet, aut meditari. Sic (ut poeta canit) hærent infixi

1 fixi in pectore uultus, vt amantis animus omnibus collectis uiribus, eo totus feratur; neglectaque proprij corporis adminiſtratione, reliquiſque uitæ functionibus, totus ſit in alienæ formæ, quæ ſemel arriſerit, contemplatione; nec ullius præterea rei, atque adeo nec ſui ipſius ſenſum percipiat; ſed tantum abſentem abſens auditque, uidetque. Non iam amantis anima tota in corpore ſuo uerſatur: ſed meditabunda mentis ſuæ functiones (cui etiam reliquas ſuas partes in hoc cogit ſubſeruire) in amatum transfert: cumque ipſo arctius, quàm cum ſuo corpore connectitur, acrique meditatione commiſcetur, & unitur. Amatum namque dumtaxat, nec quicquam aliud, amantis mens cum cogitet, ipſum fit amatum. Intelligens enim & intellectum (ut docet Ariſtoteles) vnum
2 idemque ſunt. Et vt eius interpres Arabs philoſophatur, in arctiorem, quàm materia & forma, coeunt unitatem.

Quod etiam ſignificare volens Auguſtinus, & ante Auguſtinum Euripides, Amantis animam in amati magis, quàm in ipſius amantis corpore dixerunt uiuere. Quin & Chriſtus auari animum ubi theſaurus eius ſit, ibidem eſſe aſſirmat. Amantis enim anima uitales & naturales tantùm, eaſque remiſſe, in ſuo corpore exercet functiones; in alieno uerò ſua mente concepto corpore rationales & ſpirituales. Math.6.

3 Ideoque meritò eam quis dixerit ſui corporis eſſe animam, alieni uero ſpiritum, & intellectum. Anima ſiquidem (ut docet idem Auguſtinus) dicitur in quantum eſt uita corporis, & ad uiuendum, uel ad uiuificandum animat corpus: ſpiritus autem in quantum eſt ſubſtantia ſpiritualis. Iam igitur cum mens animæ cor ſit, & cordis appellatione ſæpe ueniat in ſacris literis; qui ſic perditè amant, abreptum ſibi fuiſſe cor, uere queruntur. Idem porro & qui honeſte amant patiuntur. Hi enim cum non tam corporis, quam animi pulchritudinem ſpectent; & quam ex eius pulchritudinis contemplatione uoluptatem capiunt; illius pulchritudinis ſpecie eo magis, quàm turpiter amantes, capiuntur, quo ma-
4 ior diuinæ pulchritudinis relucentia, perfectiuſque ſimulachrum (quod conſpectum miros ſui amores gignit) in amati animo honeſte amantibus ſeſe offert, quàm in corpore amati inhoneſte amantibus: tantoque magis ſic amans cum amato vnum idemque efficitur, quanto magis animus animum nihil obſiſtente materia (quæ diuiſionis cauſa eſt & diuerſitatis) quàm corpus, peruadere poteſt corpus, ac penetrare. Iam ſi reciprocus honeſte amantium amor fuerit, tunc demũ ea arctiſsima coaleſcit amicitia, propter quàm amicus, amici dimidium fit; ut etiam Horatius dimidium ſui ſuum uocat Virgilium. Homo namque maxime cum ſit animus, atque amicorum unus ſit animus, alter alterius dimidium cenſe-
5 tur, propterea quòd ex duorum animis unus amborum coaluerit animus. Sic etiam σώματα μὲν δύο ψυχὴ δὲ μία. iuxta Græcorum prouerbium ueri amici cenſentur. Sic denique amicus meus alter ego, & ego alter ille iudicamur. Immo uerò cum meus animus in amici mei magis, quàm in meo uiuat corpore; amici mei meum magis, quàm ipſius corpus dici poſsit, & meum uiciſsim corpus, in quo magis amici mei animus uiuit, quàm in ſuo, amici magis, quàm meum. Præterea cum amici mei mentem mens mea ceperit, atque in ſe uerterit, illius mens mea po-
6 tius, quàm amici eſſe uideatur: ac uiciſsim cum amici mei mens meam occupauerit, in ſeque transformauerit, iam tum mens mea amici magis, quàm mea reputetur. Vnde fieri uidetur, ut totus ego iam non ego, ſed amicus meus ſim:

& con-

& contra, totus ille, iam non ipſe ſit, sed ego: & denique vt iam non duo, ſed unus 1
dumtaxat homo ambo ſimus. Quale unitionis & vnitatis vinculu . acceſsione di-
uinæ gratiæ, & charitatis (quæ perfectionis uinculum eſt, ut ait Paulus, quæque
amantes, ut affirmat huius auditor Dionyſius, ſui iuris eſſe non ſinit, ſed amato-
rum eſſe iubet) in ueris coniugibus arctius longe, quàm in alijs amicis futurum, a
Math. 19. Deo iam inde uſque a primorum hominum conditione inſtitutum fuiſſe, Chri-
ſtus nos docet in Euangelio: & hoc ipſum arcanum ſacramentum longe adhuc
perfectius, maioriſque amoris uinculo inter Chriſtum & Eccleſiam contractum
Ephes. 5. eſſe, affirmat Paulus. Nam præter quam quòd, ineffabilis eſt illa verbi diuini cum
humana natura in unum hominem vnitio, propter quam etiam, qui baptizati ſu- 2
mus (vt Paulus teſtatur) membra ſumus corporis Chriſti, de carne eius, & de oſ-
ſibus eius; maxime quum ſacri corporis, & ſanguinis ipſius alimonia per dignum
ſacro ſanctæ Euchariſtiæ uſum aſsiduum eidem aſsimilamur, atque vnimur; vnũ
præterea corpus, vnuſque ſpiritus cum ipſo euadimus, quum uiuæ fidei lumi-
ne purificati, & illuſtrati, eundem, quantum per huius uitæ tenebras fieri poteſt,
acerrima mentis intentione perſpicimus; & totis animæ noſtræ eò conuerſis ui-
ribus, contemplamur. Eximia namque claritate, quæ ut Paulus docet, de reuelata
2. Cor. 3. 4. ipſius facie in noſtram mentem emicat, perfuſi, ineſtabilem illam pulchritudinem
ſumma cum admiratione & uoluptate contemplamur: & inſtar nitidi ſpeculi, 3
quod ipſe ſua fide ſic repurgarit, & perfecerit, ut in mente noſtra (quæ noſtræ
animæ oculus eſt) ſe ipſe intueatur, ipſius faciem excipimus: & ut affirmat Pau-
lus, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Do
mini ſpiritu, nempe, Spiritu Sancto, qui in baptiſmo nobis datur, maiorem in dies
fidem nobis irradiante. Iuſtitia enim Dei in credente reuelatur de cælo ex fide in
Roman. 1. fidem (ut idem Paulus ſimili vtens Hebraiſmo affirmat in Epiſtola ad Rom.) Iam
Rom. 5. cum cognitionem boni, & pulchri ſequatur amor, idem ſpiritus Chriſti, per quẽ
etiam unà cum fide infunditur charitas, continuis diuini amoris huius incremen
tis nos cumulat: & ad perfectam Chriſti imaginem quantum per huius uitæ im- 4
perfectionem licet, nos prouehit; donec Chriſto noſtro occurramus omnes (ut
Ephes. 4. idem Paulus hortatur) in uirum perfectum, per huiuſmodi cognitionem Chri-
ſto aſsimilati, & perfecte conformati, unà cum Chriſto priori uitæ mortui, & no-
uæ uitæ reſtituti: nec iam cuius imaginem aliquando geſtauimus, uetus Adam ſu
mus; ſed cuius vitam uiuimus, & imaginem geſtamus, nouus Adam Chriſtus. Quã
beatam Metamorphoſim iactabat Paulus, quum hæc diceret. *Chriſto crucifixus*
Galat. 2. *ſum cruci, ut Deo uiuam. Viuo iam non ego: viuit uero in me Chriſtus.* Hanc rurſum ima
ginem, & diuinum opus ſuum ipſe artifex tanta cum voluptate contemplatur, &
diuina arte expreſſam ſui in ſponſæ ſuæ oculo ſimilitudinem tanto amore proſe 5
quitur, ut quodam modo extra ſe raptus, & quantum ad humanam mentem in
ſponſam transformatus, ipſius perſonam induat: & modò illius ornamenta, ſua ia
ctet ornamenta, modo quas illa patitur iniurias, has ſe ipſe pati queratur. Sic.n.
Iſa. 41. apud Iſaiam (ut docet Auguſt.) ſe dicit ſponſum, ſeq; dicit ſponſam his uerbis, *Si*
cut ſponſo alligauit mihi mitram: & ſicut ſponſam ornauit me ornamento. Et in actis de
Paulo perſequente eccleſiam ſic quæritur. *Saule, Saule, quur me perſequeris?* In illũ
Act. 9. porro Iſaię locum ſic ſcribit Aug. in quodam ſermone contra Arrianos: eundẽ di 6
cit Spõſum ſecundum caput, & ſponſam ſecundũ corpus. Duo uidentur, & unus
eſt. & in pſalmũ triceſimum: vnitatem inquit, perſonæ hmõi mirã, & excellentem
com-

1 commendat Iſaias propheta. Nam loquens etiam in eo Chriſtus tanquam in pro-
pheta ait, ſicut ſponſo alligauit mihi mitram; & ſicut ſponſam ornauit me orna-
mento. ſe dixit ſponſum, ſe dixit ſponſam, Quare ſe ſponſum? Quare ſe ſpon-
ſam, niſi quia erunt duo in carne vna? Sic fidei, & charitatis uinculis volentem
trahit, & fortiter prehendit ſponſa: ſic ſponſus ſcienti ſibi, & prudenti cor, at-
que adeo ſe ipſum ſibi eripi gratum, & ratum habet, ut hic illius anima, illa huius
corpus fiat: magnumque illud, quod Paulus admiratur unius hominis in Chriſto *Epheſ. 5.*
& Eccleſia ſacramentum, conſummetur: ſeque ſic in unum conſummatam eſſe
cum ſponſo, ac per hunc cum patre, & qui amborum nexus eſt, cum ſpiritu San- *Io. 14. 15.*
2 cto, ſponſa ſibi æternum gaudeat, & gratuletur. Tanta eſt ad connectendos, com
miſcendos, & vniendos amantes charitatis vis, & energia. Eſt inquit Dionyſius *Diony. diui*
hæc ipſa uirtus quædam vnifica, & connectens, mirificeque commiſcens. In ipſo *no. cap. 4.*
quidem pulchro, bonoque propter pulchrum, bonumque primo conſiſtens, dein
de uero ex pulchro, bonoque propter pulchrum, atque bonum foras emicans: ubi
ſane quæ ſunt eiuſdem ordinis, alterna continet communione: ſuperiora verò
ad inferiorum prouidentiam mouet; inferiora denique conuerſione quadam ſu-
perioribus alligat: præterea diuinus amor exceſſum efficit, dum amantes ſui iu-
ris eſſe non ſinit; ſed amatorum iubet exiſtere. Idque declarant omnia. Nempe
3 ſuperiora inferiorum prouidentiæ ſeſe dedunt; æqualia uerò conuerſioni mu-
tuæ mancipare ſe ſolent; inferiora denique diuinæ cuidam ad ſuprema conuer-
ſioni ſe ipſa deuouent. Quæ propter & Paulus ille magnus diuino amore iam oc-
cupatus; traductorijque huius amoris uirtute comprehenſus ore diuinitus affla
to, proclamat, *Viuo iam non ego: viuit vero in me Chriſtus*: tanquam uerus amator
atque in Deo (ut inquit) extra ſe poſitus, uiuenſque iam uitam non ſuam, ſed
amatoriam, tanquam prorſus amabilem. vide quæ inferius in illum locum ſcripſi-
mus: *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.*
Sic uiſum eſt hunc locum de uniuerſæ eccleſiæ mente & intellectu contemplatiuo
4 interpretari. vt alter ſit ipſius oculus eiuſdē mēs & intellectus practicus, & ipſe quo
que fide illuſtratus, quo utens Paulus hæc inferiora conſiderabat; deque his ex
Chriſti ſententia recte iudicans, ad proximorum utilitatem uitam ſe in carne ui-
uere in fide filij Dei operoſam, & fructuoſam affirmabat, ſuperiori loco hæc con
tineter ſubiungens, *Quod autem viuo in carne, in fide viuo filij Dei*: & ad Philippenſes
ſic ſcribens: *Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum*. Quod ſi uiuere in carne, ſub-
audi oporteat, hic mihi fructus eſt operis, hoc eſt, hæc mea uita corporalis ope-
roſa mihi erit: & ex cuius actionibus magnum fructum capiam.
Deinde addit, *Permanere autem in carne, neceſſarium propter vos*. Atque hic
5 etiam oculus ſponſæ magnopere probatur ſponſo; ſed ille tanto magis, quanto
noſtra contemplatio ad beatorum uitam magis accedit quàm actio. Spectatiua
enim chriſtianorum uita in corpore, citra corporis miniſterium agitur, in qua
mens eſt ceu principium paſſiuum; Chriſtus uerò principium actiuum, & mo-
uens; ideoque de ea uita loquens Paulus dicebat, *Viuo iam non ego: uiuit vero in
me Chriſtus*. Actiua uero miniſterio corporis omnino eget, quod ad bona opera
fidelis animus ab intenta illa contemplatione reuocatus, tanquam principium in-
6 trinſecum cum fide coniunctum, agit. quo etiam ſpectans Paulus dixit, *Quod au-
tem viuo in carne, in fide uiuo filij Dei*. Cum duos ſponſæ oculos, inquit Theodore-
tus, iam laudauerit, quippe quos dixerit columbæ oculos ſpirituales; nunc al-
terum

terum tantum laudat, illum mentis oculum, quod diuina, & occulta diuinitatis 1
myſteria contemplatur. cum etiam admiretur omnia colli ſponſæ ornamenta,
vnum tamen ſolum laudat hoc loco. Per collum uirtutem practicam ſignificat
ænigmaticòs; quoniam collum ferens, diuinorum præceptorum iugum trahit, &
ſecat iuſtitiæ ſulcos. Putat idem Theodoretus per hoc ornamentum ſignificari
charitatem, tanquam omnium uirtutum præſtantiſsimam. Euſebius, Gemina in-
quit, cum ſit uiſoria animæ vis, quarum altera ueritatem uidet, altera uero circa
vana, & fluxa errat, quoniam ſponſæ purus oculus circa ſolius boni naturam ape
ritur, alter uero feriatur, & uacat; propterea amici dicunt *ἐκκαρδίωσας ἡμᾶς*, &c.
Quam Euſebij expoſitionem maxime confirmare poſsis ex illo Pauli loco, *Non* 2
contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ non uidentur. Ex quo etiam loco expone-
re poſsis per crinem colli vel *ἔνθεμα* quod *ὁρμίσκιον* paruum monile idem Euſe-
bius interpretatur deſignari patientiam, & infractum in tolerandis pro Chri-
ſto laboribus animum, qui in ferendo Chriſti iugo nunquam defatigatur: pro-
pterquod inquit Paulus, non deficimus; hoc eſt, non defatigamur, &c. Hæc ita-
que obedientia, & tolerantia chriſtiani hominis animum ſuaue Chriſti iugum
ferentis, atque onus leue, uehementer ornat; efficitque, vt vir fortis animam
ſuam poſsideat, ut Chriſtus promiſit, ſummumque eiuſdem amorem promerea-
tur. Poſsis etiam per oculum, & crinem, ſeu torquem colli vnum, intelligere, om- 3
nes ſponſæ tum animi, tum corporis uires ad intuendum in primis, & contem-
plandum, deinde ad amandum ſponſum in unum collectas, & intentas; iuxta pri-
mum illud & maximum legis mandatum, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto cor-
de tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua, & ex totis uiribus tuis*. Quo demum
amore Deus ipſe maxime capitur; & ſe hoc loco captum fatetur a prælatis, &
Diaconis Eccleſiæ, quos propterea unum oculum, vnumque crinem, aut torquē
vocat. Quòd ſi ad particularia deſcendere libeat, hæc eadem de Ioanne Apoſto-
lo, & Stephano diacono ac prothomartyre dicta non inepte interpretari poſsis.
Ille enim multis nominibus ſponſæ oculus dici poſsit, tum quod Apoſtolus fue- 4
rit, & totius Aſiæ minoris primus Archiepiſcopus; tum quòd ita præ ceteris Apo
ſtolis acute uiderit, ut poſt reſurrectionem Domini piſcantibus ipſis in mari Ti
Ioan. 21. beriadis, apparentem Dominum ſolus agnouerit. Inſuper & quòd is ſolus Aqui-
linis ſuis oculis, diuinitatis Chriſti myſteria, quum adhuc in humanis ageret, pe-
nitius potuerit intueri; & hæc eadem toti eccleſiæ ſcripto Euangelio intuenda
exhibere. Hic quoque oculus quàm præ ceteris ſponſæ oculis ſponſum ſibi uen-
dicarit, illa certiſsima ſunt argumenta, quòd hic ſolus in ſinu ſponſi recumbere
ſolitus fuit: ideoque eo ſummiſſo, quem Domini ſui delitias eſſe nouerat, Petrus
de proditore percontatus fuit. Non tamen ideo Petrus, aut quiſquam alius, ſed 5
ſolus ipſe, qui ſummiſſus fuerat, dignoſcere potuit proditorem. Et (quod maxi-
mum eſt eximiæ dilectionis ſignum) huic ſoli quum in Cruce Chriſtus pende-
ret, matrem ſuam (qua nihil ille habebat in hac uita charius) commendauit: & ip-
ſius matrem, ipſumque matris ſuæ filium eſſe uoluit. Quæ omnia ſummi amoris
ſigna indubitata illud Ioanni tribuerunt, ut citra aliorum diſcipulorum iniuriam
dilecti diſcipuli nomen ſuum faceret; ſeque Ieſu tantùm non delicias uocitaret.
Iam uero ſicut per inſignem ſponſæ oculum Ioannem Apoſtolum ſignificari po 6
tuiſſe oſtēdimus: ita & per torquem, aut crinem, Stephanum Diaconum & Pro-
thomartyrem deſignari, facilè fuerit demōſtrare. Quemadmodum enim aurea &

1 affabre facta torques formoſæ puellæ collo adiecta, aut etiam cincinnus aliquis eiuſdem collo adiacens, puellam facit videri formoſiorem: Sic etiam Stephanus Spiritu ſancto plenus, Sapientia, & prodigijs clarus, fide ac fortitudine, omnique uirtutum genere ornatiſsimus, tanquam Diaconorum (quos ſponſæ collum eſſe, ſuperius oſtendimus) præſtantiſsimus, toti collo plurimum addit gratiæ; maximumque ornamentum cum ſit, maximum etiam amoris illectamentum eſſe potuit, quo ſponſa ſponſi cor ſibi uendicarit, & a ſolio ſuo ſurgere compulerit. atque in fortiſsimo conflictu ſe illi aſtantem apertis cœlis oſtendere. Propius fortaſsis ad vulgatam æditionem accedat, huius loci in- *Act. 7.*
2 terpretatio, ſi per crinem Mariam Magdalenam ſignificari dicamus. Nam in hanc primum quadrat colli ſymbolum. Miniſtrauit enim Apoſtolis. Hæc ipſa deinde, propterea quòd capillis ſuis Chriſti pedes terſit, tale ornamentum ſui ordinis fuiſſe uidetur, quale, antiæ in collo formoſæ puellæ adiacentes eſſe ſolent. Denique Chriſto chariſsimam fuiſſe, illud eſt neceſſarium argumentum. Quod Chriſtum ipſa dilexerit plurimum. Adde, quod Maria, quæ totum mundum ſuum in uſum & gloriam Chriſti, & eccleſiæ uertit, & ipſa torques eccleſiæ, gratiſsimum Chriſto ornamentum merito dici poſsit. Et quoniam ad ſingularia deſcendimus, omnium quæ in myſtico Chriſti corpore ſunt,
3 oculorum, ſimpliciſsimus atque puriſsimus fuerit ipſius mater Maria uirgo (quæ vt teſtatur Hilarius,) Angelos uincit puritate, & omnes ſanctos ſuperat pietate. Illa oculus fuerit amoris caſtiſsimi radios, uelut ſagittas, in cor chariſsimi filij & ſponſi ſui omnium potentiſsime eiaculans; quam charitas ipſa (ut ſtatuit Auguſtinus) præ cæteris omnibus ab omni labe peccati reſeruauit, effecitque, ne unquam peccaret, ſed ne peccatum quidem poſſet cogitare. Illa denique fuerit omnibus amoris gratijs micans oculus, quam gratia plenam honoris cauſa Dei verbis Gabriel Angelus ſalutauit: quique Dei filium ipſius gratijs & amore captum, e ſummi Patris ſinu in cordis primùm, deinde in uteri ſui ſinum de cœlo *Luc. 1.*
4 deducere potuit. Oculus per quam uiuidus, qui alijs præ timore tenebroſæ illius noctis confuſis & extinctis oculis, ſolus fidei ſuæ, & charitatis adeo potenter in Chriſtum uibrauit radios, ut proprij ille doloris, quo in Cruce pendens grauiſſimæ torquebatur, uel ut amiſſo ſenſu, ſolo matris dolore afficeretur: cuius animam doloris gladium (vt Simeon futurum prædixerat) ſciret pertranſiſſe; pertranſiſſe inquam, non autem confeciſſe, aut (ut nonnulli exiſtimarunt) ad deliquium compuliſſe. *Luc. 1.*

Qui dum materno dolori nimium indulgent, non ſatis mihi uidentur Mariæ conſtantiam pluſquam virilem, & heroicam fortitudinem expendere.

5 Quippe qui longe præter decorum, Egregiam uirginem, & extra reliquarum matrum aleam poſitam, ceu gregariam mulierem, & unam de cæteris matribus doluiſſe; & doloris impatientem ſpaſmo correptam in media uia concidiſſe; ut ſolent illæ, quæ ſine ratione & modo amantes, nec naturæ impetum cohibere ualentes, quum ſuos natos nihil præſertim commeritos, immo bene de ſuis ciuibus meritos, ad ſupplicium trahi uident, multa tum dicunt, tum faciunt præter decorum.

6 Quod ſane de ſapientiſsima iuxta, ac fortiſsima uirgine nefas eſt dicere. Ac ne tale quippiam de Maria matre Domini credamus, illud mihi uidetur non leue argumentum, quod quo tempore Chriſtum crucis dolores grauiſsimi cruciarent,

tamen

Ioan. 19. tamen ipſa iuxta crucem Ieſu forti & infracto animo ſtetiſſe memoratur. At uero tunc certe magis extremis moribundi filij doloribus commotam ſpaſmo corripi oportuit,& concidere, ſi concidendum fuit, quàm quum per uias Ieroſolymitanas eundem ad ſupplicium duci uideret. Non tamen tunc quidquam indecorum,aut eam dixiſſe, aut feciſſe memorant Euangeliſtæ; quinimmo ſumma cum moderatione animi tacitam filium ad ſupplicium comitatam fuiſſe; & ſublatis, intentiſque in crucifixum oculis, altum doloris ſui vulnus fortiter preſsiſſe credimus;quam inter plangentes, & lamentantes mulieres in uia nec planxiſſe, nec lamentatam fuiſſe, ſed iuxta crucem dumtaxat ſtetiſſe, nec lamentatam fuiſſe, ſed iuxta crucem dumtaxat ſtetiſſe, legimus. Et quo magis amoris, & doloris ſui 2
Ioan. 19. ignem corde premeret,eo maiores per uirgineos oculos erumpentes flammas Ieſu Chriſto cor abripuiſſe, vnde uoces illæ ueluti carbones igniti & ingenti charitatis flamma accenſi eruperunt, quum matri diceret; *Mulier, ecce filius tuus*, & diſcipulo, *Ecce mater tua*. Tanto igitur commodius in Mariam uirginem hic locus, & quæcunque in eum de diuino amore diximus quadrabunt, quàm in Paulum, aut Ioannem, aut quemcunque aliorum ſanctorum; quanto ob longe maiorem eiuſdem puritatem, maior fuerit Mariæ, quàm cuiuſcunque aliorum cum perfecto oculo affinitas, & proportio. Nec illud præteribimus, quod gloſa habet, ob admirandum conſenſum, qui ſit inter eccleſiæ prælatos, quaſi omnes 3
vnus ſint oculus; item & qui in populis Chriſtianis, quaſi omnes unus ſint ſponſæ capillus; eos hic dici oculum eccleſiæ, & capillum. Cæterum, vtcunque interpreteris, maximam ſemper hic locus habet eximij amoris, quo nos Chriſtus proſequitur, ſignificationem.

Sunt ibidem & illæ propinquitatis honorificæ appellationes eiuſdem amoris certiſsimi indices, quum ſoror appellatur, & ſponſa: utraque enim appellatione ſignificatur naturæ diuinæ cum humana vnitio ineffabilis, & mutuus amor nullo æuo finiendus. *Qui enim ſanctificat*, vt inquit Paulus, *& qui ſanctificantur, ex vno*
Heb. 2. *omnes*. Nempe omnes fratres, unus Dei patris filij. Is quidem qui ſanctificat, ſuapte natura: nos autem qui per illum ſanctificamur, adoptione. Propter quod ſanctificationis noſtri auctor Deus ipſe cum ſit, & Dei patris naturalis filius, nos eiuſdem patris adoptiuos filios, non confunditur fratres vocare. Et quia pueri (ut idem Paulus ait) communicarunt carni & ſanguini, & ipſe communicauit eiſdem. Atque ea ratione membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius. Ideoque de Chriſto ſimiliter ſumpta eccleſia, ut de Adamo Eua, ſponſa Chriſti eſt, & ſoror, ſicut Adami Eua: ſed longe maiore myſterio arctioreque indiuiduæ uitæ nexu Chriſto, de cuius ſpiritu viuit, coniuncta, quàm Adamo, quæ uiri ſui ſpiritum extinxit, Eua. 5

Quam pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa: pulchriora ſunt ubera tua vino, & odor vnguentorum tuorum, ſuper omnia aromata.

6

Hoc habent præcipuum magnorum artificum opera, ut ſæpe inſpecta ſæpius iuuet inſpicere, & commendare. Id quod egregijs formarum ſpectatoribus non

raro

1 raro uſu venit; vt etiam hoc loco accidit ſponſo in opere omnium longe abſolu
tiſsimo contemplando: qui vt eſt ſpectatorum perſpicaciſsimus, ita & ſponſam
ſuam ſpectando nulla eum capit ſaties; ſed quo magis eam intuetur, eo magis ad-
miratur, & nouum aliquid ſemper deprehendit, quod ipſum delectet intueri, &
commendare. Quamobrem ut oculos, & collum eius iam ſemel, & iterum com-
mendauit; ſic etiam quæ antea laudauit ſponſæ hubera, & labia, nunc rurſum cõ-
mendat: ac primum ſuperioribus laudibus addit uſum, & uoluptatem maximam,
quam inde capiunt communes amborum filij. Vnde etiam ipſa mirifice delecta-
tur. Eſtque eadem comparatio, & ab eadem collatione ducta amplificatio, qua ſta
2 tim initio dramatis in ſponſi commendationem uſa fuit ſponſa. Ac proinde ea-
dem eſt vtiuſque loci explanatio. His uero laudes in Diaconos illos, quos à Pau-
lo Gubernationes appellari antea oſtendimus, recte quadrare uideas, ſi quæ illo-
rum eſſe officia docuimus, conferas cum hoc loco. Sed hic illud diligenter ani-
maduertere operæ precium eſt, quanta ſit Chriſti in ſuam eccleſiam dignatio, om
niumque ſuorum bonorum, & honorum cum eadem communicatio. Sua namque
hubera eccleſiæ hubera eſſe uult, & haberi, dum paribus, immo vero ijſdem lau-
dibus, & elogijs ipſam dignatur, quibus ipſe antea ab ea fuerit commendatus. Ni-
mirum quia vnum utriuſque corpus eſſe agnoſcit, cuius caput ipſum poſuerit
3 pater. Eadem eſt & in ſequentibus laudibus munificentiæ Chriſti amplitudo,
quæ inter ipſum, & eccleſiam uetus illud amicorum confirmat græcum prouer-
bium, τὰ τῶν φίλων πάντα κοινά Hoc eſt, amicorum omnia communia. Sicut enim
ſponſa ab unguentis optimis ſuum in ſuperioribus laudibus commendauit ſpon
ſum, ſic uiciſsim ſponſus eaſdem laudes, & maiore cum fœnore in ſponſam re-
fert. Quæ illa unguenta ſponſi laudat tanquam optima, hic non contentus opti-
ma dicere ſponſæ unguenta, omnia aromata teſtatur uincere. Tantum non affir-
mans ſponſæ uirtutes, & famam, ſuas apud homines uirtutes, & famam ſuperare:
Nempe propter maiora, quæ Apoſtolos, & qui in ipſum credunt, ædituros fore *Ioan. 14.*
4 prædixit miracula. Sunt enim unguenta eccleſię, gratiæ, & dona Spiritus ſancti: &
quæ inde exhalat, ſuauiſsime olens ſama in uniuerſum orbem longe, lateque diffu-
ſa. Quæ omnia profuſus ſui ſponſus cum ſponſa communicat, & ex ſe tanquam
ex capite, in uniuerſum corpus ſuum effundit copioſiſsime: ac ueluti per cana-
les quoſdam & conductus eadem charitate impulſus deriuat, qua inſtigante rur-
ſum eandem ſororem, & ſponſam uocat.

Sic denique omnia ſua cum eccleſia Chriſtus habet communia, ut eam lucem *Ioan. 8.*
mundi eſſe affirmet; quod tamen ipſi ſoli maxime proprium eſſe videtur. *Ego*, in- *Matth. 5.*
quit ipſe, *Lux ſum mundi*: & rurſum Apoſtolos alloquens: *Vos inquit, eſtis lux*
5 *mundi*, vt intelligant huius temporis nouatores: eccleſiam Chriſtum nihil offen-
dere, nihilve eiuſdem honori detrahere, & dignitati; quum Apoſtolos ipſius tan
quam fundamenta ſua, & Apoſtolorum principem Petrum tanquam caput
ſuum ueneratur. Theodoretus per Mammas intelligit fontes, & ſcaturigines
doctrinarum; per ueſtimenta uerò, omnem illum ornatum, quem deſcribit Iſaias.
capit. 61. ac per eas ueſtes & aromata, quibus ueſtes fragrant, uirtutes, & dona
ſub nouo teſtamento collata eccleſiæ, longe præſtantiora uirtutibus, & donis
6 olim collatis in Synagogam.

Fauus diſtillans, labia tua ſponſa, mel, & lac ſub lingua tua, 1
& odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris.

Superiores laudes,quibus os ſponſæ antea commendauit, per appoſitiſsimam cō
parationem nunc expolit ſponſus. Confert enim labia ipſius cum fauo non ari-
do, aut parum pleno, ſed quod ita exuberet,vt perpetuo difluat, melque diſtil-
let. Nam iuxta Hebræum eſt, Fauum diſtillant labia tua. Id eſt, inſtar faui ſtil-
lant labia tua; deinde ſubiungit, mel, & lac ſub lingua tua. A rebus nimirum
prædulcibus, & ſuauiſsimis amplificans, atque exponens ingentem, quam ipſe
ex gratioſis ſponſæ ſermonibus, eloquentiaque plane diuina, capit uoluptatem. 2
Qua etiam orationis figura vſus Homerus ſuauiſsimam Neſtoris expreſsit elo-
quentiam: quum ex illius ore dulciorem melle orationem dixit profluere. Et En
nius Cethegum Suadæ medullam appellauit. Qua certe delectatione nihil fingi
Ilia.γ. maius poteſt. Quod idem iudicaturi ſunt de eccleſiæ oratione quicunque ſponſi
palatum habeant. Quale proculdubio habuit Dauid, quum hæc caneret, *iudicia*
Pſalm.18. *Domini uera,iuſtificata in ſemetipſa: deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum*
multum, & dulciora ſuper mel & fauum. Aut iuxta Hebræum ſuper fauum fauo-
rum. Hoc eſt, præſtantiſsimo melle dulciora. Admiranda uero, & auditu gra-
tiſsima Dei iudicia loquuntur Apoſtoli,Euangeliſtæ, & doctores,os & labia Ec- 3
cleſię;quum remiſsionem peccatorum nunciant,pacem hominibus cælitus reddi-
tam,Deum hominem factum, homines factos Deos,& omnium ſummam actuo-
ſæ,& frugiferæ fidei, decretum Regnum cælorum. Ad quæ incomprehenſibilia
Dei iudicia exclamat Paulus.Hiſce de rebus publice declamatur in eccleſijs,pri-
Rom.11. uatim agitur in familiaribus piorum colloquijs: Hæc unuſquiſque Chriſtianus
noctes, dieſque ſecum loquitur.*Omnis*,inquit Paulus, *ſermo malus de ore veſtro non*
Ephe ſ.4. *procedat: ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei,vt det gratiam audientibus.Omnis ama*
ritudo,& ira,& indignatio,& clamor,& blasſemia tollatur a vobis cum omni malitia. Et
rurſum.*Fornicatio,& omnis immunditia,aut auaritia, nec nominetur in uobis, ſicut decet*
ſanctos, aut turpitudo,aut ſtultiloquium,aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinent: ſed 4
magis gratiarum actio.Rurſum *Loquentes vobiſmetipſis in Pſalmis, Hymnis, & Can-*
Epheſ.5. *ticis ſpiritualibus, cantantes, & pſallentes in cordibus ueſtris Domino: gratias*
agentes pro omnibus in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Deo & patri. Et ali-
Coloſ.4. bi *Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus*. Deniq; (ut admonet Petrus) *Quid-*
quid loquitur eccleſia, ſermones Dei ſunt.Quos Chriſtus tanquam ſuos agnoſcens ſu
1.Pet.4. perius dulcem ſibi illius vocem eſſe affirmauit: & audiendæ ſponſæ ſuæ miro te-
neri deſiderio,ut agnoſcas etiam in hac re ſuas Chriſtum cum eccleſia laudes ha-
bere communes. Eadem namque eſt hoc loco ſermonis eccleſiæ commendatio, 5
Sapient.2. quæ ſermonis Chriſti apud Dauidem in hæc uerba, *Diffuſa eſt gratia in labijs tuis*.
Pſalm.44. At uero ne inde ſponſam laudare ſponſus videatur,unde meretricē reprehendit,
& uituperat Salomon in Prouerbijs, cuius etiam labia diſtillanti comparat fauo,
Prouerb.5. illud præterea additur hoc loco: *Mel,& lac ſub lingua tua*,quaſi dicant: blandi qui
dē, & ſuauiſsimi ſunt ſermones tui o ſponſa, quos profers exterius: Nec tñ aliud
præfert exterior tua oratio,q̄ quod in ore tuo celas interius,& animo verſas,ut fa
ciunt meretrices. Quarum blandi quidem ſunt exteriores ſermones, & ad deci- 6
piendum compoſiti; os tamen unde prodeunt uenenum celat, & virus amarum,
haud ſecus quàm abſinthium. At uero tu plus adhuc ſuauitatis, & dulcedinis ha-

bes

1 bes in receſſu oris tui, quàm uerbis quantumcumque ſuauibus efferre poſsis. Id vero ſignificat Sponſus, quum mel tantùm ex labijs ſponſæ ſtillare, mel uero & lac ſimul ſub eiuſdẽ lingua eſſe affirmat. Plus enim dulcedinis in melle & lacte, quàm in ſolo melle ineſt. Sub lingua uero eſſe dicitur non ſolum ea oris Regio, quę anteriori linguæ ſubiacet, ſed & quæ extremæ eidam coniuncta ſunt guttur, & cor: Vnde intima prodit unà cum uoce cogitatio. Hunc uero germanum eſſe huius loci ſenſum, inde conijcimus, quod de impio, & hypocrita in libro Iob legimus. *Quum dulce fuerit inquit, in ore eius malum, abſcondet illud ſub lingua ſua: parcet illi & non derelinquet illud, & celabit in gutture ſuo, panis eius in vtero illius uertetur in fel*
2 *aſpidum intrinſecus*. Tale uero ingenium doctoris impij, & hypocritę, qui allegoricos in prouerbijs meretricis nomine deſignatur, detegit Paulus his uerbis Ro. 16. *Huiuſmodi enim Chriſto Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri. Qui per dulces ſermones, & benedictiones ſeducunt corda innocentium.* Quod ſane in hęreticis noſtrę tempeſtatis obſeruare poſsis. Nihil enim eorum ſermone blandius, nihil magis mellitum; fidem maxime laudant, charitatem & beneficentiam inculcant, Chriſtum prædicant, & crucem eius; cuius tamen inimici vel in eo maxime deprehen-
3 duntur, quòd diſcordias, & diſsidia inter Chriſtianos contra Chriſti doctrinam & inſtituta diſſeminant, ſub pretextu libertatis Euangelicæ; ut ſuo uentri ſeruiãt, bella inter principes fouent; malum tandem, & uenenum aſpidum ſub lingua ſua diu bene diſsimulatum & celatum, male euomentes. *Quorum finis interitus: & gloria in confuſione eorum, qui hominibus placent*. Sed de his iã alibi diximus. Tranſit deinde ſponſus ad commendationem ſponſę ab odore, & fragrantia, quam reddunt ipſius veſtimenta. Cuius odoris miram ſuauitatem, & magnitudinem exprimit ex collatione ad odorem, quem thus reddit, quum adoletur. Aut uero ex collatione ad odorem, quem Libanus mons uberribus, omniſque generis plantarum, & florum ornatiſsimus ex ſe longe, lateque diffundit ſuauiſsimum. In Hebræo enim legimus כריח לבנון Hoc eſt ceu odor libani: non autem כריח לבונה ceu odor Thu- Philip. 3.
4 ris. Vt eandem hic laudandi formulam agnoſcas, qua uſus eſt Iſaac quum benedicturus filio Iacob, ueſtis, quam ille geſtabat, fragrantia mirifice delectatus, *ecce inquit odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*. Quam uero hæc collatio Eccleſiæ cum Libano quadret, ex illo Iſaiæ loco facile eſt oſtendere. *Gloria Libani*, inquit ille de Eccleſia uaticinans, *data eſt ei, decor carmeli & Saron*. Porro per ſponſæ ueſtimenta, hoc loco idem ſignificare uidetur ſponſus, quod per ueſtem nuptialem in Euangelio. Nouos nimirum mores, ut interpretatur Origenes; quem nouum hominem nos induere ſic hortatur Paulus. *Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia,* Gen. 27. Eſai. 35. Matth. 22. Ephe. 4.
5 *& ſanctitate veritatis*. Et alibi. *Induentes inquit, nouum hominem, qui renouatur in agnitionem ſecundum imaginem eius, qui creauit illum. Induite ergo nos ſicut electi Dei ſancti, & dilecti uiſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam. Super omnia autem charitatem habete, quod eſt uinculum perfectionis*. Coloſ. 3.

Hæc certe ſunt ueſtimenta Eccleſiæ, quæ qui uigilanter cuſtodit, ne nudus ambulet, detectaque pudenda ſua cogatur oſtendere, beatus in Apocalypſi prædicatur. Hæc eadem ueſtimenta uirtutes ſunt inſignes, & uariæ; Apoc. 16. Rom. 6. 2. Cor. 2.
6 quas Chriſtus, quem (ut docet Paulus) in Baptiſmo induimus, nobiſcum communicat: utque bonus Ipſius odor, & Deo gratiſsimus efficiamur, preſtat. Bene affectis quidem & ſpirituali olfactu minime uitiato, odor uitæ in ui-

tam (ut ait Paulus;) At male affectis, & male temperato, aut uitiato olfactu, odor 1
mortis in mortem. Vt uidemus nonnullos roſis, & optimis odoribus grauiter af-
fici. Vt, ut refert Bernardus in Cant. Ser. 6. Aiunt florentibus vineis omne reptile
uinearum cædere loco: nec omnino nouorum ferre odorem florum. Iam uerò cũ
huiuſmodi uirtutes ex gratia Spiritus ſancti in nobis progerminent, & nutriantur;
uelut arbores, & plantæ agri, cui Dominus benedixerit, ex benedictione Dei, &
agri illius uirtute; Ideo fortaſsis ſponſus paulo ſuperius fragrantiam unguento-
rum ſponſæ omnibus prætulit aromatibus; hic uerò ueſtimentorum fragrantiam
Libani fragrantiæ æquauit. Vnguenta namque Eccleſiæ mera Dei dona ſunt: Ad
uirtutes uero, quæ ex gratuitis illis donis prodeunt, quippiam tametſi exiguum, 2
de ſuo affert Eccleſia. Nec vulgatæ editionis interpretatio ab hac diſſentit. Nam
virtutum, quibus Eccleſiam indutam eſſe ex Paulo proxime oſtendimus, uſus, uera
pietas eſt: qua uelut Thuris ſuauiſsimi ſuffimenti oblatione gratiſsima ſe Deum
colere publice profitetur Eccleſia, tanquam ſacerdos in hoc a Chriſto conſtitu-
ta. Quod abunde ſatis oſtenſum nobis eſt initio huius libri. Theodoretus in hunc
locum, ſignificat inquit, hoc loco Doctores Eccleſiæ, qui piam proferunt doctri-
nam; & guttas mellis de labijs ſuis, velut de fauo deſtillant. Nec tantùm Mel, ſed
etiam lac habent; & accommodum cuique exhibentes alimentum, tam paruulis, &
imperfectis, quam adultis, & perfectis. Faui autem ſunt ſacræ Scripturæ, apes quæ 3
mel confecerunt, Prophetæ, & Apoſtoli. Illi enim per prata ſancti ſpiritus voli-
tantes, hanc ad nos utilitatem tranſmiſerunt. Aſsimilatque ceræ literam, Melli ue-
ro quod in ea conditum eſt, intelligentiam. Huius mellis guttas deſtillant pia do-
ctorum labia. per ſponſæ ueſtimenta idem Theodoretus ſignificari putat Chri-
ſtum, iuxta illud Pauli teſtimonium. *Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum
induiſtis.* Per thus Chriſti diuinitatem, diuinitatis enim Symbolum eſt thus, quod
ſemper Deo offerri ſolitum ſit.

Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, Hortus concluſus, fons ſignatus. 4

Hactenus laudauit Chriſtus ſuperiores Eccleſiæ partes, & membra illis humani
corporis membris ſimilia; quæ honeſta per ſe cum ſint, nullius egent operimenti,
ſed nuda, & conſpici honeſte, & laudari poſſunt. Nunc iam accedit ad earum par-
tium & membrorum commendationem, quæ ſimilia ſunt membris nutritioni, &
generationi a natura deſtinatis. Quibus, ut ait Paulus, abundantiorem honorem
circundamus, quæque non ſine præfatione honoris nominamus. Sicut ergo ad for
1. Cor. 11. moſæ ſponſæ abſolutam commendationem non parum momenti habet fœcundi- 5
tas, præſertim apud pium ſponſum non uoluptatis, ſed prolis cupidum, cuius gra-
tia nuptiarum ſacramentum nouit a Deo eſſe inſtitutum; ſic etiam hoc loco Chri-
ſtus cum nihil aliud a ſponſa ſua Eccleſia præter numeroſam ſobolem quærat, cu
ius ſolius gratia cœleſtes cum ea contraxit nuptias; nec falſus ſua ſpe multam quo-
tidie, pulcherrimamque ex ea ſuſcipiat ſobolem, admirandam ipſius fœcundita-
tem cum ſumma fide coniunctam, honeſtiſsimis, iucundiſsimiſque a re hortenſi
ſumptis comparationibus, exornat, & amplificat. Sancta mater Eccleſia (inquit 6
Ambroſius) immaculata coitu, fœcunda partu, uirgo eſt caſtitate, ſed ma-
ter eſt prole. Parturit itaque nos uirgo non uiro plena, ſed ſpiritu; parturit nos

1 inquam, uirgo non cum dolore membrorum, ſed cum gaudiis Angelorum. Nu-
trit nos uirgo non corporis lacte, ſed Apoſtoli, quo informem adhuc creſcentis
populi lactauit ætatem. Quæ igitur nupta plures habet, quam ſancta mater Ec-
cleſia, quæ uirgo eſt ſacramento, ſed mater eſt populis? Cuius fœcunditatem
etiam ſacra Scriptura teſtatur. *Quoniam plures filij deſertæ, quàm eius quæ habet
virum*. Lib. de ſancta uirginitate. Confert igitur Chriſtus Eccleſiam horto con
cluſo, irriguo, omnique plantarum, atque arborum frugiferarum, & odoratarum
genere conſito. Qua etiam comparatione in Eccleſiam vtitur Iſaias. *Conſolabitur*,
inquit Dominus, *Sion, & conſolabitur omnes ruinas eius: & ponet deſertam eius quaſi*
2 *paradiſum, & ſolitudinem eius quaſi hortum Domini*. Idem prætereahominem pium
his depingit coloribus. *Eris quaſi hortus irriguus: & ſicut fons aquarum, cuius non
deficient aquæ: & ædificabuntur in te deſerta ſæculorum, fundamenta generationis ſu-
ſcitabis, & vocaberis ædificator ſepium*, aut (vt in Hebræo eſſe admonet Hierony-
mus) uocabitur in te ædificator ſepium, *conuertens ſemitas in quietem*. Commen-
datur itaque Eccleſia primum, quod ſit ſimilis horto clauſo undique: propterea
quod ad eam firmiſsimo & perenni Angelorum præſidio circumſeptam, nulli pr§
terquam Chriſto ipſius cultori & Domino patet aditus, nunquam ab ipſo deſti-
tuenda, ut unica illa, cuius uicem dolens uates, *ut quid*, inquit, *deſtruxiſti maceriam*
3 *eius, & vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam? Exterminauit eam Aper de
Sylua, & Singularis ferus depaſtus eſt eam:* Et repetitio Epitaſim habet Hebræis
familiarem, qua ſignificatur hortus hic firmiſsime, fortiſsimeque concluſus. Ve-
rum in Hebræo non eſt repetitio: ſed quemadmodum hortus dicitur concluſus,
ſic & fons, eſt in Hebræis exemplaribus גַּן נָעוּל אֲחֹתִי כַלָּה גַּל נָעוּל מַעְיָן חָתוּם Hortus
concluſus ſoror mea ſponſa, Fons concluſus, fons ſignatus. Commendatur
enim ſecundo ab eadem integritate Eccleſia, quum ad fontem concluſum, & ob-
ſignatum confertur. Sicut enim quum quis uelit in fonte aliquo puras, limpi-
daſque, & incorruptas ſibi ſeruari aquas, fontem ipſum diligẽter occludat, opor-
4 tet; additoque ſigillo, obſignet: denique ſumma cura cuſtodiat, ne cui liceat a-
quam ibi contentam turbare, aut ueneno inficere: ſic Chriſtus affirmat Eccle-
ſiam ſibi diligenter clauſam eſſe, & obſignatam, cuſtoditamque nequis impoſtor,
aut hæreticus ſapientiam, & Doctrinam Euangelicam, quam ipſa continet puriſ-
ſimam, ſuis impoſturis turbare poſsit, aut ullius hæreſis ueneno corrumpere.
Sed quemadmodum prædixit Iſaias puras inde, & ſalubres aquas, nempe ſacra-
rum ſcripturarum, impiis incognitarum, germanas interpretationes læti ſemper
tanquam ex fontibus Saluatoris hauriamus. Obſignata porro eſt Eccleſia ipſo-
met Chriſto, quem ab eodem admonita ceu ſigillum ſuper cor ſuum, & brachium
5 poſuit. Eſt & hæc eadem, in Baptiſmo, uena Chriſti benedicta, unde ille (quem-
admodum hic ipſe ſapiens caſtos coniuges hortatur) fontes ſuos, & aquas, hoc
eſt, ſapientes filios ſuos Apoſtolos, prælatos, & prædicatores Euangelicos, re-
liquoſque ſanctos foras deriuat: & per uniuerſi orbis plateas, particulares ſci-
licet Eccleſias diuidit, ac diſtribuit, præferentes & ipſos ſignum patris ſui Dei
uiui in frontibus ſuis. Quod enim matrix eſt embrioni, hoc fideli eſſe aquam Ba-
ptiſmi affirmat Chryſoſtomus: idem dicit Aug. in tertio capite Ioan. & ideo di-
6 ci Baptiſmum lauacrum regenerationis, ad Tit. 3. & qui genus Chriſti ſunt, in ſo
la Chriſti cruce cum Paulo gloriantur.

At uero huiuſmodi filios cum ſolo uerbo Euangelico (quod ſemen Chriſti eſt)

fæcundata concipiat, & gignat Eccleſia, mater eſt, & virgo permanet incorrupta; 1
quæ inſtar fontis ſe hàbet perpetuò concluſi, atq; obſignati, puras tamen aquas ef-
fundentis. Eccleſia inquit. Auguſt. Chriſti coniunx eſt, quæ fidei, ſpei, & chari-
tatis integritate non ſolùm in uirginibus ſacris, ſed etiam in coniugatis fidelibus,
& uiduis tota virgo eſt. Vniuerſæ quippe Eccleſiæ, cuius omnia illa membra
ſunt Apoſtolus dicit, *Deſpondi enim uos vni uiro uiginem caſtam exhibere Chriſto.*
Nouit autem ille uirginem coniugem ſine corruptione fætare, quem in ipſa carne
potuit mater ſine corruptione procreare. 27. quæſt. primo. capite. Nuptiarum.
Fontem hùc Theodoretus ænigmatice docet paræmia illa, Fons tuus aquæ eſto ti
bi proprius: & nemo alienus tecum ſit eius particeps. Quod enim dicitur, ſigna- 2
tus, idem valet ac cuſtoditus. Senſus autem loci huius eſt. Fons, nempe uis ani-
mæ intellectualis, omnis generis cogitationes in nobis ſcaturiens. Sed tunc noſter
fit intelligentiæ motus, quando ad ea, quæ nobis conducunt, mouetur, omnem
comparationem ad poſsidenda bona nobis exhibens. Quando uero quis conuer-
tit cogitationem actionis ad mali excogitationem: tunc ſine cuſtodia ab extraneis
conſumitur ipſum fluentum, ut nutriat ſpinoſam uitam: areſcat autem, & mar-
ceſcat melior plantatio, cũ nullus humor bonarum cogitationum radicem nutrit.

3

*Emiſsiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructi
bus Cypri cum Nardis.*
*Nardus, & crocus, fiſtula, & cinnamomum, cum vniuerſis li-
gnis Libani. mirrhæ, & aloe, cum omnibus primis vnguentis.*

Proxime expoſuit Chriſtus ſponſæ ſuæ Eccleſiæ integritatem, & puritatem,
nunc iam exponit admirandam eiuſdem fęcunditatem. *Emiſsiones inquit, tuæ pa-* 4
radiſus &c. id eſt, tuæ propagines, quas ex te profers inſtar horti uberrimi, ſunt
paradiſus malorum punicarum, cum pomorum fructibus: Cyprorum cum Nar-
dis. &c. Nempe quia referunt ſpeciem quandam horti conſiti malis punicis non
infrugiferis, ſed quæ onuſtæ ſunt ſuis pomis: conſiti præterea Cypris, Nardis,
inquam, & croco, fiſtula, & cinnamomo, & omnis generis arboribus in Libano
prouenientibus; Myrrha inſuper conſiti & Aloe, atque omni genere plantarum
aromaticarum. Ob quam uarietatem iucundiſsimus cum ſit, et amęniſsimus ortus
פרדס Hebræis dicitur: et inde ducto nomine Græcis παράδεισος. ac primo qui- 5
dem loco numerat malos punicas pomorum feraces. Martyres nimirum multis
reb. pro Chriſto præclare geſtis celeberrimos, quales innumeras arbores primis
ſuis temporibus protulit Eccleſia, roſeo ſanguine rubentibus fructibus plenas:
et muſto ex fructibus illis expreſſo manantes, ac rubricatas. Malum punicum pu-
to inquit Theodoretus, tropicos cenſeri charitatem. Nam ſub uno integumento
permulta ſimul compoſita grana, et inuicem unita non ſe comprimunt, nec cor-
rumpunt, ſed ſyncera durant: niſi alioqui putredo aliqua in medio oriatur. Prę- 6
terea, ex interiectis meningibus et aliam poſsit inſtituere conſiderationem. Nam
inter eos, qui ſeruantur, multos uidemus ordines.

Alius

1 Alius eſt enim ordo Virginum, alius continentium, alius coniugatorum, alius diuitijs affluentium, alius in paupertate conuiuentium, alius ſeruorum pietatem colentium, alius iuſte dominantium. Habet igitur malum punicum velut quædam interſtitia diſtinguentia grana per quaſdam portiones: verùm hæc non admodum pertinere videntur ad præſens inſtitutum: nec enim propagines dicuntur fructus, aut ipſa mala punica; ſed arbores ipſæ mali punicæ cum pomorum fructibus. Accommodari tamen hæc belle poſſint primis illis martyribus, qui ſuo exemplo, & doctrina omnium ordinum homines Chriſto genuerunt: & ſub unius charitatis integumento concluſos, atque conſentientes ad martyrium ue-
lut procrearunt. Secundo uerò loco numerat cypros, quas arbores aromaticas
2 eſſe affirmant Hebræi: & melius hoc, quàm illo primi capitis loco, *Botrus Cypri dilectus meus mihi*. Nec enim idem eſt utrobique uocabulum. Hic namque legimus כְּפָרִים illic uero הַכֹּפֶר cuius plurale כְּפָרִים Exodi 30. & Leuitici 23. reperitur: & Hebræis expiationes ſignificare retro oſtendimus. Verùm quod hic legimus כְּפָרִים a ſingulari כְּפוֹר eſſe, conſtat ex regulis grammatices ab Hebræis de mutatione vocalium traditis, quod arborem aromaticam ſignificare Hebræi affirmant, ut iam diximus: de qua, quia nobis ignota eſt, nec ab Hebræis ſatis deſcripta, non eſt facile differere: aut eius allegoriam explicare. Niſi forte ſit cy-
3 prus arbor, quam ſic deſcribit Plinius. Cyprus inquit, in Aegipto arbor eſt Zi- *Plin. li. 12.*
ziphi folijs, ſemine coriandri, flore candido, odorato. Coquitur hoc in oleo, pre- *cap. 24.*
miturque poſtea, quod cyprus uocatur. Optimum habetur e canopica in ripis Nili nata; ſecundum, Aſcalone Iudææ: Tertium in cypro inſula odoris ſuauitate. Vbi nulla fit mentio botri: quem ferre dicunt eam arborem, qui primum huius libri caput enarrant ex Hebræis. Cypri naturam excalfacere, & mollire neruos, ille tradit: & eius folia recenter commanducata ulceribus in capite manantibus, & oris collectionibus mederi: Ambuſtis & luxatis flores, capitis dolores ſedare, nomas ſanare, & putreſcentia ulcera. Quæ omnia charitati maxime con
4 uenire quiuis animaduertat. Vnde ad eam uirtutem, & eos, qui ea pollent, huius
loci allegoriam nullo negotio poſſit accommodare. Aut fuerit fortaſſe Cyprius *Pli li. 21.*
herba, quam gladiolum eſſe radice bulboſa idem Plinius docet; & quæ laudatiſ- *cap. 4.*
ſima ſit, candore & odore Nardo eſſe vicinam, cuius uires ſint duritias corporum diſcutere. Ac tunc כְּפֵר fidem nobis deſignabit; ut Nardus, quamuis non adeo firmam, & actuoſam, vt illa. Et quidem certe ſi congruentiam orationis, & commodam rerum diſpoſitionem ſpectemus, magis conuenit cyprium intelligere, quod affinis Nardo cum ſit herba, cum Nardo conuenientius, quàm Cyprus arbor ordinetur, & numeretur. De Nardo alibi abunde diſſeruimus. Crocus au-
5 rei coloris eſt (inquit Glo.) & ſignificat homines ſapientia diuina imbutos; Adde, & humilitate præditos, quæ in eiuſmodi ſapientibus plurima ineſt. Iuxta illud
Paulinum hac de re præceptum. *Qui vult ſapiens fieri in hoc ſeculo, ſtultus fiat, vt* *1. Corin. 3.*
ſit ſapiens. Sumitur autem appoſitiſsime hæc allegoria ex iis, quæ de croci na-
tura ſcribit Plinius. Gaudet inquit calcari, & atteri pede; pereundoque melius *Pli. lib. 21.*
prouenit. Ideoque iuxta ſemitas, & fontes lætiſsimum. Quid enim magis appo- *cap. 6.*
ſitum ad exprimendam profundam Pauli modeſtiam cum diuina eiuſdem ſapien
6 tia coniunctam afferri potuit, aut excogitari? qui ſe quum infirmatur, tunc
maxime uegetum, & potentem profitetur? quique ſe ſuique ordinis homi- *2. Cor. 13.*
nes omnium peripſema eſſe cum agnoſcat, non diffidimus inquit, ſed & ſi iis, qui *1. Cor. 4.*

 foris

foris eſt noſter homo, corrumpitur: qui autem intus eſt, renouatur. Croco ſuccedit Fiſtula. Fiſtula inquit Lyranus herba eſt producens cannas, quarum ſuc- 1
cus per decoctionem fit zuchara. Verùm conuenit inter medicos noſtræ ætatis doctiſsimos huiuſmodi arundinem, ex qua exprimitur Saccarum, ueteribus fuiſſe ignotam.

Et quod magis miror, hominem Hebraice doctũ non animaduertiſſe, quod hic dicitur קָנֶה Hebræis ſignificare calamum odoratum: ut Exodi triceſimo capite. ubi ad conficiendum ſanctum unctionis oleum Moſi iubet Dominus ſumere קְנֵה id eſt calami odorati ſiclos ducentos quinquaginta. Et apud Iſaiam quum exteriorem ueteris illius populi cultum reprehendit, non emiſti mihi inquit קָנֶה 2
id eſt calamum, argento. Rurſum apud Hieremiam, ut quid mihi, inquit, thus de ſaba affertis, & קָנֶה id eſt calamum ſuaue olentem de terra longinqua? &c. Inde etiam conſtat non eſſe (ut Gloſa putat) caſiam fiſtulam robuſti corticis, & purpurei: hęc enim non קָנֶה ſed modo קִדָּה dicitur; ut loco iam citato exodi triceſimo capite, cuius ſiclos quinquaginta conficiendo oleo ſancto adiungi iubet Dominus: modo קְצִיעָה cuius nominis plurale tamen inuenitur in ſacris literis. Vt pſalmo quadrageſimo quarto. conſtat igitur calamum odoratum nomine Hebræo קָנֶה ſignificari. Vt etiam Græci interpretes κάλαμον uerterunt. 3
Hunc dicit Plinius ſuo odore ſtatim e longinquo inuitare: & ineſſe fiſtulæ araneum, quem uocant florem. Et Dioſcorides, qui optimus eſt, eum dicit eſſe geniculatam, plenamque araneorum fiſtulam. Plinius nigrum eſſe vult, Dioſcorides fuluum, & fiſtulam albicantem: eumque mederi teſtatur potum, aquæ ſupter cutem fuſæ morbo. Et tandem ſubiungit, ſuffitionibus, & malagmatis odoris gratia commiſceri. Quæ omnia liberalitati, & beneficentiæ chriſtianæ maxime congruunt. Ea enim in primis præſentiſsimum eſt contra auaritiam remedium. Quod animi uitium aquę ſubter cutem fuſæ eleganter aſsimilat Ouidius his uerſibus.

Creuerunt & opes, & opum furioſa cupido: 4
Et cum poſsideant plurima, plura petunt.
Quærere vt abſumant, abſumpta requirere certant:
Atque ipſa uitijs ſunt alimenta uices.
Sic quibus intumuit ſuffuſa uenter ab unda,
Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

Oportet præterea benignitatem chriſtianam cum charitate, quam fuluus color refert, eſſe coniunctam; copioſam item, & quantum fieri poteſt, occultam. Id quod frequentes eius plantæ flores fiſtulæ conditi belliſsime adumbrant: atque ita demum ſuffimento orationis Deo offerendæ recte commiſcetur. Sequitur 5
deinde cinnamomum. Cinnamomum inquit Lyranus, arbor eſt aromatica, cuius cortex canelle gallice dicitur. Sed longe melius Gloſ. Arborem affirmat eſſe breuem, odoriferam, dulcem, & colore cinereo. Cinnamomi Plinius duo facit genera, nigrum alterum, alterum candicans. Dioſcorides quinque.

Primum & præſtantiſsimum nigrum ex uinoſo in cinereum uergens, læue, tenuibus ramulis, ac frequentibus nodis cinctum, perquam iucunde olens. Et huius generis meminiſſe uidetur Glo. 6

Secundum acre, mordens, & cum calfactione quadamtenus ſalſum.

Tertium nigrum, quartum fungoſum, candicans.

Quin-

1 Quintum odore nares feriens, lubrufum. Iam nullum horum cum ea, quam canellam vocitari uidemus, conuenit. Nam poſtremum quamuis colore illi ſit ſimile, odore tamen diſsimillimũ eſt. Vulgaris enim canella ſuauiſsime olet, contuſa præſertim, tantum abeſt, ut nares feriat. Multas quidem habet cinamomũ uires cum calamo odorato cōes: ſed illas ei proprias tribuit Dioſcorides inter alias, qđ caliginem pupillis oculorum obuerſantem diſcutiat: & contra beſtias eiaculantes uenena conueniat, &c. In ſumma quòd magni ſit ad omnia vſus. Et talis quidē certe eſt pietas. Ea enim in primis caliginem humanarum rerum, & cupiditatē oculis animi noſtri obſeruantem maxime diſcutit: deinde contra Dæmones peccati ui-
2 rus eiaculantes plurimum confert. Breuiter pietas (ut auctor eſt Paulus) ad omnia utilis eſt. Omne præterea genus arborum, quas altiſsimas, & præſtantiſsimas ferre memoratur Libanus, mons admiranda hubertate & amœnitate celeberrimus, profert hic hortus. Nempe omnes omnium ordinum uiros clariſsimos, & inſigni cęteris pietate præcellentes. Quæ ſolida illa laus eſt & gloria Libani, Eccleſiæ Euangelicæ a ſponſo ſuo tributa. His omnibus poſtremò annumerantur Myrrha, & Aloe cum omnibus prǽſtantiſsimis aromatibus, aut vt noſtra æditio habet, unguentis. Vt per Metonymiam reliquas omnes plantas aromaticas, ex quibus præſtantiſsima conficiuntur unguenta, in hoc horto prouenire intelligamus; perquè has reliqua
3 omnia uirtutum, & bonorum operum genera, & quæ ex his naſcitur, optima Chriſtianorum fama. De Myrrha alibi abunde diximus. Aloe ſimiles admodum habet cum Myrrha uires: & utraque cum amara ſit, abſumendiſque ſuperuacaneis humoribus, atque agglutinandis vulneribus maxime accommodata, a putrefactione uendicat, & cicatrices inducit. Vnde & condiendis corporibus mortuorum utraque adhibetur. Quemadmodum Ioſephum, & Nicodemum condiendo Chriſti corpori mixturam Myrrhę & Aloes quaſi libras cētum adhibuiſſe refert Ioannes. His ergo duabus herbis commode eos ſignificari exiſtimamus, qui amaram Chriſti paſsionem aſsidue meditantes, varijſque & continuis exerciti malis, complan-
4 tati primum per baptiſmum ſimilitudini mortis eius, perpetua deinde pœnitentia, tribulationibus, & Chriſtianis exercitamentis mortificant (ut Paulus hortatur) membra ſua, quæ ſunt ſuper terram. Nimirum fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, Auaritiam, iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem, mendacium, reliquaque ueteris, & putreſcentis hominis membra, eaquè ratione omnibus præcedentium peccatorum vulneribus inducunt cicatrices: & cum Paulo adimplent ea, quæ deſunt paſsionum Chriſti pro corpore eius, quod eſt Eccleſia. His igitur plantis, & arboribus perſimiles fore quum præuideret Salomon, Apoſtolos, Prophetas, Doctores, Martyres, Virgines,
5 ceteroſque Sanctorum noui teſtamēti ordines in Eccleſia, quę domus Chriſti eſt, prouenturos, illorum uirtutes, & præclara facta tam uarijs delineauit ænigmatibus: & eodem, quo filius ſpiritu afflatus pater Dauid de his loquens. *Plantati* inquit, *in domo Domini, in atrijs domus Dei noſtri florebunt*. Adhuc multiplicabuntur; hoc eſt, fructum ferent in ſenecta uberi, & bene patientes erunt: hoc eſt, vegeti, & bene culti ab agricola illo Deo patre. Vt annuntient, quod rectus eſt Dominus & non eſt iniquitas in eo. Quæ ſane breuis eſt ſumma Euangelij, quod inde uſque
6 ab ineunte Eccleſiæ ætate miro ſucceſſu per uniuerſum orbem euulgarunt ſancti, in eo officio ad finem uſque ſæculi perſtituri; quum iam decrepita, & pene confecta ſenio eccleſia, præter omnium ſpem in priſtinam iuuentutem, & uires ceu aqui

Marginal notes: *1. Tim. 4.* — *Ioan. 19.* — *Rom. 6.* — *Coloſ. 3.* — *Coloſ. 1.* — *Pſal. 91.*

la reuocata eflorefcet,& pares prioribus proferet heroas: qui pari ſpiritu,& uiri- 1
bus præditi non minore,quàm illi fructu,& ſucceſſu idem ubique prædicent Euan
Mat. 16. gelium; Chriſto pariter cum ipſis operante,& ſermonem iiſdem adhibitis ſignis,
confirmante. Annotant doctores Hebræi hoc loco omnem terram quæ irrigua
non ſit, Hebræis dici terram emiſsionum, & emiſsiones hoc loco dictas paradi-
ſum in magnam commendationem terræ Iſrael, cuius etiam ſolum aridum, fera-
ciſsimum ſit, & amęniſsimum. Sed & in hoc ſignificatu recte conſtabit ſupe-
rior allegorica noſtra interpretatio. Nempe, quod Eccleſia omni ex parte ſua
paradiſus ſit, non tantùm in Iudęis Chriſtum profitentibus, ſed etiam in genti-
bus, quæ inſtar deſerti cum ante aridæ eſſent, iam nunc in Chriſtum conuerſæ, 2
uiuentibus aquis e puteo erumpentibus irrigentur. Atque hoc expedierit Iſaias
in hanc ſententiam. *Conſolabitur Dominus Sion: & conſolabitur omnes ruinas eius, & po
net deſertum eius quaſi paradiſum.*

Præterea Theodoretus in locum illum, cum omnibus lignis Libani. habet
enim uirtutem, quæ ſub lege Rempubl. adminiſtrauit, non ſecundum ſpiritum;
per libanum enim ſępe oſtendimus ſignificari Ieruſalem; habet etiam fontem, &
puteum aquæ uiuæ,& fluentis de Libano. Non enim Euangelium tantùm habet
doctrinam manifeſte fluentem, ſed etiam legis puteum, qui quidem eſt puteus
aquæ uiuę, & habens abſconditas ſcaturigines, fluentes uerò, & ſonitum ædentes, 3
effuſaſque de libano, nempe de Ieruſalem. Tranſiit uero hic puteus ad Eccle-
ſiā: & eſt quidē abſconditus: ſed qui impetuoſe fluit, & rigat Eccleſiæ paradiſum.

Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.

Ad hortorum ubertatem plurimum confert uitaſium aquarum copia. In hor- 4
tenſi igitur parabola perſiſtens ſponſus, ab huiuſmodi aquarum maxima copia ſuę
ſponſæ commendare pergit fœcunditatem. Eſt autem figurata oratio, in qua con
tentum pro continente poſitum uidetur: ut propria hæc ſit: in te eſt fons horto-
rum, hoc eſt, quo irrigantur multi horti. Nempe multæ particulares Eccleſiæ:
Et deinde per appoſitionem dictum accipiamus; puteus aquarum uiuentium, in-
deque magna ui erumpentium, atque manantium, inſtar aquarum, quæ miro impe-
tu fluunt ex monte Libano. Quatuor porro flumina Magoram, Lycum, Ado-
nim, & Eleuterum ex Libano deriuari, perque oram ei monti ſubiectam fluere,
auctor eſt Plinius. Quæ uero in hoc ſermone uidentur ineſſe improprietates tol- 5
Pli.lib.5. cap.20. las: primùm, quòd (ut annotauit Auguſtinus) omnis puteus fons ſit, quamuis non
contra. Atque ideo apud Ioannem, qui primum fons Iacob dicitur, puteus de-
inde appellatur. Alteram vero, quæ maxima uidetur, comparationis improprie-
tatem tollit ille apud eundem Euangeliſtam locus: ubi Chriſtus mulieri Samarita
næ ſic reſpondet. *Qui biberit ex hac aqua* (oſtendit autem aquam putei & fontis
Ioh. 4. Iacob) *ſitiet iterum: qui autem biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æter-
num: ſed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Item 6
& ille locus, ubi Chriſtus quos ad ſe uocat, ſic alloquitur. *Qui credit in me, ſicut*
Ioh. 7. *dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Quod ænigma explicaturus

Euan-

1 Euangeliſta ſubiungit, *hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in*
eum. Per fontem igitur hortorum, & puteum aquarum uiuentium, uentrem, men-
tem nimirum Eccleſiæ intelligimus: in quam ſpiritum ſuum Chriſtus effudit in
die Pentecoſtes copioſiſsimum: unde ille ſpiritus inſtar aquæ uiuæ uelut ex alto
puteo ualido in cœlum uſque erumpit impetu: inque particulares Eccleſias, &
ſingulorum fidelium animos effuſus, cogitationes ibidem, & opera ſpiritualia ceu
flumina, quæ ex Libano defluunt, profert. Quę omnia fideles ipſos in cœlum, &
uitam æternam bene, beateque agendam euehunt. Quòd ſi uera ſunt, quę aliena
fide refert Titelmanus in hunc locum, omnis abeſt improprietas. Is enim a uiris
2 fide dignis, qui terram illam diligenter perluſtrarint, ſe accepiſſe teſtatur, ad radi-
ces Libani oriri fontem, prima quidem ſcaturigine non ita magnum, ſed qui de-
inde parum admodum progreſſus, maximum, rapidumque euomat fluuium: quo
omnes ipſi fonti uicini irrigantur horti: & tota quæ inter Libanum & Tripolim
interiacet planicies feraciſsima; quæque propter cœli amœnitatem, & uinearum,
olearum, omniſque generis arborum, & plantarum frugiferarum, quibus tota con
ſita eſt, uarietatem, paradiſus quidam deliciarum uideri poſsit. Eſſe præterea in
eadem ora non longe a caſtro Laudaleone puteum unum admirabile Alexandri
Magni opus, qui quatuor fertur in obſidione Tyri erexiſſe quadratos puteos:
3 unum quidem altum, latumque quadraginta Cubitos, reliquorum uero ſingulos
uicenorum circiter cubitorum altitudine, & latitudine: atque hos omnes muro
uno ad haſtæ altitudinem extructo concluſiſſe. Quamobrem unius putei, ſeu
fontis ſpeciem totum opus præbeat: unde plena crepidine magna ubi confertim
erumpunt aquæ; quas prægrandes excipiunt aquæductus, & in Tyri deriuantes, ef
fundenteſque planiciem, totã eam fœcundant regionem; multaque & magna inco
lis præſtant commoda. Id uero opus memorabile Balduinus Chriſtianus Ieroſo
lymorum Rex reſtituiſſe memoratur.

Sic.n. intelligimus hoc loco fontẽ hortorum, quẽ in ſua Eccleſia eſſe dicit Chri
4 ſtus, conferri cum fonte illo, unde maximum aiunt emitti fluuium; puteum uero
aquarum uiuentium cum quatergemino illo puteo, unde dicuntur aquæ de Liba-
no demiſſæ, magno impetu erumpere. Id quod maxime congruet cum aquis Ec-
cleſiæ, nempe cum ſpiritu ſancto, & eius donis: qui a Chriſto monte candido tan-
quam a capite, in ſuam delapſus Eccleſiam inde erumpat, & exiliat in uitam æter-
nam. Ac nequis hoc tanquam uanum commentum inde arguat, quòd puteus,
quem ex Titelmano deſcripſimus, longe poſt tempora Salomonis ſit conſtructus:
ut fateamur puteum illum ſub Salomone non extitiſſe. Illud tamen quod ad præ-
ſens inſtitutum ſatis eſt, affirmare nihil prohibet, iam tamen ibi extitiſſe magnam
5 quandam uoraginem & naturalem puteum, unde magna ui erumpentes aquæ, Ale-
xandri animum ad regium opus magno regionis illius commodo couſtruendum,
impulerint.

Surge aquilo, & ueni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.

6 Solent qui amant ad res inanimas conuerſi alias, execrari, ab alijs uerò ſuo
amori auxilium poſcere. Ita hoc loco ſponſus de more amantium ad Aquilonem,
& Auſtrum facta apoſtrophe, illum procul a ſuo horto tanquã pernicioſum iubet

faceſ-

ſaceſſere: hunc aduocat , & tanquam proficuum ad perflandos hortos ſuos inui- 1
tat . Vt eo flante arbores aromaticæ hortorum ſuorum incaleſcant, & ſuaue
olentia ſudent aromata; quorum uſu ſe ipſe oblectet. Aquilo nanque cum fri-
gidus ſit & ſiccus , arbores & plantas aromaticas, ut reliqua omnia, cogit, &
adſtringit; introque ſe cedente calore natiuo, craſſum, qui in ipſis eſt, humorem
colliquari prohibet , & defluere. Contra uero Auſter cum calidus ſit, eaſdem
laxat, & ſoluit; foraſque euocato calore natiuo , colliquatos humores ſuos co-
git effundere. Et Auſtros quidem tam ardentes flare , vbi prouenit cinnamo-
Plinius lib. mum, ut ſyluas accendant, ſe legiſſe apud auctores, refert Plinius. Sic Chriſtus
12.cap.19. in ſuam Eccleſiam inuecta fide procul a ſuorum cordibus abſcedere iuſsit infi- 2
delitatem: quam hyemis nomine, quum uehementes flant aquilones , iam alibi
oſtendimus ſignificari. Ex fide uero cum præuideret omnes homines, uel maxi-
Mat.10. me domeſticos Eccleſiæ ſuæ capiundos eſſe inimicos, ſic eam præmonuit; *Non
veni* inquit , *pacem mittere, ſed gladium*. Inimicitias ergo, bella, & graues per-
ſequutiones (quæ omnia Chriſtus ſub gladij typo deſignauit, ſeque ut eadem in
Eccleſiam immitteret, ueniſſe teſtatus eſt: Nempe offenſis ex ipſius fide impijs)
hoc etiam loco Auſtri uenti urentis ſymbolo indicat: ſub eodem tropo ad per-
flandum, & exercendum ſuam Eccleſiam inuitat: certo ſciens electos ſuos igni
non abſumendos , ſed inſtar arborum aromaticarum tribulationum ardentibus 3
Auſtris foris exercitos , intimum fidei ſuæ & charitatis calorem diſlaturos. Vt
admirandæ fortitudinis, & conſtantiæ frequentia exempla æderent: & omnium
uirtutum Chriſti Deo gratiſsima darent documenta.

Per auſtrum igitur uentum urentem graues hic Eccleſiæ perſequutiones, &
tentationes deſignari putamus, ut in ſuperioribus per urentem ſolem, & ardores
meridianos, & ſæpe alibi in ſcripturis per ignem: Ab argentarijs ſumpta meta-
phora; quòd quemadmodum artifices illi igni probare ſoliti ſunt uerum ne ſit au-
rum, aut argentum , quod oblatum fuerit, an non: & ea metalla quo ſæpius in
ignem coniecta fuerint, repurgare, eoque perfectiora reddere; ſic etiam Deus 4
ſuorum fidem ſolida ne ſit, aſsiduis malis tentare ſolet, ac eandem perficere.
Pſal.25. Huc ſpectans Dauid in maximis poſitus malis Deum ſic orabat, *Proba me Deus,*
Pſal.19. *& tenta me: ure renes meos, & cor meum*. Et alibi, *Igne inquit, me examinaſti: &
non eſt inuenta in me iniquitas*. Sic & Petrus Apoſtolus ad fortiter ferendas perſe-
1.Pet.1. quutiones nos hortatur in hanc ſententiam. *Modicum nunc inquit , ſi oportet,
aſflicti varijs tentationibus: vt probatio fidei veſtræ multo precioſior auro , quod per
ignem probatur, inueniatur in laudem , & gloriam, & honorem , in reuelatione Ieſu
Chriſti:*

Iam uerò quemadmodum tribulationes, quibus exercentur Chriſtiani, oſten- 5
dunt qui ſana ſunt, & firma fide; ſic etiam hæ ipſæ manifeſtos faciunt electos, quũ
ceu arbores aromaticæ ſua ex fide manantia bonorũ operum fundunt aromata.
Act.4. Vt cæſos olim Apoſtolos ſudiſſe legimus, quum gaudentes e concilio Iudæo-
rum abirent, quòd digni habiti eſſent pro nomine Ieſu contumeliam pati. Sic
Stephanus protomartyr odoratiſsimus calamus eſſe apparuit, quum ſe lapidan-
Act.7. tibus hoſtibus hæc precaretur. *Domine Ieſu, ne ſtatuas illis hoc peccatum*. Sic
Rom.9. & Paulus Apoſtolus ſuauiſsimi cinnamomi ingenium præſtitit, quum optaret 6
anathema a Chriſto fieri , modo acerrimos hoſtes ſuos Iudæos eidem conci-
liaret, & adiungeret. Sic Laurentius, innumerique alij martyres urentibus

tor-

1 tormentorum auſtris perflati, & ſuccenſi, ſuauiſsima fidei, & charitatis, admi-
randæque conſtantiæ exempla præbuere. Ac talium quidem hortorum ſpeciem
in hortis ſuis olim Nero exhibuit: quos ſcelus ille ad miſerandum ſpectaculum
fertur obtuliſſe: ut ibi Chriſtiani uiri innocentiſsimi alij ferarum tergoribus con
fecti, alij crucibus affixi interirent, alij ubi dies defeciſſet, in uſum nocturni lu-
minis urerentur. Ratus ſcilicet, longe maiore ſceleris atrocitate in exemplum
propoſita, incenſæ abs ſe urbis inuidiam in illos poſſe reijcere, ſubornatis, qui
homines humanæ ſalutis ſtudio incenſos, nefarij incendij auctores falſo crimi-
narentur, reoſque peragerent. Gloſa. In Aquilone, mundi inquit, aduerſa: in
2 Auſtro, blandimenta intellige. Quia utraque expugnatione probatur Eccleſia.
Alij per Aquilonem, perſequutiones quidem, quibus impetitur Eccleſia, deſigna-
ri volunt: ſed per Auſtrum ſpiritus ſancti afflatum. Quo aduerſus rigorem, & fri
gus a perſequutione illatum caleſcens illa, refectaque, durare poſsit; & fidem ac
charitatem retinendo, bonorum operum inde fluentium aromata ſponſo ſuo Chri
ſto exhibere.

Verum neutra interpretatio huius loci decorum ſatis ſeruare uidetur. Nam
nec flante Aquilone fluere poſſunt aromata ex ſuis arboribus, ut proxime oſten-
dimus; nec aut mundi, aut ſpiritus ſancti delitię cum auſtro uento ſupra modum
3 calido & ſicco recte conferuntur. Auſtrum enim naturam cum ſitu mutare do-
cet Plinius libro primo, cap. 47. & lib. 18. cap. 33. vt qui in Italia humidus ſit & ca
lidus, in Affrica incendia cum ſerenitate afferat: & in regione vbi prouenit cinna-
momum, ſyluas aliquando accendat; vt paulo ſuperius ex eodem annotauimus.
At uero Auſtrum calidum, & humidum minus ualere colliquandis, & educendis
ex ſuis plantis aromatibus, illud firmum eſſe poſsit argumentum, quòd humiditas
calorem obtundit, quem ſiccitas acuit. Acrem porro calorem eſſe oportet, & acu
tum, qui craſſos humores ſoluturus ſit, & liquefacturus.

4 *Veniat dilectus meus in hortum ſuum: & comedat fructum pomo-
rum ſuorum.*

Sponſa uolens certius adhuc cognoſcere ſe talem haberi, qualem audit a ſponſo
prædicari; comiter, & honorifice ipſum inuitat, ut ex ſuo horto tantopere com-
mendato ſuos fructus carpat, & comedat. Eò nimirum ſpectans, ut quum uiderit
fructus horti ſibi exculti ſponſo gratos eſſe, maximam ipſa inde capiat uolupta-
5 tem; & ad ſimiles, ac maiores ſi oporteat, labores in ſponſi gratiam ſubeundos ala-
crior, vegetiorque accedat. Eccleſia quoque ſecretioribus cordis ſui auribus
audiens, ſe, ſuoſque filios ceu hortos amœniſsimos, & plantas ſelectiſsimas com-
mendari; quia tamen in maximis hæret malis, nec finem ullum capere, quin in dies
uidet recrudeſcere, atroces, quas a perſequutoribus iam diu patitur, iniurias; ma
xime uero ſub Diocletiano, qui decimā poſt Neronem in Chriſtianos, uelut oues
victimę deſtinatas, exercet perſequutionē; iā ſecūdò in hoc dramate Chriſti ſpon
6 ſi ſui & patroni opē implorat; ut quę longe impar eſt tantis ferendis malis, illius ſuf
fulta, & cōfirmata patrocinio uincat, & ſuperet. Sic. n. Paulus quū certiores reddi- 1. Cor. 1.
diſſet Corint. ſe in Aſia ſupra modū, & uires eo vſq; vexatū fuiſſe, ut de uita deſpe-
raret,

raret, & in hoc rñſum mortis accepiſſe (hoc eſt morti proximũ fuiſſe) vt ſibi prorſ 1
Rom.1. ſus diſtiſus, in illũ dũtaxat cõſideret, qui ſuſcitat mortuos, ſeq; ea fiducia minime
falſum, grauiſsima euaſiſſe pericula: Romanis deinde ſcribẽs ait. *Sicut ſcriptum eſt*
propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed in his omnib. ſu
peramus propter eum, qui dilexit nos. Promiſſam igitur in finem vſque mundi opem
Ioan.4. repoſcens Eccleſia. *veniat inquit, dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum*
Ioan.6. *pomorum ſuorum.* Sic enim ille ſuperiore capite ſpopondit, *Donec aſpiret dies & in*
clinentur vmbræ, uadam ad montem Myrrhæ, & collem Thuris. montem itaque Myrrhi
ferum, & collem Thuriferum, nimirum hortos ſuos, nunc quũ maxime opus eſt,
vt reuiſat ſponſus, ſuoſque fructus comedat, ſponſa precatur. Fructus autem re- 2
cte facta ſunt, & dicta ſanctorum; quæ quum probat Chriſtus, & tanquam ex pa-
tris ſui ſententia facta dictaq; cõmendat, hoc tum myſtico cibo perinde atq; ſuis
præclare geſtis ac dictis veſcitur. *Meus*, inquit ipſe, *cibus eſt, vt faciam voluntatem*
eius, qui miſit me: vt perficiam opus eius. Et rurſum. *Operamini inquit, cibum, qui non*
perit, ſed qui permanet in vitam æternam: quem filius hominis dabit vobis. Hos itaque
hortos deuaſtari, & fructus, quos ipſa ſoli Chriſto ſeruat, iam inde a Nerone vſ-
que ad Diocletianum, & Licinium ab impijs diripi, & abſumi, grauiter dolens, &
querens Eccleſia, illius pręſentiam, & tutelam implorat, pacemque, & quietem
malorum precatur; vt pacatis temporibus, ab hoſtium incurſibus libera, & curis 3
ſoluta, veluti in perenni conuiuio, Chriſti conſuetudine frui poſsit cum omni pie
tate, & morum honeſtate: Atque his tanquam neceſſarijs fauoris, & beneuolen-
tiæ ſignis ſe illi maxime probari certo ſciat. Quod ipſum pſalmo ſeptuageſimo no
no ſub typo ſynagogæ flebilib. modis apertius, fuſiuſque queritur ac precatur.
1.Thim.2. Verum quia niſi prius pacatis hoſtium animis, & veritatis luce purgatis, quę optat
pacata tempora, contingere poſſe intelligit; hanc ipſam pacem ex Pauli inſtituto
precatur omnibus hominibus; ſed Regibus in primis, & principibus, omnibuſ-
que Magiſtratibus, ad quorum exemplum vniuerſum orbem compoſitum iri non
dubitat. Quibus certe diuturnis, nec vllo tempore intermiſsis precibus non du- 4
bium eſt, quin Coſtantinum Cæſarem populi chriſtiani delitias a Xpo impetrauerit
rit Eccleſia: qui rem chriſtianam ſtabiliret, atque augeret, illius præſertim affli-
ctis temporibus, quũ ſub Maximiano, Diocletiano, Maxentio, & Licinio chriſtia-
norum res toto orbe acciſę ac penitus deſperatæ viderentur. Vt ex ſubita, & in-
ſperata rerum mutatione tũc ſi vnquam antea, deprehendere potuerit illud quam
2.Cor.1. veriſsime Paulum dixiſſe. *Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum*
abundat conſolatio noſtra. Item & illud ſapientiſsime maximoque ſucceſſu conſu-
Philip.4. luiſſe, quum Chriſtianos rerum ſecuros eſſe ſic iuberet. *Dominus prope eſt. Nil ſoli*
citi ſitis: ſed in omni oratione, & obſecratione, cum gratiarum actione, petitiones veſtrę in- 5
noteſcant apud Deum. Et pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, &
intelligentias veſtras in Chriſto Ieſu. Agnoſcit porro Eccleſia Chriſtum huius horti
1.Cor.3. Dominum: nec alienum prædium ſibi uendicat, aut ex alieno opere gloriam quæ
rit. *Dei enim* inquit Paulus, *agricultura eſtis: Dei ædificatio eſtis.* Et quamuis Apo-
ſtoli, & inſignes alij præcones, verbi Dei cooperatores ſint, & adiutores Dei; ta-
men vt idem ſtatuit, *Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat; ſed qui incrementum*
1.Cor.4. *dat, Deus.* Scit præterea ſponſa, ſe nihil habere; quod non a ſponſo acceperit. Ideo 6
que ut totam hortorum ſuorum gloriam in dominum referat, *Veniat inquit, dile-*
ctus meus in hortum ſuum. Et in eadem perſiſtens Iuſtitia, ac pietate addit, *& come-*

dat

1 *dat fructum pomorum ſuorum* . Aut iuxta Hebræum, ut nonnulli vertunt, fructum ſuauitatum ſuarum . Hoc eſt, ſuaues fructus ſuos . in noſtra ędítione, fructum pomorum ſuorum , poſitum uidetur pro fructum, poma ſua . Vt ſit conſtructio tranſitiua . Fructus ergo ſuos, ſuaque bona opera, fructus & opera Chriſti eſſe , ingenue profitetur Eccleſia . *Non enim ſumus*, ut teſtatur Paulus, *ſufficientes cogitare* (nedum facere) *aliquid ex nobis , quaſi ex nobis : ſed ſufficienti a noſtra ex Deo eſt* . 2.Cor.3.
Et rurſum , *ipſe inquit , eſt qui operatur in nobis velle : & perficere pro bona voluntate* . Et ut ex Ioanne proxime citauimus , hunc cibum filius hominis nobis dare Philip. 2.
pollicetur . Atque his, & alijs huiuſmodi ſacræ Scripturæ locis perſuaſus Augu-
2 ſtinus, de iuſtorum meritis ſic ſtatuit . Quum coronat inquit, Deus merita tua, nihil coronat niſi dona ſua . Quod non ita dictum Auguſtino exiſtimare debemus, ut multi hoc tempore falſo putant, quaſi uelit ille nos in bonis operibus noſtris nihil prorſus habere proprium . Eiuſdem enim eſt illa, quæ omnium conſenſum meruit, præclara ſententia . Qui fecit te ſine te, non ſaluabit te ſine te . Concurrat namque oportet uoluntas noſtra : qua renitente, aut non conſentiente, minime ſeruare inſtituit Deus; quæ tamen per ſe ſola non ſufficit; quin ad bene agendum omnino inefficax eſt . Id quod Paulus queritur in hunc modum . *Velle adiacet mihi : perficere autem bonum, non inuenio* . Sufficientia ſiquidem noſtra (ut idem Rom.7. 2.Cor.3.
3 teſtatur) ex Deo . Qui operatur in nobis, non quidem uelle ſimpliciter, ſed bene velle ſufficienter . Nempe ex habitu fidei , & charitatis . Et quia hoc ipſum bene, & ſufficienter uelle accidit noſtro bene, ſed tamē inſufficienter, velle: Ideo Philippēſes idē hortatur, ut cū timore & tremore ſuā ſalutē ſe operenē admoniti, Deum eſſe qui in ipſis operetur uelle & perficere pro bona uoluntate. Quod alioqui facturus non ſit, ſi ipſos ſecuros uiderit ſuæ ſalutis, & negligentes, qđ ſuum eſt operari bene uelle, & bene agere quantumuis inſufficiens & inefficax. Quare ergo cum timore , & tremore (inquit Auguſtinus) & non potius cum ſecuritate, ſi Deus operatur; niſi quia præter uoluntatem noſtram, ſine qua bene non poſſumus Philip.2. Auguſt. de Natu. & gra.
4 operari, cito poteſt ſurrepere animo humano, ut quod bene operatur, ſuum tantummodo exiſtimet? &c. Quid igitur agit liberum arbitrium ? Si roges, reſpondet Bernardus, Saluatur. Tolle liberum arbitrium, Non erit quod ſaluetur. Tolle gratiam, non erit vnde ſaluetur . Opus hoc ſine duobus effici non poteſt ; uno, a quo fit; altero, cui fit, uel in quo fit . Deus auctor eſt ſalutis; liberum arbitrium, tantùm capax. Nec dare illam niſi Deus; nec capere ualet, niſi liberum arbitrum. Quod ergo a ſolo Deo, & ſoli datur libero arbitrio, tam abſque conſenſu eſſe nō poteſt accipientis, quam abſque gratia dantis : & ita gratiæ operanti ſalutem, cooperari dicitur liberum arbitrium dum conſentit; hoc eſt, dum ſaluatur , conſenti- Bernard. de Grā. & lib. ar.
5 re enim ſaluari eſt . Hæc ille . Prim[illegible]que , & uſque ad poſtremas omnes noſtrorum meritorum partes, Dei ſunt tanquam ſuppremi architecti: poſtremæ uerò noſtræ, tanquam operarum Deo ſubſeruientium, & eiuſdem, eoque modo communicatis nobiſcum uiribus . Operantium , quomodo nemo alius architectus ſuas cum ſuis operis communicare queat . Id vero uolens Petrus Apoſtolus proprijs, & ſignificantibus uerbis breuiter docere, *vos autem inquit, curam omnem ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem* 2.Pet.1.
6 *abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem* .

Hęc enim ſi uobiſcum adſint , & ſuperent, non uacuos, nec ſine fructu conſtituent

tuent in Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione . Et hactenus quidem protracta 1
Luc.12. fuiſſe uidetur ſub Apoſtolis, & Martyribus prima illa noctis uigilia : quia exacta, ſe ex nuptijs rediturum ad ſuos Chriſtus prædixerat : quos interim uigilare iuſſerat, ſeque ſuccinctis lumbis atque accenſis facibus expectare .

Id quod ſi facerent , iureiurando interpoſito promiſit, ipſos conuiuio excipere, ſe præcingere, ac præcinctum per ſingulos tranſeundo, ijſdem miniſtrare. Exacta porro prima uigilia, abſolutus etiam eſt tertius huius Dramatis actus. Iam ergo ad ſecundam uigiliam, quam doctores ſortiti ſunt tranſeamus.

FINIS LIB. III.

COSMAE DAMIANI HORTOLANI COMMENTAR.

In Canticum Canticorum Salomonis.

LIBER IIII. ACTVS IIII.

*Cap. V. Veni in hortum meum ſoror mea, ſponſa; Meſſui Myr-
rham meam cum aromatibus meis; comedi fauum cum melle meo;*
3 *Bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & ine-
briamini chariſsimi.*

SPonſus in hortum ſuum, antequam vocaretur. (tametſi ſponſa id
minus aduertente) iam venerat: Myrrham, reliquaſque plantas
aromaticas cum ſuis aromatibus meſſuerat, inque faſciculos, & ra
muſculos, quibus ſe recrearet, collegerat (per Synecdochen enim
a parte totum ſignificat) ibique magna cum voluptate ederat ac
4 biberat. Verùm, ne ſi id illa diutius ignoret, ſe ſuoſque hortos con
temnſ credat, iam præſtitiſſe quod rogatur, blandiſsime admonet in hunc modũ.
*Veni in hortum meum ſoror mea, ſponſa, Meſſui Myrrham meam cum aromatibus meis,
comedi fauum meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo*, aut, ut in Græco
eſſe ἔφαγον ἄρτον μοῦ. Comedi panem meum. Quæ ſane lectio ad communem ho
minum vſum magis accedir. Nam pane melle illito libenter veſcimur: fauũ non ſi
ne tædio edimus, aut deuoramus. Niſi velis hoc ſponſo dictum ad exaggerandum
mellis excellentiam, & incredibilem, quam ipſi ſemel deguſtatum mel ſponſæ attu
lerit uoluptatem; vſque adeo, ut exſpectare non potuerit, dűe fauo exprimeretur.
5 Porro per panem, & mel, uinum, & lac, optima quæque eſculenta, & poculenta in-
telligimus. Iam uero ut plane intelligat ſponla, quanti ſit apud ſponſum, ſodalib.
ſuis comitatus eodem ille rurſus accedit, eamque unà cum illis opipare parata cœ-
na excipit: ac quo ſingulare amoris ſui ſpecimen prębeat, diſcumbentibus ipſe mi
niſtrat ſedulo. Chriſtus quoque (ut iam ad myſticos ſenſus tranſeat interpretatio)
eo maxime tepore uerſabatur in ſua Eccleſia, ibique uelut in amęniſsimis hortis
ſuis deliciabatur; quum inde haud ſecus quàm a cruenta hominum laniena & hor
6 renda carnificina quam longiſsime abeſſe uidebatur. Nempe cum Romani impera
tores, reliquique per orbem Principes omnia complerent Chriſtianorum cœde,
ad varia, & diaboli arte quæſita ſuppliciorum genera rapientes, quicumque Chri-
ſtum

ſtum profiterentur. Vt primum Neronem feciſſe retro memorauimus: & (vt reli 1
quos vſque ad Conſtantinum omittamus) poſtremus Licinius tanto in chriſtianos
odio arſiſſe fertur, vt domo, ac militia pulſos, aut relegatione, aut carcere, ad mortem
vſque maceraret, aut leonibus obijceret, aut ſuſpenſos velut porcos membratim
dilacerans, diſsiparet. Et Chriſtus quidem quum Martyres ſuos, alios ferro
peremptos, alios flammis exuſtos, alios vectibus perforatos, alios cruci affixos,
alios pelago demerſos, alios viuos excoriatos, alios linguis, alios oculis priuatos,
alios lapidibus obrutos, alios frigore fameque confectos, alios membratim cæſos,
alios denique alio amaro mortis genere extinctos, vnà cum memorabilibus ipſorum
dictis ac factis, ſecum in cælum colligeret, à laboribus poſt hac feriaturos, 2
Apoc. 14. (*amodo enim* inquit Ioannes *iam dicit ſpiritus, vt requieſcant a laboribus ſuis: opera enim
illorum ſequuntur illos*) tunc certe Myrrham ſuam, cęteraſque quas ſupra recenſuerat,
hortorum ſuorum plantas aromaticas, vnà cum ſuis aromatibus, de terra metebat:
& velut in faſciculos, ac ramuſculos compoſitas, in cæleſtem transferebat apothecam.
Sed ex plantis Myrrhæ dumtaxat meminit hoc loco: quod ea maxime omnium
amara cum ſit, deſignandis martyrum paſsionibus maxime conueniat. Tum
etiam edit fauum cum melle ſuo Chriſtus, quum ex memorato ordine Euangeliſtas,
cæteroſque eloquentia chriſtiana inſignes viros fidei ſuæ cauſam coram Regibus,
& Principibus conſtanti, fortique animo audiuit perorare; Eorum eloquen 3
tia, velut melle ſuauiſsimo mirifice delectatus. De his namq; ſuperius loquens ad
1.Cor.2. ſponſam hoc ipſe elogium protulit, *fauus diſtillans labia tua*. Aut vero mellita eorundem
ſapientia (qui perfectorum panis eſt, & ſolidus cibus) ſe reficiens, & oblectans.
Quali melle litũ panem Chriſti fuiſſe Paulũ recte dixeris, qui ſapientiã inter
perfectos loquebatur. Item & Ignatium, qui quum a leonib. diſcerperetur, hæc de
ſe vt fortiſsime, ita & deſertiſsime dixiſſe fertur, Frumentum ego ſum Dei. Beſtiarum
dentibus molor, & ſubigor, vt panis mundus efficiar Chriſto. Tunc etiam
bibit Chriſtus vinum ſuum & lac, quum eorum maxime probaret doctrinam, qui
perfectos quidem difficilioribus, ſed tamen cognitu ſuauiſsimis alebant fidei chri 4
ſtianæ myſterijs, & velut vino generoſiſsimo, quod non niſi adultis, & robuſtis
conuenit ventriculis; imperfectos vero facilioribus eiuſdem fidei rudimentis;
Act.17. quod lac eſt paruulorum. Sic enim Paulus quum de reſurrectione inter Areopagitas
diſſeruiſſet, magnum illum Dyoniſium apoſtolicæ ſapientiæ ſuauitate illectum,
ad ſe traxit, potentiſsimeque aluit. Quomodo etiam Lucam medicum clariſ
ſimum, & pleroſquè alios ſapientes pertraxiſſe, & aluiſſe, par eſt credere. Iam vero
1.Cor.3. vbi primum veniſſet ad Corinthios, tanquam paruulis in Chriſto, non ſolidum
quidem cibum, ſed lac illis dedit bibere. Hoc itaquè modo panem cum melle, &
vinum cum lacte ſuo, in ſuis hortis & in corpore ſuo (quod eſt Eccleſia) Chriſtum 5
ediſſe, ac bibiſſe, nouimus calamitoſis illis, & turbulentis temporibus, quum multi
illum abeſſe quererentur in hanc ſententiam. *Vt quid Domine receſsiſti longe: de-*
Psal.9. *ſpicis in opportunitatibus, in tribulatione? Domine Deus uirtutum quouſque iraſce-*
ſceris ſuper orationem ſerui tui? cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in
Psal. 144. *lacrymis in menſura? Veniat dilectus meus in hortum ſuum, comedat fructum pomorum*
ſuorum. Horum igitur querelas & lacrymas miſeratus Ieſus Opt. Max. in eccleſię
ſuę ſolatium doceat, quam ueriſsime dictum fuiſſe uati ſuo Dauidi prope eſſe Do 6
minum omnibus inuocantibus eum in ueritate, uoluntatem timentium ſe facere,
preces iuſtorum exaudire, eoſdemq; ſeruare ſolitum eſſe: *veni inquit, in hortum meũ*

ſoror

1 *ſoror mea ſponſa: Meſſui Myrrham meam cum aromatibus meis, comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.* Quomodo etiam ſtrenuo militi ſuo Antonio poſt accerrimum conflictum cum Dæmonibus habitum, roganti & querenti; o bone Ieſu ubi eras? reſpondiſſe fertur, ſe tanquam agonothetam ſingulari illi pugnæ interfuiſſe, eoque ſpectaculo mirifice oblectaſſe. Quin & exacta prima noctis uigilia, hoc eſt 300. fere annis, ex quo ipſe in cęlum unà cum triumphante ſponſa nuptias ibidem celebraturus aſcenderat (quo toto tempore uſque ad Conſtantinum magnum, domeſticos & familiares ſuos in hoc mundo aſsiduis prælijs, & laboribus dum ex nuptiis rediret, exercere decreuerat) quum inde reuer- *Exactus numerus an. 318.* *Luc. 12.*
2 ſus eoſdem præcinctis lumbis, accenſiſque lucernis, & (quemadmodum iuſsi fuerant) ſe expectare inuenit, Datam illis fidem, ut liberaret, Conſtantinum ſuperato Maxentio tyranno immaniſsimo, & Chriſtianorum perſequutore crudeliſsimo, totius orbis dominum, ſuumque ingenuum ſeruum, ſuæ eccleſiæ ſeruatorem, & chriſtianæ libertatis per uniuerſum orbem aſſertorem fecit potentiſsimum, admirando nimirum prodigio, quod rei euentus comprobaſſet, perſuaſum. De euentu namque prælij, quod cum Maxentio commiſſurus erat, ſolicito, uiſum fuit ſignum crucis ex lumine factum ſereno cęlo circa meridiem ſole declinante, & auditum hoc oraculum *ἐν τούτῳ νίκα* in hoc uince. Huius ergo pij principis
3 opera & uirtute pacatis temporibus, ſuperiorumque malorū metu liberatis Chriſtianorum per uniuerſum orbem degentium animis, tunc demum Chriſtus magnificum illud, & uere regium ſuæ eccleſiæ inſtruxit, & exhibuit conuiuiū, quod per Iſaiam hoc ædito oraculo multo ante promiſerat. *Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium uindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum, vindemiæ defecatæ: & præcipitabit in monte iſto faciem uinculi colligati ſuper omnes populos; & telam, quam orditus eſt ſuper omnes nationes* (vel vt alij clarius uertunt ex Hebræo) tollet quoque Dominus in monte iſto faciem inuolucri, quod inuolucrum eſt ſuper omnes populos, & operimentum, quod op- *Iſa. 25.*
4 panſum eſt omnibus gentibus. *Præcipitabit mortem in ſempiternum: & auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet de vniuerſa terra.* Sublatis namque de medio tyrannis, & chriſtianorum perſequutoribus profligatis, in ſempiternum præcipitari cæpit e monte eccleſię mors, & ab omni facie ſublatæ ſunt lacrymæ. Præcipitari inquam cœpit, ad inferos uſque deturbanda in generali reſurrectione, cum iam electi peccare non poterunt, & mortale hoc induerit immortalitatem. *Tunc enim,* (vt Paulus ad hunc locum ſpectans inquit, *fiet ſermo: qui ſcriptus eſt: Abſorta eſt mors in victoriam,* hoc eſt ad uictoriam vſque, & perfecte abſorbendo præcipitata eſt. ea enim eſt uis uerbi בָּלַע
5 & nominis נֵצַח quod cum uerbo eo loco coniunctum & aſſumpto a fronte ל aduerbiaſcit in hunc modum בִּלַּע הַמָּוֶת לָנֶצַח quod etiam interpretes vertunt, in finem, in perpetuum, in ſempiternum. *Iſa. 25.*

Spectat etiam hæc loquendi forma ad illud Oſeæ oraculum de Chriſto, *o mors, ero mors tua: & morſus tuus o inferne.* Quamobrem vtrumque oraculum coniunxit Paulus. Baptizato præterea Conſtantino orbis Domino, & ad Conſtantini *Oſeæ 13. 1. Cor. 15.*
6 exemplum plериſque alijs principibus, procedente tempore, ſublatum etiam uidetur fuiſſe opprobrium populi chriſtiani ex uniuerſa terra. Quin, & quum in gratiam Chriſti & eccleſiæ chriſtianæ plerǫque latæ tum fuerint leges, paſsim extructa, & magnifice ornata ac dotata templa, licuit libere, & abſq; metu Euangelium

per oẽs nationes prædicare, ſacro ſanctum corpus & ſanguinem Chriſti cum oĩ- 1
bus populis cõicare, quibus vbiq; terrarum perſuaſis & illectis, tunc certe omnis
idololatriæ, & ignorantiæ rerum diuinarum velum, quod longe lateq; oĩum ho-
minum oculis oppanſum erat, Dei benignitate ſublatum fuit; tunc ēt expoſitis
oĩ nationi ſacrarum literarum, & fidei myſterijs, ſacræq; Euchariſtiæ appoſito ci
bo & potu, exhibitum plane fuit eiuſmodi conuiuium; quo ita potenter nutriri,
ac ſaginari potuerunt oĩum populorum animi & inebriari, ut carnibus ſaginato-
rum uitulorum, reliquorumque altilium nutriri ac ſaginari ſolent corpora, & ge-
neroſiſſimo uino inebriari. Sic itaq; pacatis, & compoſitis rebus omnibus, iuſsit
Chriſtus familiares ſuos inſignes uiros totos ſe ſtudio ſapientiæ tradere; & om- 2
nem in vniuerſum familiam ſuam quenque pro captu ſuo, cognoſcendis ſapien-
tiæ diuinæ myſterijs incumbere; cæleſti Euchariſtiæ cibo & potu ſe reficere, &
fortium factorum ſuorum conſcientia recreare; atque hiſce ſuperioris patientię
ſuæ ſuauiſſimis fructibus ſumma cum uoluptate frui, quos ipſe amicis uocatis ad
menſam ſuam omni epularũ ſpiritualium genere inſtructã per ſingulos diſcurē-
do præcinctus, & ſedulus miniſtraret: & regnum illud primarijs eius conuiuij ui
ris, nempe paſtoribus, & doctoribus Apoſtolicæ fortitudinis, iuſtitiæque imitato
ribus ſtabiliret, cui regno quũ adhuc inter hoĩes uerſaretur ſuos in primis Apo-
ſtolos ſic inauguraſſet, *vos eſtis*, inquit, *qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis:* 3
& ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus, regnum, vt edatis, & bibatis ſuper mē
ſam meam in regno meo. Iuſtus homo, inquit Ambroſius in hũc locum, ad imaginem
Dei eſt, ſi pp imitandam diuinæ conuerſationis ſimilitudinem mũdum hunc Dei
cognitione contemnet, uoluptateſq; terrenas verbi perceptione deſpiciat, quo
alimur in uitam. Vnde & corpus Chriſti edimus, ut uitæ æternæ poſsimus eſſe par
ticipes. Non enim victus & potus nobis præmij loco ſpondentur, & honoris, ſed
cõicatio gratiæ cæleſtis, & uitæ. Tantam uero Dei philanthropiam, & regiã Chri
Pſalm 35. ſti munificentiam admiratus lyricus Regius hæc canebat. *Filij hominum in tegmine*
alarum tuarum ſperabunt: inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis 4
tuæ potabis eos: Verbis nimirum abutens, quæ cum alioqui in uitium ſonent; ſacræ
tñ literæ ad conuiuij magnificentiam ſignificandam uſurpare ſolent. Vt in conui-
uio illo magnifice inſtructo Ioſeph & fratres eius comediſſe, & inebriatos fuiſſe
Gen 43. ſcripſit Moſes. Atque hoc etiam eſt, quod ſodales ſuos hoc loco hortatur Chri-
ſtus, ut appoſito magnifico ſuo epulo ſe exhilarēt, & abundè fruantur, quum ait,
comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſsimi: Quicumque fratres mei eſtis ope-
ribus inquit Pſellus in perſona ſponſi, edite corpus meum, & bibite ſanguinem
meum, atque inebriamini præiſtã oblatione, & obliuioni date oẽs mundanas cu-
ras tanquam in extaſim rapti ebrietate. Id uero in primis dictum uideri pōt Sylue 5
ſtro per id tempus Chriſtianorum Pont. Max. cui Chriſtus turbata omnia, & con
fuſa præter omnium ſpem, & opinionem ſic expediuit, & compoſuit, ut quo ex-
peditius id faceret, ſe præcinxiſſe, & ad cœnam dubiam vnà cum familiaribus, &
domeſticis ipſius iuſſo accumbere, pręcinctus miniſtraſſe uideatur. Hunc enim vi
rum adeo admirandum, uenerandumque Conſtantino reddidit, ut is Chriſtianus
factus, Pontifici, in quo Chriſti ſummi Regis perſonam agnouerat, eiuſque ſuc-
ceſſoribus Romanis pontificibus ſuam ſuorumque ſucceſſorum dignitatem ſub- 6
iecerit, Clerum Romanum ſenatoria dignitate illuſtrauerit; multa tum Romæ,
tum alibi chriſtianis magnifi- tēpla extruxerit, eademq; maximis donarijs orna-
uerit,

1 uerit, ac prędijs, annuiſq; prouentibus ampliſsimis alendo clero, & pauperibus ad-
dictis, regia munificētia inſtruxerit. Certum enim uectigal à ciuitatibus pendi ſo
litum, eccleſijs prouincialibus, cleroque diſtribuit: Romam inſuper cum reliquis
Italiæ vrbibus, & prouincijs Syluestro, eiuſque ſucceſſoribus donauit. Donatio-
nem uero ipſam, ut in primo conciliorum tomo legimus, decreti ſui auctoritate
ualidam in perpetuum eſſe uoluit. Quam licèt recentiorum multi calumnientur,
& quaſi ficta ſit rideāt; Damaſo tñ, qui Sylueſtri vixit temporibus, cui etiam 36.
annis poſt in Pontificatu ſucceſsit, longe magis, quàm illis credendum eſt. Is aũt
in actis Sylueſtri, cuius ut ſuperiorum ab uſque B. Petro Pontificum ſcripſit ui-
2 tam, hanc donationem fidei ſuæ teſtimonio poſteris confirmauit. Id alioqui non
facturus: quippe qui non ignoraret, multos tum fore ſuperſtites, qui ipſum impu
dentis mendacij poſſent arguere. Et Sabellicus nec Laurentio Vallenſi, nec ulli re
liquorum calumniatorum iudicio inferior, ab eius imperatoris pietate eam dona
tionem non putat abhorrere, vt certe non abhorret. Immo uero non tm̃ pijſsimi
Imperatoris munificentiæ, ſed etiam ſanctiſsimi Pontificis modeſtiæ contra mul
torum opinionem conuenit. Horum namque pijs conſilijs illud Chriſtus egiſſe vi
detur, ut dignitatem, ſummique Imperii ſedem cedente Conſtantino, eandemq;
ſuſcipiente Sylueſtro Chriſti uicario, tum demum cognoſcerent oẽs, Chriſtum
3 quem Sylueſter prædicaret, illum ipſum eſſe, de quo Dauid in Pſalmis hæc olim Pſalm. 71.
cecinisset: *Adorabunt eum omnes Reges terræ: omnes gentes ſeruient ei.* Nam & pax,
& rerum omnium copia, quæ calamitoſa ſuperiora tempora conſequi, hoc conui
uio ſignificantur, ad pacatiſsimum, & opulentiſsimum Salomonis Imperiũ, quod
afflictum, & erumnoſum Dauidis regnum excepit, ſpectare uidentur. Item vt om
nis eccleſia intelligeret, hoc illud eſſe tempus, quo Chriſtus Regum ac Reginarũ Iſa. 49.
gratiam, ac delitias ipſi promiſiſſet per Iſaiam per hæc uerba. *Ecce leuabo ad gentes
manum meam, & ad populos exaltabo ſignum meum: Et afferent filios tuos in vlnis, &
filias tuas ſuper humeros portabunt: & erunt Reges nutritii tui, & Reginæ nutrices tuę.
4 Vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et ſcies quia
ego Dominus, ſuper quo non confundentur, qui expectant eum.* Quæ oracula ſi per præ-
ſens inſtitutum liceret hoc loco expendere, facile nobis eſſet oſtendere, ridicu-
los illos eſſe, & impios, uanaque ipſorum argumenta, qui quæ in decretis Gratia-
ni, & iam citato libro de pietate, & munificentia Conſtantini in Chriſtum, & ip-
ſius uicarium Romanum Pontificem memoriæ prodita ſunt, rident, & calumniā-
tor. Hæc enim, & his ſimilia oracula quamuis ad abditiores ſenſus trahi poſsint,
vt trahuntur a Hieronymo, manifeſtiorem tamen illam perferre uidentur allego-
riam, quam nos proxime indicauimus: & idẽ Hieronymus admittit in illum Iſaię
5 locum. *Et ædificabunt filii peregrinorum muros tuos: & Reges eorum miniſtrabunt tibi.*
Videmus inquit Hieronymus, Cæſares Romanos Chriſti iugo colla ſummitte-
re; ædificare eccleſias expenſis publicis; & aduerſus perſequutiones gentium, at-
que inſidias hæreticorum legum ſcita pendere. Sed quia non eſt præſentis inſtitũ
ti horum locorum longiorem perſequi interpretationem, hæc pauca in confirma
tionem eorum, quæ a maioribus noſtris & dignitate Romani Pont. pie, recteque
ſentientibus, tradita ſunt, & præſentis loci elucidationem, quam breuiſsime di-
6 xiſſe, ſatis ſit. Illud tamen non præteribimus, vt offendiculum, in quod multi im-
pingunt, pro uirili noſtra tollamus. Hoc inquam Iſaiæ oraculum ab omni ambi-
tionis, aut arrogantiæ crimine uindicare Sylueſtrum: qui, ut in libro ſuperius ci-

tato proditum eſt, permiſerit ſe a Conſtantino inſignibus imperii, quibus ille ute 1
batur, uno excepto diademate, ornari: & eũdem Imperatorem frenum equi, quo
ipſe ſublimis vehebatur, in publica pompa ſummi honoris gratia tenere, ac ſtra-
toris præſtare officium. Vindicare etiam Nicolaum eius nominis primum, quem
eodem honore proſequutus eſt Iodouicus Cæſar Caroli Magni filius: itẽ & alios
Ponti. quum huiuſmodi, & ampliores adhuc honores nõ recuſant: Nempe quum
pronos ac uenerabundos Reges, & Imperatores oſculari ſibi pedes patiuntur.
quod officium Conſtãtino Pont. Max. eius nominis primo primus Iuſtinianus Cę
ſar ſecundus eo nomine, exhibuiſſe memoratur. Deſinant igitur maledicere: &
intelligant eccleſiaſticæ dignitatis obtrectatores, hos eſſe fructus horti ſui, quos 2
amicis ſuis ſponſu veſcendos offert, primùm quidem ſub pientiſsimo Princi-
pe Conſtantino; qui primus tyrannorum gladios a ceruicibus Chriſtianorum lõ
ge depulit: deinde verò ſub reliquis Regibus ac Principibus, quos ipſe per vni-
uerſum orbem ſub iugum fidei miſſos, ſuo ſubiecit vicario, eiuſque collegis, &
clero; quorum fide, & prudentia, quamdiu ipſi proborum œconomorum, & fru
gi ſeruorum functi ſunt officio, maxime creuit, ſuumque ſtatum obtinuit eccle-
ſia; inter quos inſignes fuiſſe uidentur Syluester, Iulius, Damaſus, Leo, Athana-
ſius, Chryſoſtomus, Baſilius, Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, Cyrillus, Da
maſcenus, Nazianzenus, & plerique alij illuſtres uiri: qui pace & libertate Chri- 3
ſtianis a Conſtantino conceſſa, ſummam rerum diuinarum cognitionem, ampliſ-
ſimas, opes reliquaque bona à patre familias accepta, ea fide & prudentia benefa-
ciendo, beneque docendo diſpenſarunt; vt de fragmentis, quæ ipſi in mẽſa Chri
ſti reſiquerunt (hoc eſt, de ipſorum libris & exemplis) ad hæc uſque tempora fa-
milia Chriſti victitarit; & in finem uſque ſæculi uictitabit, velut adipe, & pin-
guedine ſaginanda. Vt non immeritò eos fuiſſe dicamus Paſtores illos, & Docto
Ephes. 4. res, quos Paulus dixerit à Chriſto datos in conſummationem ſanctorum, in opus
miniſterij; nempe, in conſummationem corporis ſui; in cuius ædificationem da-
ti fuiſſent Apoſtoli, & Apoſtolorum diſcipuli, alijque permulti; qui ingens hoc 4
opus magna contentione ſub tyrãnis & hoſtibus Chriſtianorum proſequuti fue
rant. Vt olim qui Ieroſolymam reſtituendam ſuſceperunt, altera manu mal-
leum, altera gladium propter eos tenuiſſe memorantur, qui crebris incurſioni-
bus urbis reſtitutionem prohibere conabantur. Verùm, quemadmodum de
Neem. 4. Athletis ſcribit Hippocrates, eos quum ad ſummum bonitatis peruenerint, in
periculo verſari: nimirum, ne in longe diuerſam abeant *κακεξίαν*, ſic & eccle
ſia dum relicto labore, libidinem, & abiecta Chriſtiana meditatione, ſectatur
otium, ex optimo illo omnium uirtutum habitu, ac uegeto ſtatu, quem longa ſu-
periorum temporum exercitatione, & aſsidua cæleſtium rerum meditatione ſibi 5
comparauerat, in longe diuerſum habitum, & ſenilem ignauiam paulatim multis
ſuis partibus delapſa, & indies delabi uideri poteſt. Id quod ſequens locus (niſi
mea me fallit coniectura) videtur indicare.

Quo loco, quia maior rerum ordo nobis naſcitur, maiuſque mouemus opus,
quàm quod noſtris uiribus feliciter inchoare poſsimus, nedum abſoluere, pauca
ſi per te licet, præfabimur Chriſte optime maxime, ac (quemadmodum Poe-
tæ faciunt ubicunque nodus aliquis dignus uindice inciderit) in media diuini 6
huius poematis interpretatione diuinam opem tuam implorabimus. Is enim
nobis exponendus occurrit locus, in quo ceu nodo quodam arctiſsimo horrida

1 non Aneæ cum Turno, ſed Satanæ cum tua eccleſia, bella, & bellorum cauſæ
quam breuiſsime adeo inuoluta continentur; vt ſolus tuus ille ſpiritus, qui hæc
myſteria ſub hiſce inuolucris inuoluit, & occuluit, cuique ille reuelarit, euolue-
re, atque inſpicere poſsit, alijſque inſpicienda explicare. His accedit ea noſtrorũ
temporum calamitas, ut ſingulari alio tuo munere opus ſit, quo veritatem longo
labore, & ſingulari tuo fauore e medijs tenebris erutam, in publicum proferre
quis poſsit; & citra piorum ac proborum offenſionem euulgare. Tanta eſt hoc
tempore impiorum petulantia, procacitas, & impietas; ut plerique pij, & docti ta
cere ſatius eſſe ducant, quàm de lapſa morum diſciplina quæri, aut ad ueteris di-
2 ſciplinæ reſtitutionem eos, qui præſunt quantumuis moderatis, & lugubrib. ſcri
ptis admonere, & cohortari. Veriti, ne dum eccleſiæ tuæ morbos, & morborun
cauſas remediaque pio & candido filiorum animo medendi gratia pertractant,
& ſcriptis committunt, non mederi, ſed impij Chami exemplo matris pudenda re *Gen. 9*
uelare voluiſſe uideantur; ac meliorem impiorum cauſam facere, qui filiorum pie
tate, & ingenio ac hæc dignoſcenda acutiores redditi, de more ſceleſtorum Me- *Pſalm.*
dicorum eadem arte ad eiuſdem eccleſiæ noxam, perniciemque abutantur. Ma-
lunt igitur pij illi homines exemplo Dauidis quaſi fræno os ſuum cohibẽtes, tam
de bonis, quam de malis tacere; quum uident, perditos, & petulantes Hæreticos
3 ad eccleſiæ calamitates inſultare, maledictiſque ac probris acerbiſsimis eos, qui
præſunt inceſſere; & unde ad ſubleuandum miſere laborantem, & afflictam flecti
oportuit, eos inde ad eã opprimẽdam, obruẽdamq; immaniter irritari. Et malim
ego quoq; cum illis tacere: atq; adeo mæſtitia doloreq; incenſus, dũ cogito, mea
meiq; ſimilium peccata has eccleſiæ tuæ miſerias peperiſſe, optarim (ut uates ille
optabat) mori, ne diutius in hoc procelloſo malorum ſalo miſeram matrem meã
mea cã iactari uiderem. Sed num ideo filij ad mala matris noſtræ, Heu nimiũ no- *1. Tim.*
ta, ac manifeſta, obmuteſcemus: Quia unde nos matri medicinam facere cogita-
mus, inde alienigenæ Hæretici eidem nocere meditantur? Num ideo nos deſine
4 mus ſeniores noſtros erratorum ſuorum ſupplices admonere, & tanquã patres, vt
pudenda ſua tegant pudibundi obſecrare, quia illi impudẽtiſsime eos detegunt,
traducunt, & procaciter increpant? Ergo ne tacebimus nos expectãtes, dum illis
procaciter exprobrantibus, & inſultantibus, ſua uitia agnoſcat, & corrigat eccle-
ſia? Vt maiorẽ ab hoſtib. quam a filijs mr̃ capiat utilitatem? Quin potius remiſ- *Hebr. 12.*
ſas manus, & ſoluta genua (vt hortatur Paulus) erigimus, & greſſus rectos faci-
mus pedibus nr̃is, oẽm dantes operam, ne claudicando erremus, ſed recte ingre-
diendo ſanemur? Quin potius pacem ſectantes & ſanctimoniam, ep̃os & p̃res no
ſtros pedibus eorum prouoluti obſecramus, ut euigilent, & proſpiciant, ne quis
5 de tua Chr̃e militia uelut in itinere deficiat; ne qua radix amaritudinis ſuccreſcẽs
profectum plantarum, quas Deus pr̃ tuus in eccleſiæ ſuæ hortis plantauit, impe-
diat, eaſdemq; inquinet ac polluat. Et habemus quidẽ certe Bernardum, Ioannem
Gerſonem, Aluarum Pelagium, & pleroſq; alios inſignes uiros, quorum exemplo
id faciamus: Ac noſtris temporibus egregios illos nouem uiros, qui Paulo tertio.
P.M. ita iubente, grauiſsimos abuſus, (hoc eſt, morbos) quibus iam pridem eccle
ſia laborat, atq; eorum cãs, & remedia docte, pieque annotarunt; ut ijs ille quam
6 primum mederetur, ſuppliciter obſecrantes. Extat præterea præclara illa legato-
rum eiuſdem Pontificis oratio monitoria initio Concilij oecumenici Tridenti-
ni habita, ex qua hæc pauca deſcripſimus; Circumſcribamus, aiunt, egregii illi
V 3 paſto-

paſtores, tantam malorum multitudinem illius limitibus, quibus hoc Concilium, 1
quod capitalibus malis medendis vocatum eſt, ea circumſcripſit: Sunt uero illa
tria, quæ ſupra commemorauimus: Hæreſes, lapſa morum diſciplina, & inteſtinũ,
atque externum bellum. Ac quantum ad primum attinet. Cum, aiunt, peruerſæ de
fide ſententiæ tanquam vepres quædam ſint, & ſpinæ, quæ in agro Domini, qui
nobis colendus datus eſt, ortæ ſunt; & ſi illæ quidem ſua ſponte (ut ſolent aliquã
do uitioſæ herbæ) pullularunt; tamen qui non coluit quem debuit agrum, qui nõ
ſeminauit, qui pullulantes per ſe non ſtatim curam adhibuit, ut extirparet, non
minus quidem principium illis dediſſe dicendus eſt, quàm qui ipſa ſeminauit. Præ-
ſertim, cum hæc omnia a negligẽntia agricolæ ortum ducant, & incrementa ha- 2
beant. Hic ergo ſeipſos excutiant, qui ſunt agricolæ in agro Domini, conſcien-
tiam ſuam interrogent, quomodo in eo colendo, quomodo in ſeminando ſe geſ-
ſerint? Quod qui fecerint, his præſertim temporibus, quibus pauciſsimi agro Do
mini colendo incumbunt, non multum credimus, dubitabunt, num ad ipſos pul
lulantiũ paſsim in eccleſia hæreſum culpa pertineat. Quantum attinet ad ſecun-
dum, quod lapſam morum diſciplinam, & abuſus (ut uocant) complectitur; Hic
vero aiunt, nihil attinet diu inueſtigare, quinam tantorum malorum auctores ſue
rint, cum præter nos ipſos ne nominare quidem ullum alium auctorem poſsimus.
Denique, quantum ad tertium, quod impedimenta pacis eccleſiæ continet, hic in- 3
quiunt, dicimus, nihil horum eſſe, quod in libro abuſuum paſtorum (intelligunt
autem, libellum, qui inſcribitur concilium delectorum Cardinalium, & aliorum
prælatorum, de emendanda eccleſia, ni fallor, annotationes illorum nouem uiro-
rum quorum ſupra meminimus) maxima illorum pars, qui hoc nomen ſibi uendi
cant, per ſe factum eſſe, ſi legere libuerit, non ſcriptum apertis uerbis inueniat.
Noſtram enim ambitionem, noſtram auaritiam, noſtras cupiditates his omnibus
malis populum Dei affeciſſe, ſtatim inueniet: atque harum ui ab eccleſijs paſto-
res fugari, eoſque pabulo verbi priuari; bona eccleſiarum, quæ ſunt bona paupe
rum, ab illis tolli, indignis ſacerdotibus conferri, & ijs qui nihil a laicis præter- 4
quam in ueſtis genere, ac ne in hoc quidem, differunt, dari. Quid enim horum eſt,
quod negare poſsimus per hos annos a nobis factum eſſe? Quare ſi Turca, ſi He-
retici, hoc idem aduerſus nos faciunt, quid hic aliud, quam Dei iudicium uide-
mus? Hæc illi, & huiuſmodi pleraque alia in ſancto patrum conſeſſu ſe comme-
merare teſtati ſunt, non ut patres pudefacerent, qui tamen aderant; ſed magis ut
oẽs, & ſe ipſos in primis admonerent, quo pacto mala, quæ iam tum impendere ui
debant, niſi reſipiſcerent, vitare poſſent. Vt effugerent tremendum illud tuũ iudi-
cium, oĩbus quidem non reſipiſcentibus tremendũ, maxime uero illis, qui pręſunt.
Quid? nonne tua ipſamet Ieſu Chriſte eccleſia, hoſtes ſuos agnouit, & publice 5
confeſſa eſt morbos in eodem ſacro Concilio, ubi tam multa de tollendis abuſib,
reformandis moribus, deq; reſtituenda ueteri diſciplina ſancte pieque ſanciuit?
Nonne quot hiſce de rebus decreta conſtituit, tot ſuis morbis curandis medica-
menta præſcripſit? ut iã neminem noſtris ſcriptis offenſum iri timendum ſit, qui
bus non alia taxamus, quã quæ ipſa in publico orbis theatro in ſe taxauit eccleſia,
nec alio aĩo, ſed hoc dumtaxat, ut quibus id negotij ipſa dedit, nos obſecremus, vt
quæ in ſacra illa Tridentina officina confecta ſunt medicamina, affectis corporis 6
tui Chriſte locis fideliter & diligenter adhibeant. Te uero nr̃ cardiagnoſta Ieſu,
cui vt reliquorum oĩum, ita & noſtrum patet cor, cuius oculis oĩa nuda & aperta
ſunt,

1 ſunt, teſtor, me quum hæc eadem refero, & quæ ad huius loci interpretationẽ in
mẽtem ueniunt ſcribo, non aliò ſpectare, quã vt me primũ, cui locus aliquis quã-
uis infimus, obtigerit inter paſtores gregis tui, admoneam: deinde vt ſummos pa-
ſtores ab illis tunc admonitos ſupplex orem (ut iam eos tanquam abiectus opilio
per te paſtorum principem oro) expendant mecum, num quæ illi uniuerſa audiẽ-
te eccleſia, cõmemorant mala, hæc eadem ſint, quæ tu ad fores ſponſæ tuæ illis ver
bis iam diũ quereris te pati incommoda, *caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei
guttis noctium.* Num per illos ſedis apoſtolicæ oratores, tanquam per legatos tuos
omni ſublato ænigmatum integumento, ingentium quæ in te admiſsimus, & quo- 2.Cor.5.
2 tidie admittimus, peccatorum apertis uerbis admoneas; & vt olim per Apoſtolos,
ſic nunc per Apoſtolicos legatos tanquam te exhortante, & obſecrante, nos ut ti-
bi reconciliemur, exhorteris & obſecres. Expendant vnà mecum obſecro, quam
uetus ſit hæc tua Chriſte querimonia; ut quam de proximo nobis immineat gra-
uis tua manus, & diuina ultio, niſi quam primùm obſecranti ſponſo aperiatur,
poſsimus animaduertere. In quo periculo iam inde uſque a Carolo Magno uerſa Apoc.6.a
tur eccleſia, quod etiam (niſi ego fallor) reuelatum fuit ſeruo tuo Ioanni, quum 9.a 16.b
reſignatum illi oſtenſum eſt ſigillum quintum, & quintæ tubæ clangor auditus, at 2.Tim.4.
que in ſedem beſtiæ quinta phiala effundi uiſa eſt. Hæc inquam, & id genus mul-
3 ta alia, quæ ipſi qui acutius cernunt, obſeruare poſſunt mala, obteſtor per nomen
tuum Dñe Ieſu Chriſte, per aduentum & regnum tuum, ut obſeruent, & expen-
dant, qui præſunt. Audiant Bernardum, Ioannem Gerſonem, Aluarum Pelagium
auctores libri abuſuum, & reliquos inſignes doctrina, & pietate uiros, quorũ alij
Lateranenſi, alij Conſtantienſi, alij nuper Tridentino Concilio interfuerunt. Hi
namque in Ioannis Apocalypſi deſignari uidentur Angeli, qui ſuas phialas, nimi-
rum ſuas ſanas doctrinas & monita in tenebroſum beſtiæ regnũ effuderunt: quũ
inſatiabilem cleri auaritiam, prodigioſum luxum, & ſupinam atque affectatã igno
rantiam inſectati ſunt, & deplorarunt. Vt illis audiendis eadem & ipſi mala inſe-
4 ctentur, & quoad ipſorum fieri poſsit, procul pellant ab eccleſia tua. Ad extremũ Sap.9.
& me, obſecro, audiant (Nam quandoque eſt olitor opportuna loquutus) & quæ
bono, ac candido animo admonemus ſupplices, & oramus, boni æquique conſu-
lant. Tu uero ſumme pater, demitte oro, ſapientiam e ſanctis cœlis tuis, & a ſolio
maieſtatis tuæ, ut præſens hos labores meos iuuet: & quæ omnia nouit & intelli-
git, quæ ſenſum tuum tenet, immo quæ ſenſus tuus eſt, & ſumma ſapientia, germa
num huius ſcripturæ tuæ ſenſum inſpiret, ſua me maieſtate cuſtodiat, ſtilum no-
ſtrum moderetur, meaque hæc ſcripta pijs lectoribus vtilia faciat. & gratioſa. Iam
igitur quod tam diu parturimus tuis Ieſu Chriſte, tuique patris & utriuſque ſpi
5 ritus auſpicijs enitamur.

Ego dormio; & cor meum uigilat. Vox dilecti mei pulſantis. Aperi Tomas Mo-
mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia ca- nacus Ciſter-
put meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. Expo- cienſis hunc locum de ec-
liaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quo- cleſia interpretatur: & Malgrinus
6 *mode inquinabo illos?* Cardinalis de Virgine Maria.

Peracto conuiuio, reque domeſtica rite compoſita, ſponſus peregre profecturus

 iubet

iubet ſponſam uigilare: ſeque dum redit ſolicitam expectare: ut quum ueniret, 1
nulla pulſanti fiat mora; ſed confeſtim aperiatur. At illa defeſſa expectando, ſi-
mul ac defatigata uigilando, accumbit, probeque cęnata it lotum. Vbi lauit, ſe-
que perunxit, ſoluta curis it cubitum. Sed ecce, intempeſta nocte rigente cœ-
lo, redit ſponſus hybernæ noctis frigore confectus, nocturno gelu & glacie op-
pleta cæſariæ oſtium pulſat, admitti orat; & ab inclementis cęli iniurijs liberari
cupiens, ſponſæ blanditur in hunc modum, *aperi mihi ſponſa mea &c.* Nec tamen
ſponſa uino, crapulaque grauata ſtrepitum oſtij, aut clamores ſponſi exaudit; ſed
tantùm per inſomnia ſibi videtur audire: atque eiuſmodi inſomnijs ſæpe territa
ſoporoſa uigilat. Quia uerò interdum ceſſat ſponſus obſtrepere, & uociferari; 2
quamuis illa uigilans intenta obſeruet, an quæ audire ſibi uiſa eſt, omnino poſsit
exaudire, quum nihil audiat, ceu vigili oppreſſa comate, falli ſe putat per inſom
nia & uiſa nocturna: & de more earum quæ abſentibus uiris ſuis intemperanter
delitiantur, hæc ſecum loquitur. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Ac ſi dicat, quem-
admodum Regina apud poetam. Quæ me ſuſpenſam inſomnia terrent? Audire ve
ro mihi uiſa ſum uocem dilecti mei pulſantis ad oſtium, ac dicentis, aperi mihi ſo
ror mea &c.

Cui ego uiciſsim reſponderim in hunc modum. Expoliaui me tunica mea &c.
Hæc quantum ad Grammaticum ſenſum. Quantum autem ad myſticum at- 3
tinet, alludit Spiritus Sanctus hoc loco ad illas parabolas Euangelicas. Luc. 12.
Luca 12. *Sint lumbi ueſtri præcincti: & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles ho-
minibus expectantibus dominum ſuum quando reuertatur a nuptijs, ut quum venerit &
pulſauerit confeſtim aperiant ei. Beati ſerui illi, quos quum venerit dominus, inuenerit ui-
gilantes. Amen dico uobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere: & tranſiens
miniſtrabit illis.*

*Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia uenerit, & ita inuenerit, bea-
ti ſunt ſerui illi. Hoc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterſamilias, qua hora fur
veniret, vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam. Et vos eſtote parati,* 4
*quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet. Ait autem ei Petrus. Domine ad
nos dicis hanc parabolam, an ad omnes? Dixit autem Dominus. Quis putas eſt
fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſtituit Dominus ſupra familiam ſuam, vt
det illis in tempore tritici menſuram? Beatus ille ſeruus, quem quum venerit
Dominus, inuenerit ita facientem. Vere dico vobis, quoniam ſuper omnia, quæ
poſsidet, conſtituet illum. Quod ſi dixerit ſeruus ille: Moram facit Dominus meus
venire, & cœperit percutere ſeruos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebria-
ri, veniet Dominus ſerui illius in die, qua non ſperat, & hora, qua neſcit: & di-*
Matth. 24. *uidet eum, partemque eius ponet cum infidelibus.* Et Mar. 13. *Sicut homo, qui* 5
*peregre profectus reliquit domum ſuam: & dedit ſeruis ſuis poteſtatem, cuiuſque
operis: & ianitori præcepit, vt vigilet &c.*

Sequitur deinde apud Lucam, *Ille autem ſeruus, qui cognouit voluntatem
Domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſecundum voluntatem eius, vapulabit
multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem cui
multum datum eſt, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab
eo. Ignem veni mittere in terram: & quid uolo, niſi ut accendatur?* Totus itaque 6
hic locus ad eos, qui Eccleſiæ præſunt ſpectare uidetur; non ad illos quidem,
Hebr. 13. quos Paulus affirmat uigilare tanquam eos, qui de animabus ſuæ curæ commiſ-

ſis

1 ſis rationem reddere cogitant,ut uigilat noſter Pius.V. Pont.Maximus, & præ- *Coloſ.3.*
cinctus lucernam ardentem manu tenens expectat dum dñs a nuptijs reuertatur:
ſed ad illos dumtaxat qui diuitijs,& imperijs impliciti,miſericordiam,humilita-
tem,benignitatem, patientiam, & charitatem(quæ Paulo ſanctorum tunica eſt)
exuerunt;temperantiæ & ſobrietatis inſtituta, Euangeliſtarum calceos,excuſſe-
runt: & abiecta functione Apoſtolica, uoluptate, luxu ac cupiditate grauati in
ſoporem deferuntur:nec ſpiritualiter vigilantium poſſunt obire munia,cũ tñ ui-
gilent:propterea ꝙ eos propriæ ſocordiæ vrget cõſciẽtia,(piger enim ut ait Gre *Greg. in*
gorius recte ſentiendo quaſi uigilat: quamuis nihil operando torpeſcit) & Chri- *Paſto lib.*
2 ſtus ipſe,qui eos uigilare iuſsit,ſeq; expectare, ſui admonens officij varijs cogita *3.cap.6.*
tionib.ipſorum mentes excitat,nec ſinit conquieſcere.*Si enim*(vt inquit Ioãnes) *Luc.12.* *Marc.13.*
cor noſtrum reprehendit nos,maior eſt Deus corde noſtro: & nouit omnia. Vt admirãdum *1.Io.3.*
hoc loco cernere poſsis exẽplũ myſticũ ſoporis vigilis,quẽ ex Hippocrate expo-
nit Galenus in libello de comate:ubi poſtquã docuit,apud Hippocratẽ coma,ſi-
ue ſoporẽ,eſſe delationẽ in ſomnũ,duas eius generis diſtinguit ſpecies,alterã ſo-
poroſam, alteram vigilem: quib.comune ſit,nõ poſſe attollere oculos, ſed ſtatim
grauari & dormire velle: propriũ uero,qđ alteri quidẽ mox profunde ac diu dor
miunt:alteri uero vigiles ſe verſant,alia poſt aliã imaginationẽ accedente, men-
3 tẽq; mouẽte,& ſomnũ intercipiente. Vñ ſemp quidẽ uigilant,uerũ exurgere nõ
poſſunt,neq; vigilantiũ munia obire.Defectuoſius itaq; ſe habent, quã uigiles:
grauantur enim ac deferuntur in ſomnũ,& eatenus dormire vñr. Qualiter ẽt effi
ci videmus quoſdã ægrotos in morborũ initijs, quorũ caput crudorũ humorum
multitudo occupauit,Quod ipſum ſæpe ẽt in ebrijs contingit uidere,ipſorũ capi
te ebrietate pleno.Soporoſi enim ſunt & capite grauantur,& neq; ſi cogãtur,pal
pebras diducere poſſunt: nec tñ ob hanc ipſam grauitatẽ dormire poſſunt, anxii,
& ſeipſos verſantes.Sic ẽt pleriq; eorũ,qui præſunt,uoluptate,luxu, ac cupidita-
te grauati, in ſoporem deferuntur, attollere non poſſunt interioris & carnalis ho
4 minis oculos,nec ſpiritualiter vigilantium munia obire: ſed tñ uigilant mente,&
functionum ſuarũ quãuis grauati,ineuntes rationem,animaduertunt, ſe luxu, ac
uoluptate torpere; & variis diſtractos cupiditatib.ab officio diſceſsiſſe;Rẽ Chri
ſti mala fide gerere,& quã ipſi familiam in ſuã fidem receperunt, prorſus neglige
re ſuo demenſo ſuos conſeruos fraudare, fame ac ſiti non tñ panis & vini(quæ
& ipſa non leuis noxa eſt)conficere: ſed(quod longe magis animaduertendum fa
cinus eſt)ſubtracto Euangelicæ prædicationis alimento, enecare;Conuitijs,car-
cerib.multis pecuniarijs, nonnunquã etiã flagris iniuſte opprimere.Tũc uero ſo
5 liciti vruntur,tunc ſuã dãnat ignauiã,ac tũ maxime ſui ipſos pænitet,quũ uenit in
mentem ampliſsimorũ honorũ,& ingentiũ, q̃ a Chriſto acceperunt, beneficiorũ.
Quæ oĩa illũ cõmemorantẽ ſibi vñr audire ſub hac proſopopæia, *aperi mihi ſoror*
mea,amica mea, columba mea,immaculata mea: quia caput meum plenum eſt rore, & cin-
cinni mei guttis noctium. Hæ nãq; blãdæ honorificæq; appellationes, ac per hypoty
poſim propoſitus grauiter laborantis,atq; indigna ferentis amantis habitus,vehe
mentes habet amoris ad commiſerationẽ motus,& ingentiũ beneficiorum cõme
6 morationẽ: qualis illa eſt in Pſalmis Dei impios iudices collatæ dignitatis admo-
nitio.*Ego dixi,Dij eſtis: & filij excelſi oẽs.* Hæc vero cõmemoratio immemoris bene *Pſal.81.*
ficiorum exprobratio eſt potius,q̃ ſponſæ commendatio. Quod ſi commendatio
ſit,nõ ſuo ignauos illos prælatos,ad quos hæc ſpectat oratio,ſed piorum ac frugi
con-

conſeruorum nomine,quib.per fidē quãuis ignauam illi coniuncti ſunt,& in vnũ 1
cohærent corpus Chriſti myſticũ, dixeris commendari. Quomodo ẽt in Pſalmis
qui Chriſto in vnũ cohærent corpus, rerum ſummæ præeſſe dñr,propterea quòd
Chriſto eius corporis capiti oĩa ſint ſubiecta. Aut uero id dictum ſponſo ſic ſu-
Pſalm.8. mendũ eſt,ut ſæpe ſolemus ẽt citra palpũ & adulationẽ,aut crimen falſi, reges ac
principes,& amicos interdũ,laudari minime dignos,laudare. Illud. ſ.obliq; agen-
tes,ut ſic pudefactos,dũ ſe illi præter meritum viderint commendari, & quod nõ
ſunt,ſed eſſe deberent,appellari,cogamus deſipiſcere:& quales haberi uolunt,ta
les ut ſint,anniti.Quo nimirum tropo Chriſtus quum Iudam capitalẽ hoſtẽ ſuum
Mat.26. exciperet,amice,inquit,ad quid ueniſti?in tm̃ inquit Aug.prædicatores eccleſię, 2
nõ ex voluntate,ſed ex neceſsitate, peccatores nõ arguunt;ut interdum per ſpi-
rituale medicamẽtũ,& charitatis artificiũ ſuperbos quoſq; ẽt indignis laudib. ꝓ-
ſequãtur: ut dũ erubeſcũt falſa eſſe, quæ de eis dñr,ad emendationẽ uitæ & bona
opera prouocentur.Secundũ illud,quod ſcriptũ eſt: qm̃ laudatur peccator in de
ſiderijs aĩæ ſuę,& qui iniqua gerit,benedicitur.Et quia uera eſt illa ſapientis uiri
ſnĩa,ſicut laus uera ornat,ita falſa caſtigat.Non eſt tñ impoſsibile apud Deũ,ut ẽt
illi qui ab humanis laudib. inuitati bona opera exercere cæperunt, Deus illis hoc
in amorẽ & cõſuetudinẽ uertat:ſcdm illud quod de ſapientib.quidã dixit: bene cõ-
ſueuiſſe pudebit diſſueſcere.Et iterũ,bona loquamur,tranſibit ſermo in effectũ. 3
To.x.ſer.36. ne quis ſtatim ꝓpterea ꝙ uidet hoſce honorificos titulos in carna-
les & voluptuarios hoĩes nõ cõpetere,noſtram ideo dãnet interpretationẽ.Por-
ro ſororẽ in primis appellat, quã ſuę naturę conſortẽ ac deã fecerit:cuiuſq; natu
ræ,& ipſe particeps fieri nõ ſit dedignatus. Tũ amicã,ꝙ ſe pro ea preciũ dederit,
ac piaculũ,quo ipſam,q̃ antea ꝑꝑ ſua ſcelera ſæuo hoſti addicta fuiſſet,patriq; in-
uiſa,aſſereret,ac reconciliaret.Deinde columbã, qđ eã uarijs ſpiritus ſancti do-
nis,ſummaq; puritate,ac ſimplicitate exornarit.Immaculatã deniq; vocat,immẽſi
eam amoris admonens,quo ipſe in crucẽ adactus,ſanguinẽ ac uitam fundere non
Ephe.5. detrectarit,ut puriſsimo ſuo ſanguine lotam (quemadmodum Paulus prodidit) 4
glorioſam ſibi redderet eccleſiam nullam habentem maculam, aut rugam,aut ali-
quid uetuſtatis,quod cuiuſquam,& præſertim Dei Patris oculos poſſet offende-
re.Quin & ꝓnomina illa,Mihi,& mea,ſuis elogijs addita,magnã hñt emphaſim;
Ac ſi dicat Chriſtus:Aperi mihi o mea Eeccleſia;non extraneo,ſed fratri;non mæ
cho,ſed legitimo ſponſo tuo:quiq; totius nobilitatis,pulchritudinis,& puritatis
tibi auctor fuerim,& profuſus elargitor. Addit poſtremo fortiſsimũ argumẽtũ,
quib.uelut ſtimulis & amoris facib.commota ſponſa, e cubili ſuarum delitiarum
ſubito ſit exilitura;atq; ad ipſum ſponſum(niſi impia, & oĩum ingratiſsima habe
ri uelit)aduolatura.Quia inquit,caput meum plenũ eſt rore; & cincinni mei gut- 5
Iſa.7. tis noctium.Per caput, Cæſariem intellige,quo ẽt tropo Iſaias vtiẽ capite ſepti-
mo.Porro,per Cæſariem ſponſi innumera populorum de Chriſto ueluti de capi-
te pendens multitudo deſignatur;iuxta allegoriam,quam in expoſitione illius lo-
ci retro indicauimus,capilli tui ſicut grex caprarũ,&c.Capilli enim ſponſæ ſpõſi
capilli ſunt. Cincinni , Reges ſunt Principes & optimates,in populo Chriſtiano
conſpicui, ſicut cincinni in ſponſæ coma.Noctes,diuturnam legis diuinæ & ſa-
crarum literarum ignorantiam ſignificant, aeris & ſolis obſcurationem inducen 6
tem,quam Ioanni olim prȩuiſam paulo ſuperius admonuimus;vñ ſubtracta Chri
ſti luce & calore,multa in populo Chriſtiano cõcreuit iniquitas,& impietas,qui-
bus

1 bus quaſi gelu & glacie, obruta rigeſcunt hominum corda; & extincta fide ac charitate congelaſcunt, tenebroſumq; beſtiæ regnum propagatur. Expoſtulat itaque Chriſtus cum eccleſia, extinctã eſſe ſuorum fidem, ignorãtia & impietate obrutã, & tã Regum ac Principum, quam priuatorum charitatem perfrixiſſe inteſtinis & inueteratis chriſtianorum odijs congelatam. Idq; incuria & ignauia ſacerdotum, qui uoluptatibus & curis huius ſeculi conſociti, ſacrarum literarum ac pietatis ſtudia, per quæ & ſibi, & alijs poſsint, & debeant prælucere, ſic abhorreant; ut uel ipſi qui ſol iuſtitiæ eſt, & lucis æternæ ſplendor lucidiſsimus, in domum ſuam aditum negent: nec ſuos alumnos ac filios frigore confectos fouere curẽt,
2 aut per obſcuram noctem foris errantes colligere. Hoc ergo quæritur, hoc dolet Chriſtus; & tantis ſuorum malis ſubuenire cupiens, ſponſam vt ſe admittat, ſeq; foueat, precatur. Vt ex ſponſi amplexibus fidei lucem, & charitatis reuiuiſcentem calorem ſponſa recuperet; quem ipſa uiciſsim in ſponſi comam refundens, omnem quæ ibi concreuit, reſoluat iniquitatem & impietatem, ac prolixæ ignorantiæ noctes aliquando diſcutiat. Hoc aſt enim quod Chriſtus apertius dixit in parabola ſuperius citata ex Lucæ Euangelio. *Ignem veni mittere in terram: & quid aliud volo, niſi vt accendatur?* interim tamen: obiter admonere lectorem uiſum eſt, quanta hic appareat humanitas ſaluatoris noſtri, & benignitas; quãta
3 Dei noſtri dignatio, & humano arbitrio conceſſa poteſtas. Chriſtus .n. quamuis grauiter offenſus, & laceſsitus, prius tñ blãdis uerbis, & precibus, quàm armis & dignis ſupplicijs oĩa agit & experitur cum eccleſia. At uero animalis & craſſa ſpõſa, propria abutens libertate & ſponſi benignitate, quia non ſtatim pro meritis plectitur, quaſi per inſomnia illius monita & preces audiat, *Spoliaui inquit, me tunicæ mea, quõ induar illam? Laui pedes meos: quõ inquinabo illos?* tantum abeſt, vt euigilet, & relictis omnibus, ad eum aduolet. Etenim (ut inquit, hic ipſe Salomon) quia Eccle. 8.
non profertur cito contra malos ſententia, abſque timore vllo filij hominũ perpetrant mala. Sic & animales & craſsi ſacerdotes, quia meritas ſuæ ignauiæ non
4 ſtatim dant pœnam, nullis ſuorum calamitatibus & malis (quæ Chriſtus propria reputat) mouentur, in maximis delitijs, & ſummo honorum culmine poſiti, uiſcera miſerationum erga pauperes, humilitatem, benignitatem, modeſtiam, tolerantiam malorum, & charitatem, candidam ſanctorum tunicam, quam ſemel exuerunt, rurſum induere grauantur, & reformidant. Temperantiæ, & ſobrietatis inſtituta (quibus ueluti calceis eorum affectus) contra mundi offendicula munitos eſſe oportet) ſi repetant, & functionem Euangelicam, ſacramentorum adminiſtrationem, reliquaq; pietatis officia aggrediantur, inde ueluti ſordib. inquinatum iri pertimeſcunt; ſuæ interim ignauiæ, & ambitioni eam, ſ. honeſti cauſam prætexen-
5 tes, ne nimia familiaritate pontificia uileſcat auctoritas. Quaſi uero indefeſſum concionandi ſtudium, & pauperum conſuetudo Leonem, Gregoriũ, Ambroſiũ, & pleroſq; alios præclaros Pontifices contemptibiles fecerit, & non longe clariores, ac longe magis venerandos. Quaſi non iiſdem artib. quib. parta ſunt, conſeruanda ſint imperia. Certe pauperum cura Gregorij maieſtatem adeo nõ minuit, ut inde Pontifex ter maximus Chriſti ſuffragio ea die declaratus fuiſſe uideatur, quum ipſe Chriſtus ſub ſpecie pauperis ſe illi lauãdum exhibuit inter pauperes,
6 quos pius Pontifex ſingulis dieb. duodenos conuiuio excipere, iiſdemq; ad Do- Philip. 2.
mini ſui exẽplum pedes prius lauare ſolitus fuiſſe memoratur. Sed nec ipſe Chriſtus Deo patri æqualis cum eſſet, de illa æqualitate, & maieſtate ſibi quidquam

raptum

raptum iri timuit, ſi ut patri in redimendo homine obediret, diuinitatem ſuam 1
ſeruuli humanitatis ſumpto habitu, ad tempus diſsimularet, ad crucem vſque &
abiectiſsimum mortis genus ſeſe demittendo. Immo uerò, quo magis ſe abiecit,
eo diuinitatis eius gloria per uniuerſum orbẽ auctore Deo patre, magis inclaruit.
Quanto igitur melius ſibi, ſuæq; dignitati conſulerent noſtri Epiſcopi, ſi (ut eos
hortatur Paulus) non aliter de ſe ſentirent, quàm de Chriſto ſentiunt. Sed qui
carnales ſunt & ambitioſi, malunt in ſuo luxu & ocioſæ uitæ ſplendore perſiſte-
re; Nec quidquam penſi habent, ꝙ Chriſtus ad ipſorũ oſtia perſtrepat: & ſub Dio
pernoctans frigore contabeſcat. Vt mutato nomine illos maxime taxare uideatur
Amo.6. Propheta in hunc modum: *Væ inquit vobis qui opulenti eſtis in Sion, optimates, capita* 2
populorum, ingredientes pompatice domum Iſrael, qui ſeparati eſtis in diem malum, qui dor
mitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris. Qui comeditis agnum de grege, & vi
tulos de medio armenti. Qui canitis ad uocem pſalterij. Sicut Dauid uidentur ſibi inſtrumen
ta muſica comparare, bibentes uinum in phialis, & optimo unguento delibuti, nec illis do-
Apoc.3. *let, quod Ioſeph atteritur*. Simili porro ſchemate inducitur Chriſtus in apocalypſi
hæc Laodicenſi Epiſcopo dicere. *Ecce ego ad oſtium ſto, & pulſo. Si quis audierit vocẽ*
meam, & aperuerit mihi ianuam, Intrabo ad illum, & cœnabo cum eo, & ipſe mecum. Quo
loco idem agitur drãma ſub perſona inſoleſcentis Epiſcopi, quod hic agitur ſub
perſona deliciantis ſponſæ & luxuriantis. Niſi quod ibi pro perſona iudicis, quã 3
Chriſtus ibidem ſuſtinet, acris eſt reprehenſio: hic uero pro ſponſi decoro, blan
dior eſt expoſtulatio. Quantum autem ad reliqua attinet, eadem vtrobiq; agitur
tragedia. Quæ enim Laodicenſi Epiſcopo obijciuntur crimina; nempe, ꝙ ob diui
tias inſoleſcens tepidus ſit, & contra quam ipſe extimet, miſer ac miſerabilis, pau
perq; ac cæcus, & nudus; hæc eadem, quamuis tectius, obijciuntur ſponſæ quum
dormire inducitur, & cunctabunda: quæ modò commota ſponſi incõmodis, ſur
gere cogitet; modò uicta delitijs, tunicam grauetur reſumere, & ſemel lotos pe-
des ſi ſurgat, inquinare. Sic enim ipſa ſuum accuſat luxum, diuitiarum inſolen-
tiam, ſuam cæcitatem, nuditatem, & (quæ extrema miſeria eſt) extinctam charita- 4
tem. Quum præterea admitti orat ſponſus ac foueri, idem cum ſponſa facit offi-
cium, quod cum Laodicenſi Epiſcopo, quum illi ſuadet abs ſe emere aurum igni
tum, ac probatum, quo locuples fiat, & veſtimẽtis albis induatur. Quod etiã ſua-
det illi collyrio inungere oculos, hoc eſt ſponſam e ſopore excitare. Eſt autem
Galat.5. hoc loco egregium exemplum illius pugnæ, quam inter carnem & ſpiritum geri
Rom.7. admonet Paulus quum ait, *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum; & ſpiritus aduerſus car*
nem, vt non quæcumque vultis, ea faciatis. Et alibi perſonam hominis lapſi agens, *ego,*
inquit, *carnalis ſum, venundatus ſub peccato. Quod enim operor, non intelligo. Non enim*
quod uolo bonum, hoc ago: ſed quod odi malum illud facio. Et paucis interiectis; *Condele-*
ctor, inquit, *legi Dei ſecundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris* 5
meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me ſub lege peccati, quæ eſt in membris
meis. Et hoc locum concludens. *Igitur ego mente ſeruio legi Dei: carne autem legi pec-*
cati. Ita etiam & carnalium prælatorum eccleſia nec nuditatis ſuæ turpitudinem,
nec quam in Chriſtum admittit impietatem ſatis intelligit; contenebrata nimirũ,
perturbationibus & voluptatibus ratione. Vigilat autem vtcumque inter has tene
bras cor ſponſæ, ipſa ratio: & malum quod facit, odit. Condelectatur legi Dei, & 6
pulſanti ſponſo cogitat aperire: lege tamen concupiſcentiæ uicta & irretita ſur-
gere pigritatur: & iuſtitiæ tunicam calceoſque Euangelicos recuſat induere. Tã

1 ta eſt ambitionis & uoluptatis ad emolliendum, & eneruandum Chriſtianum ro-
bur vis, tanta eſt fallacia diuitiarum. Scilicet, hoc fuit uenenum, quod qua die in-
gentes diuitias in ordinem Eccleſiaſticum inuexit Conſtantinus, in eccleſia Dei
ſeminatũ fuiſſe Deus oraculo cælitus ædito aſtantem populum fertur admonuiſ-
ſe. Aiunt enim Romæ ea die hanc uocem de cælo fuiſſe æditam, Hodie ſeminatũ
eſt uenenum in eccleſia Dei. Non ꝙ munificentiam Conſtantini Deus damnare
uoluerit, quaſi ille uenenum malum eccleſiæ propinaſſet: ſed nos tempeſtiue præ-
monere, fore olim, qui ad diuitias magis, q̃ ad pietatem animum adiicerent. Atque
ijs opes, quibus ceu alexiteriis pleriq; alij pij bene vſuri eſſent, uenenatas & læ-
2 tales futuras: quod vtrumq; accidiſſe, in annalibus Eccleſiaſticis expoſitum eſt ui
dere. Iã uero quis neſcit Sylueſtrõ, Leoni, Gregorio, & pleriſq; aliis prælatis ui-
ris ad functionem Euangelicam ampliſsimas opes nihil obfuiſſe? Quin dum Apo-
los imitati per incorruptos æconomos eas adminiſtrarent, ad augendum Dei cul-
tum, & ſubleuandos pauperes perquam utilia fuiſſe inſtrumenta? Et nunc quoq;
ijs eſſe, qui procerum illorum ſectantur veſtigia? Verum enimuero, quoniam qui
illis ſucceſſuri eſſent, per multos alios dum non animaduerterent, aſsidue prædi-
cando uerbo Dei, & nuſquam intermittendis pietatis officiis, conſeruandas eſſe
eccleſiæ opes, & Imperia, quæ hiſce militaribus Chriſti artibus eſſent comparata,
3 Chriſtus ſuam eccleſiam multo ante monitam uoluit, Ignauos olim ſacerdotes,
qui ſe ocio dederent, & bonis pauperum ad ſua commoda, luxumque abuteren-
tur, quæ bonis alexiteria & uenena bona ſint, ipſos ſibi eadem noxia, & venena
mala facturos; ſed propter ignauorum & luxuriantium ſacerdotum abuſus, quæ
nam eccleſiæ parata mala ſint, quæ nam ira Dei & ultio noſtris ceruicibus iam
immineat (ut illi nouem uiri præſagierunt) uideamus.

Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen: & venter meus in-
tremuit ad tactũ eius. Surrexi, vt aperirem dilecto meo; manus mea
4 *ſtillauerunt Myrrhã, & digiti mei pleni ſunt Myrrha probatiſsima:*
peſſulum oſtii mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atque tran
ſierat: anima mea liquefacta eſt, vt dilectus loquutus eſt. Quaſiui;
& nõ inueni illum: vocaui, & non reſpondit mihi. inuenerunt me cu
ſtodes, qui circuierunt ciuitatem; percuſſerunt me, & vulnerauerũt
me, tulerunt palliũ meũ cuſtodes murorũ. Adiuro vos filiæ Ieruſalẽ,
5 *ſi inueneritis dilectũ meum, vt renuncietis illi, quia amore langueo.*

ἐθερμάνθη Incaluit vertit Theodotion vt teſtatur Theodoretus.

Indigne ferens ſponſus tñ ſponſæ ſoporem, & perditam laſciuiam, ac deteſtandã
ignauiam, illius perfodit domũ: iniectaq; per foramẽ manu incautã ferit grauiter:
atq; ictã ac metu conſternatam, quamtumuis vnctam & perdito luxu ſolutã, aliqñ
tandẽ cõpellit ſurgere, atq; aperire: Nec tñ dũ illa aperit, expectat: quin execrãdã
pertæſus ſocordiã, luxuriantis domũ præterit. Illa uero ubi ſurrexit, & oſtiũ ape-
ruit, nec ſponſum inuenit, hæret atterrita: ac tum nocturnos illius labores & ſer-
6 mones meros amoris ſpirantes, memoria repetens, ſeipſam impietatis damnat: &
uſque ad animi deliquium angitur, atque amoris aculeis & conſcientiæ ſuę fla-
gris agitatã, ſub obſcura & inclementi nocte abſentem (cuius incredibili tenetur

deſiderio) per vrbem ſponſum quæritat, clamorib. inuocat: nec in clamando quic 1
quam aliud efficit, q̃ vt ad ipſam tumultuantẽ accurrant magiſtratus & ſatellites,
quib. incumbit ex officio ſiquid turbarum per noctẽ in urbe acciderit, compeſce
re, ac ſedare. Ab ijs igitur comprehenſa miſere cæditur, nõ tam ꝙ quietem urbis
interturbet, quam ꝙ cuſtodum libidini nolit conſentire. Accurrunt et milites,
qui in manib. vrbis excubant: & iam grauiter cæſæ pallium auferunt, eaq; ſemine
ce & nuda relicta, abeunt. Quorum omnium manus ubi euaſit, ſic male multata
urbem implet clamoribus donec fæminas excitet Ieroſolymitanas, & ad ſui com-
miſerationem commoueat; quib. ad ſe concurrentib., totam ſuam exponit tragœ-
diam; & adiuratas, ſponſo, ſi ipſum inuenerint, amorem ſuum quo languet & con 2
tabeſcit, ut renuncient, obteſtatur; Illa vero ſub huius ſuperficiariæ interpreta-
tionis cortice latere uidentur myſteria. Eccleſiam nimirum Chriſti patientia diu
multumq; abutentem, ſuæ inſolentiæ & impietatis grauiſsimas tandem daturam
fore pœnas. Lento enim gradu (ut ethnicus ille ait) ad uindictam diuina procedit
ira: ſed tarditatem ſupplicij grauitate compenſat. Et Paulus. *An ignoras, inquit,
quod patientia Dei ad pænitentiam te adducit? ſecundum autem duritiam tuam, & impæ-*
Rom. 2. *nitens cor tuum theſaurizas tibi iram in die iræ, & iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique
iuxta opera ſua.* Quas autem eccleſia datura ſit pœnas, ſi quas ego perſecutiones exi-
ſtimauerim & iniurias, quas ab hæreticis, & impijs hominibus patietur, Chriſto 3
ſic permittente, ingenti aliquo in ea ſubito oborto ſchiſmate, per quod ueluti per
muri hiatum maximum, & foramen in domũ aliquam, ſic ad eam iſti penetrabunt,
eamq; male multabunt. Hi vero hoc loco manus dilecti dicuntur, quod per eos
Pſal. 16. Chriſtus ſuam vlciſci decreuit eccleſiam, eodem tropo, quo in pſalmis Saul Dei
Iob. 19. gladius, & eius familiares Dei manus appellantur. Et Iob ſe Dei manu tactũ quæ-
ritur, ob grauem morbum, quo Dei permiſſu a Satana ſit percuſſus. Diabolo enim
& huius miniſtris impijs hominibus vti ſolet Deus ad exercendam piorum uirtu
tem, & ſcelera impiorum punienda: Quali proculdubio manu ſe idem percuſſu-
rum Ieruſalem comminatur Deus per Iſaiam in hæc uerba. *Heu conſolabor ſuper ho* 4
Iſa. 1. *ſtibus meis: & uindicabor de inimicis meis, & conuertam manum meam ad te.* Tale etiam
Amos. 9. foramen hoc ipſo loco ſignificari credimus, talemque eccleſiæ (quæ domus Chri
ſti eſt) aperturam; quales aperturas murorum dauidici tabernaculi ſe inſtauratu-
rum Deus per prophetam ſuum Amos pollicetur. *Suſcitabo,* inquit, *tabernaculum
Dauid, quod cecidit: & reædificabo aperturas murorum eius, &c.* Nec enim quam diu
eiuſdem doctrinæ, & charitatis glutino coniuncti ſibi cohærent Chriſtiani, Ec-
cleſiaſticæ ſtructuræ uiui lapides, in Chriſti eccleſiam penetrare poſſunt infide-
les, & impij homines. Quamobrem Paulus hortatur Corinthios, ut omni ſtudio
deuitent ſchiſmata; & ſibi inuicem in eodem ſenſu, atq; in eadem ſententia belle 5
cohæreant. At uero ubi diſsidere, & in diuerſas abire ſententias cœperint dome-
1. Cor. 1. ſtici Chriſti, tum maximus infidelibus fit ad eccleſiam aditus; tum maxime diſ-
ſentientibus fidelium animis, infidelium libidini expoſita eccleſia cæditur, di-
ripitur, & eorum uenit poteſtatem. Tunc omnia uidemus perturbari: & prælatos
præſertim, conſilij inopes hærere, ac metu conſternatos concidere. Quales heu,
ſæpe perturbationes in eccleſia contigiſſe frequentes narrant hiſtoriæ: in quas et
anguſtias redacta hoc loco hæret, & animo concidit ſponſa, ut ipſa queritur illis 6
uerbis. *Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen: & uenter meus intremuit
ad tactum eius.* quo loco noſter interpres explicationis gratia pro eo quod in He

bræo

1 bræo eſt בו & Græci uerterunt ἐπ' αὐτὸν ſuper eum, ipſe vertit, ad tactum eius, & longe præter opinionem ſuam, locum alioqui in ſpecie laſciuum, longe laſciuio rē reddidit, & magis lubricum. Sed ut inquit Paulus, omnia mūda mundis. Et nos *Tit. 1.* immundos, & contaminatos homines hac lectione tempeſtiue interdiximus. Ventris autem appellatione rationales animæ facultates, quas in præcordijs, nempe in corde collocat ſcriptura, & quæ his perturbatis, & ipſæ cōcidunt, reliquas animæ facultates intelligimus. Quomodo etiam in pſalmis ob Dei iram cōturbatum *Pſal. 39.* ſibi eſſe oculum, animamq; & ventrem Dauid queritur. *Conturbatus eſt*, inquit, *in ira oculus meus, anima mea, & uenter meus*, & alibi, *factum eſt*, inquit, *cor meum tanquā*
2 *cera liqueſcent in medio ventris mei*. Et apud Ieremiam, *Vidi Domine*, inquit Ieruſalē, *Quoniam tribulor; conturbatus eſt in me venter meus, ſubuerſum eſt cor meum in memetipſa*. Iam uero quemadmodum Dominus apud Iſaiam quum ait, *conuertam manum meam ad te*, crebras perſequutiones præſertim Chaldæorum, & Roma- *Eſa. 1.* norum comminatur populo Iudaico, ita & hoc loco eccleſia cum ſe manu dilecti ſui ictam queritur; crebras, quas a Sarracenis præſertim, & Turcis hactenus paſſa eſt, & in poſterum, maxime uero extremis temporibus, paſſura eſt perſequutiones, ſignificare uidetur: quando grauiſsima omniū, quas ante tulerit, permiſſu plagæ, e longo ueterno excitabitur. & ad aperiendum ſponſo ſuo Chriſto cōſurget.
3 Nam quamuis grauiter a multis annis percuſſa iam ſit ab impijs illis hominibus, adhuc tamen ſopore grauatur, & ſponſi oblita laſciuit. Extitit ſub Heraclio Ceſare perditiſsimus ille Mahometes; qui quum uideret ab Arrij, & aliorum Hæreticorum hæreſe maxime diſsidere Chriſtianorum animos, & in diuerſas diſſectā ſententias, vndique hiare eccleſiam, commodam ratus ſibi tum ad res nouas dari occaſionem, nouam commentus eſt legem, & liberioris, ac uoluptuoſæ uitæ inſtituta, quibus (ut eſt noſtrum ingenium a labore procliue ad libidinem) omne hominum genus ineſcare; & ad ſuum imperium trahere haud difficile fore exiſtimaret. Nec vafrum veteratorem ſua fefellit ſententia. Mirabile dictu eſt, quam breui
4 tempore ingens gentilium, Iudæorum, Arrianorum, & Apoſtatarum Chriſtianorum numerus nefariam illam Sectam receperit, & perditos mores; & ille maximis collectis copijs, in hyantem, ac perforatam irruperit eccleſiam. Statim cæpit Arabiam, & Syriæ partem: Nec ita multo poſt Aegyptum: Tum Aſiam, & vniuerſam Hiſpaniam: Quin & Turcarū gens, Gog, & Magog in ſacris litteris appellari credita beato Methodio. Incredibile eſt, quam ſtupendis incrementis a trecentis quadraginta annis Mahumetis, & Antichriſti Regnum in Affrica, & Aſia ſuperato Sultano, confirmauit: & Inde in Græciam atque Europam ſe effundens, omnē orientalem eccleſiam, & quicquid in Oriente reliquum fuerat Romani Imperij,
5 expugnata Bizantio, inundarit, atque obtinuerit: & nuper aggreſſa Occidentale Imperium, florentiſsimum Vngariæ Regnum totius Imperii propugnaculum, expugnarit, atque occuparit; Reliquum tandem quod eius Regni ſuper eſt, atque adeo Germaniam, niſi tempeſtiue illa reſipiſcat, occupatura, Deo ſic permittente, & propter ſchiſmaticos, & ſummo Pontifici, catholicæque Romanæ eccleſiæ rebelles Germanorum animos, in ſæuiſsimi Tyrāni poteſtatem tradente: Quemadmodum eandem ob cauſam Græciam tradidit: & ante multa ſecula Regnum
6 Iſraeliticum Salmanaſaro Regi Aſſyriorum captiuum abducendum permiſit, propterea quod ſe a Regno Iudæ ſeparaſſet, ſummum Sacerdotem Domini, moremque ſacrorum Ieroſolymitanæ Synagogæ abiuraſſet: Cui figuræ noſtris tēporibus,

ribus, Proh dolor, quam ex omni parte rem ipſam uidemus reſpondere: Adeo va 1
ſtum iam exiſtit ſchiſma, perque patentiſsimum hoc foramen irrumpunt Turcę,
grauiſsima proculdubio dilecti manus, in perniciem Romani Imperii data: cui
antea montib. Caſpiis concluſa uulpes illa, nempe uafer, & dolis conſutus Maho
metes meatum fecerit, legem ſcilicet, per quam uelut meatum effuſa Romanum
Imperium inundaret. Et myſterium quidem iniquitatis, quod iam ſuis tempo-
2.Theſ.2. ribus operari cępiſſe admonuit Paulus, tanta vi, celeritate, ac ſucceſſu nunc ope-
ratur, in proximo ut eſſe uideatur, ut qui hactenus tenuit Romanum Imperium
de medio fiat, & prorſus tollatur. Præſertim cum uideamus noſtris temporibus
Ghriſtianiſsimos Francorum Reges cum immaniſsimis illis Chriſti hoſtib. icto 2
ſalis fędere, Turcicam claſſem uelut manum domini, in Italiam & Hiſpaniam con
niuentibus Italiæ Principibus, in quorum maxime exitium manus hæc extendi
uidetur, introduxiſſe. Nec dum tamen quantumuis cæſa, quantumuis a Chriſto,
& a prophetis monita, ad extremum, quod ſibi parari uidet, excidium ſurgit ſpō
ſa, quin extrema omnia comminantem hoſtem expectare uidetur attonita. Vt
legimus olim Regem Sedeciam, & Principes, ac Ciues Ieroſolymitanos phanati-
cis, & lymphaticis ſimiles Chaldæorum Regem expectaſſe. Heu læuam ſponſæ
mentem? Faciem cœli iudicare nouimus, tempora noſtra iudicare non nouimus.
Et mihi quidem quantum ex his ſignis, & præſenti rerum ſtatu licet coniectare, 3
illa inſtare uidentur tempora, quorum Chriſtus nos admonuit in hunc modum,
Matt.24. *Videte*, inquit, *ne quis uos ſeducat: Multi enim uenient in nomine meo dicentes, ego
ſum Chriſtus: & multos ſeducent. Audituri enim eſtis prælia, & opiniones præliorum.
Videte ne turbemini. Oportet enim hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis. Conſurget enim
gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræmotus per lo-
ca. Hęc autem omnia initia ſunt dolorum.* Vel ut Hieronymus interpretatur, parturi-
tionum. Vt quaſi conceptus quidam aduentus Antichriſti intelligatur.

Cum quo oraculo maxime conuenire uidentur prædictiones quædam Vin-
centij Dominicani, Brigidæ, Cyrilli Heremitæ, & quorundam aliorum ſan- 4
ctorum hominum, quæ pro oraculis a multis recipiunt.

Hi enim omnes magno conſenſu, & tanquam eodem Dei ſpiritu afflati,
prędixerunt, ob luxum, & delitias, grauiſsimaque eccleſiæ, & maxime Ro-
manę, ſcelera, permiſſurum Deum, ut eodem tempore quatuor ſimul exi-
ſtant ſummi Pontifices, qui ſolicitantes Reges, ac Principes, eos in ſuas quiſque
partes conentur trahere. Quorum tres, qui iniquis artibus contra ius, & ęquum
Pontificiam dignitatem inuaſerint, grauiſsimus prælijs inter ſe, & cum legiti-
mo Pontifice, de principatu certabunt: & qui peſsimus fuerit, fauore & poten-
tia impijſsimi Imperatoris tum rerum domini fretus, reliquos debellaturus ſit, & 5
ſuperaturus, grauiſsimaſque calamitates, inter quas catholicus peribit Pontifex
Romanæ Eccleſię, totique ordini Eccleſiaſtico illaturus.

Quippe qui arctiſsimo inito fędere cum tyranno immaniſsimo, atque impu-
riſsimo, communi conſilio, & armis cum eodem omnia gerens, Chriſtia-
num orbem; & in primis ordinem Eccleſiaſticum cędibus ſit completurus, &
bona omnia Eccleſię direpturus, vrbe Roma ab ipſo prorſus diruta, &
ſolo æquata. Ecce ingens ſchiſma, ingens foramen. 6

Ecce hoſtes nocentiſsimi, & grauiſsima Chriſti manus, qua per fora-
men immiſſa, ſuam ipſe percutiet, & excitabit eccleſiam. Id uero ſchiſma-
graphice

1 graphice deſcribi, videtur decimo ſexto capite Apocalypſis a Ioanne: Vbi ſuppreſ *Apoc. 16*
ſo legitimo, & vero Pontifice, tres ille videt Ranas, tres nimirum pſeudopōtifices
tāti ſchiſmatis futuros auctores; homines luto uoluptatis inſtar ranarū, immerſos *Philip. 3.*
garrula ſua eloquētia uniuerſum orbē perturbantes, *inimicos crucis Chriſti* (ut Pau
lus ait) *quorum finis interitus, quorum Deus venter erit, & gloria in confuſione. Et ſex-
tus inquit Angelus effudit phialam ſuam in flumen magnum Euphratem, & ſiccauit
aquam eius; vt pararetur via regibus ab ortu ſolis. Et uidi de ore draconis, & de ore be-
ſtiæ, & de ore pſeudoprophetæ exire ſpiritus tres immundos in modum ranarum. Sunt
enim ſpiritus Dæmoniorum facientes ſigna, & prodigia, ad Reges totius terræ, congrega-*
2 *re illos in prælium, ad diem magnum omnipotentis Dei*. Subitarius item ſchiſmatis hu
ius, & perſequutionis aduentus proxime ſubiungitur. *Ecce venio inquit, ſicut
fur*. Nempe, ex inſperato, & nihil tale ſuſpicantibus hominibus: perinde atque
fur, qui incautum deprehendens patrem familias, in eius irrumpit domum. Ita &
hoc loco de nocte dormiēte ſponſa, inducitur ſponſus domum ipſius perſodiens,
& per foramen immiſſa manu incautam, minimeque ut iuſſa eſt, uigilantē, feriens.
Vt admirandum plane inter multa alia hoc ſit argumentum, eodem ſpiritu ſancto
inſpiratos, ut Petrus ait, loquutos fuiſſe ſanctos Dei homines. Adeo ſibi conſen-
tiunt quæ tanto ante ſcripſit Salomon, cum parabolis Euangelicis, & Ioannis ęnig
3 matis. Eo uero loco illud uidetur maxime obſeruandum, exiccandum fore Eu-
phratem, ut paretur uia Regibus ab ortu ſolis uenturis, qui Eccleſiæ bellum infe-
rant: Ex Caſpijs namque montibus ultra Euphratem ſitis, exijſſe Turcas, ſuperius
annotauimus ex beato Methodio; quos iam uidemus tanto nauium & triremium
numero, omnique bellico apparatu nos ſuperare, & ex noſtris, quas quotidie no-
bis eripiunt nauibus & triremibus, ut ſuperioribus annis bonam noſtræ claſsis
partem ad Syrtes ceperunt, ſuam augere claſſem; ut meritò timendum ſit, poſt ca-
ptam Rhodum interiacentes inſulas & portus, ac caſtra maritima in præſenti uer
ſari periculo; atque his captis, & omnibus demum ſublatis impedimentis, breui il-
4 los per Mare noſtrum totam fere continens Italiam, ut Euphrates Chaldæam, in
gentes in eam Regionem copias, & maximos exercitus quaſi per continentem, ſic-
co pede; per inde ac ſi Mare exiccauerint, ut Cyrus olim Euphratem exiccaſſe fer
tur, fore traiecturos: Et quemadmodum ille magno exiccato flumine, Babylo-
nem, totamque Chaldæam, ut ante prædixerat Ieremias, cepit; ſic Turcarum Im-
peratorem Roma totaque Italia tandem potiturum. Romam enim Babylonis no-
mine in ſacris literis deſignari, grauiſsimi inter alios auctores ſunt, Hieronymus
& Tertulianus. Quod autem de exiccando Euphrate prædixit Ioannes, ſic in-
telligendum uidetur, ut illud quod Iſaias pręedixit, Dominum deſolaturum lin-
5 guam maris Aegypti, & leuaturum manum ſuam ſuper flumen in fortitudine
ſpiritus ſui, & percuſſurum in ſeptem Riuis, ut tranſeant eum calciati. Nempe,
quod ſiccaturus eſſet mare rubrum oblongum inſtar linguæ, atque Euphratem,
hoc enim flumen deſignari putat Chaldæus Paraphraſtes, Hoc eſt, expediturus
iter populo ſuo, qui tempore Apoſtolorum relictus fuiſſet diſperſus per uarias
orbis partes, & ſublaturus omnia impedimenta, ut iam facile per mare rubrum &
per Euphratem tranſire poſſent in Ieruſalem ad audiendum legem, & uerbum do
6 mini, Euangelium. ſ. q inde exiſſet, perinde ac ſi ſiccata eſſent: ut olim ſemel &
iterum in eam regionem iter expediuit ſiccato primum mari Rubro, deinde vero
Euphrate. Ac mihi quidem uidentur Galli iunctis cum claſſe Turſica ſuis naua-

libus copijs, Euphratem noſtris temporibus ſiccare cæpiſſe: & viam Regibus ab 1
ortu ſolis venturis præparare, quum Turcas huius nauigationis inſolentes & igna
ros, contra nos conduxerunt; multiſquè æditis in Hiſpania, & in Italia cladibus,
ingentium, quæ Eccleſiæ catholicæ imminent, malorum ſpecimen præbuiſſe, &
Babylonis calicem prægustandum propinaſſe: Sed heu me, quam miſere, & ipſa
nunc quoquè Gallia de calice illo a ſuis ipſis filijs bibere cogitur, & inebriari? Nec
dum tamen animaduertit, quòd iam a quarta generatione irritat Dominum. Ad
huc enim impio præbet auxilium: & his, qui oderunt Dominũ amicitia iungitur.
1. Cor. 10. Nec in tantis malis Turcas Chriſtianorum ſpolijs onuſtos, atquè adeo Chriſtia-
2. Cor. 16. nos ipſos captiuos, hoſpitio excipere, & in magnum Chriſtiani nominis dedecus, 2
& detrimentum Domini noſtri Ieſu Chriſti hoſtes armis, omniquè commeatu
pudet iuuare. Nec audit Pontificis anathemata. Non Paulum clamantem, *Nolo vos*
ſocios fieri Dæmoniorum, nolo vos iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio
iuſticiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? Quæ conuentio Chriſti ad Belial?
Aut quæ pars fideli cum infideli? An æmulamur Dominum? Quin nec audit Domi-
Exo. 20. num de cælo intonantem; *Ego Deus fortis & Zelotes, reddens iniquitatem patrum in fi-*
lios in tertiam & quartam generationem earum, qui oderunt me. Nam ſi bene memoret
Gallia, hanc iam inueniet a Franciſco vſque quartam eſſe ſub Carolo generatio-
nem, ex quo in impia illa coitione, & nefario fœdere cum dei hoſtibus iſto perſe- 3
uerat. Sed hæc hactenus. Quantum uero turbarum tunc erit in Eccleſia, quam
miſere vbique trepidabitur, quanta futura ſit piorum perſequutio, quam crebra,
Apoc. 6. & pudenda inſignium virorum ab Eccleſia defectio, ille eiuſdem prophetæ locus
ſatis indicat: *Et vidi inquit, quum aperuiſſet ſigillum ſextum, & ecce terræmotus magnus*
factus eſt, & ſol factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus; & luna tota facta eſt ſicut ſanguis,
& ſtellæ de cælo ceciderunt ſuper terram, ſicut ficus emittit groſſos ſuos, quum a vento ma-
gno mouetur, & cælum receſsit ſicut liber inuolutus, & omnis mons & inſulę de locis ſuis
motæ ſunt: & Reges terræ & Principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis ſeruus,
& liber abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in petris montium, & dicunt montibus: Cadite ſuper 4
nos, & abſcondite nos a facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni. quia venit dies magnus
iræ ipſorum. Et quis poterit ſtare?

Quum ergo nemo erit, qui poſsit ſuſtinere perſequutionem, & rerum om-
nium perturbationem, tunc demum ex alto ſopore excitabuntur carnales Prælati,
& Clerici omnes delicati. Tunc qui eo vſque diuitias bonitatis, & patientiæ &
longanimitatis Chriſti non omnino contempſerint, ſingulari eiuſdem benigni-
te agnoſcent, tam longam Dei patientiam ſe ad pænitentiam perducere voluiſſe: 5
atque ita diſcuſsis ſuperioribus ignorantiæ tenebris, ea mala, quibus tunc oppri-
mentur, magno fortique animo pro ſingulari Chriſti beneficio excipient: & nihil
iam cunctandum rati, relictis ſubito omnibus delitijs, & abiecto prodigioſo lu-
xu, quem per figuram, intelligentiam Rhetorib. dictam, querimonia illa ſignificat,
Manus meæ ſtillauerunt Myrrham: digiti mei pleni ſunt Myrrha probatiſsima. ad aperien-
dum animi ſui oſtium Chriſto (hoc eſt ad exhibendum Chriſto promptam & para
tam uoluntatem ſuam) properabunt: & ſublato prius peſſulo (Nempe ſublata
carnis cura, & amore ſui) omnino aperient. Aut vero per manus, & digitos intel
lige opera, per myrrham probatiſsimam, mortificationem. Itaque tunc veram 6
& nullo modo fictam aggredientur pænitentiam, & ueræ pęnitentiæ operibus
mortificabunt (vt Paulus hortatur) membra ſua, quæ ſunt ſuper terram. Belle por-

ro

1 ro hic deſcribitur impij hominis iuſtificatio, atque extrema pugna, & conflictus carnis cum ſpiritu, qui committitur in homine, quum Deus ſua gratia decreuerit ipſum in meliorem mentem reuocare, ac iuſtificare. Primum generali gratia, qua omnes peccatores præuenire ſolet Deus, admonetur ſponſa peccati ſui, & extremi periculi, in quo laſciuiens, & delitijs dedita, uerſatur; uicta tamen delicatioris uitæ illecebra, rationi per gratiam recte monenti, nondum paret; nec omnino repellit monitorem; quod qui faciunt, in reprobum ſenſum ipſi quoque à Deo per rationem nos uocare ſolito, repelluntur. Id uero ſignificat ſponſa cum ait. *Ego dormio, & cor meum uigilat*. Familiarius deinde admonita, agnoſcit ſe reuocantis
2 ſponſi ſana conſilia, ac blandientis preces, uariaque, & ad perſuadendum appoſitiſsima argumenta. Quæ omnia iam ad ſpecialem Dei gratiam pertinent, cuius ſunt quædam primordia. Tum ſponſa magis hæret; & dubia modò huc, modò illuc diſtrahitur. Viſa enim ſibi audire uocem ſponſi; & eiuſdem ſuaſa argumentis in ipſius inclinat partes: & (ut ait Paulus) *condelectatur legi Dei ſecundum interiorem hominem*. Ineſcata deinde & illecta uoluptatis illecebra, carni & exteriori homini dat manus; atque legibus carnis obtemperans rapitur ad peccatum. Hic autem conflictus his uerbis exprimitur. *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Non enim omnino repellit ſponſum
3 aut recuſat aperire; ſed friuolas ſuæ inertiæ prætexit cauſas. Interim ſubindicans, ſe uelle quidem ſurgere, & pulſanti ſponſo aperire. Tum ſponſus, qui (modò abſit obſtinatus in peccando animus) ad ueniam facilis eſt, & noſtræ ſalutis ſupra modum ſolicitus, miſeratus ſponſæ caſum, & infirmitatem, copioſiore adhuc ipſam gratia præuenire inſtituit, & validiore iuuare auxilio, ſimul urgendo flagellis & perſequutionibus; Quæ manus ſponſi eſt, per foramen immiſſa. Eam uero manum agnoſcens illa contremiſcit; maioremque iram ſponſi in ſe uerita prouocare, uale dicens uoluptatibus, omneſq; fortiter abijciens delitias, adiuta tamen & innixa ſpeciali Dei gratia, & auxilio, ſurgit, atque omnino aperire ſponſo ſtatuit. Ac
4 perſtans in ea ſententia manum peſſulo admouet; eoque ſublato, oſtium tandem ſponſo aperit. Superatis namque ſingulari Dei gratia ſuperioris uitæ illecebris & delitijs, peſſulum tollit, nempe curam carnis; & amorem ſui abijcit, & omnia impedimenta, quæ quominus Chriſtus ingrederetur, in cauſa erant. Atque ita demum Chriſto ſponſo ſuo aperit oſtium, nempe uoluntatem, quæ animæ uelut oſtium eſt, per quod iam patens ille ſit ingreſſurus. Nullum namque alioqui eſt tam fortiter oppeſſulatum, & clauſum oſtium; nulla adeo ferreis, & fortibus repagulis obfirmata, & obſerata domus; quàm humanus animus, qui rebus humanis implicitus curam carnis agit; & ea duntaxat, quæ ad præſentis uitæ inſtitutum ſpe-
5 ctant, ſatagit. Illuc ſane nullus Chriſto patet, immo uerò nec patere poteſt aditus. Sapientia enim carnis. hoc eſt affectus, & cura carnis, & rerum fluxarum (ut inquit Paulus) inimica eſt Deo. legi enim Dei non eſt ſubiecta. Nec enim poteſt. Rom. 8.
Et qui in carne ſunt Chriſto placere non poſſunt. Hunc uero progreſſum uerba illa ſignificant. *Surrexi ut aperirem dilecto meo, manus meæ ſtillauerunt Myrrham, & digiti mei pleni ſunt Myrrha probatiſsima. Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo.* Illud uerò hoc loco diligentiſsime obſeruandum uidetur, non poſſe ſponſam ani
6 mi ſui oſtium aperire, aut e peccati ſomno ſurgere, aut euigilare, antequam familiaribus & blandiſsimis admonitionibus internis, & omnipotentis ſponſi tangatur manu.

Hoc eſt, antequam ſpirituali Dei gratia nullis ſuis meritis præueniatur, & po- 1
tentiſsime adiuuetur. Nec item ſponſum cum per ſe poſsit aperire, & aditum
ſibi ad animum ſponſæ facere, id per ſe velle agere: ſed voluntatem, & conſen-
ſum illius expectare; quo accedente, communi vtriuſque opera totum hoc opus
abſoluatur.

Et quod magis miremur, cum in hoc negotio exiguę admodum, & poſtre-
mæ partes ſponſæ ſint; illæ ſcilicet, vltro & nullo ſuo merito oblatam ſponſi
operam, & gratiam non repellere, ſed liberaliter admittere, porrectaſque illius
adiutrices manus prenſare ac ducem ſequi: Sponſus tamen adeo benignus eſt in
ſponſam, & munificus; vt quod ſuo iure ſibi vendicare poſſet, opus ſponſæ tamen 2
eſſe agnoſcat, & illius quoque opus dici concedat. Quem ſponſi ſui ſenſum cum
illa probe teneat, non veretur, ne illum offendat, ſi dixerit: *ſurrexi, vt aperirem di-*
lecto meo, & *Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo*. Vt iam aliquod agnoſcant ſeipſos,
& profuſam in ſe Dei benignitatem male feriati noſtri temporis homines illi de-
prehendant, qui ſuo errori diuini honoris ſtudium falſo prætexentes, poſt lapſum
primi parentis, omnibus hominibus liberum arbitrium omnino ereptum volunt,
nihilque inter hominem, & iumentum intereſſe: Sed perinde agi a Deo hominem
tam ad malum, quam ad bonum, vt iumentum a ſeſſore ſuo. Nec minus proditio-
nem Iudæ, quam vocationem Pauli proprium eſſe Dei opus: quod erratum ſuum 3
Dauidis teſtimonio, & auctoritate nituntur confirmare: qui ſe velut iumentum
apud Deum factum eſſe fateatur. Atque quum hæc magno ſupercilio docent, ſo
Pſal. 72. liuolunt videri pij legis Doctores, & diuini honoris ſtudioſi: non intelligentes
(vt ipſis Paulus exprobrat) quæ loquuntur, nec de quibus affirmant. Vt plane non
1.Tim.1. intelligebat Monachus ille Auguſtinianus, magni nominis apud Bononienſes con
cionator; quem nos Bononiæ in quadam publica diſputatione coram cardinali
Contareno legato Pont. habita, hoc tamen oraculo male intellecto nitentem ante
annos vigintiſex grauiter errare in via fidei & morum, Dei gratia conuicimus. Si
enim ſenſum legis tenerent, eo loco in contrarium ſenſum non tam fœdo erro- 4
re abuterentur.

Nam quum tam grauem eſſe quæſtionem, quæ ipſum vexabat, prophe-
ta ſignificare voluerit; vt quo magis cum ipſe ſecum verſaret, ſuiſque viribus,
& ingenio tantùm fretus, diſſuere, expedireque niteretur, eo minus profice-
re, longiuſque a ſcopo aberraret, & in horas hebeſceret, atque inſtar iumenti bur-
dus & ſtupidus, nulliuſque ingenij in penetrandis arcanis Dei ſenſibus, a Deo
cõuinceretur: *Non eſt*, inquit Eccleſiaſtes, *inueſtire magnalia Dei: cum conſummauerit*
homo, tunc incipiet, & cum quieuerit, tunc operabitur. Eccleſ. 8. cum inquam, ita
de ſe Propheta pronunciet, illi cõtra hoc ipſum Dauidis de ſe teſtimonium in hoc 5
trahunt; vt inde nobis perſuadeant, quum Dei gratia nitentes, Dei mentem aſſe-
qui conamur, malumque & equum exuere; tum nos maxime in irrationalia iumen
ta degenerare, atque tam in bene, quam in male agendo deteriore quàm illa age-
re conditione.

Nec animaduertunt quum maxime uideri uolunt diuini honoris aſſertores &
uindices, tum ipſos maximam Deo irrogare iniuriam, quod dicant hominem in be
ne agẽdo, in quo imaginẽ & ſimilitudinẽ Dei retinet, & Deũ exprimit, in eo maxi- 6
me imaginẽ & ſimilitudinẽ iumẽti exhibere. Quanto rectius Dionyſius, Nõ inqt,
coactã uitã habemus: Neq; liberi arbitrij gratia diuinitus indulta mortalib. pro-
uidentiæ

1 uidentiæ diuinæ luce, & ſplendore obtunditur. Cæterum diſsimilitudo ſpiritua-
lium luminum facit, vt affluentiſsima paternæ benignitatis lux aut omnino capi,
participarique non poſsit (quippe quæ ipſos obtutus intimos ſuo fulgore perſtrin
git) Aut certe ipſa lucis participatio pro ſuſcipientium meritis varia ſit, parua ſci
licet vel magna, obſcura vel lucida: cum tamen radius ille diuinus vnus ac ſim-
plex ſit, eodemque modo ſe habeat per omnia ſemper explicitus. Cœl. Hie. cap. 9.
Nec dicere quiſpiam poterit (inquit Cyrillus) niſi magna vecordia teneatur, ideo
inſenſatum ſe Pſalmiſtam appellaſſe, quia Deo inhæſit. Magna enim hinc impie-
tas oritur.

2 Nam ſi qui prudenti homini adhæſerit, ſapientior fit; quomodo amentem &
inſenſatum Deo inhærentem appellabimus? Quid igitur eſt quod dicit? Si
humana ſapientia diuinę ſapientiæ conferatur, nihil mentis habere videbitur. Ni-
hil enim oio creatura eſſe videbitur, ſi creatori conferatur: libro nono in Ioannem
capite viceſsimo primo. ſed his prætermiſsis ad ſponſam redeamus. *At ille inquit,
declinauerat atque tranſierat. Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus loquutus eſt. Quæſiui,
& non inueni illum. Vocaui, & non reſpondit mihi.* Ecce pœna, quam ſub metaphora
nauſeabundi ventriculi iudex apud Ioannem Epiſcopo Laodicenſi commina-
tur. *Quia inquit tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.* *Apoc. 3.*
3 quod enim illic eſt, epiſcopum illum inſtar aquæ tepidę nauſeam excitantis euo-
mere, hoc ipſum eſt hoc loco cunctantem ſponſam præterire. quæ dum nectit
moras, & tempus trahit, ſponſo ſuo ſtomachum mouet. Id verò tum demum illa
agnoſcit, quum ſponſo aperuerit; quod antea quum in delitijs ageret, & diuitijs
abuteretur, non cognoſcebat. ſe inquam (vt ſæpe memorato Epiſcopo obijcitur)
tum maxime miſeram fuiſſe, miſerabilem, & pauperem, cęcam & nudam, quum ſi-
bi videbatur diues, locupletata, & nullius indigere; is enim erit reſipiſcentis Eccle
ſiæ progreſſus, qui hoc loco miro ordine, & ſignificantiſsimis parabolis nobis
oſtenditur, & velut in tabella obſeruandus proponitur. Vt ſeipſa primum ſuæ
4 ignauiæ, & luxus ſit reprehenſura; tum à ſponſo familiariter & blande admodum
admonenda; adhibitis deinde perſequutionibus excitanda, & ad pænitentiam pro-
uocanda. Quam Dei manum agnoſcens tandem ſurrectura ſit è cubili delitiarum,
& molliori uitæ luxu; curam carnis, & amorem ſui abiectura, & eo ſublato peſſu
lo, oſtium animi ſui ſponſo pateſactura; atque ita demum diuinæ gratiæ lumine
recuperato, & apertis cordis ſui oculis immiſſo, quantam antea iacturam fecerit
intelliget, & grauiter dolebit, memor præſertim illius benignitatis, & patientiæ,
qua erga ipſam ſponſus vſus fuerit, quaſi dicat. Me miſeram, nunc certe depre-
hendo, meam mollitiem, meas delitias & impias moras meus dilectus quam graui-
ter tulerit.

5 Nunc demum intelligo, mea ingratitudine, & impietate quam ille offen-
ſus fuerit: quippe qui domum meam præterierit, meque relicta, aliò diuerte-
rit. Nam ego quidem iam ſurrexi; nec me unguenta, quibus delibuta molliter cu-
babam, diutius in cubili detinere potuerunt. Ab oſtio domus meæ iam ſuſtuli
peſſulum, omniaq; repagula: iam ipſius recipiendi cupida aperui oſtiũ. At ipſe nuſ
quam eſt: quoniam iam dudum ſe ſubduxiſſe iratum, atq; abijſſe, certum eſt. *Ani-
6 ma mea liquefacta eſt, ut dilectus meus loquutus eſt.* aut in Hebræo נַפְשִׁי יָצְאָה בְדַבְּרוֹ qđ
ad uerbum eſt, anima mea egreſſa eſt in loqui ipſum, hoc eſt, diſcrutior, &
linquor animo, quum recolo acriuſque mecum reputo quam blande, quam hu-

maniter me,quum molliter cubarem,ille foris tremens præ frigore geluque, & no- 1
cturna obrutus glacie,amicam ſuam,columbam ſuam,& immaculatam ſuam ap-
pellaret;|quam miſerabiliter ſibi grauiter aſſlicto,ut aperirem, obſecraret. Huius
certe orationis ſponſi mei me in fœlicem diſcrutiat & exanimat recordatio: no-
ctes dieſq; torquet,& exedit neglectę occaſionis cogitatio:ut præteritum pro prę
ſenti poſitum ſit hoc loco:quod non raro fit in ſacris biblijs. Quin & ſi ad dictio
nis ſchema aduertamus; nempe ſponſam apud fœmiuas Ieroſolymitanas queren-
tem,quę præterita iam ſunt,recenſere,nihil opus erit præteritum pro præſenti po
ſitum eſſe dicere. Atque hæc eſt prima utilitas, quam ex recuperata Dei gratia, &
viuidæ fidei lumine tum capiet ſponſa. Nam tametſi primus ad pœnitentiam gra- 2
dus ſit,ſecum reputare,quam graue accepit peccator incommodum, quod mente
adeo auerſa immenſum & incomparabile bonum exiguo admodum,& in ſpeciem
dumtaxat bono commutarit;quia tamē ad ueritatis ſplendorem noſter caligat ocu
lus,antequam eiuſdem fulgore fuerit illuſtratus,& roboratus;nec tam exacte amiſ
ſi tanti boni prętantiam poteſt aſſequi;nec etiam propter illius iacturam,quā non
tam exacte poteſt æſtimare, tantopere poteſt peccatoris animus dolere. At uero
vbi confirmatam Dei gratia mentis aciem in ipſum,qui confirmarit, deſigere quis
potuerit,tum ſuperioris & male actæ uitæ perfecta ſubit pęnitentia. Tunc in pri
ſtinam cum Chriſto redire gratiam gliſcit animus: & quaſi quibuſdam charitatis 3
facibus agitatus,illum foris quærendo, quem iam intus habet,& inuocando uelut
debacchatur:non enim ſic ageretur,niſi ignem cuius ardore agitur,iam concepiſ-
ſet. Qui mente integra Deum deſiderat (inquit Gregorius) profecto iam habet,
quem amat. Nec enim quiſquam poſſet Deum diligere, ſi eum, quem diligit, non
haberet.Nec diu quærendo,& inclamando quamuis non inueniat,aut reſponſum
vllum ferat, defatigatur. Verberæ potius,& uulnera perpeti, iacturam bonorum
facere,& capitis periculum adire,quàm ab incepto deſiſtere,certū eſt. Sic & olim
ordo Hierarchicus ſe acriter caſtigans,ac ſuam damnans ſegnitiem,& impietatē,
Chriſtum quem abs ſe alienaſſe uehementer dolebit,ieiunijs,vigilijs, & omnibus 4
pietatis officijs ubique terrarum pertinaciter inquiret;orationibus,& lachrymis,
planctu,& gemitu inuocabit; intermiſſam longo tempore Euangelicam functio-
uem audacter repetet, & conſtanter obibit; in hæreſes & perditos hominum mo-
res præſertim ſacerdotum,& Principum acriter inuehetur;a quibus miſere vapu-
labit,cędetur,& proſcribetur. Nec tamen ideo cohiberi poterit,quin omni offi-
cio,ac pietate Chriſto ſuo contendat ſatisfacere, & ſe ei,quem hactenus offende-
rit,probare. Quin nec ideo illum quærere,aut inuocare ceſſabit,quòd diu quæſi-
tum non poſſit inuenire,aut ab eo,quem multo tempore in tantis malis inuocaue-
rit,reſponſum,id eſt,fauorem ullum,aut opem obtinere. Talem nimirum in ſe ob 5
ſimilia in ipſum commiſſa flagitia experiens Chriſtum,qualem ſe fore in Synago-
Mich. 3. gam per prophetas ſuos ipſe prædixit Deus. *Nunquid non veſtrum eſt*, inquit apud
Michæam Dominus, *ſcire iudicium, qui odio habetis bonum & diligitis malum? Qui
violenter tollitis pelles eorum deſuper eis,& carnem eorum deſuper oſſibus eorum? Qui co-
mederunt carnem populi mei,& pellem eorum deſuper expoliauerunt:oſſa eorum confrege
runt,& conciderunt ſicut in lebete,& quaſi carnem in medio ollæ. Tunc clamabunt ad Do-
minum,& non exaudiet eos,& abſcondet faciem ſuam ab eis in tempore illo*. Item apud 6
Zachariam *ſicut* inquit, *non audierunt; ſic clamabunt, & non exaudiam eos*. Et hæc ip-
Zach. 7. ſa Dei ſapientia apud Salomonem, *quia vocaui* inquit, *& renuiſtis, extendi manum
meam,*

1 *meam, & non fuit qui aſpiceret, & deſpexiſtis omnes conſilium meum, & increpationes* Pro.1.
meas neglexiſtis; ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, quum vobis id quod
timebatis, aduenerit. Quum irruerit repentina calamitas; & interitus quaſi tempeſtas in
grueril. Quando venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia: tunc inuocabunt me, & non exau
diam: mane conſurgent, & non inuenient me: eo quod exoſam habuerint diſciplinam, & ti
morem Domini non ſuſceperint, nec acquieuerint conſilio meo, & detraxerint vniuerſæ
correptioni meæ. Comedent igitur fructus viæ ſuæ, ſuisque conſilijs ſaturabuntur. Auer-
ſio paruulorum interficiet eos, & proſperitas ſtultorum perdet illos. Nam & hæc Ec-
cleſiæ deuaſtatio, in deuaſtatione Regnorum Iſrael, & Iuda, olim adumbrata
2 fuit: & malorum omnium tam Eccleſiæ, quam Synagogę illa ſunt ſumma capita, &
primariæ ſcaturigines. Auerſio inquam, paruulorum, & proſperitas ſtultorum.
Sed obijciat aliquis; ipſe ſponſus dum oſtium pulſaret, dixit Epiſcopo Laodicen
ſi, & in eius perſona toti Eccleſiæ. *Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ia-* Obiectio.
nuam, intrabo ad illum & cœnabo cum illo, & ille mecum: hic verò quum audita uoce Apoc.3.
ſponſi, ſurrexit ſponſa, & oſtium illi aperuit, nuſquam inuenit ſponſum, nec ue-
hementer inclamans exauditur. Tantum abeſt, ut ad eam ille ingrediatur; aut cum
ipſa cœnare dignetur; quin promiſsi ſui negligens fidem ſoluere, & ſponſam ſua
ſpe uidetur fruſtrare. Secundum hominem loquor cum Paulo: & cum eodem, Rom.3.
3 abſit, reſpondeo. Sit Deus uerax, omnis autem homo mendax. Spes enim nemi- Rom.5.
nem pudefacit, quia charitas Dei diffuſa eſt in corda noſtra per ſpiritum ſanctũ;
qui datus eſt nobis: ut plane datus eſt ſponſæ ſtatim, atque aperuit oſtium ſponſo:
immo uero antequam aperiret. Nec enim, ut abunde retro oſtendimus, aut per
ſe aperire illa potuit, aut ſurgere, aut e peccati ſomno euigilare; quin ſpeciali Chri
ſti gratia, & ſpiritu opus habuit. Quod ſi ſpiritus Chriſti iam tum in ſponſam ſe
infudit, Chriſtum quoque, cuius ille ſpiritus eſt, ad ipſam iam tum introiſſe con
ſectarium eſt, & neceſſarium. Verum enimuero ita exigentibus ſuperiorib. ſpon-
ſæ meritis, non ſtatim ſe ipſi, ut antequam turpiſsime luxuriaretur, & ſe excluſo
4 riuales, mundum ſcilicet, Dæmonem & carnem admitteret, tam familiarem præ-
bere inſtituit, nec tam arcta ipſam conſuetudine honeſtare. Sic enim ſolet Deus
eos, qui ſe grauiſsime offenderint ulciſci; ut quamuis quidem remiſerit præteri-
ta admiſſa, aliquamdiu tamen pœnas peccatis debitas cogat luere. Vt ſic pudefa-
cti ſi perſtiterint, & flagellum a patre admotum fortiter ferant, in priſtinum hono
ris gradum reuocentur, & parem dignitatem: cuius rei manifeſtum extat in nume-
ris exemplum. Quum enim Maria grauiter obmurmuraſſet in fratrem ſuum Mo Nu.12.
ſen, diuinoque honori plurimum detraxiſſet, ſic cum fratre ſuo Aaron, qui & ip-
ſe ſorori ſuæ aſſenſerat, a Deo reprehenſa eſt, *quare* inquit, *non timuiſtis detrahere*
5 *ſeruo meo Moyſi?* & in ultionem tanti ſceleris iratus contra eos Dominus (ut in-
quit ſcriptura) abijt. Nubes quoque receſsit, quæ erat ſuper tabernaculum. Et
hac pœna ultus fuit Dominus Aaronem: Mariam autem auctorem peccati acrius
longe multauit. *Ecce* inquit ſcriptura, *Maria apparuit candens lepra quaſi nix: cum-*
que reſpexiſſet eam Aaron, & vidiſſet perfuſam lepra, ait ad Moſen. Obſecro Domine mi,
ne imponas nobis hoc peccatum, quod ſtulte commiſſimus: ne fiat hæc quaſi mortua, & vt
abortiuum, quod projicitur de vulua matris ſuæ. Ecce iam medium carnis eius deuo-
6 *ratum eſt a lepra: clamauitque Moſes ad Dominum dicens. Deus obſecro ſana eam: cui*
reſpondit Dominus. Si pater eius ſpuiſſet in faciem illius, nonne debuerat ſaltem ſe-
ptem diebus rubore ſuffundi?

Separetur ſeptem diebus extra caſtra: & poſtea reuocabitur: Excluſa eſt igi- 1
tur Maria ſeptem diebus, & populus non eſt motus de loco illo, donec reuocata
eſt Maria. Sic & hoc loco tametſi ſponſa aperuerit ſponſo, & cum eo in gratiam re
dierit, non ſtatim in priſtinam recipitur familiaritatem, & honorem, ac ſpiritus de
litias; ſed ſuo honore, & dignitate carere cogitur; & ſeptem diebus (hoc eſt) do-
nec ſatis pœnarum pro admiſsis dederit, priuatim agere compellitur; & grauiſsi-
mis perſequutionibus, multiſque calamitatibus uelut igni, a lepra, lepræque reli-
quijs repurgari, ac renouari; & ſic tandem digna amplexibus ſponſi reddita, in ta-
bernaculum ſuum, & priſtinum ſtatum reuocari; quæ illa demum laus, & gloria,
1.Pet.1. atque honos, quę fidei noſtræ probationem ſpectare dixit Petrus Apoſtolus. *Exul* 2
tabitis, inquit ille, *in tempore nouiſſimo: modicum*, (hoc eſt ad breue tempus) *Nunc ſi
oportet contriſtari in tentationibus varijs: vt probatio fidei veſtræ multo precioſior auro,
quod per ignem probatur, inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelatione Ie-
ſu Chriſti*. Atque hęc ſane & ſimilia exempla, & quod in his Dei conſilium intel
ligendum nobis ſcriptura proponit, ſi diligenter animaduertent noſtri temporis
hæretici, ignauum ſane, & ocioſum genus hominum, quod ex Germania ſe effu-
dit in Galliam, & in ulteriorem nuper appulit Hiſpaniam, pœnas quas de ſe ipſis
ſumunt, qui peccauerint, quibuſque pro ſuis admiſsis Deo ſatisfacere omni ope
nituntur, non ita temere damnarent: nec ſolis pœnis, quas pro expiandis hominum 3
peccatis pependit Chriſtus, contentos nos eſſe iuberent. Depræhendimus & aliā
huius diuini conſilij in affligendis, qui reſipuerint, rationem. Illam nimirum: Vt
quum ſeuere caſtigati fuerint, graueſque ſuorum ſcęlerum pęnas dederint electi;
inde impiorum hominum, qui finem nullum peccandi faciunt, nec ullam diuinæ
legis habent rationem, pœnas & ſupplicia melius poſsint ęſtimare: ſuoſque ipſo-
rum periculo cautiores facti, legem diuinam poſt hac diligentius obſeruare memi
Sapien.16. nerint, & ad Dei beneficia percipienda magis reddantur idonei. Id quod liber ſa-
pientiæ diſerte nos docet. Illud præterea obiter annotandum uidetur, ſui errati
manifeſte conuinci hoc loco quoſdam noſtræ tempeſtatis male perſuaſos homi- 4
nes, qui cōtendunt, eum quiſquis Deo reconciliatus ſit, ipſius gratiam & fauorem
Eccl.9. in ſe poſſe manifeſte deprehendere. Vt enim locum illum Eccleſiaſtæ, quo ca-
tholici perſuaſi ſunt, neminem id certo ſcire poſſe, niſi ex ſpeciali quadam reue-
latione, quæ paucis admodum contingit, frigida quadam interpretatione eludant;
hic tamen tenetur, nec ulla ratione inficiari poſſunt; quin ſponſa quum in gratiam
.21 redierit ſponſi, queratur, ſe quæſiſſe ſponſum, nec tamen inueniſſe; uocaſſe, nec ta-
men reſponſum ullum tuliſſe. Quod nihil aliud omnino eſſe uidetur, quàm quum
peccare deſtiterit, ſe tamen an ueniam peccatorum ſuorū obtinuerit, & an in gra-
tiam cum ſponſo redierit, addubitare, idq; ingenue profiteri. Nec rarò contingit, 5
ut maiora in nobis præſentiæ, & familiaritatis diuinæ ſentiamus ſigna, quū Deus
ipſe nos ad ſe uocat, & cordis noſtri pulſat oſtia, mentemq; ad ſe excitat; quā quū
omnino excitata, & ad eum conuerſa mente, çordis noſtri illi patent fores. Illud
tum maxime agente ſponſo noſtro Chriſto, ut primum exhibito aliquo ſui ſenſu,
nos ſemel ineſcatos ad ſe alliciat; quos deinde ijs de cauſis, quas ſuperius retuli-
Eccl.2. mus, ſit ut æquum fuerit, caſtigaturus. Quamobrem ſapiens ille Ieſus filius Syrach
ſic nos admonet. *Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & in timore Dei, &* 6
*præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum, & ſuſtine: et inclina aurem tuā,
& ſuſcipe verba intellectus: & ne feſtines in tempore obductionis*; aut iuxta græcum, ne

quid

1 quid impetus tempore trepides. *Suſtine ſuſtentationes Dei, coniungere Deo, & ſuſti-
ne, ut creſcat in nouiſsimo uita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe.* Aut iuxta
græcum, quidquid inuaſerit te libens excipe *& in dolore ſuſtine & in humilitate.*
*Quoniam in igne probatur aurum & argentum: homines uero acceptabiles in camino humi
liationis.* Et idem de ſapientia, & eo qui ſapientiam aſſequuturus ſit, ſic loquitur. *In
tentatione inquit ambulat cum eo, & in primis eligit eum. Timorem, & metum, & pro-
bationem inducet ſuper illum in tribulatione doctrinæ ſuæ, donec tentet eum in cogitationi-
bus ſuis, & credat animæ illius.* Et quæ ſequuntur. In quem ſane finem adeo miſere
affligendam tum fore Eccleſiam, Malachiæ oraculum illud aperte teſtatur. *Ipſe,* in-
2 quit de Meſsia loquens, *quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum. Et ſedebit con-
flans, & emundabit argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum & quaſi* Malach.3.
*argentum. Et erunt Domino offerentes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit Domino ſacrifi-
cium Iuda, & Ieruſalem ſicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui.* Quemadmodum enim
primo ſuo aduentu id feciſſe uidemus Chriſtum, ſuam uarijs & grauiſsimis perſe
quutionibus repurgando Eccleſiam: Et quemadmodum inquit Petrus incipien-
dum fore iudicium a domo Dei, ita. ſ. quod honoris gloriæ, & uirtutis Dei, & qui 1.Pet.4.
eſt eius ſpiritus, ſuper eos qui tum ſic affligebantur, requieſcente. Sic & ſub ſecun
dum eiuſdem aduentum, cęptum iam olim iudicium perficiendum eſt: ut gloria,
3 honor, & uirtus Dei, & ſpiritus eius in Eccleſia ſic probata, & repurgata requie-
ſcant. *Alioqui* (ut teſtatur ſapiens) *facile videtur ſapientia ab ijs, qui diligunt eam: & in* Sapien.6.
*uenitur ab ijs, qui quærunt illam: præoccupat, qui ſe concupiſcunt, ut illis ſe oſtendat. Qui
de luce uigilat ad illam, non laborabit: aſsidentem illam foribus ſuis inueniet:* Deſignan-
tur porro in hac ſponſæ querimonia infœlicia illa tempora, quorum Chriſtus di-
ſcipulos ſuos apud Lucam admonuit in hunc modum. *Venient dies quando deſide-* Luc.17.
*retis videre unum diem filij hominis, & non videbitis: qui autem perſeuerauerit vſque in
finem,* (ut idem apud Matthæum prędixit) *hic ſaluus erit.* Huius ergo oraculi me Mat.24.
mor ſponſa, nulla tporũ iniquitate, aut ſponſi difficultate fracta, in tantis malis ob
4 ſtinato animo, dum illum inueniat, perdurabit. Quæ admiranda piorum conſtan-
tia, & heroica fortitudo hiſce uerbis nobis adumbratur. *Inuenerunt me cuſtodes,
qui circumierunt ciuitatem: percuſſerunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum
cuſtodes murorum.*

Hoc igitur loco Eccleſia ſub ſponſæ perſona grauiſsima recenſet incom-
moda, quæ ſponſum perquirendo, & inuocando eſt acceptura. Infau-
ſtum ſane fœtum, quem ipſi naſciturum poſt parturitionem illam, & initia do-
lorum, Chriſtus prædixit in hunc modum. *Tunc tradent vos in tribulationem, & oc-* Mat.24.
cident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc ſcandaliza-
5 *buntur multi: & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Et multi pſeudoprophetæ
ſurgent, & ſeducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multo-
rum. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.*

Nam per cuſtodes, qui circumierunt, aut iuxta Hebræum הַסּוֹבְבִים בָּעִר qui
circumeunt ciuitatem, aut pro ratione ſtili exegetici, qui circumibant ci-
uitatem. Item per cuſtodes murorum, pſeudoprophetas ſignificat, quos
Chriſtus præmonſtrauit: & præſertim ſummum illum pſeudo pontificem &
6 Antichriſtum myſticum, cum primarijs ſuæ factionis hominibus pſeudopro-
phetis, qui totius Eccleſiæ adminiſtrationem uendicantes, omnes dignitates,
& munera Eccleſiaſtica inuadent: ac pro cuſtodibus, & excubijs ciuitatis

Apoc.5. Dei ſe gerent tamen: quam euertere & delere omni ope annitentur. Hi multos fi 1
dei deſertores,pollicitationibus ſeductos ac muneribus,miniſque,& perſequutio
nibus in ſuas partes trahent;atque ut caracterem beſtiæ in manibus, aut in fronti-
bus recipiant,eamque ut adorent,efficient. Hoc eſt ut ferinos mores, & dogmata
immanis illius beſtię Antichriſti, quibus ipſum exprimant, factis ſaltem,aut etiam
uerbis publice profiteantur,& eundem pro Deo colant, ac uenerentur. At uerò
quorũ nomina ſcripta fuerint,in libro uitæ agni,hi nullis ſignis,nulliſue munerib.
aut perſequutionibus a fide Chriſti abſtrahi poterunt,aut abduci. Ibique patien-
tia ſanctorum,& fortitudo ſe oſtendet. Tunc ab impijs illis cuſtodibus percutie-
tur,tunc uulnera multa accipiet, & multis cædibus fędabitur Eccleſia. Ac tunc 2
quidem prælati, qui doctiores cum fuerint, dormientes tamen deprehendentur,
grauius cædentur,grauioremque patientur perſequutionem. Hoc enim Chriſtus
prædixit in parabola illa, in qua iam diximus expoſita eſſe apertius, quæ hoc loco
obſcurius ſunt adumbrata: prædixit autem in hunc modum. *Ille autem ſeruus, qui*
nouit voluntatem domini ſui,& non ſe præparauit,& non fecit ſecundum voluntatem eius,
vapulabit multis. Tunc omni ornatu, & pompa ſpoliabitur ſponſa רדיד enim the-
riſtrum ſignificat,molle quoddam & delicatum ueſtimenti genus,ad mundum mu
Iſai.3. liebrem ſpectans,latini peplum uocant. Et omnes interpretes tertio Iſaiæ capite
רדידים Theriſtra uertunt, quæ Propheta ille a filiabus Ieruſalem, vnà cum omni 3
mundo muliebri,in excidio urbis auferenda fore,uerbis Dominĩ comminatur. Et
Salomon hoc loco Eccleſiam in extrema illa deuaſtatione unius dumtaxat The-
riſtri facta mentione,omni ornatu, & bonis temporalibus priuandam fore prædi-
xit. Quod oraculum alio citato ex Daniele oraculo, Chriſtus in hunc modum con
Mat.24. firmauit. *Quum uideritis* inquit,*abominationem deſolationis, quæ dicta eſt a Daniele Pro*
pheta,ſtantem in loco ſancto, qui legit intelligat. &c. Et tandem ſubiungit. *Tunc erit*
tribulatio, qualis non fuit ab initio mundi vſque modo:neque fiet. Hæc enim poſtrema
uerba faciunt,ut tertiam interpretationem ex ijs,quas in hunc locum adducit Hie
ronymus, maxime probem: & ut oraculum, hoc de extremis Eccleſiæ tempori- 4
bus intelligendum putem,& de Antichriſti perſequutionibus, quibus ille Eccle-
2.Theſ.2. ſiam deſolaturus eſt: & ſe ibi oſtentaturus, ita (ut quemadmodum prædixit Pau-
lus) in templo Dei ſedeat,oſtentans ſe tanquam, uel quòd, ſit Deus. Hæc ergo
extrema mala magna ſua culpa tunc ſibi eueniſſe, in hanc ſententiam queretur Ec
Sup.cap.1. cleſia. *Inuenerunt me cuſtodes,qui circumierunt Ciuitatem*, & quæ ſequuntur. At-
que hæc pericula,iam ab initio coniunctionis ſuæ,& nuptiarum cum Chriſto ini
tarum, præſagiens, & timens ſponſa, initio huius dramatis hæc ſponſo dicebat. 5
Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie: ne vagari incipiam
poſt greges ſodalium tuorum. Sodales namque Chriſti eo loco dicuntur pſeudo-
chriſti,& pſeudoprophetæ,qui dum prophetas Chriſti, & Chriſtum ſimulant Ec
cleſiæ ſponſum, ſponſi ſodales uideri uolunt;cum nihil minus ſint, immo verò ho
ſtes acerrimi. Vt etiam hoc loco cuſtodes ciutiatis Dei, & murorum cuſto-
des dicuntur illi ipſi, qui etiam cuſtodes ſimulant, & excubias eius ciuita-
tis, cuius hoſtes ſunt, & ſubuerſores. In hos itaque hoſtes ſuos noctu incidiſ-
ſe queritur Eccleſia, tempore nimirum grauiſsimæ perſequutionis, dum pertur-
batis rebus omnibus,atque confuſis, impos ipſa conſilij,& omni ope,ut ſibi uide- 6
tur deſtituta, ſponſum quęritat. Quæ infœlicia tempora propter grauiſsimas
calamitates,quibus tunc oppreſſa æſtuabit,& conſilij inops hærebit,modo meri-

dies,

1 dies,modò nox, hoc dramate appellantur: maxime uero propter altiſsimas igno-
rantiæ tenebras,quas regnum illud Beſtiæ tenebroſum offundet hominibus, &
animi anxietatem: Ita ut in errorem mittantur (quemadmodum Chriſtus admo-
nuit) etiam ſi fieri poſſet,electi. Quippe qui uidebunt pſeudo prophetas, & pſeu- *Mat.24.*
do Chriſtos ſua dogmata, & prædicationem magnis ædendis ſignis, & prodigijs
admirandis confirmare, ut olim Apoſtoli ſuæ prædicationi fidem maxime conci-
liarunt, Domino cooperante, & ſermonem confirmante (ut inquit Marcus) ſe-
quentibus ſignis. Quæ res perſequutionem illam omnium, quæ antea unquam *Mar.16.*
fuerint, reddet longe grauiſsimam. Superioris quidem temporis Martyres mani-
2 feſtus idololatrarum error, aut etiã deprehenſa Hæreticorum fraus, & hypocri-
ſis,præter ſpecialem Dei gratiam,in mediis ſuppliciis maxime confirmabat: adeo
ut nullis tormentis,nullis pollicitationibus,aut uolubilis æloquentiæ lænociniis,
& torrente impulſi, de fidei ſuæ gradu mouerentur. At uero extremis illis tem-
poribus ab utraque parte, Meſsiæ agitabitur nomen & cauſa; Ac propterea pij
Dei cultores ſua ueritate & conſtantia nixi,in uinculis & tormentis coram acerri
mis hoſtibus ſuis cauſam dicere cogentur. Qui ad omnia ſuppliciorum genera
inſuper addent miracula,iiſque uelut ferratis arietibus, piorum animos fortiſsi-
me quatient, & euertere annitentur. Penſemus inquit Gregorius, quæ erit hu- *Greg.32. Mora.*
3 manæ mentis illa tentatio,quando & pius martyr corpus tormentis ſubijcit,& ta
men ante oculos eius miracula tortor facit: cuius tum uirtus non ab ipſo cogi-
tationum fundo quatiatur,quando is,qui flagris cruciat, ſignis corruſcat? Ac ne
quiſquam,quæ hic Gregorius miracula uocat,præſtigia fore putet, aut phantaſ- *2.Theſ.2.*
mata, propterea quòd ea Paulus ſigna, & prodigia mendacij dicat, facit eius loci *Aug.ciuit. li.20.*
interpretatio, quam Auguſtinus refert; Ideo dicta Paulo ea ſigna mendacij,quòd
ad mendacium pertrahent credituros; quæ tamen admiranda Satanæ uirtute per-
ficienda fore idem contra eos,qui putant non poſſe niſi diuinitus fieri, ſic oſten-
dit. Virtutem inquit,Diaboli neſcientes,maxime quando tantam,quantam nun-
4 quam antea habuit,accipiet poteſtatem. Non enim quando de cælo ignis cecidit,
& tantam familiam cum tantis gregibus pecorum ſancti Iob uno impetu abſum-
pſit,& turbo irruens,& domum deijciens,filios eius occidit,phantaſmata fuerũt:
quæ tamen fuerunt opera Satanæ,cui Deus dederat hanc poteſtatem. His nihilo-
minus falſis ciuitatis cuſtodibus & murorum, quia parere renuet ſponſa Chriſti
Eccleſia, & ipſis dicentibus,Ecce hic eſt Chriſtus,credere,aut falſam doctrinam
admirando,ſe illis proſtituere,multa ab ipſis feret uerbera, multa accipiet uulne-
ra: Et ad hæc omnia, quia ſuas adhuc retinens diuitias, his ornata inter procos
ſuum quæret ſponſum,uelut palliolata meretricula,quod antea timebat, poſt gre
5 ges ſodalium ſponſi ſui, mœchos uidebitur expetere: nec tamen ulla ratione in-
duci poterit,ut eos admittat: ſed cæſa potius ad necem,ſuum amittet pallium,&
uniuerſum mundum. Atque hoc uidetur fore iudicium, quod à domo ſua, hoc
eſt,ab ordine Clericorum & miniſtrorum ſuorum, apud Ezechielem decernit Iu- *Ezech.9.*
dex: & cuius tempus appetere admonet Petrus Apoſtolus. Illud inquam iu- *Pet.4.*
dicium,cuius cauſam & breuem ſummam de Chriſtiano clero tropologicos in-
terprete Hiero. pronunciat Malachias propheta in hanc ſententiam. *Labia ſacer-* *Malach.2.*
6 *dotis cuſtodiunt ſcientiam: & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituũ*
eſt. Vos autem receſsiſtis de uia: & ſcandalizaſtis plurimos in lege: irritum feciſtis pa-
ctum Leui,dicit Dominus exercituum. Propter quod & ego dedi uos contemptibiles,& hu-

miles

Apoc. 11. *miles omnibus populis: ſicut non ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege.* Hoc 1
ipſum etiam adumbrare uidetur in Apocalypſi Angelus ille, qui iubet Ioanni foras eijcere atrium, quod eſt intra templum, idque metiri uetat, propterea quòd, datum ſit gentibus conculcandum; cum enim in prius Tabernaculum, quod imago fuit eius Atrij, quod intra templum eſſe dicitur in Apocalypſi, ſolis ſacerdo-
Heb. 9. tibus olim intrare liceret, ut docet Paulus in Epiſtola ad Hebræos ſcripta, hoc ipſum Atrium ſacerdotalem ordinem, & clerum ſignificare uidetur. Ac tunc quidem, ut olim tradita Niniue Babyloniis, & direpta, apparuit eius urbis nuditas: ſic extremis illis temporibus, quum permittet Dominus vaſtari Eccleſiam ſuam ab illis pſeudochriſtis, & eius bona omnia diripi: prælati, qui antea holoſericis, au- 2
ro & gemmis ornati incedebant, nudi ſibi, & ſpectatoribus præ inopia rerum omnium uidebuntur: quum ſublato cultu Regio, & ſplendore aulico, rudibus pannis, & uili habitu uti cogentur, quemadmodum etiam eodem Apocalypſis loco Elias, & Enoch duo illi teſtes, qui in ea reuelatione prædicatorum illius temporis perſonam gerunt, amicti ſaccis diebus mille ducentis ſexaginta prophetaturi hoc eſt prædicaturi, prædicuntur. aut etiam eo inopiæ, & contemptus rum redigentur, quo prorſus redigendos fore hic locus ſatis indicat, ut ſuis ueſtibus non
2. Cor. 4. ſatis operiri poſsint: eoque ſint ſtatu, quo tum olim fuerunt res Eccleſiæ, quum Paulus de ſe, ſuiſque ſodalibus hæc diceret. *Vſque in hanc horam, & eſurimus, &* 3
ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus, & laboramus operantes manibus noſtris: maledicimur, & benedicimus: perſequutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur, & obſecramus. Tanquam purgamenta mundi facti ſumus omnium peripſema vſque adhuc. Hoc tantum diſsimili ſtatu, quod primi illi Apoſtoli nullo ſuo merito, poſtremi uero magna ſua culpa in tantas inciderint calamitates. Quæ cauſa tam pudendæ nuditatis, quia neminem latebit, eoſdem uelut mulierem nudam detectis pudendis, coram omnibus maiori ludibrio haberi faciet, quali etiã contumelia ſe affecturum fore Niniuem, per Prophetam ſuum Nahum ſic com-
Nahum. 3. minatur Deus, *Ecce, ego ad te, dicit dominus exercituum, reuelabo pudenda tua in facie* 4
tua, & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & ignominiam tuam. O terque quaterque beatos illos Epiſcopos & ſacerdotes, quos tunc, quum uenerit Dominus ſicut fur in nocte, quemadmodum ſe uenturum fore, hoc loco & in Apocalypſi admonet, uigilantes, & ſua diligenter ſeruantes ueſtimenta, ac indutos inueniet. Nempe, ſobrios, ſacræ lectioni intentos, ſui gregis ſeriam curam agentes, & Chriſto, ac ueſte candida, quam in Baptiſmo acceperint coopertos, et ornatos. *Ecce uenio,*
Apoc. 16 inquit, *Sicut fur, beatus qui uigilat, & cuſtodit ueſtimenta ſua, ne nudus ambulet: & uideant turpitudinem eius.* Et Paulus inquit. *Dies Domini ſicut fur in nocte, ita ueniet.*
1. Theſ. 5. Et quidem certe noſtra tempora futuris illis temporib. iã præludere, illa non leuis 5
mihi uidetur eſſe coniectura, quod uideam noſtræ tempeſtatis hæreticos auaritia, luxu, et ignorantia cleri offenſos, in poſſeſsiones, et iura eccleſiæ magno ſtudio inuadere, et ſacerdotes habere ludibrio. Quæ capitalia crimina quia nos purgare, aut excuſare non poſſe uidetur, quum hæc faciunt, gratiſsimum ſe Deo obſequium et cultum exhibere arbitrantur. Atque utinam intra hos limites impii homines ſe continerent, et non uelut immanes feræ effractis caueis, in ſacramenta eccleſiæ, et cærimonias, ac uniuerſum Dei cultum nobis ab Apoſtolis, et patri- 6
bus uelut per manus traditum, irrumperent: et hæc omnia canina ſua eloquentia diſcerperent, pedibuſue ſuperbiæ ſuæ, arrogantiæ conculcarent. Iam uero, cum

tan-

tanta impietatem ſuam multis tum plebeis, tum etiam Principibus, & primariis
uiris (quas ſtellas draconis cauda de cælo in terram deturbandas præuidit Ioan-
nes) falſa obiecta pietatis imagine deluſis maxime probent, & perſuadeant: quid
aliud ex his præludiis, quàm lugubria omnia, & infœlicia expectemus? Quid a-
liud, quàm ingẽs illud ſchiſma, uerbera, uulnera, cædes piorum, & pallij (hoc eſt)
bonorum omnium amiſsionem? Rideant me ſane, & exſibilent tanquam temera-
rium coniectorem, quicunque hæc legunt, niſi iam hoc tempore Luteranorum
declamatores, qui ſoli eius ordinis cuſtodes murorum haberi uolunt, quales ſuæ
Eccleſiæ per Iſaiam Dominus pollicetur, Epiſcopos & uniuerſum ordinem Ec- *Iſa. 62.*
2 cleſiaſticum apud Reges, & Principes, & omnem populum in inuidiam uocant:
& multa habita ratione conſilij, & pietatis ſuperiorum Regum, & piorum prin-
cipum, ſacerdotum duntaxat auaritiam, ignorantiam, & inſolentiam, ac diuitia-
rum abuſum in publicis concionibus, & in priuatis congreſsibus, æditis etiã mul-
tis hac de re libris, traducentes, Reges, primarios uiros, & omnẽ pop. in ord. Eccl.
concitare nituntur, ut opes, quas olim pii Principes in vſus pauperum, & diuini
cultus ſplendorem ſacerdotibus adminiſtrandas commiſerunt, per vim, & ſum-
mum nefas ipſi auferant, & diuini cultus miniſtros in ſummam inopiam redigant.
Quãobrem auſim affirmare de horum declamatorũ ſodalitio fore cuſtodes il-
3 lorũ murorum eccleſiæ, qui extremis tpibus, ubi impij reges, ac principes in ec-
cleſiam irruperint, & per eam graſſabuntur, eos contra epiſcopos, & maxime inſi-
gnes eccleſiæ viros, qui tum præerunt, impiorum gladios fugientes, ſua canina elo-
quentia, & Stentoreis clamoribus concitabunt. Id quod maxime dolens ſponſa,
extrema illa uerba, *cuſtodes murorum*, iuxta diſtinctionem Hebraicam a ſuperiore
oratione diſtincta, magno cum animi dolore pronuntiat. Fuerunt memoria patrũ
noſtrorum Arriani, Photiniani, Eunomiani, Manichæi, Pelagiani, & pleriq; alij
hęretici, a quibus eccleſia vehementer agitata fuit, & mirandum in modum op-
preſſa. Verum enim uero, quia nullis unquam antea ordo Eccleſiaſticus iuſtam
4 tam dedit ſui calumniandi cauſam, nullis tam amplam prębuit in ſe inuehendi
materiam, nec quod illi ſuę impietati prætexere poſſent, tam probabile tuendę
pietatis ſuſceptum patrociniũ, illi oẽs cũ ſuis impiis placitis iam olim exploſi sũt.
Atqui nuper extiterunt Antichriſti præambulones, uſque ad extremam eccle-
ſiæ repurgationem, & innouationem duraturos meus præſagit animus, dum ſub-
latis a clero deprauatis moribus (quos nunc iſti male feriati declamatores magno
populi plauſu acerrime inſectantur) & reſtituta priſtina patrum diſciplina, om-
nis eiuſmodi Sycophantis ſublata fuerit calumniandi cauſa, omniſque, quam ſuę
impietati prætexunt, imago pietatis. Quam diu enim primaria morbi cauſa ma-
5 net, tandiu morbum manere neceſſum eſt. Illud uero toto hoc progreſſu obſer-
uandum eſt, quam ſancte, ſapienterque in ſuis perſequutionibus illud ſponſi ſui
conſilium tenebit, & ſequetur eccleſia, *Si te ignoras, o pulcherrima inter mulieres, abi poſt ueſtigia illius gregis &c.* Denique triſtis etiam illa, quæ huius cladis eccle-
ſiæ in Sinagoga præceſsit imago, diligenter nobis inſpicienda eſt, ut alienis peri-
culis admoniti, tempeſtiue ſapiamus, ac reſipiſcamus. Ea uero fuit, Excidium
Ieroſolymitanũ, et totius Iudææ, ac Templi direptio, & populi Iudaici captiuitas
6 ſub Nabuchdonoſor Chaldæorum rege, quæ omnia fuſiſsime narrãtur quarto li-
bro Regum, & apud Ieremiam, Iſaiam, Ezechielem, & Ioſephum: eius autem hi-
ſtoriæ ſumma capita hoc loco attingere, quantum attinet ad præſens inſtitutum

Coloſ.3. ſatis fuerit: Ac primum quidem utriuſque cladis eædem uidentur eſſe cauſæ, una 1
dempta Idololatria, quæ nunquam in Eccleſia inuenietur. Tametſi Auaritia, quæ
illi affinis eſt, & (vt Paulus ait) idolorum ſeruitus, nimis iam in ea inualuerit, ut
olim in Synagoga. Quantum autem ad reliqua attinet, prodigioſum luxum, pie-
tatis, & ſacerdotalis functionis contemptum, & ſacrarum literarum ignorantiam
(quæ omnia mala ordinem Eccleſiaſticum iam pridem occupare, ſuperius oſten-
dimus) Ieroſolymitanæ illius cladis cauſas fore prædixit Iſaias in hunc modum.
Iſa.5. *Vę qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum uſque ad ueſperam, ut uino*
æſtuetis: Cythara, & Lyra, & Tympanum, & Tibia, & uinum in conuiuiis ueſtris: & opus
domini non reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis. Propterea captiuus ductus eſt 2
populus meus, quia non habuit ſcientiam: & nobiles eius interierunt fame, & multitudo
eius ſiti exaruit. Iſaiæ ſuccinit Amos, & alii prophetæ. Dicitur etiam ab Iſaia Sy
Iſa.29. nagoga ſua ignorantiæ uitiis ad dormire. *Miſcuit*, inquit Iſaias, *uobis Dominus*
ſpiritum ſoporis, claudet oculos ueſtros, prophetas, & Principes ueſtros, qui uident uiſio-
nes, operiet. Habuit inſuper illa principes omnino impios, & deploratos, qui dice-
rent (ut refert Iſaias) *Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur*. Erunt etiam om
nino impii illi principes, qui bene monentem Ieremiam in lacum ubi periret, nec
amplius a populo audiretur, coniecerunt. Sed uigilabat Sedeciæ Regis male ſibi
conſcii cor, quum ſæpe conſuleret Ieremiam, & conſilium Dei ab eo ſciſcitare- 3
tur. Vigilabant etiam bellatorum corda, quos uaticinium Ieremiæ territabat &
nihilominus omnes illi dormiebant: nec Deo per prophetam ſuum admonenti,
& roganti, ut reſipiſcerent, parebant. At uerò quam blandè, quam inſtanter Deus
Synagogam rogauerit, ut Christus Eccleſiam rogat hoc loco, Ieremias teſtis eſt
locuples, in hęc uerba. *Vulgo dicitur: ſi dimiſerit uir uxorem ſuam, & recedens ab eo*
duxerit uirum alterum, nunquid reuertetur ad eam ultra? Nunquid non polluta erit, &
Ierem.3. *contaminata mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere*
ad me dicit Dominus. Et paulo poſt. *Ergo*, inquit, *ſaltem amodo uoca me, pater mi,* 4
dux uirginitatis meæ tu es. Et rurſum. *Reuertere*, inquit, *ad me auerſatrix Iſrael,*
& non auertam faciem meam a uobis, quia ſanctus ſum. Et alibi, *Conuertimini, inquit,*
filii auertentes, quia ego uir ueſter.

Et quia omnino recuſat Synagoga reuerti ad Deũ virum ſuum, & illi aperire,
quemadmodum hoc loco ſponſo ſuo Chriſto aperire pigritatur eccleſia: tunc au
dit adultera illa: *Tu reliquiſti me, retrorſum abiiſti, extendam manum meam ſuper te, in-*
terficiam te. Laboraui rogans. Feſſus itaque rogando Deus undecimo anno Sedeciæ
Regis per effoſſum murum immiſit manum ſuam, exercitum Chaldæorum in Ie-
ruſalem, & percuſſit Synagogam. Tunc conſternatus ſurrexit Sedecias cum 5
ſuis principibus, & familiaribus, vt uerisimile eſt, uolens domino aperi-
Ierem.39. re, & eius opem nequicquam implorans. Vt enim narrat Ieremias, Quum uidiſ-
ſent Rex, & omnes uiri bellatores Chaldęos urbe potiri, & eorum Principes
in porta media ſedere iam factos urbis dominos, & murorum cuſtodes: egreſſi
ſunt de nocte urbem per portam, quæ erat inter duos muros; qui cum non
potuerint latere Chaldæos murorum cuſtodes; ab hoſtibus capti ſunt in cam-
po ſolitudinis Iericuntinæ, & iubente Nabuchodonoſor interfecti, Sedecia 6
exoculato, & in triumphum ſeruato cum aliis, quos ille abduxit captiuos in
Babylonem unà cum uaſis templi, quæ remanſerant ex ſuperiore præda, quam
iam ante abſtulerat ille de templo, quum Regem Ioachinum captiuum ab-
du-

1 duxiſſet, in eius locum ſuffecto Sedecia. Ac tunc cuſtodes, qui (ut in Hebræo eſt)
circuibant in ciuitate, nempe, qui in urbe graſſabantur de more uictorũ, Synago-
gam in urbe percuſſerunt, vulnerauerunt, & pallium diuinam opem imploranti ab-
ſtulerunt, compilato, & diruto templo. Iidem Sedeciam, & Principes extra ur-
bem cæperunt admonentibus ſocijs, qui muros noctu conſcenderant, ibique excu
babant. Propter quam inſignem cladem, prodentibus cuſtodibus Regem cum ſo-
cijs, acceptam, nonnulli uerba illa iuxta diſtinctionem Hebraicam, ceu per excla-
mationem a Synagoga dicta, interpretantur, *cuſtodes murorum*. Ac ſi dicat, lien...
mium uigiles, & crudeles cuſtodes murorum, qui Regem meum, & Regiam proge
2 niem cum tota nobilitate prodiderunt. Sic enim diſtingunt Hebræi hæc duo uer-
ba interpoſito accentu Zaqueph caton. Et totum locum ſic legunt. Inuenerunt
me, tulerunt me cuſtodes circumeuntes in ciuitate, percuſſerunt me, uulnerauc-
runt me, tulerunt pallium meũ deſuper me, Cuſtodes murorũ. Theodoretus hoc
refert ad prima Eccleſiæ tempora. Inquit enim, cuſtodes murorum a ſponſa uoca
ri puto cuſtodes ciuitatum, concionatores, Principes, & tyrannos, qui olim ſpon-
ſam Dei oppugnabant; & martyres inſignes uictores cædebant & uulnerabant;
corpuſque eorum ab animabus uelut theriſtrorum auferebant. Alludunt itaque
mala Eccleſiæ malis Synagogæ, Sed hoc mitius agendum fore cum Eccleſia, præ-
3 dicere uidetur Angelus in Apocalypſi, quòd non totum templum, ut uetus illud,
ſed prius tantùm tabernaculum, nimirum atrium interius, gentibus (hoc eſt impijs
de more impiarum gentium viuentibus) dandum fore dicitur. Poſterius itaque
tabernaculum, quod ſanctum ſanctorum dicebatur (hoc eſt ſelectiſsimi quique ſa
cerdotes; & ſanctiſsima illa Eccleſiæ pars, cuius imaginem ea pars templi gerit,
quæque in Apocalypſi ſub imagine admirandæ illius mulieris, quæ Ioanni in de-
ſertum rapi vĩ, a draconis iniuria liberanda) impiorum libidini non permittetur.

4 *Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, ut re-
nuntietis ei, quia amore langueo.*

Tota ſuperior Perioche ſtylo exegetico conſcripta eſt; introducta enim fuit ſpon
ſa coram fœminis Ieroſolymitanis exponens, ut icta a ſponſo per muri hiatum, terri
ta & perturbata e cubili, quamuis delibuta unguentis & perfuſa, ſurrexit; & ſubla
to peſſulo oſtium aperuerit, illum ad ſe admittere ſperans, & uehementer deſide-
rans: ſua tamen falſa ſpe, ubi deprehendit ſponſum abijſſe, recordatio blandilo-
quentiæ illius, ut eam afflixerit, ac diſcrutiauerit, utque inde ingenti dilecti ſui in-
5 ueniendi deſiderio & amore correpta, & uelut amoris facibus agitata, in tempeſta
nocte per urbem illum quæſierit, & uocauerit, nec tamẽ inuenerit, aut reſponſum
ab eo tulerit: quin a cuſtodibus vrbis grauiter cæſa ſit, & expoliata. Iam ergo to-
tam narrationem hac amatoria concludit adiuratione. *Adiuro uos filiæ Ieruſalẽ etc.*
Aut (quod ex ſchemate interrogationis, & ſubiectionis patheticum magis eſt, iux
ta Hebræum) Adiuro uos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, quid re-
nuntiabitis illi? Quod infirma amore ego. Quæ figura dictionis ad attentionem
6 & commiſerationem audientium excitandam ualet plurimum. quaſi dicat: o fœmi-
næ Ieroſolymitanæ, audiſtis hactenus, & ipſæ quũ me contemplamini, uidetis gra
uiſsima, in quæ dilectum meum perquirendo, inciderim pericula; & in quantis ma

lis

lis verſer miſera. Homines eſtis, nihil humani a vobis alienum puto. Si qua igitur 1
mei impotenter amantis vos tangit commiſeratio, per ego veſtram fidem vos obte
ſtor, ſi forte fortuna contigerit vos dilectum meum inuenire, poteritis ne vos cōn
tinere, quin ipſi bona fide renuntietis, quod in me manifeſte nunc deprehenditis:
nimirū, me impotenter amare, meq; eius amore perire; vt eo nuntio accepto meā il
levicem miſeratus, ſtatim ad me properet; meque ipſe qui ſolus poteſt, ſeruet? Sub
hoc igitur ſchemate allegoricòs deſcribitur Eccleſia, ſuam apud Iudęos extre-
mis temporibus (vt olim Ieremias ſynagogæ) deplorans cladem: & vbi a perſe-
quutione Antichriſti myſtici reſpirauerit, Euangelium per vniuerſum orbem præ
dicās, vt Ezechiel prædicauit Iudæis poſt excidium Ieroſolymitanum quiet è agē 2
tibus: quod ipſum Chriſtus futurum prædixit hoc oraculo: & prædicabitur in-
Mat. 24. quit, Euangelium Regni in uniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus, &
tunc veniet cōſummatio. Item & ille Angelus in Apocalipſi, qui poſt quam ſextus
Apoc. 10. Angelus tuba inſonuiſſet (qui eſt ſextus Eccleſię ſtatus, quo præcurſor ille Anti-
chriſti in Eccleſiam furens debacchabitur) inducitur iure iurando affirmans poſt
quam ſeptimus Angelus tuba perſonuerit, non amplius fore tempus: ſed illis die-
bus conſummandum fore Dei myſterium; & hoc ipſum confirmare videtur,
quod eodem libro poſtquam ſæuitum eſſet in ſanctos a beſtia, teſtatur Ioannes ſe
vidiſſe Angelum volantem per medium cælum, habentem Euangelium æter- 3
num, vt euangelizaret ſedentibus ſuper terram, & ſuper omnem gentem, & tur-
bam, & linguam, & populum, dicētem magna voce, *Timete Dominum, & date illi hono
rem, quia venit hora iudicij eius: & adorate eum, qui fecit cęlum & terram, mare & fon-
tes aquarum.* Et idem Ioannes deinde ſubiungit ea quæ de duobus Angelis audiuit:
vt per quatuor Angelos ſignificare videatur, abſoluendam tunc fore Euangelij
prædicationē per vniuerſum orbem. Quibus locis conformari etiam videntur prę
dictiones recentium prophetarum, quos ſupra memorauimus. Hi enim omnes
magno conſenſu prædixerunt poſt deletam Romam, & grauiſsime afflictum cle-
rum a Pſeudopontifice Antichriſti præcurſore, eo defuncto, & cum tota ſua 4
factione deleto, reddendam fore pacem Eccleſiæ, ac tunc demum creandum ſan-
ctiſsimum quendam pontificem, qui propter admirandam morum, & vitæ integri
tatem ac puritatem Angelicus dicendus ſit. Atque hunc reuocaturum fore Ec-
cleſiaſticam diſciplinam, & vniuerſam viuēdi rationem ab Apoſtolis olim & viris
apoſtolicis inſtitutam: nec quicquam clericis præter alimenta, & quibus tegantur
permiſſurum: atque omni cura & adminiſtratione rerum temporalium clero in-
terdicturum, Euangelium Chriſti per orbem Ieroſolymam vſque peragrando ſan
cte, & ſine ſordibus vllis prædicaturum in hoc ipſum delectis duodecim ſocijs,
quorum opera longe lateque diſſeminando verbum Dei vniuerſum orbē Chriſto 5
ſubijcere aggredientur: cui tres continenter alius poſt alium ſuccedentes Pon-
tifices pari ſanctitate & integritate, pari etiam felicitate Apoſtolico munere de-
fungentes, præclara eiuſdem incepta antequam Antechriſtus aduenjat, perficient.
Heb. 3. Horum porro prædicatio erit, qualis fuit Pauli prædicatio in hāc ſententiam. *Ho-
die ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda ueſtra, ſicut in exacerbatione, ſecundum
diem tentationis in deſerto, ubi tentauerunt me patres ueſtri, probauerunt & uiderunt opera
mea. Quadraginta annis.* & quæ ſequuntur eo Epiſtolæ ad Hebræos ſcripta loco. 6
Quibus omnibus addituri ſunt iuſiurandum; quo interpoſito affirmantes inſtare
finem illius diei, cuius in pſalmis meminit Dauid, propenſiores reddant auditores

ad

1 ad fidem Chriſti, & requiem capeſſendam. Id uero myſterium prodidiſſe videtur
Ioannes eo oraculo, *& Angelus*, inquit, *quem vidi ſtantem ſupra mare, & ſuper terram* (nempe Angelicus ille ordo prædicatorum, qui tum per inſulas & continentem Euangelium prædicabunt) *leuauit manum ſuam ad cælum: & iurauit per viuentem in ſecula ſeculorum, qui creauit cælum, & quæ in eo ſunt, & terram, & quæ in ea ſunt; & mare & quæ in eo ſunt; quia tempus non erit amplius: ſed in diebus vocis ſeptimi Angeli conſummabitur myſterium Dei, ſicut Euangelizauit ſeruis ſuis prophetis*. Addent in ſuper ingentium malorum, quæ ipſi in gratiam Chriſti proxime paſſi fuerint, hiſtoriam, exemplis ſane ad idem peſuadendum conuenientiſsimis plenum. Quod
2 idem Petrus & Paulus apoſtolorum Principes olim factitarunt: cuius prædicationis ſumma hæc eſſe videtur. Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, quid renunciabitis illi? quod amore infirma ego. Adiurare namque auditores, ut ſi Chriſtum inueniant, charitatem ipſi renuntient, qua ab eccleſia impotenter diligitur; nihil aliud eſſe uidetur, quàm eoſdem obteſtari, ut ſi interim dũ viuunt, Chriſtum obuium habeant, & ab eodem vocentur, ne ipſum prętereant, neue obſtinato animo vocantem audire contemnant: quin ut ad ſe venientem libenter audiant. Atque apud illum de eximia eccleſiæ charitate cogitando, ipſi quoque eiuſdem eccleſiæ exemplo in Chriſtum ſimiliter afficiantur. τετρωμένη
3 ἀγάπη ἐγώ legunt Græci. Vulnerata amore ego. In quem locum Pſellus, per charitatem inquit, patrem intelligit principio carentem; per iaculum, uere electum ſermonem & ſponſum: hunc enim ille mittere conſueuit ad eos, qui ſeruantur. Deniq; adiurantur hoc loco filiæ Hieruſalem dumtaxat, & ſub earum appellatione Iudæi, tũ propter dramatis decorum, quod Hieroſolymis agi fingitur, tum quòd cum non omnes gentes, quibus tunc prædicabitur Euangelium, breuiter commemorari poſsint, ſub Iudaicæ gentis appellatione, in cuius gratiam maxime hoc negotium ſuſcipietur, ſynecdochicos cæteræ nationes conuenientiſsime ſignificentur. Aut etiam fortaſsis propterea quòd, tanta rerum mutatione commotos Iu-
4 dæos, & ad prædicationem Euangelij attentos, quam tum videbit eccleſia, oblatam occaſionem cupide accipiens, eius gentis conuerſionem maxime vrgebit, & Iudaicarum rerum maxime ſataget, memor illius oraculi olim per Oſeam in Synagogam æditi: *Dies multos expectabis me. Non eris viro, neque fornicaberis: ſed & ego expectabo te. Quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege, & ſine Principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine Ephod, & ſine templo: Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid Regem ſuum, & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouiſsimo dierum.* Memor etiam oraculi, quo Chriſtus prædixit poſt prædicatum per uniuerſum orbem Euangelium, breui futuram omnium conſum-
5 mationem; qua inſtante, nempe in nouiſsimo dierum, conuertendos fore Iudęos: & Dauid Regem ſuum, nempe Chriſtum, genus a Dauide rege Iudæorum ducentem, quæſituros prædixit Oſeas. Hanc coniecturam, ea quæ proxime ſequuntur, omnino uidentur confirmare.

Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum? Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos?
6
Adiuratæ, & tactæ religione fœminæ Ieroſolymitanæ, ob idque vehementer admirantes, tantam formoſiſsimæ puellæ in perquirendo dilecto ſuo conſtan-

tiam, immenſiq; amoris vim; eandem rogant, ut ipſis quod amicus eius inſigne ha- 1
beat, præ cæteris aliarum fęminarum dilectis coram exponat. Hic enim eſt germa
nus huius loci ſenſus grāmaticus, qui in Hebræo ſic hēt מַה דּוֹדֵךְ מִדּוֹד הַיָּפָה בַּנָּשִׁים
Ad uerbum ſic vertas. Quid dilectus tuus a dilecto pulcherrima mulierum? Vbi
duplex eſt hebraiſmus, quorum alterum noſter interpres recte expreſsit; alte-
rum ſub eodem reliquit idiotiſmo, quum uertit dilectus ex dilecto: quo loco or-
thodoxi maiores noſtri pie philoſophantes annotarunt generationem æternam
filii ex patre ſubindicari. Recentiores ſimilem hebraiſmum hic eſſe uolunt, qua-
lem in uerbis illis Chriſti apud Lucam omnes agnoſcunt. *Deſcendit publicanus iu-*
Luc. 18. *ſtificatus ab illo*. i. præ illo: & iuſtior illo, nempe phariſæo: ut etiam hoc loco dictum 2
intelligamus, dilectus præ dilectis, & ſumpto ſingulari pro plurali, dilectus præ
alijs dilectis, hoc eſt dilectiſsimus omnium. Atque ita efferunt hunc locum, qua-
lis eſt chariſsimus tuus, o pulcherrima mulier? Qualis eſt chariſsimus tuus, quia
ſic adiuraſti nos? Alij præterea, quum certum ſit illud מָה non qualis, ſed, quid
ſignificare, & non qualitatem, ſed ſubſtantiam quærere; comparationem illam
ex dilecto referunt ad interrogatiuam particulam in hunc modum. Quid habet
inſigne dilectus tuus præ alijs dilectis? Vt intelligamus mulieres Hieroſolymi-
tanas, quas ſponſa proxime adiurauit, admirantes amoris, quem ipſa præ ſe fert,
magnitudinem, & in perquirendo ſponſo conſtantiam; ut nec uerbera, nec vulne 3
ra, nec nuditas eam ab incæpto potuerint reuocare; eam præſertim, quæ omnium,
quas vnquā ipſæ uiderint, fœminarum pulcherrima uideatur, eandem rogare tan-
ti amoris cauſas, ut coram exponat. Nempe, quæ tanta ſit in illo inſignis pulchri-
tudo; quæ uirtutēs eximiæ, propter quas omnibus omnium aliarum fęminarum
amicis ipſum præferre videatur, quum ſe adiurationis religione interpoſita, tan-
topere urgeat. Cuius loci allegoriam hanc eſſe putamus. Nimirum, Iudæos illius
temporis tametſi non ſtatim perſuadendos, vehementer tamen commotos ex tan-
ta rerum perturbatione, & heroica piorum fortitudine, ac fide, quam intemeratā
Chriſto in tantis malis ſic ſeruare uiderint eccleſiam; vt quamuis ſuperioribus la 4
boribus feſſam, non tamen defatigatam, ingenti ſtudio euangelij prædicationem
apud omnes gentes, & maxime apud ſe, aggrediatur, attentis animis Euangelium
audituros: Tantam præterea fore illis temporibus in eccleſia Chriſti morum &
uitæ integritatem, ut eximiam ipſius ſanctitatem ac puritatem admirati Iudæi, eā
tanquam pulcherrimam omnium aliarum eccleſiarum ſint commendaturi: victi-
que ingenti eiuſdem in Chriſtum charitate, quam prædicatores illi uere Euan-
gelici ſpirabunt, & ad quam auditores ſanctiſsime conabūtur pertrahere, tactos
ſe religione ſentientes, quos ſemel audiuerint, eoſdem ut rurſum de Chriſto co-
ram diſſerant, & concionentur, ſint rogaturi; quemadmodum Paulo cum Iudæis 5
Act. 13. 17. Antiochiam Piſidiæ incolentibus, & Athenis cum Areopagitis philoſophis legi-
mus contigiſſe. Et quantum poſſumus ex hoc loco conijcere, contendent tamen
Iudæi magno ſtudio ab euangelij prædicatoribus, Ieſu Chriſti, quem illi prædi-
cabunt, laudes audire: ut quantum præſtet Moſen, & prophetas, quos Syna-
goga magno ſemper in precio, & honore meritò habuerit; quantum etiam
præſtet philoſophos, Mahometem, reliquoſque ſectarum auctores, & pſeudo
prophetas, ac pſeudochriſtos, quos variæ gentes, quin & ipſi quoque cum il- 6
lis deluſi receperint, intelligere; quo rectius poſt hac inter ſe deliberare poſ-
ſint, & ſtatuere, an reliquis omnibus poſthabitis, Ieſum Nazaræum omni-

bus

bus præferre debeant: & pro uero Meſsia patribus ſuis iam inde ab orbis initio promiſſo, recipere. Quod ipſum diuini illi Eccleſiaſtæ ſtrenue, abundeq; præſtabunt: ut ſequens locus ſubindicat.

Dilectus meus candidus, & rubicundus: electus ex millibus.

Sponſa rogata quod inſigne præ cæteris aliarum fœminarum amicis habeat is, quem ipſa tam impotenter amat; multas & eximias ſponſi ſui uirtutes aggreditur explicare; ac primum quidem in genere, deinde in ſpecie; eandem nimirum in hoc encomio ſeruās methodum, quam illum in ipſius commendatione ſuperius meminit obſeruare: commendat itaque dilectum ſuum ſponſa in primis ab albore cum rubore coniuncto: quæ ſigna ſunt optimi temperamenti; & præterquam quòd ad uenuſtatem, & gratiam vultus hæc faciunt, ſigna ſunt placidi & facilis animi; quales eſſe ſolent mores hominis, in quo abundat pituita ſanguine temperata. Siquidem (vt docet Galenus) animi mores ſequuntur temperamentum corporis. Addit deinde, quòd procerus ſit ſtatura, & qui reliquos homines facie ſupereminet, quod uerba illa in Hebræo דגול מרבבה id eſt vexillarius in decem millibus ſignificat. Pro quibus in noſtra editione legimus, electus ex millibus. Id uero in Saulo etiam commendauit ſcriptura. *Stetit*, inquit, *Saul in medio populi: & altior fuit vniuerſo populo ab humero, & ſurſum. Et ait Samuel ad omnem populum. Certe uidetis quem elegit Dominus, quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo.* Sic & hoc loco ſponſa ut ſignificet ſponſum ſuum omnibus hominibus ſupereminere, & ex omnibus electum eſſe tanquam omnium hominum præſtantiſsimum, & perfectiſſimum, ipſum dicit eſſe vexillarium in decem millibus, ideſt inter innumeros, quos ſub ſuo habet vexillo. Vexillarij enim ij eliguntur, qui ſtatura omnium altiſſimi ſunt, & proportione membrorum congruentiſsima.

Quæ omnia ad generalem pulchritudinis commendationem pertinent, qualis illa eſt eiuſdem commendatio in initio hymni illius, quem de hoc eodem argumento Regius lyricus cecinit. *Speciosus* inquit, *forma, præ filijs hominum*. Cæterū quantum attinet ad ſenſum myſticum, commendatur hoc loco ſponſus eccleſiæ Chriſtus ab ineffabili duplicis naturę, diuinæ, ſ. & humanæ vnitione; & a ſumma, quæ inde in ipſo exiſtit inter omnes homines dignitate. Quū enim ſponſa dilectū ſuum candidum eſſe dicit, non tam alborem, qui in pituitoſis corporibus color ineſt, quam lucis candorem in Chriſto fulgere ſignificat; ea enim eſt צח Hebraicæ dictionis ſignificatio. Et albedinem plurimum lucis inter colores habere docent phyſici. Eam porro lucem intelligit, de qua Ioannes ait. Psal. 44.

Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et alibi. *Hæc eſt*, inquit, *annuntiatio, quam audiuimus ab eo, & annuntiamus vobis: quòd Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ. Ipſe enim ſolus habet immortalitatem* (ut inquit Paulus) *& lucem habitat inacceſsibilem*. Eſt denique candidus Chriſtus, quod emanatio ſit claritatis omnipotentis Dei ſyncera, candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius: Vt hic ipſe Salomon in libro ſapientiæ dixit: Quod etiam paternæ gloriæ ſplendor ſit, & paternæ figura ſubſtantiæ, ut idem Paulus Salomoni ſubſcribens teſtatur. Inſuper & ex ea luce, quæ in humanitate cum diuinitate coniuncta exuberat, candidus eſt unice dilectus ab ec-

Ioan. 1. 1. Io. ca. 1. 1. Tim. 6.

cleſia Chriſtus:quippe qui propterea in tenebris, hoc eſt inter reliquos homines 1
(cum omnes ex ſe tenebroſi ſint)inſtar ſolis lucet;omnemque ab eorum tenebro-
1.Pet.2. ſis mentibus fugat ignorantiam,atque omne peccatum. Candidus etiam eſt, &
purus;quippe qui peccatum non fecit,nec inuentus eſt dolus in ore eius. *Reliqui*
Rom 3. *namque omnes peccauerunt* (vt teſtatur Paulus) *& egent gloria Dei: iuſtificati gratis,*
per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus pro-
pitiatorium in ſanguine ſuo, vnde etiam rubicundus eſt. Totus ſcilicet noſtri amo-
re ardēs, ſuſceptis in ſe peccatis noſtris Decebat enim eum inquit Theodoretus,
qui peccata noſtra ſuſcepiſſet; quę quidē rubra erant ſicut purpura & coccum,
rubrum & fieri, & dici. Totus inſuper in gratiam noſtram ſanguine ſuo copio- 2
ſiſsime fuſo, cruentatus in cruce, quam etiam eodem ſanguine perfuſam pro
vexillo ipſe ſublatam in medio innumerabilium militum ſuorum uexillanus te-
Hebr.12. net, & in hoc oſtendit, ut eius milites depoſito omni peccatorum pondere (ut hor
tatur Paulus) *Per patientiam currant ad certamen ipſis propoſitum, aſpicientes in aucto-*
rem fidei, & conſumatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione
contempta: atque in dextera ſedis Dei ſedet, optimi nimirum vexillarij defunctus of-
ficio; cuius partes ſunt, nullis territum tormentis bellicis, aut in ſe vnum directis
iaculis, ſemel erectum ſignum, & in ſublime tenſum fortiter retinendo, ſuis ſalu
tem, aduerſarijs uero extremum exitium comparare. Id quod Euangelicus ille 3
ſenex noſtro Salomoni ſuccinens, Mariæ ipſius Matri heroidum fortiſsimæ de
noſtro vexillario & duce adhuc puello, in hæc verba prænunciauit.

Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael; & in ſignum,
cui contradicetur: & tuam ipſius animam pertranſibit gladius, vt reuelentur ex multis
cordibus cogitationes. Vbi manifeſtam agnoſcimus metonymiam ſigni pro ſignife-
ro & vexillario. Quaſi dicat. Hic cauſa erit, ut multi de populo Iſruelitico cadāt,
ac multi pereant: multi item vt ſurgant, & ſeruentur. Breuiter vexillarius erit, &
dux, cui multi aduerſabuntur. Quin & ad te o fœminarum fortiſsima, iuſtus do-
lor peruenturus eſt ex ea re, & inſtar gladij tuum animum transfixurus. Atque ita 4
fiet, ut multorum diuerſa ſtudia, & quæ in cordibus ſuis de ipſo uerſauerint, ma-
nifeſta fiant conſilia: dum alij fidem ei habebunt, alij eundem oppugnabunt,
Quod myſterium perpetuo meditandum nobis & reputandum proponens Pau-
lus. *Recogitate*, inquit, *eum qui talem a peccatoribus aduerſus ſemetipſum ſuſtinuit con-*
tradictionem: vt non defatigemini, animis ueſtris deficientibus. Rubicundus præterea
eſt noſter Dux & vexillanus propter ingentem ſtragem, quam in die paſsionis
ſuæ ædidit de Dæmone, mundo, carne, & morte, potentiſsimis hoſtibus; & pro-
pter eam item, quam in Iudicij, & extremæ vltionis die, de reliquis hoſtibus
ſuis eſt æditurus, ſpectantibus Angelis, a quibus victor rediens in hunc mo- 5
dum excipitur.

Iſa.61. *Quis eſt iſte qui aſcendit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formoſus eſt in ſtola*
ſua, gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ. Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum?
& veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Quibus ipſe hæc reſpondit. *Torcular*
calcaui ſolus; & de gentibus non eſt vir mecum. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui
eos in ira mea. Et aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea: & omnia indumenta
mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo, & annus retributionis meæ venit. Et 6
Apoc.19. eundem ſic cruentatum ſe vidiſſe teſtatur Ioannes. *Et vidi*, inquit, *cælum apertum.*
Et ecce equus albus, & qui ſedebat ſupra eum vocabatur fidelis, & verax. Et cum iu-

ſtitia

1 *ſtitia indicat, & pugnat. Oculi autem eius ſicut flamma ignis: & in capite eius diademata*
multa. Habens nomen ſcriptum, quod nemo nouit niſi ipſe. Et veſtitus erat veſte aſperſa ſan
guine, & vocabatur nomen eius, verbum Dei. Et exercitus, qui ſunt in cœlo, ſequebantur cũ
in equis albis, veſtiti byſſino albo & mundo: Et de ore eius procedit gladius ex vtraq; par-
te acutus, vt in ipſo percutiat gentes. Et ipſe reget eas in virga ferrea: Et ipſe calcat torcu-
lar vini furoris iræ Dei omnipotentis, & habet in veſtimento, & in fœmore ſuo ſcriptum;
Rex Regum: & Dominus Dominantium. Merito igitur electus ex millibus; quippe
qui omnium hominum ſit longe perfectiſsimus: quique ideo ſolus dignus inuen
tus ſit, qui aperiat librum arcanorum diuinorum, & ſeptem ſignacula eius. Dici-
2 tur (inquit Thomas monachus ciſtercienſis, in hunc locum) dilectus electus ex
millibus, ſed electus etiam ex denarijs & centenarijs. Ex millibus, ideſt ex omni-
bus perfectis. Iſti enim tres numeri triplicem deſignãt in eccleſia perfectionem.
In denario perfectio virtutis, in centenario uirginitatis, in Millenario intelligen
tiæ ueritatis. In denario eſt perfectio virtutis: Quia ex binario & quinario multi-
plicatur; quę ſunt ſeptem virtutes. Hęc eſt prima perfectio. Quia denarius primus
limes eſt in numeris. In centenario eſt perfectio virginitatis: Quia tranſit a læua
in dexteram numerando omnes iuncturas & ſummitates in ſuperficie ſiniſtræ
manus per quinarios, & ſic ultimus quinarius computabitur in dextera. Hic enim
3 virginitas læuam, id eſt, mundi ſolitudinem fugiens, dextram, ideſt, Angelorum
uitam appetit. Hic enim numerus multiplicatur ex denario, quia inanis eſt virgi-
nitas ſi non ſit fundata uirtutibus. In millenario eſt perfectio intelligentiæ ueri-
tatis. Hic multiplicatur ex denario & centenario, quia uirtutum fortitudo & mũ
ditia caſtitatis ad intelligendam ueritatem ſupernorum neceſſaria eſt. Et eodem
loco poſt multa, ſigilla inquit, in Apocalypſi ſeptenario numero cõtinentur, qui
eſt virgo numerus, quia intra primum limitem ſolus eſt, qui nec gignit, nec gigni-
tur, Nec alium multiplicat, nec ab alio multiplicatur: deſignans quòd ſolus Chri
ſtus uirgo, & de virgine natus dignus fuit ea aperire. Item ſenarium qui primus
4 eſt perfectus, vnitate ſuperat, & ideo electus fuit ex omnibus illis millibus ſigna-
tis qui in Apocalypſi numerantur, ut dignus eſſet aperire ſignacula &c.

Caput eius aurum optimum: Omnæ eius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus.

Iam nunc deſcendit ſponſa ad ſpeciales ſponſi laudes. Ac primum laudat ipſum
5 a capitis pulchritudine, quod caput eius ſit aurum optimum, hoc eſt diuinum at-
que pulcherrimum. Veteres enim quæ pulcherrima dicere uolebant, aurea
appellabant; quo etiam tropo Gregorius illud quod paulo inferius ſubiungitur,
Manus illius aureæ, dictum eſſe interpretatur, Aureæ inquit, manus eſſe dicũtur,
quia quicquid exterius inter homines Chriſtus operabatur, interius diuinitatis
pulchritudine diſponebatur. Eodem etiam tropo ethnicis Venus aurea dicta eſt.
Et Cicero Auguſtum, partum aureum appellauit. Eccleſia quoquè caput Chriſti
9 aurum optimum vocat, innuere volens ipſius immenſam pulchritudinem &
diuinitatem, quæ in ſcripturis per aurum ſymbolice ſignificat: caput enim
Chriſti (ut ait Paulus) Deus eſt. Poſsis etiam ex Hebræo vertere, caput eius 1.Cor.11.

Diadema auri, uel aureum, ut ſubintelligas verbũ habet. כֶּתֶם enim quod noſter 1
interpres hoc loco uertit aurum, idem ipſe uertit Diadema pſalmo quadrageſimo
quarto. Stetit coniunx in dextera tua in Diademate aureo; quod etiam quadrabit
cum ſpecie illa, ſub qua viſus eſt Ioanni loco paulo ſuperius citato. Dictum au-
tem puto Diadema aureum, propter multa Diademata aurea, quæ ſponſus in ca-
pite geſtat; vt deſcribitur apud Ioannem. Vt Chriſti humanitatem ſignificari in-
telligamus diuinitate, & innumeris diuinitatis attributis ſola conſideratione di-
uerſis, ornatam. Quod uero ſubiungitur, *comæ eius ſicut elatæ palmarum*. Admonen-
dus eſt lector genitiuum palmarum adiectiuum uideri. In Hebræo enim tantum
legas קְוֻצּוֹתָיו תַּלְתַּלִּים quod Græci uertunt, *βόστρυχοι αὐτοῦ ἐλάται* comæ eius elatæ. 2
Quos ſequutus noſter interpres ſeruata Græca dictione uertit, comæ eius ſicut
elatæ: & expoſitionis gratia adieciſſe uidetur genitiuum illum, palmarum; volens
nimirum coniungere, & eidem arbori adaptare vocubula duo, quæ alij diuerſis cõ-
Plinius liber. 12. ca. 28. uenire uoluerunt; vt auctor eſt Plinius. Is enim vbi de Bryo & œnanthe dixit, de-
inde ſubiungit, eſt præterea arbor ad eadem vnguẽta pertinens, quam alij elatem
vocant, quod nos abietem, alij palmam, alij ſpatem; quaſi uoluerit interpres dice-
re, comæ eius ſunt ſicut elatæ, hoc eſt ſicut palmæ. Non autem ut nonnulli inde er-
randi occaſione ſumpta, interpretati ſunt, ſimiles eſſe comas ſponſi ſupremis pal-
marum folijs, quæ erecta ſurſum feruntur exiſtimantes elatas vocabulum eſſe lati- 3
num. Quibus errandi anſam præbuiſſe uidetur Gregorius, cum ait; comæ ſicut ela-
tæ palmarum ſunt, quia electi quique dum ſemper ad alta uirtutum ſe efferunt,
per Dei gratiam quandoque ad uictoriam ſe perducunt. Cæterum תַּלְתַּלִּים dictio
Hebræa, quæ in plurali tantum inuenitur, quod eleuatum eſt & ſublime ſignifi-
cat. Ideo ſunt qui vertunt: cincinni eius ut Tiliæ. Quæ etiam arbores ſunt altiſsi-
mæ, unde pendentes rami ſimilitudinem referunt ſanctorum, qui e Chriſti capi-
te altiſsimo pendent, uelut rami e ſummitatibus Tiliarum arborum altiſsimarũ.
Quæ ſimilitudo & proportio maxime etiam reperitur in palmis: & in iis potiſsi-
mum recipienda eſt, propter allegoriam, & ſenſum myſticum ſanctis maxime cõ- 4
uenientem, quem inde elicit Gregorius. Significat præterea eadem dictio Hebræa
quod denſum eſt, ut commode admodum uertere poſsis, comæ eius denſę ſunt,
denſitas enim comæ non parum addit gratiæ. Vnde etiam myſtice ſignificari po-
teſt innumera ſanctorum multitudo, qui e Chriſto, capite pendentes, & ſua tra-
hentes incrementa, Chriſtum caput ſuum ſua multidine & denſitate exornant.
Sunt etiam qui uertant; cincinni eius criſpi ſunt, uel criſpantes. Quod etiam ad
pulchritudinem comæ facit: & fortitudinis ac roboris indicium eſt. Facit inſu-
per ad gratiam comæ, & uenuſtatem in regionibus calidis, qualis eſt Iudæa, inten-
ſa capillorum nigredo. Ideo ſubiungitur nigrę, ut coruus. Hoc eſt nigerrimę sũt, 5
& pulcherrimæ. Sunt qui hac proprietate deſignari uolunt iuuentutem, & ætatẽ
perfectam, eiuſque ætatis proprium robur. Vt commendetur ſponſus ab ætate in-
tegra, & uiribus: & iuxta ſenſum myſticum, ſancti qui dicuntur a Paulo occur-
Eph. 4. ſuri Chriſto in unitatem fidei, in uirum perfectum, ſecundum menſuram ætatis
plenitudinis ipſius. Quæ comparatio ſic conuenit huic loco, ſicut apud Ioannem
Apoc. 1. eidem conuenit coma alba in modum lanæ mundæ pro perſona Iudicis, quem de-
cet omnis iuſtitiæ candor, & puritas. Gregorius tamen hoc refert ad modeſtiam 6
ſanctorum, qui quamuis uirtutibus in cælum ſe erigant, ſemper tamen peccato-
res ſe eſſe cognoſcunt.

Oculi

1 *Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum quæ lacte ſunt lo-
tæ: & reſident iuxta fluenta pleniſſima.*

Commendatur ſponſus a pulchritudine oculorum, per aſſimilationem ad ocu-
los columbarum albiſſimarum, quarum oculis perſimiles ſint illius oculi, nempe
pulcherrimi. Columbæ enim quo albiores ſunt, eo formoſiores, & gratiores no-
bis apparent. Extremam autem earum albedinem amplificat; primùm quòd mun-
diſſimæ ſint; quippe quæ primùm ſe lauerint in riuulis, aut alueis aquarum non
2 ſtagnantium, quæ putridæ, & lutulentæ eſſe ſolent, ſed fluentium, quæ puriſſimæ
ſunt, & limpidiſſimæ. Vbi uerò in illis ſe lauerint aquis, tum ſe abluunt lacte in
pleniſſimis lactis fluentis; aut iuxta Hebræum, in plenitudine, hoc eſt in uaſis la-
cte pleniſſimis, iuxta quæ ſedēt: quod etiam magis proprium eſt. Columbæ enim
amant lauari in patentibus uaſis; rapidos autem refugiunt alueos: quanmobrem
proxime dixit, ſuper riuulos aquarum, in Hebræo eſt על מלאת Ex quibus omnib.
ſenſus ille myſticus ſe nobis aperire videtur. Nimirum germanos eccleſiæ prælа-
tos, (quos oculos Chiſti, perinde atque eccleſiæ, quæ Chriſti corpus eſt intelligi
mus) eximia p̄ſtare puritate animi, & ſimplicitate. Hos enim puros eſſe oportet, &
3 mundos omni uitio, & ſuperioris uitæ ſordibus: tum ꝙ abluti ſint aqua baptiſma
tis, tum etiam emundati doctrinis Chriſti Euangelicis. Quod ipſe ſignificauit *Ioã.13.*
quum Apoſtolis hæc diceret. *Vos mundi eſtis propter ſermonem, quem loquutus ſum uo
bis.* propter copioſam uerò ſpiritus ſancti, iuxta quem ſedent, & cui perpetuò ad- *1.Cor.6.*
hærent, vnus effecti ſpiritus, gratiam, in eccleſiæ plenitudine, quaſi modo infantes
geniti, Spiritus ſancti lacte perfuſi, innocentes ſunt, & ab omni dolo alieni: cum *1.Pet.2.*
autem ſacræ ſcripturæ hac gratia tantopere abundent, & ueluti vaſa lacte plena
perpetuò ſuperfluant, atque ab Epiſcopis ad alios fideles lac illud inde decurrat;
recte per fluenta pleniſſima, iuxta quæ illi reſidēt, ſacras ſcripturas intelligemus.
4 Simplices porro, & columbini oculi nunc decent ſponſum, quem ſua benignita-
te, ac facilitate ad ſe reuocare peccatores propenſum eſſe norit ſponſa. At uero
quum iudicaturus orbem omni ſublata ſpe veniæ apparebit, horrendos illos, &
formidabiles oſtendet oculos inſtar flammarum e facie iudicis emicantium, atq;
erumpentium, quali ſpecie apparuiſſe Ioanni legimus in Apocalypſi. *Ap.1.&19.*

*Genæ illius ſicut areolæ aromatum, conſitæ a pigmentariis: labia
5 eius lilia diſtillantia myrrham primam.*

Per comparationem ad areolas aromatum, putat Lyranus genas ſponſi commen-
dari, quod pulchræ ſint aſpectu, inſtar areolarum conſitarum herbis aromaticis
prima germina proferentibus, quę ob uiriditatem ſuam ex ſententia Ariſtotelis
recreauit viſum: Gregorius myſtice ſignificari putat martyres, qui dum ſangui-
nem ſuum pro fide Chriſti fundere non dubitant, quaſi in facie Chriſti rubent.
6 Quę genę inquit, bene ſicut areolę aromatum eſſe dicuntur, quia dum in conſtan
tia fidei electi martyrio exercentur, per cultum virtutum ſanctæ opinionis fama
quaſi areolæ aromatum dilatantur. Mihi uero dictionem Hebraicam conſideran

ti, duplex hic eſſe uidetur comparatio, iuxta duas partes, quas gena continet; nempe ſuperiorem, quæ ab oculorum cilijs vſque ad mandibulas deſcendit, ubi creſcunt pili in uiris; & ipſas mandibulas: Et in priore quidem comparatione genas ſponſi conferri cum areola aromaticis herbis conſita, in poſteriore uero, cũ pyxidib. officinæ ceptaſiariæ. In Hebr. n. ſic legimus לְחָיָו כַּעֲרוּגַת הַבֹּשֶׂם מִגְדְּלוֹת מֶרְקָחִים 1
Hoc eſt Genæ eius areola aromatis, turres vnguentariorum: cum enim non areolas, ſed areolam dicat in ſingulari, innuere uidetur, ambas genas vnius areolæ, herba aliqua, conſitæ, ſimilitudinem & ſpeciem referre. Hæc autem ſimilitudo belle congruere uidetur cum vtraque mandibula iuuenis pulchre barbati. Nam cum prima lanugo in adoleſcente ſic ueſtiat, & continenti ordine contegat utramque 2
mandibulam, ſicut recens nata germina inſignis alicuius herbæ aromaticæ, ut puta Nardi (Nam & hoc in nota adiecta ſignificat) areolam unam, appoſitiſsima comparatione ſignificat ſponſa, ſponſum barbam geſtare pulcherrimam, & ſuauiſsime olentem.

Nec minus accommodata comparatione ſignificat, ſuperiores genarum eiuſdem partes, quæ latinis malæ dicuntur, quòd malis ſimiles ſint, & in ſpecie malorum promineant in facie; eas inquam, partes ſimiles eſſe turribus, hoc eſt duabus pixidibus vnguentariorum, quæ precioſa intra ſe continẽt vnguenta, exterius uerò minio purpuriſſoue pictę pulchre rubent. Prophetę nimirum, in 3
quibus veluti in facie ſua Chriſtus futura oſtendere anteuertit. Intus quidem ſancti Spiritus donis ceu pyxides unguentariorum optimis unguentis pleni, optimeque olentes: foris uero pudibundi cum ſint, cum ingenuo pudore ſuffuſi quaſi pyxides minio, aut purpuriſſo pictæ rubent.

Et in eiuſdem generis comparatione perſiſtens confert deinde ſponſa ſponſi labia lilijs aut Roſis potius (nam & Roſas שׁוֹשַׁנִּים Significare aiunt) ex quibus Myrrha prima deſtillet. Hoc eſt unguentum precioſiſsimum. Optime enim congruit comparatio labiorum cum Roſis ſuaue rubentibus in medio areolæ 4
aromaticæ. Vt uideantur labia ſponſi rubentia in medio barbæ uelut Roſæ geminæ in medio virentis areolæ molliter eminere, & circunſtantem areolam pulchre diſtinguere, ſuauiſsimoque vnguẽto ex ſe diffluẽte perfundere, ac uelut irrigare, & pinguiorem cognato humore reddere, quo imbutæ plantæ aromaticę fœlicius proueniant. Quorum omnium ille uidetur ſenſus myſticus.

Vt per ſuperiores genę partes ſponſi, quemadmodum in facie ſponſę docuimus, prophetas intelligamus; per barbam uerò multitudinem auditorum ex ore prędicantium Euangeliſtarum, & doctorum, qui Chriſti mandibulę ſunt, ut commanſum cibum ſacrę Scripturæ in uentriculum, nempe in mentem eccleſię 5
inijciant, pendentium, & mira concordia & ęquabilitate diſpoſitorum, inſtar herbarum aromaticarum ordine conſitarum, & in areolam diſpoſitarum: qui etiam ab Euangelij præconibus roſeo & charitate rubente Chriſti ore, diffluente doctrina Euangelica odoratiſsime inſtar vnguenti ex Myrrha prima, alijſque precioſis aromatibus confecti, perfunduntur, & fœliciter proueniunt, eaque doctrina imbuti ſic creſcunt, vt procedente tempore, & ipſi ſimilia ſudent 6
vnguenta, & odoratiſsima Chriſtianæ doctrinæ, & uitæ dogmata, atque exempla.

Pal. 44. Quæ gratia eſt, & ſuauitas illius eloquẽtiæ, quã Dauid labij huius ſponſi diffuſam eſſe canebat in hunc modum, *Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit*

1 *te Deus in æternum.* Et vnguentum illud, quod ex capite Aaron, nempe Chriſto, in Coloſ.4.
eiuſdem barbam deſcendiſſe, & in hoc defluere idem propheta canebat; vt con-
ſenſum & concordiam fratrum vnà habitantium uniuerſo orbi optime olere fa- Pſal.132.
ciat; abſumpto nimirum, a conuenientibus & contubernalibus ſanctis omni ſu
peruacaneo, & putredini obnoxio carnalis uitæ humore, & omni carnalis uitæ
ſenſu in ipſis mortificato. Vt iam poſt hac quæcumque vera ſunt, quæcunque pu
dica, ſancta, iuſta, amari digna, & ad bonam famam ac uirtutes & diſciplinæ lau-
dem pertinentia, ea dumtaxat cogitent. Quæ omnia audiunt, & diſcunt à roſeo il
lo, & miram charitatem ſpirante Chriſti ore, Paulo Apoſtolo, reliquiſque illius
2 ſtudioſis doctoribus, & prædicatoribus. Nec quenquam mouere debet, quòd
cum idem ſit ſponſi & ſponſæ os, ex ore ſponſæ dicta ſint prodire uerba inſtar
mellis & lactis ſuauiſsima; & ex ore ſponſi dicantur hoc loco prodire uerba ama
ra Myrrhæ, quæ ualde amara eſt: ut uideatur ex eodem fonte manare dulcis aqua
& amara, contra naturæ bene inſtitutæ rationem; unde, ſumpto argumento Iaco- Iacob 3.
bus acriter reprehendit eos, qui eodem ore Deum benedicunt, & hominibus qui
ad imaginem & ſimilitudinem Dei facti ſunt, male precantur. Nam doctrinam
Euangelicam, quæ ex uno Chriſti & eccleſiæ ore procedit, alijs quidem dulcem
inſtar mellis, alijs amaram inſtar Myrrhæ uideri, nihil uetat. Non quòd in ea in-
3 ſint contraria, qualia in ſermone improborum ineſſe damnat Iacobus: ſed in ip-
ſis auditoribus contrario modo affectis. Qui enim repurgato, & ſano, ac Dei gra
tia ad Spiritus ſancti temperamentum redacto ſunt guſtatu, his mel merum, &
lac ſapit ipſum Euangelium. Qui autem ægri ſunt, & uelut fuliginoſo recremen-
to ex corde febre & igni concupiſcentiæ accenſo aſcendente animæ ſuæ pala-
tum obſeſſum habent, idem ipſum Euangelium amarum ceu Myrrham, iudicant:
quibus ſcilicet Deus huius ſeculi palatum perdidit: & (quemadmodum Paulus 2.Cor.4.
inquit,) mentes excæcauit, ut non effulgeat eis Euangelium gloriæ Chriſti.
Quam etiam diuerſitatem uidemus in bene habentibus, & febricitantibus. Nam
4 quod illis bene ſapit vinum, his uidetur amarum. Et quemadmodum eadem roſa
alijs bene olet, alijs male; ſic etiam inquit Paulus, *alijs ſumus odor uitæ in uitam;* 2.Cor.2.
alijs odor mortis in mortem.

Atque etiam inde factum eſt, ut quem ſermonem velut durum, Iudæi male ſa- Ioan.6.
ni in ſuam perniciem reſpuiſſent, Petrus bene ſanus uerba vitæ æternæ eſſe iudi-
caret. Recte uero ſeruato perſonarum decoro, ſponſæ tributa eſt ſermonis dul-
cedo, ſponſo amaritudo.

Poſsis denique per labia ſponſi myrrham ſtillantia, doctrinam Euangelicam
interpretari ſuauiſsime olentem, ceu unguentum precioſiſsimum, quod ſignum
5 eſt oris & uiſcerum incorruptorum. Seruat etiam ſermo Chriſti auditorum ani-
mos a corruptione. Vt myrrha optima humana corpora a putrefactione. Veritas
denique ut plurimum amara eſt auditoribus.

Porro quæ hactenus de hoc loco diximus nihil cum vulgata æditione, quam
ſemper intemeratam ſeruari uolumus, pugnant. Nam barba ſponſi, quæ alio-
qui vna & continens areola uideri poteſt, duarum ſpeciem referat, ſi in medio
eius ſita labia conſideres inſtar duorum liliorum eandem in duas diſterminantia
6 areolas diuerſis herbis aromaticis arte pigmentorum conſitas.

Vt in Hebræo per Synecdochem areolam pro areolas, & aromatis, pro
aromatum, vt accepit noſter interpres, dictum eſſe accipiamus. Lilijs autem

diſtil-

diſtillantibus Myrrham primam intelligimus aſsimiliari labia, ut ſignificetur 1
Epiſcoporum, Euangeliſtarum, & doctorum, & varijs languis loquentium ſer-
mo purus nihil aliud quàm Crucem & mortem Chriſti olens; quo etiam in ſu-
perioribus labia ſponſæ, quæ eadem ſunt ſponſi labia, aſsimilata ſunt uittæ
coccineæ.

Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis; venter eius
eburneus, diſtinctus ſaphiris. 2

Per manus ſponſi tornatiles, & aureas, communis ſententia eſt perfecta & abſo-
lutiſsima Chriſti opera ſignificari, quæ ille ex uirtute diuinitatis geſsit, & qui-
bus ad cœlum capeſſendum nos prouocauit. Id quod frequentia hyacinthorum
lapillorum coloris cerulei (vt multi putant, aut aerei) etiam volunt deſignari.
Porro hic locus in Hebræo ſic habet ידיו גלילי זהב ממלאים בתרשיש quod ad uerbũ
ſonat, Manus eius orbes auri impleti hyacintho. Vt per orbes auri intelligamus
annulos impletos hyacinthis, quos in ſuis palis incluſos habent, poſito ſingulari,
pro plurali. Quod eſt frequentiſsimum in ſacra Scriptura. Quale eſt illud, uenit 3
muſca, pro uenerunt muſcæ. Videntur itaque hoc loco Manus ſponſi orbes au-
rei dici hyacinthis pleni propter frequẽtiam & multitudinem annulorum aureo
rum & brachialium, quibus ſunt contectæ & ornatæ, crebris etiam inſertis hya-
cinthis ipſis annulis, & brachialibus. Vt per manum totum brachium, & extremã
manum accipiamus: dicuntur autem in noſtra æditione manus tornatiles eodem
ſenſu, quo in Hebræo orbes; propterea ꝙ propter eiuſmodi orbium, quibus con
tectæ ſunt copiam, torno affabrefactæ uideri poſſunt, ut orbes ipſi. Miſtice uero
manus ſponſi illa uidentur Chriſti membra, quæ ſexto loco in eius corpore Pau-
1. Cor. 12. lus numerat, & opitulationes uocat, ſiue ut in Græco eſt ἀντιλήψεις. Subſidia nõ 4
nulli vertunt, quippe qui hoſpitalitatem ſectantes ſuſcipiunt ægrotantes, & am-
plectuntur, ac neceſsitatem patientibus ſubueniunt, & ſubſidio ſunt; præſertim
ſanctis prædicatoribus, & charitatis Euangelicæ doctoribus: & inſtar hyacintho
rum charitate rubentibus, quos quũ illi ſic ſuſcipiunt, & ſimplici ac ſyncero, per-
fectoque animo ſuis ſouent operibus, velut orbes quidam aurei hyacinthos com-
plecti, & intra ſe uidentur concludere; taliumque lapillorum fulgenti charitate
ornari; atque hunc ornatum ſuum facere. De horum numero fuiſſe recte dixeris
Caium illum, ad quem tertiam Epiſtolam ſcripſit Ioannes Apoſtolus: & quẽ ideo
commendat magnifice, ꝙ prædicatores Euangelij eodem inſtituto, quo Paulus, 5
gratis Euangelium enunciantes (ne quod offendiculum darent Euangelio) ſuſci
pere ſolitus eſſet, & ſuis opibus ſouere. Hunc ſic cõmendat Apoſtolus, *Chariſsi-*
me fideliter facies, quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui teſtimonium red
diderunt charitati tuæ in conſpectu eccleſiæ, quos benefacis deducens digne Deo. Pro nomi-
ne enim eius profecti ſunt, nihil accipientes a gentibus. Nos ergo debemus ſuſcipere
Math. 10. huiuſmodi, vt cooperatores ſimus ueritatis. Qui enim (ut inquit Chriſtus) rece-
perit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui rece 6
perit iuſtam in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Conuenientiſsime uero ſim
plex, ſyncerus, & omnibus ad benefaciendum expoſitus talium animus orbicula-

ri ſi-

1 ri figura ſignificatur, quæ omnium ſimpliciſsima eſt, perfectiſsima, & maxime ca-
pax. proprie etiam *ἀντιλήψεις* apud Paulum, manus ſponſi hoc loco eſſe uiden-
tur. Eſt enim *ἀντιλαμβάνεσθαι* conantem porrecta manu adiutare, quod eo-
rum, qui manus officium in corpore Chriſti habent, maxime proprium eſt,
& familiare. Sed interim quod ad perſonæ decorum attinet, aduerten-
dum eſt, in orientalibus regionibus uiros etiam annulis & brachialibus or-
nari ſolitos, quali ornatu Iudam ad Thamar nurum acceſsiſſe, arrabo, quem
illa a ſocero petijt, teſtatur, nempe annulus, armilla, & baculus, quem Iu-
das manu tenebat. Commendatur deinde uenter ſponſi, quod eburneus ſit, & Gen. 38.
2 ſaphiris diſtinctus, aut (vt eſt in Hebræo) מְעֻלֶּפֶת סַפִּירִים hoc eſt, tectus ſa-
phiris. Nempe candidus velut ebur, & frequentibus ſaphiris ornatus, ac proinde
pulcherrimus. Hanc uero ſimilitudinem ſic exprimunt Græci interpretes *κοιλία*
αὐτοῦ πυξίον ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθου σαφείρου. Hoc eſt, uenter eius pyxidula eburnea
in lapide ſaphiro. Ideſt, ſimilis pyxidulæ eburneæ ſaphiris contectę. Lyranus non
animaduertens, hæc per comparationem & ſimilitudinem dicta eſſe, & offenſus
(ut puto) loquutionis improprietate, ſic ait; diſtinctus ſaphiris, ideſt, ornatus la-
pidibus precioſis, non immediate ſuper carnem, ſed ſuper ueſtem, quæ operit uē-
trem. Sicut enim in ueſtibus circa collum, & manus ad ornatum nobilium nunc
3 ponuntur lapides precioſi: ita etiam tunc temporis circa partes uerſus uentrem
deſcendentes. Hæc ille ueluti diuinans ornatum, quem noſtro tempore nobili-
bus, & potentibus fœminis familiarem uidemus, olim uiris etiam in uſu fuiſſe. Sed
debuit, & aliquem alium ſimilem ornatum eburneum comminiſci, ut omnino ſe
expediret his ſalebris. Verùm his omiſsis, quantum attinet ad myſticos ſenſus,
venter inquit Glo. fragilitatis humanitatis eburneus, pro decore caſtitatis: quia
ab omni peccato immunis, diſtinctus ſcilicet non totus eburneus, nec totus ſaphi
rinus. Saphirus ſublimitatem cęleſtiū ſignificat. Diſtinctus ergo, quia partim hu-
mana fragilitas eſurie, tentatione, fatigatione, morte; partim diuina celſitudo,
4 miraculis, reſurrectione, Aſcenſione intelligitur. Sunt qui cor Chriſti ſignifica-
ri putant puriſsimum, & eiuſdem affectus cæleſtes, ac diuina ſapientia uelut pun-
ctis aureis collucentes. Saphiri enim (ut docet Plinius) cerulei ſunt, & aureis Pli. 37 li. 7
punctis collucentes. Verùm quia nuptijs cum honorabiles eſſe debeant (ut vult Hebr. 13.
Paulus) & thorus immaculatus, locus aliquis in Chriſti corpore tribuendus ui-
detur; non inepte fortaſsis, per uentrem ſponſi eburneum, & ſaphiris conte-
ctum, eos intelligamus, qui ſancto & puro animo in eccleſia Chriſti dant operam
liberis: & ſanctos ac uirgines ceu ſaphiros, quibus ipſi deinde conteguntur, &
ornantur, Chriſto gignunt liberos; quos ſic educant, & cæleſti doctrina, ac mo-
5 ribus inſtituendos curant, ut ſaphirorum inſtar ſtellati cæli ſpeciem præbeant. 1. Tim. 2.
Saluabitur enim, inquit Paulus de muliere loquens, *per filiorum generationem, ſi per-*
manſerint in fide, & dilectione, & ſanctitate. Qui coniugatis hunc locum in ec-
cleſia concedere nolit, libentius fortaſsis, ipſum Paulo tribuat, & Pauli ſimili-
bus patribus Euangelicis, qui cum Paulo poſſunt dicere. *In Chriſto Ieſu per* 1. Cor. 4.
Euangelium ego uos genui.

6 *Crura illius, columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes au-*
reas: ſpecies eius vt libani, electus vt cedri.

Per

Per ſponſi crura. Glo. Intelligit incarnationem, paſsionem, reliquaque rectiſsima, & fortiſsima Chriſti facta, Dei prædeſtinatione ante tempora definita; per baſes autem, prophetas. Quia talis inquit, apparuit, qualis ab illis prædictus fuit in diuina diſpoſitione legentibus uel ipſam diuinam diſpoſitionem. Nos uero hæc omnia ad membra Chriſti myſtica ſpectare putantes, ſingularem Chriſti, qui lapis fundamentalis Sion eſt, nempe eccleſiæ puritatem & innocentiam, heroicam fortitudinem, & inuictam malorum tolerantiam in martyribus ſignificari credimus. Quos ideo Chriſtus ſuas columnas fecerit marmoreas, candidiſsimas ſcilicet & firmiſsimas ad fulciendum templum Dei, quod eſt eccleſia, & corpus Chriſti. *Qui uicerit*, inquit ipſe, *faciam eum columnam in templo Dei mei.* 2

Apoc.3. Quo etiam ſpectans Paulus firmiſsimos, & conſtantiſsimos chriſtianæ uirtutis profeſſores tanquam præcipuam eccleſiæ partem, eccleſiam & columnam, ac firmamentum ueritatis uocat: Et eoſdem hortatur tãquam firmiora corporis Chriſti membra, infirma ſuſtinere inſtar columnarum, quæ contignationes, & cameras ampliſsimæ domus fulcire debent, & ſuſtentare. Baſes uero aureæ, quibus hæ columnæ impoſitæ ſunt, gemina charitas eſt, Dei ſcilicet & proximi. In charitate namque vt radicati ſint chriſtiani, & fundati, orat Paulus. Harum porro columnarum infractum robur eſſe ſpiritum ſanctum, idem Apoſtolus docet eodem loco, ut ſpiritus ſancti opera omnia ſufferre poſsit charitas, & omnia ſuſtinere. 3

1.Timo.3. *Rom.15.* *Ephes.3.* *1.Cor.13.*

Subiungit deinde ſponſa *Species eius vt Libanus*. Quaſi dicat. Quemadmodum Libanus omnium montium iucundiſsimus eſt, & aſpectu gratiſsimus, propter innumeras omnis generis herbas, & arbores, quas ex ſe profert nobiliſsimas; ſic ſponſus meus omnium hominum formoſiſsimus eſt, & aſpectu gratiſsimus, propter ſanctorum turbam innumerabilem, qui ex ipſo nati, & in eodem radicati ipſum uehementer exornant: & quemadmodum ex Libano copioſæ & ſaluberrimæ decurrunt aquæ, quæ omnem ſubiectam planitiem irrigantes, illam reddunt fertiliſsimam; ſic ex meo Chriſto copioſiſsimæ & ſaluberrimæ ſpiritus ſancti gratiæ in omnem dimanantes eccleſiam, ipſam uberrimam, & uelut paradiſum reddunt amœniſsimum. Eſt inſuper ſtatura ſublimis, & qui omnes homines longe antecellit, Chriſtus ſponſus meus; perinde atque cedrus reliquas arbores longe longe ſuperminet. Huc enim illud Dauidicum maxime conuenit, *Iuſtus ſicut cedrus, quæ in Libano eſt, multiplicabitur.* hoc eſt, in altũ ſuccreſcet. Solus enim ipſe citra menſuram accepit à Deo ſpiritum: & de plenitudine ipſius, inquit Ioannes, nos omnes accepimus. Quin & perinde atque cedrus nulli putredini, aut corruptioni obnoxia eſt; ſic Deus pater Chriſtum ſanctum ſuum non permiſit uidere corruptionem, ulla ve tentari putredine. Euſebius adiectiuum 4

Pſalm.19. *Ioan.3.* *Ioan 1.* *Pſalm.15.*

electus, coniungit cum ſubſtantiuo, Libanus, in hunc modum: ſpecies eius ut Libanus electus, ut cedri: cum enim inquit, ad ſenſum conſpicuus ſit mons Libanus, undique frequens & denſus excelſis cedris, propterea licet uidere in prophetis iuxta differentiam eorum, quæ ſignificantur, & laudari, & uituperari. Vniuerſi igitur ſponſi pulchritudinem electum Libanum appellauit, ad diſtinctionem reijciendi Libani. Corpus enim Chriſti ſecundum unumquodque membrum impletur: & multa membra unum corpus ſunt, ut ait Paulus. 5

Guttur ipſius ſuauiſsimum, & totus deſiderabilis. Talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus, filiæ Ieruſalem. 6

Iam

1 Iam inſtituerat ſponſa perorationem huius encomij, quum diceret, ſpecies eius
vt libani, electus vt cedri: quaſi diceret: Quid per ſingula ſponſum meum lau-
dare nitor, qui labor eſt infiniti operis? Breuiter, & ut ſemel dicam, formoſiſsi-
mus eſt, & iucundiſsimus inſtar Libani, & ſtatura ſublimis inſtar cedri. Nunc ue
ro commendans eundem a gutture ſuauiſsimo, rurſum ad particulares laudes re
dire videtur. Sed hoc ipſa facit de more impotenter amantium; qui cum modum
laudibus eorum, quos amant, ponere inſtituerunt, finem tamen laudandi facere
neſciunt; ſed ſuperioribus laudibus ſemper addunt aliquid. Addit ergo ſponſa
ſuperiori encomio, Guttur ſponſi dulcedines eſſe: hoc eſt, ſuauiſsimum. Hanc
2 ſummam dulcedinem & ſuauitatem expertus Petrus dicebat. *Domine, quo ibimus?*
Verba vitæ æternæ habes. Hanc experti lictores Iudæorum dicebant. Nunquam ſic
locutus eſt homo, ſicut hic homo. Io.7.g. Hæc eſt illa gratia quam in labijs Chri- *Ioan.7.g.*
ſti effundendam fore prædixit Dauid pſal.44. Hæc ſunt uerba illa gratioſa, quæ
vt Lucas ait, mirabatur omnis Synagoga Nazaræorum, *omnes*, inquit, *Lucas cap*.4.
mirabantur in uerbis gratiæ, quæ prodibant de ore ipſius. Guttur enim, ſiue pala-
tum, hoc uerbo ſignificat metonymicos, & iuxta myſticos ſenſus, doctores & pre
dicatores Euangelicos; quorum prædicationem & doctrinam mel & lac ſub lin
gua ſponſæ, hic ipſe ſponſus (cui cum illa commune guttur eſt & palatum) iam
3 antea eſſe dixit. Et extremam tandem addens perorationem, & ſuperiorum lau-
dum epilogum; & totus inquit, deſiderabilis; aut iuxta Hebræum, & totus quan
tus quantus eſt, deſideria: ac ſi dicat, & (vt ſemel dicam) adeo formoſus eſt ſpon-
ſus & gratioſus, ut nihil in eo deprehendere poſsis, quod non ad ſui amorem pel
liciat, & rapiat. Et eandem ſuperiorum memoriam renouans. Talis eſt inquit, o
fœminæ Ieroſolymitanæ, dilectus meus, talis certe eſt amicus meus. Quod flebili
ter pronunciandum uidetur, cum magna doloris ſignificatione. Ac ſi illa dicat:
me miſeram o fœminæ Ieroſolymitanæ talis plane eſt, & qualem uobis hactenus
expoſui, omnibus numeris abſolutus, dilectus meus, talis ſane, qualem alium uos
4 nec unquam uidiſtis, nec audiſtis. Hunc ego amoris impatiens & exanimata quæ-
rito; quo minus iam miremini, quamobrem ipſum omnibus hominibus, qui ama-
ri digni uidentur, præferam, & propter quem uos omnes ſic adiurem. Ex his om-
nibus facile conijcimus, quam ſancte & religioſe illius temporis prædicatores
Euangelici Chriſtum Iudæis ſint prædicaturi; eoſque fidei, ac charitatis exem-
plo ad Chriſtianam fidem & charitatem excitaturi.

Quò abijt Dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? Quò abiit Di-
5 *lectus tuus, & quæremus eum tecum?*

Fœminæ Ieroſolymitanæ audiendo eximiam ſponſi pulchritudinem, & in-
ſignes uirtutes, iam mirari deſinunt, quamobrem ſponſa tanto ipſum quærat
ſtudio: Quoniam & ipſæ eiuſdem amore captæ, negant quidem ſe illum
6 inueniſſe, rogant tamen, num ſuſpicari ipſa poſsit, quò ille abierit; quò ue
declinauerit; ut locum indicet. Nam ſe ei adiungent ſocias, & in perquirendo
ipſius dilecto omnem ei dabunt operam. Gregorius auctor eſt hunc locum
alle-

allegoricôs de Synagoga intelligi poſſe, quæ aliquando conuerſa, eccleſiã rogabit. Et nos, ſanctiſsimi iuxta ac doctiſsimi uiri ſectantes ueſtigia, exiſtimamus, Synagogam ad prædicationem Euangelij, & magnificas, quas ab eccleſia de Christo laudes olim audiet, inſuper charitate, ac puritate prędicatorum excitatam, inueniendique illius deſiderio captam, tametſi nondum plene perſuaſam (ut eſt illius gentis ingenium) ſæpe tamen Apoſtolicos illos, & uere Euangelicos prædicatores, ut apud ſe de Chriſto diſſerant, rogaturam, & illud maxime, ubi nam Meſſias inueniri poſsit. Hoc eſt, certa ſigna, quibus aduentus Chriſti in mundum, & locus deprehendi poſsit. Nam (vt inquit Paulus) Iudæi ſigna petunt. & Chriſtus interrogatus a Phariſæis: Quando ueniet Regnum Dei? reſpondit: non ueniet 1
1. Cor. 1. Regnum Dei cum obſeruatione; neque dicent; ecce hic; aut, ecce illic. Ecce
Luc. 17. enim Regnum Dei intra uos eſt. Cuius reſponſi & apophthegmatis, tum memor eccleſia, Synagogæ eadem quæ olim roganti reſponſura eſt in hunc modum.

Caput VI.

Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolas aromatum, vt ibi paſcatur in hortis: & lilia colligat. 3

SPONSA rogata, & admonita a fœminis Ieroſolymitanis, num ſuſpicari poſsit, quonam abierit ſponſus, aut quò declinauerit; hæc ſecum reputans recordatur, ſponſum iam aliàs quum abeſſet, nec inueniri poſſet, in hortos ſuos animi gratiâ diuertiſſe, vbi inuentus ſuis ſodalibus laudiſsimum exhibuit conuiuium. Quamobrem nunc ſtatuit, in hortos illos deſcendere, vbi certa
ſit ſpes ipſum inueniendi, ipſiuſque benignitate, & conſuetudine fruendi, ut antea. Perinde fœminas Ieroſolymitanas hortatur, ſi ſtare uelint promiſsis, & illũ conuenire, ut ſe ſequantur. Nam ſibi illuc ire, ibique eum quærere certum eſt. Bene interim habita ratione vrbis in monte Sion ſitæ, ubi hæc agi finguntur, in hortum ſuum tanquam imum & irriguum, ſponſus deſcendiſſe dicitur; qui etiã olim relicta urbe illa, ad gentes deſcenderit. Sic etiam extremis illis temporibus prædicatores Euangelici memores, ut olim eccleſia tempore Apoſtolorum, & Martyrum, magnis oppreſſa malis, Chriſtum quæſierit, & inuocauerit; nec tamẽ præſentem ab eo opem, aut fauorem, vt a tantis malis eriperetur, aſſequi potuerit: & quem ob id abeſſe putaret, ipſum tamen, tum maxime inter ſanctos uerſari ſolitum, tandem deprehendiſſe, & ad extremum reddita pace, magnificum ipſi eccleſiæ exhibuiſſe conuiuium; quod nos initio quinti capitis abunde explicauimus, quum ſponſus hæc diceret, *Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa, &c.* Illius inquam exempli, & ſacræ hiſtoriæ memores illi, quibus iam initio totius dramatis iniunctum fuit, vt in quærendo Chriſto maiorum ſuorum veſtigia tererent; cunctantibus tunc Iudæis, & poſt ſæpe auditum Euangelium, ac Chriſti laudes, rogantibus ſignum aliquod aut locum ubi Meſsias inueniri poſsit, ut ibi latitantem, tanquam Regem ſalutent, ſperantes, ſe unà cum illo uniuerſi orbis imperiũ (vt ſemper craſsi homines ſomniarunt) obtinere poſſe; in hanc fere ſententiam oẽs

reſpon-

1 reſpondebunt,*dilectus meus diſcendit in hortum ſuum,&c.* Diligentius etiam prophe
tarum oracula,& ſua tempora conſiderantes uiri illi apoſtolici,quos ſuperius ex
recentioribus prophetis noſtris memorauimus, Euangelium ſanctiſsime prædi-
cando,Ieroſolymam uſque peruenturos; quum uiderint reſtitutam eſſe Ieruſa-
lem,& reliquas regni Iſraelitici vrbes,& oppida (nec enim hoc improbat Hiero-
nymus) ibique non paucos eſſe pios homines,qui Chriſtum ſumma animi purita-
te & pietate colant (ut olim permulti fuerunt Romæ ſub Syluestro)tunc Iudæos
quibus Euangelium prædicabunt, ex vniuerſi orbis partibus eo vocabunt; & ex
varijs prophetarum oraculis Hieroſolyma,& totum Regnum Iſraeliticum ſpiri
2 tualiter reſtitutum,quod inſtar hortorum Domini ſit,ut inuiſant delitijs ſpiritua
libus fruituri tanta cum charitate hortabuntur, ut quaſi ulnis eos complecti, ac
ſic complexos, atque humeris impoſitos, ad hortos illos perferre parati eſſe, at-
que adeo multos perferre,uideri poſsint; iuxta illud Iſaiæ oraculum. *Ecce leuabo* Iſa. 49.
ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignum meum, & afferent filios tuos in
vlnis,& filias tuas ſuper humeros portabunt. Ac ſi dicat tota eccleſia, rogas o Syna-
goga,locum quò abijſſe, quò ue diuertiſſe meum Chriſtum putem, falſo perſua-
ſa,& fruſtra ſperans certa a me accipere ſigna Meſsiæ; quem tu diu multumque
expectas regio apparatu, ſummaque cum gloria ingentibus peditum atque equitū
3 copijs inſtructum, & mundo formidabilem regnum Iſraeliticum initurum: im-
mo quem iam veniſſe tibi perſuades, ſed alicubi interim, dum ſe ad hæc compa-
rat,deliteſcere.Ego uero te porro moneo, Dilectum meum Meſsiam illum a pro
phetis promiſſum iam ueniſſe; nec me hactenus in tantis malis corpoream illius
præſentiam quæſiſſe, quem certo ſcio ſe iam ante multa ſecula in cœlum, unde
deſcenderat,ſubduxiſſe,ac dextrum patri ſuo aſsidere. Vnde etiam omnino per-
ſuaſum mihi eſt, ipſum multis Angelorum & ſanctorum myriadibus ſtipatum,
ſumma cum gloria ad nos rediturum vniuerſi orbis iudicem, & Imperatoré exi-
mium.Cæterum tam magnifici & inſignis aduentus ſigna nulla,ex quibus præſen
4 tiri poſsit,præceſſura fore,ex eiuſdem oraculis te certiorem reddo: quin omnes
illius temporis homines impręmeditatos,& nihil tale cogitantes inſperatum caſu
ſubito inuaſurum. Tale namque maioribus ueſtris hac eadem de re ſciſcitanti-
bus ille reſponſum dedit,*Non veniet*,inquit,*Regnum Dei cum obſeruatione: neque di*
cent,Ecce hic; aut,Ecce illic. Nam ſicut fulgur corruſcans de ſub cælo, in ea,quæ ſub cælo Luc 17.
ſunt, fulget,ita erit filius hominis in die ſua. Et ſicut factum eſt in dieb. Noe, ita erit in
diebus filij hominis. Edebant,& bibebant,vxores ducebant,& dabant ad nuptias uſque in
diem,qua intrauit Noe in arcam,& venit diluuium & perdidit omnes. Item & illud,*Re*
gnum Dei intra uos eſt. Atque hoc eſt Regnum, cuius ego Regem Chriſtum ſpon-
5 ſum meum perquiro, & an apud vos ſit, rogo. At uerò quantum ex uobis intelli-
go,apud uos nuſquam eſt.Adhuc enim craſsi,& carnales eſtis. Quamobrem cogi
tanti mihi,& memoria uetera repetenti,apud nos illum quærere certum eſt.Nam Math. 28.
quia in mentem uenit illius promiſsi, *Ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationē ſæ-* & 29.
culi; Item & illius,*Vbicunque fuerint duo uel tres congregati in nomine meo, in medio*
eorum ego ſum. ipſum alicubi apud nos,quò in nomine eius ubique terrarum con-
uenitur,diuerſari non dubito. Dum etiam maiorum noſtrorum res geſtas ex no-
6 ſtris annalibus in animum reuoco,& uetera cum nuperis confero, in ſanctorum
noſtrorum cætus & contubernia ipſum ſe recepiſſe, ibiq; familiariter & iucunde
agere, nempe in amænisſimis hortis ſuis,inter areolas aromatū ſe oblectare, ibiq;

ut

vt olim, lilia colligere, bona fide auſim affirmare. Id quod olim feciſſe, experien- 1
tia mihi compertum eſt. Nam Apoſtolorum & Martyrum temporibus diu quæſi-
tum, & uocatum illum ibi tandem inueni. Qui etiam nunc rurſum (vt credo nec
ana fides) eò uocat; & hæc eadem mihi videtur dicere. *Veni in hortum meum ſo-
ror mea, ſponſa. Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis, comedi fauum cum melle
meo, & bibi uinum cum lacte meo. Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſsimi.* Et
quoniam adeo inſtanter rogatis locum, quo ſuſpicari poſsim Meſsiam meum ab-
ijſſe, hunc ipſum locum ex prophetis iam indico. Certum eſt Hieruſalem urbem
illam olim populoſiſsimam, reliquaſque Iudææ vrbes & oppida iam eſſe reſtituta:
& totam terram Iſrael, quæ propter accolarum eius impietatem multo tempore 2
manſit ſterilis, iam nunc haud ſecus, quàm patrum ueſtrorum temporibus, lacte
& melle manare. Sed (quod magis miremini, quodque longe magis expetendum
vobis ſit uidere) multi ibi ſunt ſide, & Iſraelitica pietate inſignes viri, ex quibus
ueluti ex ſelectiſsimis lapidibus, cæleſtis illa Hieroſolyma extructa ſit, qualem
Apoc.21. iam olim extructam per ſpiritum noſter Ioannes uidit, & extruendam fore a dño
Iſa.54. multo ante illum Iſaias hiſce domini uerbis prædixit, *Ecce ego ſternam per ordinem
lapides tuos, & fundabo te in ſaphyris, & ponam Iaſpidem propugnacula tua, & portas
tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles: uniuerſos filios
tuos doctos a Domino, & multitudinem pacis filijs tuis, & in iuſtitia fundaberis.* Scio ibi 3
multas eſſe Eccleſias tanta gratiarum ſpiritualium copia abundantes, tot diuinæ
ſapientiæ aquis irriguas, tam multis bonorum operum fructibus vberes, tantaque
ſanctitatis opinione & fama fragrantes, ut iam illud eiuſdem prophetæ oraculũ
Iſa.51. expletum eſſe non dubitem, *Conſolabitur dominus Sion, conſolabitur ruinas eius: & po-
net deſertum eius, quaſi delitias, & ſolitudinem eius, quaſi hortum Domini*, Ecce mater
mea, Synagoga, ecce hortus, in quem deſcendiſſe dico dilectum meum, Meſsiam
noſtrum; Ecce horti, in quibus ipſum ſumma cum uoluptate paſci, & ſuauitate
aromatum oblectari, ac lilia colligere, non dubito. Quod etiam ex aliorum pro-
phetarum reſponſis confirmare poſsim. Verùm quoniam ingenioſi eſtis, & ſcri- 4
pturarum peritiſsimi, ex vno & altero, quæ iam citaui, reliqua uobis relinquo ex-
pendenda. Huc ergo adeſte o Iudæi, & ſi inueniendi dilecti mei, & veſtri, quem
quæritis, Meſsiæ tenemini deſiderio, huc frequentes properate, guſtate, & uide-
Pſalm.33. te, quam ſuauis ſit Dominus & Meſsias noſter. *Vos enim eſtis*, (ut noſter Petrus
Acto 3. olim dicebat) *filij prophetarum, & teſtamenti, quod diſpoſuit Deus ad patres noſtros, di-
cens ad Abrahã, in ſemine tuo benedicentur oēs familiæ terræ. Vobis primum Deus ſuſci-
tans filium ſuũ, miſit eum benedicentem uobis, ut conuertat ſe unusquiſq; a nequitia ſua.*
In hãc certe ſnĩam indicant hęc verba. *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuũ. &c.* Ec-
cleſiam extremis temporibus fidem Chr̃i Synagogæ ſuaſuram fore exẽplo Apo- 5
ſtolorum, Martyrum, & ſctõrum omnium, qui ꝑꝑ aſsiduos labores, & acerbã ui-
tam, quã in gr̃am Chriſti fortiter trãſigunt, mortificata ſua gerẽtes mẽbra in hoc
ſæculo, areolis ſimiles ſunt oĩ genere plantarum aromaticarum conſitis, condien-
dis mortuorũ corporibus accõmodatarum; ſed maxime exemplo virginũ. Qui ſta-
tus qm̃ floridus eſt, & puriſsimus, ob idq; Chr̃o longe gratiſsimus, lilijs deſignat.
Quorum colligendorũ gratia in ſuos hortos ipſe deſcenderit. Tunc.n. quum pa-
ribus exercebitur eccleſia perſequutionibus, paremq; præſtabit fidẽ, ſpẽ, charita- 6
tẽ, fortitudinẽ, uirginitatẽ, reliquaſq; virtutes, pari ẽt fruetur ſponſi ſui cõſuetu-
dine, & familiaritate. Et perinde atq; tũc, ille uocanti ſe in hortum ſponſæ lubẽs

annuit;

1 annuit;& eo accedens,cões ſuas cum ipſa fecit delitias & ſpirituales uoluptates; ſic etiam tunc, ubi abacto Aquilone infidelitatis & acediæ, ut olim, in hortos ſuos Auſtrum perſequutionum immiſerit, ſuaque aromata ex ſuis plantis fecerit ſtillare, diu multumq; uocatus in hortos ſuos deſcendiſſe deprehendetur ab Eccleſia; quam rurſum Hieroſolymis recreabit in hanc ſententiam. *Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa &c.* Sub pio, qui tum rerũ potietur, Imperatore, & ſub Angelico Pontifice ſummo; ut olim Romę ſub Conſtantino, & Syluestro ipſum feciſſe retro oſtendimus: quę ſane uidentur fore nuptię illę agni, ad quas pręparatã, & byſſimo ſplendenti ac cãdido ornatam acceſsiſſe uxorem agni, refert Ioannes.

2 Byſſinum autem (ut idem exponit) iuſtificationes ſanctorum ſunt. In his igitur hortis ſponſum ſuum (hoc eſt Chriſtum in ſua Eccleſia) quęrere, tunc hortabuntur Iudęos, doctores illi & prędicatores Euangelici: Sanctorum cętus & contubernia adire rogabunt. Qui mortificauerint membra ſua (ut Paulus conſulit) & carnem ſuam crucifixerint cum uitijs & concupiſcentijs ſuis, Montem Syon ſubire urgebunt, ubi ſtatim inuenturi ſint agnum centum quadraginta quatuor millibus ſignatorum (hoc eſt innumeris uirginibus) ſtipatum: qui propterea quòd, nulla mulierum conſuetudine, nullo mendacio, nullo denique uitio inquinati ſint, ſoli ipſi ad Chriſtum proxime accedunt, & ipſum quocunque ierit, comitantur. *Apoc. 19.* *Coloſ. 3.* *Gala. 5.* *Apoc. 14.*

3 Hic enim locus apud Ioannem aperte teſtatur, extremis temporibus ingentem fore multitudinem eorum, qui ex uniuerſi orbis nationibus uniuerſis uirginitatem ſumma cum integritate uitę coniunctam ſeruabunt: ob idq; Chriſto erunt quam gratiſsimi. Quod etiam hic locus obiter indicat, ubi dicit, ſponſum in hortum ſuum deſcendiſſe, ut lilia colligat; ut etiam primis Eccleſię temporibus permulti uirgines fuiſſe feruntur Chriſto chariſsimi. Propter quod quarto capite huius Dramatis dictus fuit ſponſus allegorice paſci inter lilia. Et (quod propius accedere uidetur ad hanc loquendi rationem eandemque ſententiam) ſic ut ipſe quinto cap. dixit, meſſuiſſe Myrrham ſuam cum aromatibus; ſic & hoc loco di-

4 citur, in hortum ſuum deſcendiſſe colligendorum liliorum gratia. Quod autem prius dicit ſponſa, dilectum ſuum deſcendiſſe in hortum ſuum ſingulariter, deinde uero pluraliter, ut paſcatur in hortis, nullum ego ibi aliud myſterium ſubeſſe crediderim, quam, quod priore loco Eccleſia Catholica, poſteriore uero quę illius partes ſunt, particulares Eccleſię deſignentur. Ibi igitur (ut olim) tunc Chriſtus inuenietur, ibique Eccleſię ſuæ delitias faciet, quibus illa fruens pariter dictura eſt ut olim.

Ego dilecto meo. Et dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia.

5 Poſtquam in ſponſi hortos fœminis Hieroſolymitanis comitata ſponſa deſcendit, humaniſsimeque ab illo accepta fuit, ob plane redintegratum inter ipſos amorem ſibi gaudens, Iam in fide coniugali poſthac cum unico ſponſo ſuo perpetuò duraro ſtatuit; pariterque de illius erga ſe amore perſuaſa, parem ab eo fidem ſibi pollicetur. Illius quoq; temporis Eccleſiaſtę ubi Euangelium per uniuerſum orbem prędicando, oẽs gentes Chriſto ſubegerint, Iudęis ẽt fidẽ Chriſti perſuadebunt. Vt. n. inquit Paulus. *Vbi plẽitudo gentiũ intrauerit, omnis Iſrael ſaluus fiet.* Ac *Rom. 11.*

6 tũ illis hæc ad reliquos ſanctos referentib. & oĩb. unà de gentiũ ac Iudęorũ cõuerſione Deo gratias agentib. uidebit eccleſia uelut in hortos Xpi deſcendere, & ibi dẽ a ſponſo humaniſsime excipi. Tunc ẽt ut olim ſublatis uulpeculis paçẽ habuit.

Eccleſia p uniuerſam Iudęã, Galilęã, & Samariã; & cõſtabilita in timore Dñi am- 1
bulauit, ac ſpiritus ſancti cõſolatione plena fuit; haud ſecus extremis tpib. ſublato
Antichriſto myſtico reliquiſq; vafris perſequutorib. ſingulari Chriſto dono Ec-
cleſia per uniuerſum orbem pace fuetur, conſtabilietur, Dominum timebit, ac re-
uerebitur, & conſolatione ſpiritus ſancti replebitur. Sed maxime Hieroſolymis
& per uniuerſam Iudææ regionem, vbi (quemadmodum proxime oſtendemus)
ſequenti uerſu ſignificari videbitur Hieruſalem, & totum Regnum Iſraeliticum
ſpiritualiter reſtitutum, ſpeciem quam dam referre hortorum Domini; vt eſt in il
Iſai.51. lo Iſaiæ oraculo, *Conſolabitur Dominus Sion, & conſolabitur omnes ruinas eius: & ponet*
deſertum eius quaſi delitias, & ſolitudinẽ eius quaſi hortum Domini Gaudium & lætitia in 2
uenietur in ea: gratiarum actio, & uox laudis. Erit igitur tunc eccleſia hortus ille, de
quo Iudæis dicetur. *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum, vt ibi paſcatur in hortis,*
& lilia colligat. Ac tunc pro tantis benefitijs in ſe collatis has ſponſo ſuo grat ias
aget ſponſa, has illi laudes decantabit. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pa-*
ſcitur inter lilia. Tunc inſignes viri ſic de ſua charitate pronuntiabunt, vt de ſe de-
Rom.8. que ſui ſimilibus pronuntiare ſolebat Paulus, quum hæc diceret. *Certus ſum, quòd*
neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque inſtantia, neque futura, neq;
fortitudo, neque alitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare a chari
tate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Quorum verborum eadem plane vis eſt 3
atque horum, *ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia.* Iam verò
quod hoc loco eadem repętuntur uerba iam ſemel dicta ſponſæ initio tertij capi
tis inuerſo ordine, huius mutationis gratioſus ille gratiæ aſſertor Bernardus hanc
reddit cauſam ſermone. 67. in cantica canti. Pulchrè ſponſa (ni fallor) hæc eadem
verba non eodem ponit ordine loquens hoc modo, ego dilecto meo, & dilectus
meus mihi. Quur ita? nempe, vt nunc magis ſe gratia plenam probet, quum totum
gratiæ dederit, & primas. ſ. illi partes aſcribens, & vltimas. Alioqui quomodo gra
tia plena, ſiquid habuerit, quod non ſit ex gratia? Non eſt quò gratia intret, vbi me
ritũ occupauit. Et poſt multa; quæ uere inquit, ſponſa eſt, agnoſcit iſta: & vtram- 4
que gratiam confitetur: primo quidem, eam quæ prima eſt, qua etiam præuenta
eſt, poſtea verò & ſubſequentem. Ait itaque nunc, dilectus meus mihi, & ego
illi, principium dilecto tribuens: in conſequentibus, ego dilecto meo, & dilectus
meus mihi, conſumationem illi æque concedens. Hęc Bernardus. Reliqua quæ
ad huius loci interpretationem facere uidentur, iam nobis dicta ſunt in tertij capi
tis interpretatione. Quibus hoc unum adijcimus hoc loco: Eccleſiam gentium
extrema mundi ætate ſic ſe conferre hoc loco cum ſe ipſa, quæ ſuperioribus
temporibus fuerit, quemadmodum ſuperiore illo loco ſe contulit cum Synago-
ga: & ut eo tempore ſibi perſuaſit fore, ut nunquam datam fidem ſponſo frange- 5
ret, neque idola ulla, Deum ve alium præter Chriſtum ſponſum ſuum, coleret; vt
ſæpe fecit Synagoga, quæ etiam ipſum interfecit; ſic tunc ſibi perſuáſuram, & de
ſe certo vaticinaturam, ſe non tãtum alium Deum pro ſponſo præter Chriſtum,
non recepturam, ſed ne inſigni quidem aliquo crimine illum offenſuram: ut eo
vſque ſæpe fecerit. Atque ob tantam ſui in Chriſtum fiduciam crediderim, ſpon
ſam priorem illam formulam in hanc mutaſſe, quæ conſummatam (vt Bernardus
docet) ſignificat gratiam. Quantum ad reliqua attinet, illuc te lector reijcimus, 6
ne in periſſologiæ, aut tautologiæ vitium incurramus, eadem rurſum interpretan-
do verba, quæ citra vitium vllum a ſponſa eo tempore repetuntur; quum ipſa, ut

ſe

1 ſe priſtinæ puritati,& amicitię reſtitutam vniuerſo orbi ſignificet, eandem ijſdem
verbiscoram omnibus lętabunda profitetur recuperaſſe dignitatem. Quæ eadem
ratio eſt,quare ſuperuacanea nemini videri debeat repetita ſponſo ex ſuperiori-
bus paucis additis ſequens ſponſæ commendatio.

Pulchra es amica mea: ſuauis & decora: ſicut Hieruſalem;terribilis,
vt caſtrorum acies ordinata.

Auerte oculos tuos a me, quia ipſi me auolare fecerunt. Capilli tui ſi-
2 *cut grex caprarum,quę apparuerunt de monte Galaad.*

Dentes tui ſicut grex ouium, quæ aſcenderunt de lauacro omnes
gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis.

Sicut cortex mali punici, ſic genæ tuæ absque occultis tuis.

Has laudes repetit ſponſus ex capite quarto. Ec cum in ſacris literis nihil ſit ſu
peruacaneum, hinc intelligimus, per grauiſſimam illam perſequutionem myſtici
Antichriſti renouandam fore Chriſti Ecchleſiam; priſtinæque puritati & integri
3 tati,quam habuit ſub Apoſtolis,& Martyribus, reſtituendam: Ac tunc a ſponſo
ſuo ijſdem laudibus exornandam. Huius igitur loci explanatio ex ſuperioribus pe
tenda eſt.Nos hìc ea dumtaxat exponemus,quæ ſunt addita ſuperioribus.Sed il-
lud in primis annotabimus. Quòd vbi in noſtra æditione legimus: pulchra es
amica mea,ſuauis: iuxta Hebræum eſt, pulchra es amica mea vt Thirſa. Confert
enim hoc loco ſponſus ſponſam inſigni illi vrbi in ędito monte ſitę, qua ante con
ditam Samariam pro Regia vſi ſunt Reges Iſrael vſque ad Zambri.Is enim (vt ſa
cra refert hiſtoria) emit montem Samarię a Somer duobus talentis argenti: ibiq; 3.Reg.16.
ędificauit ciuitatem, quam de nomine Somer eius montis Domini, Somer appel
4 lauit. Ea porro vrbis Tirſa ſiue Therſa, quod ſuauem ſignificat, dicta videtur,
propter magnifica ędificia,quę habuit optimum ſitum, Regium ſplendorem,Prin
cipum, reliquorumque ciuium diuitias,& inſignem cultum ac populi frequen-
tiam. Quę omnia,& quæcunque ad pulchritudinem eius urbis facere potuerunt,
facile eſt ad Eccleſiam myſtice transferre: ſicut etiam quęcunque de pulchritu-
dine Hieriſalem, cum qua etiam hoc loco, & pleriſque alijs ſcripturæ locis con-
fertur, dici poſſint; cuius iucuditatem, & amplitudinem non ſolùm ſacri, ſed
etiam profani ſcriptores celebrant.Ea vero omnia admiranda breuiter complexus
Ieremias propheta ampliſsimæ vrbis ruinam ſic deplorat, *Hęccine eſt* inquit, *vrbs* Ierem.2.
5 *perfecti decoris,gaudium vniuerſę terræ?* Eſt itaque magnifica admodum,& ſplendida
amplificatio magnificentię, & amplitudinis vniuerſę Eccleſię per cōparationem
ipſius cum duabus illis vrbibus pulcherrimis & potentiſsimis. Neque hic mea
ſententia ſiſtit amplificatio;ſed uſque àd Hieruſalem cęleſtem aſſurgit compara-
tio,quam eloquentiſsime proſequitur, & explicat Paulus in hunc modum. *Ac-* Heb.12.
ceſsiſtis inquit ille Hebręis, huius ciuitatis conſcriptis ciuibus, *ad Sion montem, &*
ciuitatem Dei viuentis, Hieruſalem cæleſtem, & multorum millium Angelorum frequen
6 *tiam, & Eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cęlis, & iudicem omnium Deū, &*
ſpiritus iuſtorum perfectorū, & teſtamenti noui mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſio-
nem melius loquentem, quam Abel. Quibus Pauli verbis perſuaſus inducor ut

illis accedam, qui putant, quæ Ioannes in Apocalypſi ſibi viſa refert de Hieruſa- 1
lem ciuitate ſancta & noua de cælo deſcendente inſtar ſponſæ ornatæ viro ſuo, non tantùm ad triumphantem, & ſponſo ſuo plene fruentem in cælo pertinere; ſed etiam magna ex parte ad illius temporis Eccleſiam, omni heroicarum uirtutũ genere, maximaque heroum frequentia illuſtrandam; qui quoniam non mortaliũ hominum, ſed immortalium potius, & Diuorum uitam in terris ad uiuum exprimment, ciuitas Hieruſalem cœleſtis dici merebuntur. Qua primum appellatione digni apud Deum habiti ſunt iam olim Apoſtoli, & reliqui illi ſancti, quorum
2. Cor. 10. omnium fuit cor unum, & anima vna. Quales etiam extremis temporibus futuri
Philip. 3. ſunt ſancti quamplurimi. Quippe qui (ut Paulus de ſe, & reliquis ſanctis tunc di- 2
cebat) in carne ambulantes, non ſecundum carnem ſint militaturi; & dum adhuc in terris agent, in cælis conuerſaturi, arctiſsimam cum Angelis habentes conſuetudinem, & Chriſti fruentes fauore beneuolo, qui iam tunc, (quemadmodum ille de alio neſcio quo falſo canebat) Diuis uidebit permixtos Heroas, & ipſe uidebitur illis. Quod enim poeta neſciõ unde ſuffuratus, aut quo ſpiritu afflatus, tanquam futurum ſubolfaciens præcinebat, hoc ipſum iam ſuis temporibus geri
Apoc. 2. oſtendit Paulus Apoſtolus, & plenius adhuc gerendum fore extremis temporib. Ioannes vaticinatur; qui inter alia, quæ de hac urbe recenſet miracula, omnes ciues eius Reges, & ſacerdotes iam ſuis temporibus creatos eſſe prædixit. Vt tan- 3
to magis urbis Hieroſolymæ amplitudinem mirari æquum ſit, quam illius antiquę Romæ) de qua ferunt Cyneam legatum regi ſuo Pirrho dixiſſe, Regum, non priuatorum hominum conuentum, Romam ſibi viſam eſſe) quanto nobilius dominandi genus eſt, ſibi ipſi, quam alijs imperare. Accedit prætereа ad amplificationis cumulum, & illa inſignis ex re militari ſumpta comparatio, *Terribilis, ut caſtrorum acies ordinata.* Aut iuxta Hebræum, ut acies inſtructæ. כנדגלות Ideſt, velut acies militares, quæ per ſua uexilla ſunt ex præſcripto militaris diſciplinæ diſtributæ: & per ſuos ordines collocatæ, atque inſtructæ. Egregia uero, & illuſtris comparatio, quæ Eccleſiaſticam Hierarchiam & inuictam Eccleſiæ Chri- 4
ſtianæ militiam Draconi, & Angelis eius declarat formidabilem. Cuius etiam ſingularem pugnam & uictoriam celeberrimam deſcribit Ioannes in hunc mo-
Apoc. 12. dum. *Factum eſt*, inquit, *prælium magnum in cęlo. Michael & Angeli eius præliabantur cum Dracone: Et Draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus eſt eorum amplius in cęlo. Et proiectus eſt Draco ille magnus ſerpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas, qui ſeducit uniuerſum orbem. Et proiectus eſt in terrã: & Angeli eius cum illo miſsi ſunt. Et audiui vocem magnam in cælo dicentem, Nunc facta eſt ſalus & uirtus & Regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte:* 5
Et ipſi uicerunt eum propter ſanguinem agni, & propter uerbum teſtimonii ſui: & non dilexerunt animas ſuas uſque ad mortem. Propterea lætamini cęli, & qui habitatis in eis. Quẽ locũ gl. aperte interpretaᵱ de prælio in Eccl. geſto inter ꝓlatos, & Dęmones, quale acerrimũ fore extremis tpib. uiſũ certe eſt in ſpiritu ipſi Ioã. & Sal. quũ hęc ſcriberẽt. Diſtributa nãq; eſt eccl. Chriſti in ſuas acies, nimirũ particulares Eccl. hẽt ſuos duces Apcſt. & horũ ſucceſſorũ Epõs, Trib. inferiores prælatos & doct.
Manipularios, Centuriones, et uexillarios, prædicatores, Curiones, & Sacerd. Mi- 6
chaelis reliquorũq; Angel. munitos ꝓſidio. Nẽpe Sexaginta illos fortiſs. Heroas gladijs accintos, & rei milit. peritiſs. oẽs ſub uno Duce Ro. Pont. in eccl. Chriſti Imp. ſummi uicario, militãts, in cuius ſęmore ſcriptũ legit Io. Rex Regũ & Dñs Do-

1 Dominantium. Habet & Satanas ſuas Acies in Eccleſia malignantium impia con- *Eph.6.*
ciliabula Hęreticorum, & aliorum impiorum hominum cętus: Duces, Tribu-
nos, Centuriones, & vexillarios. Hæreſiarchas, Schiſmaticos Reges & Principes
impios, inferiores Hęreticos, inſigneſque impietate pleroſque alios miniſtros, Sa-
tanę & aliorum Dæmonum nitentes patrocinio; quibus omnibus ipſe præeſt Dra-
co, & quibus cum aſsidua nobis pugna eſt. *Non enim* inquit Paulus, *eſt nobis collu-
ctatio aduerſus carnem & ſanguinem: ſed aduerſus Principes & Poteſtates, & aduerſus
Mundi rectores harum tenebrarum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus*. At ho-
rum omnium Princeps Satanas auſus aliquando ſingulari certamine cum Impera-
2 tore noſtro Chriſto confligere, nihil ipſum lędere cum potuerit, grauiſsime ab il
lo confoſſus, amiſſa pręda, ſuo regno pulſus eſt, & uinctus cum omnibus ſuis Du-
cibus, ſpiritualibus nequitijs traductus in triumpho. *Venit* inquit Chriſtus,
Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Et rurſum. *Nunc* inquit, *Iu- Ioan.14.*
dicium eſt mundi: & Princeps mundi huius eijcietur foras. Et Paulus de Chriſto lo- *Ioan.12.*
quens. *Expolians* inquit, *Principes, & poteſtates, traduxit eos confidenter, palam
triumphans illos in ſemetipſo*. Qua inſigni parta uictoria, ſic ſuo exemplo & fauo-
re fidentes confirmatos Duces ſuos, bonoq; ſemper iubet eſſe animo; iubet arma *Coloſ.2.*
quę ipſe miniſtrat, induere; & in acie fortiter ſtare. Stant ergo Chriſti milites in
3 acie ſuccinctis lumbis in ueritate, induti loricam iuſtitię, calciatis pedibus in prę-
parationem Euangelij pacis, tecti ſcuto fidei, quo tela nequiſsimi hoſtis ignita ex- *Ephe.6.*
cipiunt & extingunt, galea ſalutis, ſpe ſcilicet munito capite, & ſtricto gladio ſpi-
ritus, quod eſt uerbum Dei. Sic inſtructas ſuas acies Imperator noſter hoſtibus
adeo reddit formidabiles, adeo terribiles, ut quum paratas ad fortiter reſiſten-
dum uiderint, ſtatim terga illi uertere, & turpiter fugere neceſſe habeant. Tan-
tum abeſt poſtquam ſemel ab imperatore noſtro deuicti ſunt, ut chriſtianarum a
cierum impetum poſsint ſuſtinere. Reſiſtite diabolo inquit ille chriſtianarum
copiarum ductor egregius, Iacobus: & fugiet a uobis. Legimus Antonium tanto
4 terrori Dæmonibus fuiſſe, dum uiueret ſæpe a ſe deuictis, ut multi per Aegyptum
ab illis agitati, nomine Antonij ſuper ipſos inuocato, liberarentur. Quid? mor-
tuos Chriſti milites ferre non poſſunt, quanto minus uiuos? Legimus in Eccleſia-
ſtica hiſtoria lib. 10. cap. 15. quum Daphiris quidam in ſuburbano Antiochię li- *Iacob.4.*
taret Apollini, & nulla ex ijs quę quærebat, reſponſa acciperet, cauſaſque ſilentij
percontaretur, a ſacerdotibus Dęmonum reſponſum eſſe, Babylæ martyris ſepul
chrum prope eſſe: & ideo reſponſa non reddi. Nec tantùm acies ipſas Chriſtia-
nas, ſed acierum uexillum (crucem dico dominicam) uidere non ſuſtinent: ſed in-
de coguntur fugere, ubi uexillum Chriſti erectum uiderint. Nam in eadem hiſto-
5 ria memorię proditum eſt, Iulianum Cęſarem perfidum illum apoſtatam, quũ Dę-
mones conſuleret, illis ſolenniter apparentib. conterritum, ſigno crucis frontem
munire coactum fuiſſe. Tunc vero Dæmones trophęi dominici figuram agnoſcen-
tes, & ſe per eam deuictos recordantes, repente diſparuiſſe. Quod aliàs ſępe conti
giſſe, & noſtris tporib. contingere, ubi fides non deſit, certũ eſt: dũ magno ſucceſ
ſu conceptis illis uerbis utentes contra Dęmonũ incurſus frontẽ cruce ſignantes
dicimus, Ecce ſignũ crucis, fugite partes aduerſę. Et hoc ipſum certe ſępius experi
6 remur, ſi par nobis, atq; maiorib. noſtris, fides adeſſet: & quia par aderit fortib. il
lis heroib. & ſtrenuis Chriſti militib. inſignem quã ſuperius ex Ioanne memorau-
mus, de dracone, deque Angelis eius uictoriam referent. Hę igitur cauſę ſunt, quã

 obrem

obrem Chriſtus hoc loco ſuam Eccleſiam terribilem ceu caſtrorum acies inſtru- 1
ctas, commendat inſigniter. Hæc preterea Eccleſiæ cum Hieroſolyma & Samaria collatio & aſsimilatio, atque eiuſdem a re militari commendatio facit, ut credam hoc loco deſignari, poſt prędicatum in uniuerſo orbe Euangelium per inſignes illos euangeliſtas apoſtolicos, quum Hieroſolymam uſque prædicando ventum fuerit, vt ſuperius ex recentioribus noſtris prophetis oſtendimus, innumeram ſpiritualium & inter hos etiam natiuorum Iſraelitarum multitudinem ex vniuerſo orbe illuc conuenturam: ibique vt olim Romæ ſub Conſtantino & Syl-ueſtro, Chriſtum ſuæ Eccleſiæ tunc fauorabilem ſe præſtaturum: eamque omnium ſpiritualium bonorum delitijs oblectaturum: ac pacatis omnibus omnique 2
ſublato hoſtium metu, conuiuium illud ab Iſaia prædictum, & (ut iam nobis retro annotatum eſt) ſub Silueſtro cæptum exhiberi, tunc pleniſsime in monte Sion, & uniuerſa Iudæa, uelut in hortis ſuis, & proſpera cuncta, quæ propheta ille, & reliqui Dei nomine, filijs Iſrael ex quatuor mundi plagis eo reductis, polliciti ſunt, exhibiturum: atque ænigmaticos nobis toto hoc loco ſignificatur inde ab illis verbis ſponſæ: *dilectus meus deſcendit in hortum ſuum. &c.* Vſque ad illa, *deſcendi in hortum meum. &c.* Sed hiſce argumentis quid ita perſuadear, ne hoc quidem tacebo. Quum enim ſponſus eandem ſuam ſponſam Eccleſiam illis vrbibus, quę olim de Imperio diu contenderunt, aſsimilat; ad illam videtur alludere duodecim tri- 3
buum conciliationem, & admirandam Eccleſiæ vniuerſæ concordiam, quam olim
Ezech. 38. ſub Chriſto futuram prædixerunt Ezechiel & Iſaias in hanc ſententiam. *Non*
Iſai. 11. *nocebunt, & non occident in vniuerſo monte ſancto meo: quia repleta eſt terra ſcientia Domini ſicut aquæ maris operientes. In die illa radix Ieſſe, quę ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulcrum eius glorioſum:* & iuxta Hebræum, erit requies ipſius gloria. Id eſt tranquillum Regnum ipſius erit glorioſum. *Et erit in die illa, adijciet Dominus ſecundò manum ſuam ad poſsidendum reſiduum populi ſui, quod relinquetur ab Aſsyrijs, & ab Aegypto & a phetros, & ab Aethiopia, & ab Aelam, & a Sennaar, & ab Aemath, & ab inſulis maris. Et leuabit ſignum in nationes, & congrega- 4
bit profugos Iſrael, & diſperſos Iuda colliget a quatuor plagis terræ. Et auferetur zelus Ephraim, & hoſtes Iuda peribunt. Ephraim non æmulabitur Iudam: & Iudas non pugnabit contra Ephraim. Et volabunt in humeros Philiſtim per mare, ſimul prædabunt filios orientis. Idumæa & Moab præceptum manus eorum, & filij Ammon obedientes erunt. Et deſolabit Dominus linguam maris Aegypti, & leuabit manum ſuam ſuper flumen in fortitudine ſpiritus ſui, & percutiet illud in ſeptem riuis ita, vt tranſeant per eum calciati: & erit reſiduo populo meo, qui relinquetur ab Aſſyrijs, ſicut fuit Iſraeli in die illa, qua aſcendit de terra Aegypti:* atque hæc poſterior oraculi huius pars de victoria verbi Dei edita, illis ſignificatur, quibus ſponſa terribilis à ſponſo dicitur inſtar acierum mili- 5
tarium inſtructarum: ſignificatur etiam iiſdem verbis ſumma illa ſecuritas, & animus ab hoſtium metu liber, quem in Eccleſia tum fore idem Iſaias prædixit capite viceſimo quinto. Adde quod per figuram quæ Rhetoribus latinis intelligentia dicitur, ex illis duabus primarijs totius Iudeæ vrbibus, reliquarum etiam vrbium & locorum eiuſdem prouinciæ deſignatur inſtauratio, & totius Regni
Iſai. 51. Iſraelitici reſtituti reſtitutio; qualem Dominus per eundem prophetam pollicitus fuit in hæc verba, *Conſolabitur Dominus Sion, & conſolabitur omnes ruinas eius: &* 6
ponet deſertum eius quaſi hortum Domini. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. In quam etiam ſententiam multa alia tum apud eundem Iſaiam,

tum

1 tum etiã apud alios prophetas extant vaticinia. Iam vero, quod deinde ſubiungit
ſponſus, *auerte oculos tuos a me: quia ipſi me auolare fecerunt*, in Hebræo ſic habet
הָסֵבִּי עֵינַיִךְ מִנֶּגְדִּי שֶׁהֵם הִרְהִיבֻנִי Quod ad uerbum ſonat, auerte oculos tuos de contra
me, quia ipſi me excedere fecerunt: latine ſic vertas apertius. Deflecte oculos
tuos, ne me directe contueantur: ipſi namque me extra me rapiunt. Quo tropo ean
dem amoris vim ſe pati ex ſponſæ ſuæ contuitu hoc loco ſignificat ſponſus, atq.
ſuperiore illo loco, *vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno
oculorum tuorum &c.* Sicut enim illis verbis de more amantium ſignificauit, ſe
contuitu oculorum ſponſæ propter admirandam illorum pulchritudinem & ener
2 giam, ceu ſagittis & amoris iaculis confixum, deficere præ illius amore; ſic & hoc
loco ingentem amorem ſuum, quem ex contuitu oculorum ipſius concipit, diſ-
ſimulare non poteſt; ſed haud ſecus, quàm antea fateri cogitur. De more igi
tur amantium (qui ſe ne labaſcant, ne ve animi deliquium præ amoris impetu ex
amicarum oculis concepto incidant, eas orant, ut a ſe deflectant oculos, nec ſe
directe intueantur) inducitur hoc loco ſponſus hæc ſponſæ dicens: *Auerte ocu-
los tuos a me &c.* Myſtice autem ſignificant hæc uerba quam præſtantes, & Chri-
ſto charos tunc etiam ſit habitura Eccleſia Epiſcopos, & prælatos. Reliqua pro
ſimili futuro Eccleſiæ ſtatu ſimiliter interpretanda ſunt, ut iam de primigenia Ec
3 cleſia ſimilia uerba retro nobis expoſita ſunt.

Nam multorum membrorũ Eccleſiæ illius, laudes repetuntur in his encomijs,
quibus tum ſponſus, tum etiam filiæ Ieruſalem Eccleſiæ futurum extremis tem-
poribus ſtatum celebrant. Quamobrem Eccleſiam non imparia tum habitura fore
membra, ijs quæ primis temporibus habuerit, auctor Glo. ord. hoc ipſo capite
annotauit in locum illum, *quam pulchri ſunt greſſus tui. &c.* Cui in reliquis facile
ſubſcripſerim, præterquam in Apoſtolis: atque ideo crediderim, oculos, a qui-
bus primum commendata fuit Eccleſia nõ commendari rurſum a ſimilitudine ad
oculos columbinos. Vt inde facile poſsimus conijcere, conſilium ſpiritus ſancti,
4 cuius familiare ſymbolum eſt columba, fuiſſe, ſignificare nobis in nullum unquam
Eccleſiæ ordinem ſe tam copioſe effundere decreuiſſe, quam in ordinem Apoſto
licum. Soli enim Apoſtoli (ut inquit Paulus) primitias ſpiritus, id eſt, præſtantiſ-
ſima ſpiritus ſancti dona, & charitatem præſertim præ cæteris acceperunt: perinde Rom. 7.
atque fruges, quæ in agris primum proueniunt, optimæ ſunt, & ex præſtantiſsima
terræ ſubſtantia procreatæ. Ideoque Deus primitias fructuum ſibi tanquam terræ
Domino directo & primario, uoluit conſecrari. Et quamuis quædam plerique
martyres grauiora tulerint in gratiam Chriſti (ut etiam extremis temporibus
permultos paſſuros credimus) quia tamen quæcunque Apoſtoli fecerunt. quæ-
5 que paſsi ſunt, ad ea omnia maiore charitatis impetu agebantur, ad grauiſsima
quæque quum opus eſſet, comparati, ideo ampliſsimos honores, & maxima præ
mia meruerunt.

Ex charitate namque æſtimat Deus meritum noſtrum, cui eſſentiale redditu-
rus ſit præmium. Nimirum, ſui manifeſtationem. *Siquis diligit me*, inquit Chri- Ioan. 14.
ſtus, *& ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum*.

Nec charitas humanis uiribus comparatur. Sed (ut Paulus docet) ſecun- Ephe. 4.
6 dum menſuram donationis Chriſti diſtribuitur; nequis ſperet, ſe quantumque
magna conetur, ad Apoſtolorum gratiam & charitatem peruenturum. Men
ſura autem donationis gratiæ in ſanctis ſic reſpicit utilitatem Eccleſiæ, perinde

1. Cor.12. atque ſpiritus manifeſtatio. Porro ſpiritus manifeſtatio (ut affirmat Paulus) uni- 1 cuique datur ad Eccleſiæ utilitatem. Cum igitur ad ſupremam Eccleſiæ utilitatem, & functionem electi fuerint Apoſtoli, nempe ut eſſent prima & maxima ipſius fundamenta, eos quoque maiore menſura præ cæteris ſanctis gratiam & charitatem accepiſſe certum eſt. Et refert Ioannes, ciuitatis nouæ Hieruſalem murum, Apoc 21. duodecim habere fundamenta, quibus duodecim Apoſtolorum nomina ſint inſcri- Eph.4. pta. Qua propter etiam Paulus ad Corinthios ſcribens dicit, Deum quoſdam in Eccleſia primum dediſſe Apoſtolos. Quos etiam ad Epheſios ſcribens primo loco numerat inter ſanctorum ordines, in ędificationem corporis ſui myſtici a Chriſto datos. Et hos ipſos Chriſtus eo honorario præ cæteris ornare uoluit, ut olim 2 duodecim thronis inſidentes tanquam aſſeſſores duodecim tribus Iſraeliticos ſpe- Matt 19. ctante uniuerſo orbe, unà ſecum iudicent. Sed & in oculis primigeniæ Eccleſiæ Luc.22. præſtantia quædam mihi ſubindicari uidetur. In illa enim ſponſus unius præcipue oculi ingentem amoris uim commendat: & maiore verborum pondere exaggerat, quum ait. *Vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum &c.* In hac uero citra præfationem nullo facto inter oculos diſcrimine, nullaque eorundem verborum facta repetitione. *Auerte* inquit, *oculos tuos a me, quia ipſi me auolare fecerunt.* Adeo ſponſi mater Maria virgo Apoſtolos oẽs & Apoſtolicos viros charitate, omniq; virtutũ genere excellit: & lõgiſsime ſuperat. Nulla præterea ſingularis in cri- 3 nibus, aut torquibus, huius Eccleſiæ uis amoris commendatur, ut in illa. Ideo fortaſſe, ut ſubindicetur, nullum eorum, qui extremis temporibus reſipiſcent, eo charitatis prouehendum fore, quo prouecta tum fuit Maria Magdalena. Quantum ad cætera attinet, repetita eorundem membrorum ſponſæ laus ſententiam gloſæ Iſai.1. confirmat: ut enim Dominus apud Iſaiam minatur, & prædicit, ſe perditurum fore auaros & impios iudices de Synagoga; atque ita repurgatæ per uarias tribulationes ut aurum & argentum, ſcoria, & ſtanno igni repurgari ſolent, reſtituturum eidem iudices, & conſiliarios iuſtos, & incorruptos: quales olim habuerat Moſen, Aaronem, & Ioſue; id quod ſub Chriſto præſtitit & Apoſtolis. ſic etiam hoc li- 4 bro iiſdem repetitis laudibus, poſt interpoſitam Eccleſiæ perſequutionem ſignificat Spiritus Sanctus reſtituendos ipſi fore Apoſtolicos uiros, Epiſcopos & ſacerdotes, reliquoſque ordines ſcientia & moribus pares prioribus illis, quos primis ſuis initijs habuerit.

Sexaginta ſunt Reginæ, octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus. 5
Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ. Viderunt eam filiæ, & beatiſsimam prædicauerunt, Reginę & concubinæ & laudauerunt eam.

Hæc eſt ſumma harum laudum, auerſis, & amplificatio, qua encomium ſponſæ 6 perducit ſponſus per contentionem ad ſexaginta ſuas primarias uxores, regum filias, & octoginta alias ſecundarias, & quæ ipſi ſeruantur aliquando nupturæ, puel-

las

1 las innumeras; inter quas omnes ipſa & ſponſi & matris ſuæ iudicio, omnibus numeris abſoluta longe antecellat: atque hanc prærogatiuam citra inuidiam probantes Reginæ omnes, concubinæ, & puellæ, beatam illam prædicent, & ſummis laudibus euehant. Exiſtimabit fortaſsis aliquis Salomonem hoc loco alludentem ad magnum uxorum ſuarum numerum, & puellarum turbam innumeram, quæ ipſi olim ſeruabantur in Gynecio, aliquando nupturæ, ſignificare allegoricos infinitum animarum numerum, quarum alias Chriſtus loco primariarum uxorum, alias ſecundariarum loco habeat, alias uero quibus nondum utatur pro uxoribus, ſed in Gynecium tantùm cum alijs admiſerit; cæterum harum omnium unam eſſe pre-
2 ſtantiſsimam Eccleſiam, quæ ſummo precio & honore habeatur inſtar filiæ Pharaonis, quam cæteris omnibus Salomon antepoſuit. Verum enimuero qui ea, quæ de uxoribus Salomonis ſacra refert hiſtoria, legerit, longe aliter ſentiet. Sic enim hac de re in libris Regum legimus. *Rex Salomon adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumeas, Sidonias, & Cethæas, de gentibus, ſuper quibus dixit Dominus filijs Iſrael: Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad veſtras; certiſsime enim euertent corda veſtra, ut ſequamini Deos earum. His itaque copulatus eſt Salomon ardentiſsimo amore; fueruntque ei vxores Reginæ ſeptingentæ, & concubinæ trecentæ, & auerterunt cor eius.* 3. Reg. 11.
3 Ibi certe nulla fit adoleſcentularum mentio, quæ tamen hoc loco innumeræ eſſe dicuntur. Item, & ibi dupla ſeſquitertia proportione maior eſt Reginarum quàm concubinarum numerus: hìc uero ſub ſeſquitertia proportione minor; quæ certe numerorum diſsimilitudo, & inter ordines diuerſa proportio, myſtice nos admonent, maioris ſapientiæ, & melioris æconomiæ, quam noſter Salomon in adminiſtratione domus ſuæ ſeruat, quam ille Hebræorum Rex, cuius tamen ſapientiam, & æconomiam regina Saba ad extaſim uſque admirata fuiſſe memoratur. Noſter ergo Salomon eadem ſapientia, ordine, pondere, & menſura uſus in componenda, & adminiſtranda ſua Eccleſia, atque in uniuerſitatis conditione, conſtru- 3. Reg. 10.
4 ctione, ac diſtributione, pauciores animas eo dignatur honore, ut in regiarum vxorum ordinem, & dignitatem admittantur: quemadmodum & in natura precioſa quæque rara ſunt: eius porro ordinis perfectio & ſumma dignitas ſexagenario numero, qui perfectiſsimus eſt, deſignatur: quippe qui ex duobus perfectis numeris, ſenario, ſcilicet & denario altero in alterum ducto, conſurgit. Quæ uero admodum imperfectæ ſunt, hæ cum nihil adhuc inſigne habeant, numerus tantùm ſunt; nec certo aliquo numero definiuntur. Ideoque infimum ordinem, & locum tenent in Eccleſia. Sunt præterea, quæ in pietate & ſapientia Chriſtiana, quæ ſola & vera nobilitas eſt, plus his profecerunt; nec tamen ad ſummum nobilitatis & ſplen-
5 doris Chriſtiani apicem peruenerũt; ſed de ignobilitate multitudinis & plebeiorum nonnihil adhuc retinent; quas etiam ſuo cubili dignatur Chriſtus, ut pro uxoribus habeat, ſed tamen ſecundarijs, quæ ueteribus concubinæ dicebantur. Antiqui enim patres, quibus plures habere licebat uxores, alias adhibitis cerimonijs legitimis, & inſtrumentis nuptialibus, ducebant, & has uxores appellabant, atque harum filios hæredes ſuos inſtituebant: alias uerò abſque ſcripto, & ſubarratione, & legitimis ceremonijs ducebant; & hæ illis erant uxores ſecundariæ, quas concu-
6 binas uocabant; minoreque in honore, quàm primas habebant; nec harum filij patri ſuccedebant in hæreditatem; ſed eam duntaxat partem, quam pater teſtamento legaſſet, aut dum uiueret donodediſſet, ſortiebantur. Quemadmodum legi-

legimus Abraham primariam vxorem habuiſſe Saram: & hęredem ſibi inſtituiſſe 1
Iſaac, quem ex ea filium ſuſceperat: filijs autem concubinarum dona dediſſe,
eoſque ab Iſaac filio ſuo ſeparaſſe, dum adhuc viueret, ad plagam orientalem.
Ideoque (vt annotauit frater Ioannes Annius in Breuiarium Philonis) in genera
tione Dauidica ſoli filij legittimi & naturales, quos Dauid ex vxoribus genuerat,
nominatim numerantur, concubinarum verò filij ſuppreſſo nomine; quia ſoli illi
paternæ hæreditati, & regiæ dignitati iure gentium, & Hebræorum ſuccedere
poterant. Sunt ergo concubinæ ſponſi medio ordine, & quæ cum vtrunque
participent extremum ordinem, octoginta numerantur, numero ſane ordini me-
dio inter perfectos & imperfectos ſito, conuenienti. Nempe, qui ex denario per- 2
fecto numero, & octonario inperfecto alterius in alterum ductu, conſtituatur. At
que hi videntur eſſe ordines, in quos totam multitudinē fidelium, qui per fidem
& gratiam ad Chriſti familiam pertinet, diſtribui hoc loco nonnulli exiſtimant;
ſic tamen, ut numeros certos pro incertis, & longe maioribus poſitos, intelliga
mus; quemadmodum retro capite tertio dicuntur ſexaginta heroes fortiſsimi le-
ctū Salomonis ambire. Cumque in hanc multiplicitatem diſtributa ſit omnis fide
lium multitudo, vnum tamen corpus Eccleſię quod tam multis partibus per fidem,
& charitatem inter ſe mutuo, & cum vno capite Chriſto perfectiſsime cohærenti
bus conſurgit abſolutiſsimum & formoſiſsimum, eam eſſe ſponſam putant, quam 3
his ampliſsimis laudibus ſponſus commendat, & omnibus ſuis partibus in hunc
modum præfert, *vna eſt columba mea, perfecta mea, &c.* Quo etiam loco ſponſæ
genitricem alij gratiam, alij Spiritum Sanctum, alij prædicationem Euangelicam,
alij Hieruſalem, quę (vt Paulus affirmat) ſurſum eſt mater noſtra, ſignificari pu-
Galat. 4. tant. Filias autem, quas ante appellauit adoleſcentulas, Reginas, & concubinas.
Theodoretus quatuor ordines fidelium hoc loco deſignari putat. Vt perfectiſ
ſimorum ordo ſit earum animarum, quæ in omni philoſophia, & uirtute abſolutæ
ſunt; quæque ob ſolam charitatem, qua ſponſum proſequuntur labores uirtutis
ſuſtinent, atque omnia facere, & pati eligunt. Qualis fuerit. B. Paulus dicere ſoli- 4
tus, *Certus ſum, quod neq; virtutes, neq; inſtantia, neque futura, neq; fortitudo, neque alti
tudo, neq; profundū, neq. creatura alia poterit nos ſeparare a charitate Dei, quæ eſt in Chriſto
Ieſu Domino noſtro.* Hic vero ordo eſt una illa colūba, quæ hic omnib. antefertur, &
tātopere a ſponſo commendatur: ſignat. n. Paulus illis ſuis verbis, ꝙ non ob regnū
cęlorum Chriſtum deſideret: imo uerò ꝙ uelit Regno cęlorum excidere, & in ge
hennam incidere, cum hoc tamen, ꝙ Chriſtum diligat, magis quàm regnare, illa
charitate priuatus. Secundus eſt eorum, qui velut mercenariij, ſpe & deſiderio Re
gni cælorū obtinendi, labores pro virtute ſuſtinent, & hi uocantur Reginæ. Sunt
& alij ſeruili ingenio, qui ob metum tantùm Gehennæ diuinas leges ſeruant, & hi 5
vocantur hoc loco concubinæ. Nam & his coniungitur ſponſus omnib. omnia fa-
ctus. Sunt & alij negligenter admodū cōniuentes, neq; amore ſponſi correpti, ne
que deſiderio Regni cęleſtis tracti, neque timore Gehennę perculſi, fidem tm̄ in-
concuſſam ſeruantes, omnemq; Hæreticam atq; alienam doctrinā deuitantes; mo
dò quidem ſui curam agentes, rurſum verò in ſocordiam effuſi; & interim peccan
tes, interim uero pęnitentes & lacrimantes. Hic poſtremus eſt adoleſcentularū or
do, quarum dicitur non eſſe numerus, tum ꝙ permultæ ſunt, tum ꝙ indignæ ſunt 6
numerari. Sed & his aliquando coniungitur ſponſus, abſtrahens & reuocans eas
a ſocordia ſua, & ad perfectionem ducens, hiſque ſalutem præſtans. Pſellus quo-
que

1 que & ipſe tres ordines facit non abſimiles tribus poſterioribus a Theodoreto poſitis; ſummum tamen locum Beatæ Mariæ uirgini Deiparæ ſuper omnes ordines tribuit, quam vnam hoc hymno prophetico ſpiritu celebratam eſſe docet, Salomoni poetæ Regio ipſe quoque elegantiſsime accinens in hunc modum.

Ταύτας τὰς τάξεις κατιδὼν ὁ σολομὼν ἐκεῖνος,
Προκατιδὼν δὲ μάλιστα τῷ πνεύματι ἁγίῳ
Καὶ τὴν τοῦ λόγου σάρκωσιν τὴν καθαροῦ νυμφίου
Καὶ τὴν γεννήσασαν αὐτὸν ἀσπόρως θεότοκον
Τὴν ὄντως παναμώμητον τὴν καθαρὰν μαρίαν,
2 Ἥντινα μακαρίζουσι φωναῖς ἀκαταπαύστοις
Αἱ γενεαὶ τῶν γενεῶν ἁπάντων τῶν ἀνθρώπων,
Ὅτι σωτῆρα τέτοκε τῆς ὅλης οἰκουμένης,
Ταύτην ἐξεῖπε, τὴν ᾠδὴν προσώπῳ τοῦ νυμφίου.

Et rurſum aliter expoſitis iiſdem illis tribus ordinibus hęc ſubiungit,

Τῶν σεσωσμένων οὖν ψυχῶν τοσούτων πεφυκότων
Ἁπάντων ὑπερέχουσα τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων
ὡς ἐκλεκτὴ περιστερὰ τυγχάνει μία μόνη,
ἡ τὸν χριστὸν γεννήσασα παρθενομήτηρ κόρη
3 ἡ χερουβὶμ καὶ σεραφὶμ ὄντως καθαρωτέρα.

Quod ad uerbum ſonat. Hos ordines conſiderans Salomon ille, præuidens autē maxime per ſpiritum Sanctum uerbi quoque incarnationem puri ſponſi, & quæ ipſum genuit ſine ſemine, Deiparam illam omnino inculpatam puram Mariam, quam beatam prædicant perpetuis vocib. generationes generationum omnium hominum, quoniam ſeruatorem peperit totius continentis. Hunc edixit cantum in perſona ſponſi. Harum igitur, quæ ſeruantur animarum dictarum, omnes ex cellēs oīum hoīum, qui ſunt ſuper terram, tanquam electa colūba eſt una ſola, quę Chriſtum genuit Virgo mater, puella illa Cherubinis, & Seraphinis uere purior.
4 hos uerſus tum propter eorum ſummam elegantiam, tum uel maxime, propter locupletiſsimum, quod habent teſtimonium antiquæ pietatis in uirginem nunquam ſatis laudatam, huc uiſum eſt aſcribere, in hoc, ut qui pietatem in Dei genitricem *Luc. 1.* a patribus nobis traditam religioſe tenemus, & conſeruamus, hanc ipſam maiorē ſemper ſtudio ueterum exemplo colamus: & miſeri illi, qui præſtigijs & furijs nouorum dæmoniorum dementat Virginem Deiparam recuſant colere, reſipiſcant, corda patrum recipiant, & ad prudentiam Iuſtorum conuertantur. Et quidem certe ſi hoc drama de particulari anima interpretandum ſit, ut exponi poſſe docent Origenes & plerique alii interpretes grauiſsimi, in nullam poteſt uerius
5 quadrare hic locus, quam in Virginem Mariam, cui etiam, ut doctiſsime, ita & religioſiſsime Pſellus ille accommodauit. At uero nos perpetuum interpretationis noſtræ filum tenentes, quod Deum nobis ſemel in hoc alinqui inextricabili labyrintho dediſſe credimus; Eccleſiam quidem catholicam ut illi, quorum ſuperius primo loco mentionem fecimus, ſed quæ ſub nouo teſtamento primis ſuis initiis unica Petri ſedes fuit, procedente uero tempore innumeras Chriſto genuit diuerſorum meritorum animas, & ſibi cum illa in unum corpus cohærentes parti-
6 culares Eccl. tanto copioſius, quam unquam antea, tantoque maiorib. orationis ornamentis, & ſententiarū pondere a ſponſo ſuo Chriſto hac ueluti ſumma coronide ſupiorib. laudib. īpoſita, ornari exiſtimamus, q̃to ipſa ſub ſi. ſeculi vi. ſuo ſta-

tu

Coloſ.3. tu maiores habebit in pietate progreſſus, maioraque in omni virtute & ſapientia 1
fecerit incrementa, Et (quod ipſi precatur Paulus) in omnem profecerit Dei
plenitudinem. In Sexaginta igitur Reginis, & octoginta concubinis adumbra-
tos intelligo non ſolùm duos illos ordines perfectorum, qui tùnc erant in Eccle
ſia Chriſti, ſed duos inſigniorum Eccleſiarum ordines ab Eccleſia Petri, quæ pri
mum Hieroſolymis, & in uniuerſa Iudæa extitit uniuerſalis Eccleſia, exortos, at
que in vniuerſum orbem propagatos. De adoleſcentulis eadem eſt noſtra & il-
lorum ſententia. Quam vero unameſſe columbam, & perfectam ſuam affirmat
ſponſus, horum omnium matrem agnoſco Eccleſiam ex Iudæis in Iudæa primum
conſtitutam, ac Petro Apoſtolorum principi commiſſam; quæ tunc fuit uniuer- 2
ſalis Eccleſia, quæque una ſemper manens, Antiochiam primum, deinde Romam
uſque progreſſa, extremis temporibus ad ſuam recurrens originem, Hieroſoly-
mis rurſum, & in tota florebit Iudæa: quemadmodum tam ueterum, quam recen
tiorum prophetarum oracula uidentur prædicere: cuius & totius uniuerſalis
Eccleſiæ mater ſit (ut Paulus affirmat) cęleſtis Hieruſalem. Hæc ipſa columba
illa eſt, quam ad prædicationem Euangelij primo huius libri capite ſponſus exci-
tauit in hunc modum, *Surge, propera amica mea, ſponſa mea, & ueni, Columba mea, in
foraminibus petræ, in cauerna macerię, oſtende mihi faciem tuam: ſonet uox tua in auri-
bus meis: uox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Ad hanc eandem ſpectant, quæ 3
de ſponſa dicuntur hoc Dramate uſque ad locum illum, *Quę eſt iſta quę aſcendit
per deſertum, &c.* In quem locum nos oſtendimus, poſt reginam illam, cuius me-
minit Dauid pſal.44. tunc adduci ad regem uirgines proximas, nempe gentilem
eccleſiam, fide & integritate morum Iudaicæ Eccleſiæ quam ſimillimam, ut idē
Pſalm.44. propheta futurum prædixerat, & quam hoc loco filius ipſius Salomon eodem ſpi
ritu afflatus diſtribuit in reginas, concubinas, & adoleſcentulas. Quin & ipſe
Dauid in ſuo illo Epithalamio, quum unam ante omnes commendat reginam, Sa-
lomoni dextram aſsidentem, filias item regum iuxta ueritatem Hebraicam inter
regis honoratas numerat: ubi enim uulgata æditio habet, in honore tuo, in He- 4
bræo eſt, inter honoratas tuas; & tandem quum filias Tyri & diuites plebis obla-
tis muneribus, reginæ uultum ſuppliciter ueneraturos fore prædicit, eoſdem pla
ne ordines in eccleſia Chriſti conſtituere uidetur; quibus tamen omnibus unam
præfert Eccleſiam, in qua etiam uelut in ciuitate una Sion, omnes illos exorituros
Pſalm.86. idem uates canit pſalmo 86. ubi iuxta Hebræum Deus inducitur loquens, ac pol
licens, ut qui ſe nouerit, nempe Apoſtoli cæterique diſcipuli ad prædicandum
euangelium miſsi, meminerint Raab, hoc eſt, Aegypti, quam propter ipſius ſuper
biam רהב appellare ſolet ſacra ſcriptura, et Babylonis: ſuaque prædicatione ef-
ficiant, ut Paleſtina, Tirus, et populus Aethiopum in ea naſcatur. Hoc eſt, ut om- 5
nes nationes ſuſcepta uera fide et religione, eccleſiæ Chriſti Hieroſolymis con-
ſtitutæ ſe adiungant, et apud eam renaſcantur: ut quæ de Sion, uel Sioni dicatur,
uir et uir natus eſt in ea, et ipſe fundauit eam altiſsimus. Hoc eſt, multos præcla-
ros ciues tulit ciuitas Sion, eccleſia inquam Hieroſolymis et in monte Sion, i. in
Chriſto, qui lapis exciſus ſine manibus creuit in montem magnum, conſtituta; et
quod omnem humanam uincit fidem, ipſe, qui eius ciuitatis conditor eſt Deus
Opt. Max. Ieſus Chriſtus, in hac ipſa natus eſt eiuſdem ciuis, et ciuium ſuorum 6
omnium caput atque principium. et apertius adhuc quum hæc iuxta Hebræum
canit eodem pſalmo, Dominus narrabit ſcribendo populos, hic natus eſt ibi, et
prin-

principes tãquam laudantes,omnes ſcaturigenes meæ in te,aut iuxta vulgatam ædi
tionem, *Dominus narrabit in ſcripturis populorum & Principum horum, qui fuerunt in
ea, ſicut Letantium omnium noſtrum habitatio eſt in te,* cum inquam hæc canit,totam fi-
delium multitudinem eodem modo diſtribuit. Nam ſponſus, qui ſexaginta Re-
ginas ſuas,& octoginta concubinas agnoſcit hoc loco,& innumerabiles ſibi com-
paratas adoleſcentulas,ipſe eſt vrbis Sionis Dñs.æquo ipſi vrbi dicendum fore ca-
nit Dauid eo Pſalmo, *vir & vir natus eſt in ea,* quique numeraturus ſit ſcribendo
de more Imperatoris ſuos conſcribentis milites populos & Principes, & de ſin-
gulis ſingulatim dicturus.Hic natus eſt in ea, & de omnibus in vniuerſum, omnes
2 quicunque ex me geniti ſunt, in te nati ſunt. Et quam columbam & perfectam
ſuam omnibus in amore præfert ſponſus Reginis & concubinis, & puellis, hæc
ipſa eſt ciuitas Sion,quam Regius ille vates canit Domino dilectam præ cæteris Ia
cobi tabernaculis. Primigenia ſcilicet Eccleſia ex Iudæis congregata,præ cæte-
ris Eccleſijs gentium ab ipſa exortis, Chriſto ſponſo ſuo adamata; quam etiam
laudent omnes, qui in ea orti conſcripti ſunt ciues; quemadmodum hoc loco
ſponſus ipſe teſtatur, filias quum eam uidiſſent,beatiſsimam prædicaſſe.Reginas,
quoque & concubinas eandem comendaſſe. His accedit & illud Iſaiæ oraculum, *Iſa.19.*
quo Dominus diſerte affirmat, primigeniam illam Eccleſiam omnibus Eccleſiis
3 gentium ſibi fore chariorem. *In die illa erit Iſrael tertius Aegiptio & Aſsyrio,benedi-
ctio in medio terræ,cui benedixit Dominus exercituum dicens; Benedictus populus meus Ae
gypti, & opus manuum mearum Aſsyrius,hereditas autem mea Iſrael.* Ac ſi dicat, quo
tempore Dominus cõciliauerit Agyptijs Aſsyrios per fidem Chriſti, quam uterq;
populus receperit ad prædicationem Apoſtolorum, Eccleſia ex Iſraele congre-
gata erit media benedictio (tertiũ enim pro,modo, ſeu meditatore eo loco poſitũ
eſt) inter Eccleſias Aegyti, & Eccleſias Aſſyriæ; per quam nimirum vnum fient
cum ea, & vnum ſe cum ipſis. Vt pote per quam benedictionem & ſalutem illę con
ſequentur. *Salus enim* (ut inquit Chriſtus) *ex Iudæis eſt*: & de Aegyptijs dicet Do *Ioan.4.*
4 minus. Ego ab infidelitate liberaui Aegyptios; & fide, permultiſque alijs donis
meis auxi: Item & Aſsyrios, quos tanquam opus meum & filios diligo (amant
enim,inquit ille,poetæ opera ſua ut parentes filios) cæterum de ſuis Apoſtolis &
tota Eccleſia illa Iſraelitica dicet, Hereditas mea Iſrael. Hoc eſt,Iſraeliticæ Ec-
cleſię præ cæteris benedixi, in eamque omnem diuitiarum mearum theſauros ef-
fudi. Quamobrem illam pro chariſsima hæredite mea habeo, reliquas verò pro
hæreditis huius meæ appendicibus,& acceſsionibus. Et eſt aduertendum, quòd
Iſrael non dixerit benedictum, ſed benedictionem, vt ſit inſignis per abſtractio-
nẽ in verbo vno amplificatio, qua cæteris in benedictione & amore præferri ſigni
5 ficetur. Porro nomine Aegyptiorũ & Aſſyriorũ oĩum gentium vocationẽ & con
uerſionem deſignari nemini dubium eſt. Niſi ergo mea me fallit opinio, prima-
tum deferunt hi omnes prophetæ Eccleſiæ Iſraeliticæ, illis nimirum reliquijs,
quas ne (vt inquit Iſaias) ſimiles Sodomæ & Gomorræ eſſemus, miro ſuo cõſilio *Iſai.1.*
& miſericordia Dominus exercituũ reliquas nobis fecit,& in ipſis catholicã ſuam
ab initio orbis cõditã ſeruaret Eccleſiã, & in paucis illis electis tunc cõtractã, in
vniuerſas deinde gentes propagaret: vnãq; in finẽ vſq; ſeculi perdurantẽ,cõſerua
6 ret. Hanc ob profundã ipſius humilitatẽ, mãſuetudinẽ, tolerantiã, & alias, quas ali
bi annotauimus virtutes; columbã ſuã ſponſus vocat, & immaculatã, eandẽq; pro-
pter multiplicia vnitatis myſteria, q̃ a Paulo numerata ille in ſua uniuerſali Eccle *Ephe.4.*
ſia,

ſia, maxime probat, & grata habet. Nempe, quòd unum ſit corpus, unum habeat 1
ſpiritum, unam uocationis ſuæ ſpem, unum dominum, unam fidem, unum baptiſma, unum Deum & patrem omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus ipſius partibus; unum caput Chriſtum, ex quo totum corpus coaptatum & connexum per omnem commiſſuram ſumminiſtrationis iuxta uniuscuiuſq; membri a menſuratum actum, incrementum corporis facit in ædificationem ſui ipſius in charitate. Ingens denique ſtudium conſeruandæ huius vnitatis, pacis ac charitatis beneficio, quod eſt uinculum perfectionis; propter quam etiam perfectionẽ unam hanc columbam perfectam ſuam ipſe uocat, & Paulus uirum perfectum ſecundum menſuram plenæ adultæ ætatis Chriſti. Hoc eſt, (ut exponit Chryſoſto 2
mus) ſecundum perfectam Chriſti cognitionem & Ambroſius, per hoc dictum inquit, perfectos nos vult fieri plenitudine intellectus diuinitatis filij Dei. Peruenit porro & plenius ad hanc perfectionem quotidie accedit quam diu (ut locum illum interpretans inquit Ambroſius) cuncti deſtinati ad uitam unius ſint fidei in cognitionem Chriſti. Sic uero perfecta ad finem ſæculi maxime apparebit, & a Chriſto commendabitur Eccleſia, vt apparuit iam, & commẽdata fuit primis ſuis initijs Euangelicis, in illis, quorum fuit cor vnum, & anima una, caput unum Chriſtus a Deo patre datum, & unus uice Chriſtus Petrus, ab ipſo Chriſto nouæ Hie
Actum. 4. roſolymæ a primis ſuis initijs conſtitutus, admirandæ unitatis moderator, & con 3
Matth. 17. ſeruator tenaciſsimus. Hunc enim eſſe uoluit Chriſtus inter fratres ſuos præcipuum, qui ſæpe in communi cauſa unus pro omnibus reſponderet; pro hoc uno ex æquo, atque pro ſe, tanquam pro altero domus ſuæ capite, indiuiſum cenſum, nempe ſtaterem duorum didrachmorum pondus pendere; ut eo ſymbolo, quam ſibi eſſet cum Petro communis, & indiuiſa Eccleſiæ ſuæ cura, atque adminiſtratio, ſubindicaret. Sola namque familiarum capita tunc didrachmo cenſebantur.
Mat. 16. Hunc ipſum ſuæ Eccleſiæ fundamentum coram omnibus declarauit, cum hæc ipſi diceret. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Hoc nimirum dicto idem, quod ſuperiore 4
facto repræſentans, huic inſuper confirmandorum in fide fratrum ſuorum curam
Luc. 22. commiſit, *Ego* inquit, *pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Hunc denique cum reſurrexiſſet Chriſtus, ad patrem reuerſurus, uniuerſo ouili ſuo paſcendo & regẽdo præfecit dicens ei. *Paſce agnos*
Ioan. 21. *meos, paſce oues meas.* Ac ne quis hæc uerba alij, quam Petro in perſonam uniuerſæ Eccleſiæ dicta, interpretari poſſet, inſigni charitatis nota, qua ipſe præſtaret cęteros, ideoque omnium digniſsimus agnoſceretur, qui cum ſumma poteſtate ſummo paſtorum principi ſufficeretur, ante omnia ſic ab omnibus ipſum coram cęteris tertiò rogans ſecreuit. *Simon Ioannis, diligis me plus his?* Atque ei de ſe mode- 5
ſte in hunc modum reſpondenti, *Domine, tu ſcis quia amo te*, uniuerſam gregis ſui contulit poteſtatem. Qua ille paulo poſt aſcenſum domini in cœlum uſus eſt, quum ſatagens uniuerſi muneris Apoſtolici, Mathiam in ordinem Apoſtolicum
Act. 1. pro Iuda proditore cooptandum curauit. Quum etiam in publica concione ad aduentum ſpiritus ſancti uniuerſę Eccleſiæ ſuſcepto patrocinio, obiectum omnibus ebrietatis crimen ſolus diluit, & eos, qui conſcientia ſceleris commoti, totum illud ſanctorum collegium, quid ſibi facto opus eſſet, rogarent, unus 6
uice omnium ad pęnitentiam, & baptiſmum adhortatus eſt. Quum etiam reliquis tacentibus, ipſe fraudem Ananię & Sapphirę coniugum pręſenti mortis ſupplicio

ultus

1 ultus eſt,totique Eccleſiæ magnum iniecit timorem. Quum Simonem Magum di
ris deuouit. Quum cælitus per uiſum admonitus ſepem legis veteris,tanquam ui
carius illius,qui medium parietem maceriæ,& immicitias duorum populorum ſu
ſtuliſſet,prętergredi auſus eſt,& cæteros baptizato Cornelio cum tota illius fami
lia,prætergredi docuit. Quum denique in concilio Hieroſolymis habito primus
de cauſa Antiochenæ Eccleſiæ ſuam dixit ſententiam, quæ progreſſu temporis
appendice a Iacobo,tűc abiecta,ſola per vniuerſum orbem ad hæc vſque tempo-
ra totius Eccleſiæ vſu eſt confirmata. At uero cum primigeniæ Eccleſiæ unitas
longe lateque in uniuerſum orbem ab hoc capite continenter ducenda eſſet, Pe-
2 trus tractu temporis Iudæam egreſſus,Antiochiam primum ſuam ſedem tranſtu-
lit,& in ea urbe(ut auctor eſt Aegeſippus)ſeptem annos tenuit:quibus tranſactis,
Dei iuſſu deinde Romam profectus Simonem Magum ibi expugnaturus, in ea ur
be conſedit. Vbi ad noſtra vſque tempora vna eademq; primaria,& princeps Ec-
cleſia in principe orbis vrbe fixa Petri ſedes ſub legitimis ſucceſſoribus pro ſin-
gulari Chriſti prouidentia,& tutela, perſeuerat: ſuumque perpetuò propagante
pro ipſa ſponſo ſuo ſummum honorem retinet & principatum, prima ſemper ſe-
des habita,& cunctarum mater Eccleſiarum; propterea ꝙ ad eam, ex qua cæteræ
ortæ ſunt, tanquam ad matrem ex Chriſti & Apoſtolorum inſtituto per Apoſto-
3 licos patres noſtros in celeberrima illa Nicena Synodo promulgato,omnium Ec-
cleſiarum cura pertineat. Cuius canonis memoriam refricat Iulius Rom.Pont.
illis nonaginta Epiſcopis Arrianis Antiochiæ congregatis miſſa ad eos Epiſtola;
in qua hęc ille refert inter alia,ipſi primæ ſedis Eccleſię conuocandorum genera-
lium Synodorum iura, & iudicia Epiſcoporum ſingulari priuilegio Euangelicis
& Apoſtolicis atque canonicis conceſſa ſunt inſtitutis;quia ſemper maiores cau-
ſæ ad Apoſtolicam ſedē multis auctoritatibus referri præceptæ ſunt. Et rurſum,
dudum inquit, a ſanctis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus in antiquis decretis
ſtatutum fuerat,quæ hactenus ſancta & uniuerſalis tenuit,& tenet Eccleſia, non
4 oportere pręter ſententiam Rom.Pontif.concilia celebrari, nec Epiſcopos con-
demnari. Quoniam ſanctam Rom. Eccleſiam primatem omnium Eccleſiarum
eſſe uoluerunt: & ſicut beatus Petrus Apoſtolus primus fuit Apoſtolorum om-
nium;ita & hęc Eccleſia ſuo nomine conſecrata domino inſtituente,prima & ca-
put ſit cęterarum; ut ad eam quaſi ad matrem & apicem omnium,maiores Eccle-
ſię cauſæ & iudicia epiſcoporum reſeruentur,& iuxta eius ſententiam ſumant ter
minum. Hęc ille non audita,ſed uiſa refert. Quippe qui illi Synodo interfuit, ut
ipſe initio eius Epiſtolę teſtatur. Et ante Iulium Anacletus,& ipſe Rom. Pont.
a beato Petro presbyter ordinatus,in quadam Epiſtola ad omnes Epiſcopos, &
5 Chriſti fideles ſcripta, hęc inquit, Sancta Romana & Apoſtolica Eccleſia nō ab
ipſis Apoſtolis,ſed ab ipſo domino ſaluatore noſtro primatū obtinuit,& eminen
tiam poteſtatis ſuper omnes Eccleſias, & totū populi Chriſtiani gregem aſſequu-
ta eſt. Sicut ipſe dixit. *Tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam:*
& portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: Et tibi dabo claues Regni cęlorum, &c.
Anacleto & Iulio aſtipulantur Magnus ille Athanaſius,& uniuerſi Aegyptiorum,
Thebaidorum Epiſcopi in ſancta Alexandrina Synodo cōgregati,ad Felicem Ro
6 manum Epiſcopum ſcribentes,& conteſtantes, ſe ad Romanam ſedem tanquam
ad matrem auxilij gratia contra Arrianorū uim,& impietatē confugere,Scimus in
quiunt, in Nicena Synodo trecentorum & decem & octo epiſcoporum,ab omni-
bus

buſconcorditer eſſe roboratum,non debere abſq; Romani Pont. ſententia con- 1
cilia celebrari,nec epiſcopos damnari. Similiter autem & a ſupradictis patrib. eſt
diffinitum conſonanter, ut ſi quiſquam epiſcopum, aut Metropolitanū, aut com
prouinciales iudices ſuſpectos habuerit, ueſtram ſanctam Rom. interpellet ſedē;
cui ab ipſo domino poteſtas ligandi, & ſoluēdi peculiari eſt priuilegio ſuper alios
conceſſa; ipſa enim firmamentum a Deo fixum & immobile percepit. Quoniam
ipſam formam uniuerſorum titulorum lucidiſsimam dominus Ieſus Chriſtus ue
ſtram apoſtolicam conſtituit ſedem, ipſa enim eſt ſacer uertex, & cardo, in quo
omnes uerſantur, ſuſtentantur, & releuantur. Hanc eandem apoſtolicæ ſedis di-
gnitatem agnouerunt, & ſcripto profeſsi ſunt orientales; quibus Acatius Epiſco- 2
pus Conſtantinopolitanus, ut a ſede Romana deficerent auctor fuerat: & Africa-
ni quos etiam Aurelius carthaginenſis Epiſcopus ab eadem abſciderat, quum ma
tri reconciliati ſunt, illi ſub Hormiſda, Rom. Pont. Hi uerò ſub Bonifacio ſecun
do. Auguſtinus quoq; Romanæ Eccleſiæ pluſquam cæteris defert Eccleſijs, pro-
pter catholicæ nomen, quod ipſam inter tam multas hæreſes meritò obtinuiſſe te
ſtatur, in Epiſtola ad Manichæum de ipſa in hunc modum ſcribens. In catholica
Eccleſia inquit, atq; eius gremio me iuſtiſsime tenet ab ipſa ſede beati Petri apo-
ſtoli, cui paſcendas oues ſuas Dominus commendauit, uſq; ad præſentem epiſco-
patum, ſucceſsio ſacerdotum: tenet & ipſum catholicæ nomen, quod nō ſine cau- 3
ſa inter tam multas hæreſes illa obtinuit. Auguſtino atteſtantur plerique Roma-
ni pontifices: Felix enim ad Acatium Epiſcopum Conſtantinopolitanum ſic ſcri
bit. Felix Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ catholicę urbis Romæ, Acatio &c. Et mul-
to ante hunc ſub Hadriano Cæſare Sixtus ad totius orbis Epiſcopos in hunc mo
dum, Sixtus uniuerſalis apoſtolicæ eccleſiæ Epiſcopus, omnib. Epiſcopis in Do-
mino S. & poſt hunc Victor ad Theophilum Alexandrinum. Victor Romanæ, &
uniuerſalis eccleſiæ Archiepiſcopus. Hunc ſequutus Pontianus ad omnes Chri
ſti fideles ſuam ſic inſcribit Epiſtolam, Pontianus ſanctæ & uniuerſalis eccleſiæ
Epiſcopus. &c. Eodem etiam modo ſcribit Stephanus Cypriano contempora- 4
neus omnibus per diuerſas orbis partes Chriſti fidelibus, item & plerique alij Ro
mani pontifices. Eſt igitur Petri ſedes Eccleſia illa catholica, quæ (vt ait Anacle-
tus) vniuerſum populi Chriſtiani gregem ſit aſſequuta: eſt & ipſa vna illa ſponſi
ſui columba, quæ ab ipſo per Petrum ſuam capit, & in Reginas omnes, concubi-
nas, & adoleſcentulas innnmeras tranſmittit vnitatem. Tertia nimirum Aegyptio
& Aſsyrio benedictio, ut ex Iſaia ſuperius expoſuimus, non habens maculam ne-
que rugam, aut aliquid eiuſmodi, ut teſtatur Pelagius D. 21. ca. Quamuis. Quod
myſterium fidelis ille myſterium Dei diſpenſator Cyprianus in hunc modum no
bis diſpenſauit in libro de ſimplicitate prælatorum, aut ut in antiquis exemplari- 5
bus inſcribitur, De unitate Eccleſiæ; loquitur inquit, Dominus ad Petrum, *ego di-*
co tibi, tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam: & portę infero-
rum non vincent eam. Tibi dabo claues Regni cælorum: & quæ ligaueris ſuper terram,
Ioan. 21. *erunt ligata & in cælis: & quęcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis.* & ei-
Ioan. 20. dem poſt reſurrectionem ſuam dicit, *paſce oues meas*, Et quamuis Apoſtolis omni-
bus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat, *ſicut miſit me*
pater, & ego mitto vos. Accipite ſpiritum ſanctum; ſi cuius remiſeritis peccata, remitten- 6
tur illi: ſi cuius retinueritis, tenebuntur: tamen ut unitatem manifeſtaret, unitatis
eiuſdem originem ab uno incipientem, ſua auctoritate diſpoſuit. Hoc erat uti-

1 que cæteri Apoſtoli,quod Petrus fuit,pari cõſortio prȩditi honoris & poteſtatis:
ſed exordium ab unitate proficiſcitur,ut eccleſia una eſſe monſtretur.Quam unã
eccleſiam etiam in Cantico Canticorum ſpititus ſanctus ex perſona Domini de- *Cantic. 6.*
ſignat : & dicit, *una eſt colu mba, perfecta mea, una eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ.*
Et beatus Paulus hoc docet, & ſacramentum unitatis oſtendit dicens, *unum* *Ephes. 4.*
corpus,& unus ſpiritus, una ſpes uocationis ueſtræ, unus Dominus, una fides, unum ba-
ptiſma,unus Deus. Quam unitatem firmiter tenere, & prædicare debemus,maxime
Epiſcopi, qui in eccleſia præſidemus. Vt Epiſcopatum quoque ipſum unum atq;
indiuiſum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei unitatem
2 perfida præuaricatione corrumpat. Epiſcopus vnus eſt,cuius a ſingulis in ſolidũ
pars tenetur. Eccleſia una eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcundita
tis extenditur.Quomodo ſolis multi radij, ſed lumen unum: & rami arboris mul
ti, ſed robur unum tenaci radice fundatum. Et quum de fonte uno riui plurimi di
fluunt,numeroſitas licèt diffuſa uideatur exundantis copiæ largitate,unitas tamẽ
ſeruatur in origine. Auelle radium ſolis a corpore,diuiſionem lucis unitas non ca
pit. Ab arbore frange ramum,fractus germinare non poterit. A fonte præſcide ri
uum,præciſus areſcit. Sic & Eccleſia, Domini luce perfuſa, per orbem totum ra-
dios ſuos porrigit, unum tamen lumen eſt, quod ubique diffunditur, nec unitas
3 corporis ſeparatur. Ramos ſuos in uniuerſam terram copia uberatis extendit:
profluentes largiter riuos latius expandit,unum tamen caput eſt, & origo una, &
una mater fœcunditatis ſucceſsibus copioſa. Habere iam non poteſt Deum pa-
trem,qui eccleſiam non habet matrem. Hæc Cyprianus pie, docte, diſerteq. pro
ſumma ſua chriſtiana eloquentia de columbæ Chriſti unitate nos docuit, quæ
utinam,poſitis odijs in Petri ſedem conceptis,eius deſertores & oppugnatores at
tentius legerent; & cordis ſui aures ſpiritui, qui in Cypriano ipſius hæc loqui-
tur,adhiberent. Audirent proculdubio pacem,& unitatem in ſe pariter,atque in *Psalm. 84.*
Dauide,& Cypriano loquentẽ: & ad obediendũ piæ matri ſuæ Romanæ eccleſiæ,
4 quã atrocibus maledictis proſcindunt, & implacabilibus odijs proſequunt̃,adhor
tantẽ. Is ille ſpũs illorum oculos, præ malitia excæcatos aperiret,vt uiderent, hãc
eſſe Hieroſolymã,ad quã primũ lumen de cȩlis uenerit, in qua primũ gloria Dñi
orta ſit,ad cuius lucẽ & ortũ ſplendidum (quemadmodũ Iſaias prædixerat) gẽtes *Isa. 60.*
primũ & Reges ambulauerint; ita ut inſtar ſolis (quemadmodũ inquit Cypria.)
habeat,q̃ Dñi luce perfuſa per totũ orbem innumeris porrectis radijs,unũ atque
indiuiſum vndequaq; diffundit lumen. Hanc eſſe Sionem agnoſcerent, de qua pri *Isa. 2.*
mũ exierit lex; & Hieruſalem illã, quæ uerbo Dei grauida uniuerſas gentiũ na-
tiones Chr̃o ſponſo ſuo genuerit, oẽs ſponſi ſui ſcaturigines in ſe habens, & in-
5 ſtar fontis unius ex ſe emittens,origo una & una mr̃ fȩcunditatis ſucceſsib. copio
ſa,q̃ qui mr̃em non habeat, nec Deum patrem habere queat. Sed ne quis lectorẽ
ſcrupulus in hoc Cypriani loco male habeat, is nobis admonẽdus eſt,ut quũ legit
Dñm poſt reſurrectionã ſuã,parẽ tribuiſſe Apoſtolis ptãtẽ, intelligat, nõ ȩqualẽ,
ſed ſimilẽ,aut cõem: ut cæteros Apoſtolos hoc fuiſſe, qđ Petrus fuit, nẽpe apoſto
los,& operis Chr̃i uicarios,pari(hoc eſt) ſimili, aut cõi honoris conſortio p̃ditos,
& poteſtatis: par .n. ſimile interdum ſignificare latinis conſtat,ut apud Ciceronẽ
6 de natura Deorũ: Vbi ille beatã hoĩm uitã parem & ſimilem Deorũ eſſe dixit; p̃
parem, non æqualem (non enim id eſſe põt) ſed ſimilem ſignificare uolens, exe-
geticos addens, ſimilem: interdum etiam ſignificat cõem. Vt idem pro Planco,

honorum gradus inquit, ſummis hominibus & infimis ſunt pares, gloriæ diſpa- 1
res: affirmans nimirum, honores quidem cões eſſe ſummis & infimis; inter ciues
tñ gloriæ diſcrimen eſſe, ꝙ alij alijs ſint nobiliores, ideoque ex iſdem honoribus
minus inuidiæ contrahant. Noſtram interpretationem confirmat Leo Pont. Max.
qui hanc eãdem Cypriani ſñiam ſic expreſsit in Epiſtola ad Anaſtaſium ſuum in
oriente vicarium. Hæc inquit, connexio totius quidem corporis vnanimitatem
requirit; ſed præcipue exigit concordiam ſacerdotum: quibus cum dignitas ſit
communis, non eſt tamen auctoritas æqualis: q̃m & inter beatiſsimos Apoſtolos
in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis: & cum omnium par eſ-
ſet electio, vni tamen datum eſt, vt cæteris præemineret. Ecce Leo inter Apoſto- 2
los, quos Cyprianus dicit pari conſortio præditos honoris & poteſtatis, ſimilitu
dinem honoris aſſerit cum quadam diſcretione poteſtatis: & cum omnium par
fuerit electio, vni tamen (Petro nimirum) datum eſſe, vt cæteris præemineret:
quem etiam cæteris præfert Cyprianus; quum ipſum totius eccleſiæ caput, & vni
tatis originem a Domino affirmat fuiſſe conſtitutum; in quo vno plenitudo vni-
tatis, ac proinde poteſtatis ſeruetur tanquam in origine; perinde atq; in humano
capite omnis ſenſoria & motoria tota plénaq; uiget vis, quæ inde per uniuerſum
corpus diffunditur: & perinde atq; totius ſcaturiginis plenitudo in uno fonte ſer
uatur, unde multi dimanant riuuli. Hanc uero homonymiam qui animaduerterit, 3
& verum ſenſum huius loci tenebit, & eos patres cum Clemẽte & Anacleto, quin
& cum ipſa catholica ueritate conſentire cognoſcet; quorum ille par pro æquali
ſumens ait, ne inter quidem ipſos beatos Apoſtolos parem fuiſſe inſtitutionẽ, ſed
vnum omnibus præfuiſſe: hic uero, inter beatos Apoſtolos, inquit, quædam fuit
diſcretio poteſtatis. Et licet omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen a Domino con-
ceſſum eſt: & id ipſum ipſi inter ſe voluerunt, vt reliquis omnibus præeſſet Apo-
ſtolis. Quam utramque ſñiam in ſua collectanea retulit Gratianus, priorem qui-
dem in. D. 80. cap. In illis. poſteriorem uero in. D. 22. c. ſacro ſancta. Quod præ-
terea Cyprianus ait, Epiſcopatum unum eſſe, cuius a ſingulis inſolidum pars te- 4
netur, nõ ita ſumat lector, vt ſumpſiſſe uidetur Bernardus gloſſator Gratiani, nem
pe ſingulos Epiſcopos eundem Epiſcopatum in ſolidum tenere, & proprium, ac
ſpecialiter ſeparatum: Sic enim ille ait in hunc locum 24. Q. 1. cap. loquitur Do-
minus. Nota inquit, quod ſingula iura a quolibet inſolidum tenentur. Vt ff. de uer
bor. obl. lib. 2. & ff. de ſer. L. uiæ. unde idem ius reſidet apud quemlibet: tamen re
uera quilibet habet ſeparatum ſpeciale ius. Vt ff. Quemadmodum ſer. amit. Itaq;
exiſtimare uidetur Bernardus, ſic unumquemq; Epiſcopum totum Epiſcopatus
ius habere, ſicut totum ius aquæductus dicitur eſſe penes quemlibet eorum, qui
in eundem aquæductum ius habent. Quia (ut teſtatur Pomponius iam citata lege 5
viæ) viæ, itineris, actus, aquæductus pars in obligationem deduci non põt; quia
uſus eorum indiuiſus eſt. Item habere unumquemq; Epiſcopum ſeparatum ſpe-
ciale ius in totum Ep̃atum, ſicut proculus in lege aquã, ſuperius ẽt citata ſtatuit,
Propriũ ius fuiſſe unicuiq; eorum, qui aquã, quæ oriebat̃ in fundo uicini, per eun
dem riuum ducere ſoliti erant, ut ſuo quiſq; die a capite ducere, primo per eundẽ
riuum, eumq; cõem: deinde ut quiſq; inferior erat, ſuo quiſque die proprio riuo.
Ideoq; exiſtimat, eũ qui ſtatuto tp̃e, quo ſeruitus amittitur, aquã non duxiſſet, ius 6
ducendæ aquæ amiſiſſe; non tñ per cæteros, qui duxerunt, ius uſurpatũ fuiſſe. Pro
prium. n. inquit, cuiq; eorum ius fuit: neq; per alium uſurpari potuit: non inquã,

ita

1 ita ſumat lector.Hoc .n. eſſet oẽs Ep̃os æquales facere, non tñ ptãte ordinis, ſed
ẽt iuriſdictionis. Sic enim tolleretur vnus vnius catholicæ eccleſiæ uniuerſalis
Ep̃us, fierentq; oẽs particulares Ep̃i, & ſuæ quiſq; particularis eccleſiæ cum ple-
naria poteſtate perfectus. Quod vtrumq; falſum eſt: & contra ſnĩam Cypriani, vt
proxime oſtendimus. Nec euadit hæc incommoda Bernardus, quamuis hæc om-
nia dicta uelit Cypriano de poteſtate ordinis dumtaxat: & Epiſcopatum interpre
tetur, ordinem Ep̃alem. Nam quum ait Cyprianus, Chriſtum parem tribuere po-
teſtatem omnibus Apoſtolis poſt reſurrectionem ſuam, quum ait illis. *Sicut miſit
me pater, & ego mitto uos*, ſatis conſtat rem diligentius expendenti, illum ſignifi-
2 care, ſe omnes eos mittere cum ea poteſtate cum qua ipſe a patre ſuo miſſus
fuit. Ipſe autem cum poteſtate apoſtolica & Pontificio ordine & iuriſdictione
prædicta, miſſus eſt; ut conſtat ex Paulo in Epiſtola ad Hebræos. Quin & ex 61.
cap. Iſaiæ ad quos Chriſtus alluſit Lucæ 4. & Ioannis 20. manifeſtum fit, Chriſtũ
quum dixit Apoſtolis, *ſicut miſit me pater, & ego mitto uos. Accipite Spiritum ſanctũ.
Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt*, eandẽ
ſeruaſſe rõnem in mittendis Apoſtolis, quam ſeruauit pater in ſe mittendo: Sicut
enim ut ipſe apud Prophetam Iſaiam, & Lucam Euangeliſtam, de ſe teſtatur, qđ
miſſus ſit a patre unctus a Spiritu ſancto: ſic ẽt ipſe quum mittit Apoſtolos ait *Ac
3 cipite Spiritum ſanctum*. Et ſicut dicit ſe miſſum ad euangelizandum pauperibus,
ad ſanandum contritos corde, ad prædicandum captiuis remiſsionem, ad prędicã
dum annum Dñi acceptum, & diem retributionis, nempe diem iudicij, quo ple-
ctendi ſint impij, & qui Euãgelio nõ crediderint, quas claues mortis & Inferni ſe *Apoc.1.*
habere ipſe affirmat in Apocalypſi, poteſtatem nimirum eruendi a morte pecca-
ti, & a carcere ſatanæ eos, qui Euangelium receperint, & eoſdem in Regnum cę-
lorum admittendi: contra uerò æternis inferni carceribus adiudicandi, qui illud
repulerint: ſic ẽt quum dicit Apoſtolis, *ſicut me miſit pater &c*. Significat, ſe illos
mittere ad idem opus, & cum eadẽ poteſtate, quam certe nemo dixerit ordinis tm̃
4 poteſtatem eſſe, nõ ẽt iuriſdictionis. Nequè uero id tollit Petri primatum, cui po
teſtatem illam cum ea prærogatiua tributam eſſe affirmamus, ut eam in fratribus
ſuis ipſe moderaretur: neque ea aliter illi vterentur, quam Petri ſederet arbitrio.
Vt patrum & catholicorum omnium communis eſt ſententia, quam etiam ex pro
greſſu hiſtoriæ Euangelicæ poſſumus confirmare. Primùm narrat Ioannes cap.
20. ut Chriſtus apparuerit diſcipulis congregatis, & ſe domi continentibus pro-
pter metum Iudæorum; vtq; inſufflauerit in eos Spiritum ſanctum, & unà cum
ſpiritu ſuam poteſtatem omnibus pariter dederit. Porro quæ eo loco narrantur,
vndecim taniùm Apoſtolis dicta eſſe, conſtat in Euangelio Marci cap. vlt. Dein-
5 de uero cap. 21. idem Ioannes narrat quo modo Chriſtus dixerit Petro, *paſce agnos
meos, paſce oues meas*. quibus plane uerbis expoſitum eſt intelligere, primam præro
gatiuam, & primam clauium Regni cœlorum adminiſtrationem in ſolum Petrum
a Chriſto tunc fuiſſe collatam: & omnem alijs ante datam poteſtatem ad unum il
lud caput fuiſſe reductam, ad quod omnes ſpectarent, & cuius arbitrio quàm a *Iſa. 61.*
Chriſto accepiſſent in partem ſuam, ut dicitur Iſa. 61. hoc eſt, in ſuam regionem, *Matth.10.*
& quem ſortiti fuiſſent Epiſcopatum, exercerent poteſtatem. Vt tam oues, nem-
6 pe Apoſtolos, quibus iam olim dictum fuerat, ego mitto uos ſicut oues in medio *Luc.10.*
luporum, quam agnos (hoc eſt) ſeptuagintaduos diſcipulos, quos idem Domi-
nus mittere ſe dixerat ſicut agnos inter lupos, ipſe Petrus tanquam alterum Prin-

ceps & Paſtor regeret ac paſceret: & ſolus in omnes alios tum Apoſtolos, & qui 1
illis ſuccederent Epiſcopos, tum ſeptuagintaduos diſcipulos, & horum ſucceſſores ſimplices ſacerdotes & diaconos, & denique uniuerſum populum Chriſtianum, omnem haberet iuriſdictionem, & plenam poteſtatem. Iam uero quum inquit Cyprianus, de vnitate eccleſiæ loquens, quam unitatem firmiter tenere, & vindicare debemus, maxime Epiſcopi, qui in eccleſia præſidemus, ut Epiſcopatum quoque ipſum unum atque indiuiſum eſſe probemus, non poteſtatem præſidendi in eccleſia, cum ipſa eccleſia confert, & ſtudium illud in Epiſcopis maxime eſſe debere affirmat, ut probent, ſic eſſe unam & indiuiſam præſidendi in eccleſia
poteſtatem, ſicut una eſt ipſa, in qua præſidetur, eccleſia. Mihi uero ita uidetur. 2
At uerò poteſtas præſidendi non tantùm in ordine, ſed etiam in iuriſdictione potiſsimum conſiſtit: & utraque inſtructum eſſe oportet Epiſcopum, qui Chriſti gregem recte legitimeque ſit curaturus. Vt ergo aliquando concludamus, inſolidum, ſumat lector pro, indiuiſum. Vt idem Cyprianus ſuperius eodem loco ait. Quam unitatem firmiter tenere & uindicare debemus, maxime Epiſcopi, qui in eccleſia præſidemus. Vt Epiſcopatum quoque ipſum vnum atque indiuiſum probemus. Et idem eodem libello circa finem; unus Deus inquit eſt, & Chriſtus unus, eccleſia eius una, fides una, & plebs in ſolidam cor-
poris unitatem concordiæ glutino copulata. Vt hinc illud, in ſolidum teneri 3
partem, interpretemur, in ſolidam corporis vnitatem. Quomodo etiam loquitur Leo in citata ſuperius Epiſtola ad Anaſtaſium. Neque enim inquit, poterit unitatis noſtræ firma eſſe compago, niſi nos ad inſeparabilem ſoliditatem uinculum charitatis aſtrinxerit. Sic itaque expoſitus Cyprianus ſibi omnino conſentiet; alioqui ſecum hoc loco pugnaturus: qui inferiora corporis eius membra illi æquet membro, quod a Chriſto & corpori datum eſſe caput ipſe affirmat: & qui ad Cornelium PP. ſcribens, vnum uniuerſæ eccleſiæ præeſſe oportere cenſet Epiſcopum, adeo, ut nõ aliunde obortas eſſe hæreſes putet, & ſchiſmata, quàm quòd
ſacerdoti Dei non obtemperetur, nec unus in eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad 4
tempus Iudex uice Chriſti cogitetur. Item & qui a quibuſdam ſchiſmaticis, qui ſe ab eodem Cornelio ſeparauerant, antequam eos in communionem admiſerit, hanc publicam exegerit confeſsionem. Nos inquiunt, ſcimus Cornelium Epiſcopum ſanctiſsimæ catholicæ eccleſiæ erectum a Deo omnipotente, & a Chriſto Domino noſtro: nec ignoramus, vnum Deum eſſe, & unum Chriſtum eſſe Dominum, quem confeſsi ſumus, vnum Spiritum ſanctum, unum Epiſcopum in catholica eccleſia eſſe debere. Quæ confeſsio quam ex communi eccleſiæ ſententia facta tunc fuerit, ex illo Conſtantini edicto ſub ſynodum Nicenam edito facile
colligas. Vbi Sylueſter modo œcumenicus appellatur, modo ſummus Epũs, & to- 5
ta ſynodus Calcedonenſis (ut teſtatur Greg. in Epiſt. 36. ad Eulogium Alexandrinum & ad Anaſtaſium Antiochenum Epiſcopos) id etiam honoris Leoni tribuit. Phocas quoq; Imperator, qui Mauritio ſucceſsit, ut Ioannis Epiſcopi Conſtantinopolitani inſolentiam caſtigaret, qui œcumenici titulum, fauente, aut ſaltem conniuente Mauritio, ſibi arrogauerat, cauit ut ſolus Ro. Pont. œcumenicus vocaretur; tametſi negat Greg. quemquam prædeceſſorum ſuorum eo titulo uti
conſueuiſſe, ne Epãtus honorẽ reliquis Epĩs auferre uideret, qui ſibi ſumeret vni- 6
uerſum. Cæterum, aut œcumenium voces, vt vocauit antiquitas; aut ſeruum ſeruorum Dei, vt modeſtiſsimus Pont. Greg. uocari maluit, unum agnoſcamus oportet

tet

1 tet in catholica & uniuerſali eccleſia ſummum Epiſcopum, ut ex præcedentibus oſtendimus, & ipſa uniuerſitatis adminiſtratio perſuadet. Ad cuius exemplum etiam inter philoſophos, qui melius ſtatuerunt, in optime coſtituta Repub. unum Principem eſſe uoluerunt. An uero unus erit apibus Rex, Dux unus in. & cætera. rector unus uniuerſitatis moderator Deus unus: Et in eccleſia Dei, in qua hortatur Paulus ut omnia honeſte & ſecundum ordinem fiant, multitudo, & æqualitas erit Principum, quam Reipub. pernicioſam, & omnia confundere natam eſſe, certum eſt? Minime uero. Sed uniuerſæ Chriſti eccleſiæ uicarium caput Petrus, primarium ipſe Chriſtus, & caput Chriſti Deus, & (ut recte ſtatuit Bonifacius) *1. Cor. 14.* *Extrauag.*
2 vnius unicæ eccleſiæ unum eſt corpus, unum caput Chriſtus, & Chriſti Vicarius Petrus, Petrique ſucceſſor. Vna enim eſt omnium functio, & Pontificia poteſtas ſumma. Nec tamen propterea quòd Chriſtus ſuæ eccleſiæ caput eſt, & perpetuus ſummus Pontifex, ſecundum ordinem Melchiſedech a Deo patre conſtitutus, ideo non indiget uniuerſalis eccleſia ſublato in cœlum eo Pont. ſummo & primario capite alio in terris uices illius gerente Pont. & ſummo capite, ad quod omnia coram referat, & per quem de grauiſsimis quibuſque rebus fidei & morũ Pontificem profeſsionis ſuæ Ieſum corpore abſentem conſulat. Non minus ſanè, quàm olim Synagoga Moſæ, quem tanquam fidelem famulum & teſtem eorũ quæ *8. unã ſanctam.* *Pſalm. 28.* *Heb. 5.* *Heb. 8.*
3 dicenda eſſent, ſuæ domui præfecit Deus, per quem ſuis domeſticis ſua mandata coram exponeret. Quomodo etiam nobis qui ipſius filij domus ſumus, ipſe filius præfecit Petrum fidelem ſeruum & prudentem, ut det nobis in tempore tritici menſuram. Et quemadmodum olim quamuis Deus ſe pro Rege populi Iſraelitici gereret, nihilominus Duces, & Iudices cum regia poteſtate eidem populo præfecit a Moſe uſque ad Samuelem. cum quo de populo ſuo quæſtus eſt, poſtquam illi Regem petiſſent, quòd ſe, non Samuelem, ne in ipſis regnaret, repuliſſent. Sic Chriſtus cum ſempiternum habeat Sacerdotium, & ſaluare in perpetuum poſſit accedentes per ipſum ad Deum, ſemper uiuens ad interpellandum pro nobis; *Luc. 12.* *1. Reg. 8.* *Heb. 7.*
4 Petrum nihilominus, & Petri ſucceſſores Romanos Pontifices cum ſumma ſua poteſtate ſummos ſuffecit Pontifices, qui paſtorum principis uice ipſius agnos, & oues omnes doctrina paſcant, poteſtate regant, & pro omnibus agnum immaculatum indeſinenter offerentes Deo, perpetuaque oratione intercedentes, ſeruẽt; ac perfectam, immaculatamque columbam, qualem ſuæ fidei commiſſam acceperint, ſponſo reddant. Hanc ille poſt commendatas particulares eccleſias, alias tã quam Reginas & primarias uxores, alias tanquam cõcubinas, & uxores ſecundinas, & imperfectiores, deniq; particulares animas ob fidei tñ integritatem tanquã virgines incorruptas, unam tñ catholicam eccleſiam, cuius præcipua pars ſit Petri
5 ſedes, longe ante oẽs, puritate, iuſtitia, ſapientia, oĩq; uirtutum genere, ac dignitate conſpicuam atq; præcellentem, omnium magnificentiſsime commendat: & maxime ſub finem ſeculi hoc exornet encomio, *Vna eſt columba mea, perfecta mea, una eſt matri ſuæ, genitrici ſuæ electa. Viderunt eam filiæ, & beatiſsimam prædicauerunt, Reginæ, & concubinæ, & laudauerunt eam.* Magnificarum porro laudum, quibus tunc catholicam eccleſiam, & eius in primis caput Romanam filiæ, Reginæ, & concubinæ celebrant, extremis præſertim temporibus, breuis ſumma hæc eſt.

6 *Quæ eſt iſta quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens, pulchra ut luna, electa ut ſol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata?*

 Hoc

Hoc loco illud primum annotãdum eſt obiter, pro eo quod noſter interpres uertit, progreditur conſurgens, in Hebræo unam eſſe dictionem הנשקפה Hanniſcapha. Hoc eſt, quæ proſpicit, vel quæ proſpectat: quomodo etiam uerbum 1
Pſalm. 84. שקף Sacaph, cuius illud eſt participium, idem in pſalmis uertit, proſpexit, *Iuſtitia de cœlo proſpexit.* Vt hoc loco etiam dictum intelligamus, eccleſiam exerto & inclinato capite de cœlo proſpicere, de more eorum, qui e feneſtra magno uidendi ſtu-
Apoc. 21. dio procul ſpectant: quemadmodum poetico tropo dicta eſt Dauidi iuſtitia de cœlo proſpicere. Quo alluſiſſe uidetur Ioannes quum dixit, ſe uidiſſe ciuitatem ſanctam Hieruſalem deſcendentem de cœlo, Græci interpretes ad vim Hebraicæ dictionis propius accedentes verterunt τίς αὕτη ἐκκύπτουσα. 1. Quæ eſt iſta 2
inclinans? Et inducuntur quidem hoc loco per anticipationem tum imperfectiores, tum perfectiores electi; tum inſigniores, tum obſcuriores particulares eccleſiæ admirantes tantam vniuerſalis eccleſiæ gloriam, quam ipſa ſubito & præter omnium opinionem obtinuerit poſt nubilia & tenebroſa Antichriſti tempora. Eam uero ſponſæ Chriſti gloriam & ſplendorem eximium omnes eius ſodales hoc encomio pariter celebrabunt, quæ eſt iſta quæ proſpectat? &c. Quod etiam miraculum, præpotentem Dei manum non tantùm ſodales, ſed etiam hoſtes ſtu-
Pſal. 125. pentes in eandem ſententiam prædicabunt. Quemadmodum olim iuxta Dauidis vaticinium Synagogam hoſtes eius admirabantur, quod eam ex ſqualore & pedore ſeruitutis Babylonicæ auro & argento nitentem, perque ſuas acies inſtructam, & hoſtibus formidoloſam, præter omnem ſpem in ſuam patriam redire viderent. 3
Quas illi res magnas Deum ſuo populo præſtitiſſe agnoſcebant, ingenueque profitebantur. Fuit enim illa Synagogæ liberatio huius eccleſiæ liberationis figura & imago. Eleganter uero, magnificeque nobis deſcribitur hoc loco progreſſus & profectus eccleſiæ in fide, & diuinitatis cognitione, ſed maxime ſub finem ſæculi, collatione ipſius ad Auroram, Lunam & Solem. Sicut enim aurora ſuccedit nocti, diurnæque lucis ortus eſt ad meridiana uſque incrementa proficientis; ſic etiam eccleſia Euangelica ſub Zacharia & ipſius coniuge Elizabetha, Simeone, 4
Anna Phanuelis filia, & Ioanne Baptiſta (de quo ceu lucifero ſolis præmiſſo, dictum eſt.
Luc. 1. *Tu puer propheta altiſsimi uocaberis: præibis ante faciem Domini parare vias eius*, nocti ignorantiæ & infidelitatis, quæ Mundum obruerat, ſuccedens, ac tunc primum exoriens, lucemque fidei & Euangelicorum myſteriorum mundo proferens, per ſua incrementa Chriſto in primis prædicante, ac doctrinæ potentiæque ſuæ diuinitatis radios paulatim diffundente, profecit: ſed longe magis quum Apoſtoli poſt acceptum ſpiritum ſanctum per Iudæam, & uniuerſum orbem Euangelij lucem longe lateque protulerunt. Quando iam ad magna, nondum tamen ad maxima crementa uideri potuerit perueniſſe. Ac tum etiam pulchra ut 5
Prouerb. 4. luna, magnaque cum gloria conſpicua; electa etiam inſtar Solis, quo tunc amicta apparuit, cenſeri. Iuſtorum ſemita, inquit Salomon, quaſi lux ſplendens procedit: & creſcit uſque ad perfectam diem: Gregorius quoque, vergente inquit, mũdi fine, ſupprema ſapientia proficit, & largius cum tempore excreſcit. Hinc Ioanni priori parte reuelationis Angelus dicit, *Signa quæ loquuta ſunt ſeptem tonitrua:* cui tamen in eiuſdem reuelationis termino præcipit dicens, *ne ſignaueris uerba prophetiæ huius.* Pars quippe reuelationis anterior ſignari præcipitur, terminus 6
prohibetur. Quia quicquid in ſanctæ eccleſiæ initiis latuit, finis quotidie oſtendit. Hæc ille lib. 2. Mor. cap. 9. Verùm quia (ut experientia compertum noſtris tem-

1 temporibus) orbis Chriſtofori Columbi Itali, atq; noſtrorum hoiũm pertinaci nauigatione nuper inuentus. Euangelij lucem uſque ad hæc noſtra tempora nondum acceperat; & lucis, quam olim accepit eccleſia, magna a ſuis primordiis apud nos fecit, & nunc in nouo orbe facit incrementa, totus hic locus cum extremo ipſius ſtatu magis uidetur conuenire, & ad extrema tempora pertinere. Tunc *Apoc.12.*
enim apparet Ioanni ſignum illud magnum in cœlo, mulier amicta ſole, ſub cuius pedibus uiſitur luna, & ſuper caput corona duodecim ſtellis inſignis. Quæ fere eadem eſt illo, & hoc loco hypotypoſis. Conuenit enim inter omnes utrobique deſignari eccleſiam. Et Daniel conſummatam illorum temporum ſcientiam per *Dan.12.*
2 eaſdem ſimilitudines nobis exponens, *Qui docti fuerint*, inquit, *fulgebunt ſicut ſplendor firmamenti:* nempe, inſtar ſolis & lunæ, quæ duo luminaria magna in cœlo poſita ſunt (ut ſcripſit Moſes) alterum ut præſit diei, alterum nocti, *& qui ad* *Gen.1.*
iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellę in perpetuas ęternitates. Et poſt pauca eandem rem ſimplicibus, & propriis uerbis enuntians, *multiplex erit.* inquit, *ſcientia.* Hoc eſt, ſub finem mũdi abundabit in hominibus ſcientia Dei & cognitio. (Et quem- *Iſa.11.*
admodum inquit Iſaias) *Replebitur terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientis.* ſub. omnia.) Zacharias etiam initia eccleſiæ Euangelicæ, progreſſum, finem hoc *Zach.14*
adumbrauit oraculo. *In die illa*, Nempe, quo tempore Chriſtus ueniet, *non erit lux,*
3 *ſed frigus & gelu. Et erit dies una, quæ nota eſt Domino.* Medium ſcilicet tempus inter initia & finem temporis gratiæ, *non dies neque nox.* Hoc eſt, dies non omnino ſerena & clara, ſed velut ex nocte & die temperata: *Et in tempore veſperi.* Nempe extremo tempore gratiæ, *erit lux.* Hoc eſt, maxima Chriſti per claram Euangelij lucem cognitio. Porro ut hoc loco ſub typo proſpectantis de cœlo mulieris, & illo per caput mulieris ſtellis ornatum & micans duodecim, eccleſiæ initia duodecim Apoſtolis primis temporibus mundo micantia oſtenduntur; ita etiam extremis temporibus eiuſdem eccleſiæ renouatæ exordia duodecim Apoſtolicis uiris, ceu alijs duodecim Apoſtolis & luciferis illuſtranda deſignantur. Vt etiam hoc loco
4 pulchra inſtar lunę ipſa uidetur, ſic in Apocalypſi lunam ſub pedibus habens Ioanni apparet. Vnde intelligimus finem præſentis eccleſiæ aſsimilari lunæ, quæ quantum in hoc mundo fieri poteſt, plene a Chriſto ſole iuſtitiæ illuminata, tunc maxime pulchra in medijs noctis tenebris mundo apparet. Vt noſtris ſane temporibus ſtatus ille, qui ſub Apoſtolis cæpit, & progreſſu temporis ſuum, quem olim habuit meridiem, prætergreſſus, ad noctem ignorantiæ in ualeſcentibus uitijs, & hæreſibus, deuolutus eſt, ad huc fortaſsis pulchram uidet eccleſiam in tantis tenebris, velut lunam pleno orbe fidei & ſanctorum morum radios diffundentem. Tametſi quum noſtrorum temporum calamitates, & quintæ tubæ clangorem, quem
5 iam ante aliquot annorum centurias æditum fuiſſe multi putant, mecum reputo, *Apoc.9.*
& cum moribus noſtris confero, vehementer hæreo, vereorque ne iam ſit ſol a *Apoc.6.*
multo tempore obſcuratus a fumo de puteo abyſsi exhalante; atque eo ſic obſcurato, ne & ipſa luna atrata ſit, inſtante iam ſexti ſigilli reſeratione miſere cædẽda, & cruentanda. Adeo hoc tempore ubique ſtudetur Auaritiæ: & ad acerbiſsimam illam vniuerſæ eccleſiæ cladem longe lateque præluditur; præſertim in Gallia, vbi impios illos & portentoſo ſuo nomine male omnia portẽdentes Vgonaos
6 rerum Dominos, audimus ſacra templa cæſis ibi ſacerdotibus profanare, altaria ſuffodere, ſanctorum reliquias & imagines alias incendere, alias in flumina proijcere, ſacerdotes & Monachos, paſsim trucidare ferro & igni, monaſteria unà cũ

virginibus Deo conſecratis, & religioſiſsimis quibuſque hominibus abſumẽtes. 1
Sed huius rei iudicium doctioribus, & plenioribus ſpiritus numine afflatis relin-
Apoc.6. quamus. Hoc unum tamen Ioannis auctoritate nitens fore non dubito, eccleſiam
inquam, ſuam maxima ex parte pulchritudinem amiſſuram: & præterquam in pau
cis, fidem & integritatem vix ſeruaturam: quod plane futurum, quum apertum
fuerit ſextum ſigillum, hoc eſt, ſexto ſuo ſtatu, teſtatur Ioannes; nempe, quum
ſuam exercebit tyrannidem Antichriſtus; quo tempore multos ſeducendos fo-
Math.16. re, prædixit Chriſtus, vel ipſos ſi fieri poſſet, electos: in quorum gratiam perdi-
tus ille ueterator non diu ſæuire permittetur. Ingentem autem hanc Lunæ Ecly-
pſim prædixiſſe uidetur Chriſtus, in hunc modum. *Quum venerit filius hominis, pu* 2
Luc.18. *tas inueniet fidem in terra?* Aut igitur noſtris temporibus pulchra eſt adhuc ipſa
eccleſia, ſicut Luna plena: Aut (quod certum eſt) ante noſtra tempora ſic pul-
chra apparuit, & ſeptimo ſuo ſtatu apparitura ſignificatur. Habebunt enim ex-
trema tempora quantumcunque lucida, ſuam quandam ignorantiæ noctem, & ui-
tiorum in iis, qui poſt ſublatum Antichriſtum negligent reſipiſcere, & agere pœ
nitentiam ſuorum ſcelerum. Hi enim omnium ſecuri, genio, & huic ſæculo in-
dulgebunt. Atque illis ſua prædicatione lucem mittere, ceu luna plena non ceſſa-
1.Theſ.5. bit eccleſia. Tametſi ipſi ad eam lucem ambulare recuſabunt. His (ut Paulus ait)
repentinus ſuperueniet interitus: Et filius hominis tertio & poſtremo ſuo aduẽ 3
Apoc.3.& 16. tu repente ſicut fur, de nocte ueniet. Nam tres Chriſti aduentus in mundum in
ſcripturis deprehendimus: & deprehendere operæ precium eſt ei, qui uelit in
prophetis uerſari feliciter. Primum in carne, admiranda cum humilitate: Secun-
dum primo longe diſsimilem ſub Antichriſto, ſumma cum maieſtate & gloria:
2.Theſ.2. *quem*, vt inquit Paulus, *Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: & deſtruet illuſtra*
tione aduentus ſui. De quo etiam legimus apud Ezechielem, ſub nomine Gog &
Magog. Ezech. 39. *Super faciem agri cades, quia ego loquutus ſum.* Et paucis interie
ctis, ſubiungit propheta. *Ecce venict, & factũ eſt.* Et ad hũc aduentũ illud, qđ mox
Dan.12. citauimus, pertinere, vt credamus, vel eo maxime Danielis teſtimonio perſuaſi ſu 4
mus, quo beatus dicitur quiſquis ad dies mille trecẽtos triginta quinque peruene
rit. Quæ enim alioqui quæſo eſſet beatitudo, ad ea tempora perueniſſe, quibus
Chriſtus quum uenerit, fidem non ſit inuenturus in terris? Tertium, quum uene
Math.24. rit uniuerſum orbem cum poteſtate magna iudicaturus. Quum uiſuri ſunt homi-
nes ſignum filij hominis in cœlo: & reliqua quæ de hoc poſtremo aduentu pro-
phetæ, & Euangeliſtæ conſcipſerunt. Apparebit ergo extremis temporibus eccle
Eccleſ.50. ſia pulchra ut luna, intellige plena. qua etiam comparatione admirandam Symeo
nis illius ſummi ſacerdotis ſapientiam, & rarum inculpatæ uitæ exemplũ ſapiens
Ieſus Sirachi filius commendat, quum ipſum ſicut Lunam plenam ſuis temporib. 5
fulſiſſe prædicat. Tunc nanque maxime miramur lunam, & tanquam pulcherri-
mum naturæ opus iucunde, & cum admiratione contemplamur, quum pleno or-
be illuminata a ſole, ſe nobis oſtendit conſpicuam. Quomodo etiam conſpi-
cua apparebit eccleſia, & tota lucida præ fidei & diuinæ cognitionis lumine (quo
tum redundabit) micans. Nimirum a Chriſto ſole iuſtitiæ copioſiorem longe
excipiens lucem, quàm unquam accipiat mundana Luna a Sole. Eam enim ſol
nunquam plus dimidiato orbe illuminat: At ſol iuſtitiæ Chriſtus totam tunc 6
amiciet, & conueſtiet eccleſiam. *Tunc enim*, (ut Paulus futurum prædi-
Epheſ.4. xit) *occurremus omnes Chriſto in vnitatem fidei, & cognitionis filij Dei, in virum per fe-
ctum,*

1 *ctum, ſecundum menſuram ætatis plenitudinis Chriſti*. Erit itaque luna ſub pedibus
eccleſiæ. Hoc eſt, extremis temporibus (quæ pedum ſymbolo adumbrantur) a
Chriſto tota irradiabitur eccleſia: Suo nimirum amicta ſole. Ideoque etiam ele-
cta ut ſol, quippe quæ cum Chriſtum per fidem, eximiamque ipſius cognitionem
induerit; perque fidei vnitatem omnibus ſuis partibus abſolutis vnum cum ipſo
corpus, & vnus ſpiritus facta ſit, Chriſtum mundo referet oratio. Sed uide inte-
rim appoſitam & valde propriam diſtributionem. Proſpectat de cælo, & vulgata
æditio habet, progreditur æccleſia inſtar auroræ, quæ ad iuſta lucis incrementa
vſque ad finem ſæculi proficit. Pulchra eſt ceu luna plena, plene nimirum a ſole
2 iuſtitiæ irradiata; electa ut ſol, propterea quòd Chriſto ſole iuſtitiæ conueſtita Io. 1.
hunc ipſum, qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum repræ-
ſentat: & omnium, quæ in vniuerſa mundi machina ſunt, apparet præſtantiſsima.
Sol enim quemadmodum ſcribit Plinius, planetarum medius fertur ampliſsima
magnitudine ac poteſtate; nec temporum modò terrarumque, ſed ſyderum etiam
ipſorum, cæliq; rector. Hic lucem rebus miniſtrat, auſertq; tenebras; hic reliqua
ſydera occultat; hic uices temporum, annumque ſemper renaſcentem ex vſu na-
turæ tẽperat; hic cæli triſtitiam diſcutit, atq; ēt nubila humani animi ſerenat; hic
ſuum lumen, cæteris quoq; ſyderibus fænerat præclarus & eximius. Quæ omnia
3 eccleſiæ accommodare, nõ fuerit difficile. Terribilis denique eſt, ceu caſtrorum
acies ordinata. Nempe dæmonibus, hæreticis, omnibuſq; ſuis hoſtib. (ut in ſupe-
riorib. oſtendimus) formidoloſa. Vide præterea eaſdẽ notas in ſponſa, quas in ad-
miranda illa muliere vidit Ioannes. Sponſa proſpectat de cælo, & initium ac ca-
put ſuum profert in modum auroræ: Et mulier illa in cælo apparet capite duode-
cim ſtellis, ceu duodecim luciferis coronato; ſponſa pulchra, ut luna: mulier illa
lunam habet ſub pedib. ſponſa electa vt ſol: mulier ille ſole amicta magnum ſpe-
ctantibus ſe præbet ſignum, ſponſa terribilis, ut caſtrorum acies ordinatę, mulier
illa commiſſo prælio Duce copiarum Michaele, & ſponſo ſummo imperatore, de
4 Dracone, & Draconis copijs gloria triumphat. Deniq; (ut imago per omnia re-
ſpondeat rei) cuius imaginem retro eſſe diximus, & figuram; quemadmodũ olim
reſtitutæ Synagogæ a captiuitate Babylonica maior promittitur gloria, Deiq; fa- Eze. 2.
uor, quam prius habuerit; ſic etiam prædicitur eccleſia, vbi euaſerit Antichriſti,
& totius illius impię factionis uim, & iniurias, extremo ſuo ſtatu copioſiorem in
terris habitura iuſtitiã, & Dei cognitionẽ, q̃ vnquã ante habuerit. Quã ſpõſę, aut
potius illorũ temporum prerogatiuã, Ioannes Apoſtolus extremis duob. capitib.
ſuę Apocalypſeos tã copioſe, grauiterq; deſcribit; ut quamuis a multis tã ſacris,
5 quã profanis ſcriptorib. celebrata ſint antea ſęcula in terris degenda; nuſquam tñ
alibi felicius deſcripta legi poſsint, & expoſita. Primum ille oſtendit, ęditum mũ
do uere aureũ partũ, Chriſtũ diuinũ vaſculum, & diuinis virtutib. pręditũ, Prin-
cipẽ autocratora; q uirga ferrea, hoc eſt, perpetua, & inflexibili iuſtitia uniuerſas
nationes ſit moderaturus. Deinde horrida bella, cõcurrentes Chriſti & Satanę
acies, cruẽta certamina, deuictos & trumphatos omnes Chriſti hoſtes, expugnatã
& funditus deletã Babylonẽ, hoc eſt, impios oẽs, mũdi Principẽ in vincula ferrea
6 coniectũ, Exactam toto orbe iniuſtitiã, deniq; quẽ leonem ferociſsimũ hoſtes ex
perti ſint, hunc mitiſsimum velut agnum, & ſuorum ſponſum amantiſsimum Ie-
ſum Chriſtum, qui ſuppreme ſua potentia iuſtitiam mundo infert ſempiternam,
& per eam nouam vniuerſitati inducit faciem. Ac tunc demum Ioannes no-

uum

uum cęlum uidet, & terram nouam (hoc eſt) genus hominum vtraque ſui parte 1
tam inferiore, quam ſuperiore renouatum. Nec mare vſquam eſt, quia omnis tur-
bulentia & fluctuatio de eccleſia tunc erit ſublata. Videt ciuitatem ſanctam Hie-
ruſalem nouam, deſcendentem de cælo, a Deo paratam, & ſanctorum congrega-
tionem in communem & maxime concordem vitæ ſocietatem, atque vnum cor-
pus admirando artificio per fidem & charitatem a Deo compoſitam: omnique,
quod ampliſsimam deceat ciuitatem ampliſsimum ac potentiſsimum Regem
Deum optimum. Max. excepturam, apparatu inſtructam, de more ſponſæ Regię,
quæ gemmis, & auro, omnique cultu Regio ornata ac comparata Regem ſpon-
ſum ſuum ſit exceptura. Huius porro admirandæ ciuitatis ornamenta ſunt, lu- 2
minare in primis ſole lucidius ſeptuplo, diaphanum inſtar cryſtalli, purpureum,
ut iaſpis electiſsimus, diuinæ lucis longe lateque diffundens radios; vrbs ipſa in
omnem dimenſionis differentiam quadrata, longa, lata & alta duodecim mille
ſtadia, muri ex iaſpidibus conſtructi, duodecim lapides precioſos pro funda-
mentis ſubiectos habent ternos per quaterna murorum latera, perque quaternas
mundi plagas diſtributos, & Apoſtolorum nominibus inſcriptos, portę totidem,
quot fundamenta, & eodem ordine diſpoſitæ ex ſingulis conſtantes ingentibus
margaritis, ſingulis Principum populi Iraelitici inſculptæ nominibus. Nempe
Epiſcoporum & doctorum, quorum doctrina & exemplo, omnes Iudæi, qui tum 3
reſidui fuerint, in hanc ciuitatem ſunt inducendi. Pro ſingulis portarum propu-
gnaculis, ſinguli ſtant Angeli. Vrbis platea aurum purum eſt inſtar vitri pelluci-
dum. Mediam plateam præterfluit fluuius aquæ viuæ, clariſsimus velut cryſtal-
lus, e throno Dei & agni ducens originem, vitalibus arboribus vtraque ripa conſi
tus. Quæ quidem arbores ſingulis anni menſibus nouos fructus proferunt; vnde
ciues eius uictitent, & quarum foliis vtantur pro amuletis. Templum, ut reliqua
huius vrbis omnia longe ſuperant inſignem illam Hieroſolymorum vrbem, toto
orbe celebratiſsimam; ſic & illius templũ olim totius orbis miraculũ, citra vllẽ
Heb. 10. comparationem longe ſuperat. Quippe quod ſit ipſe Deus & agnus, Chriſtus 4
Deus & homo: puriſsimus enim cum ſit ſplendor gloriæ & emanatio quædam
Sapien. 7. claritatis omnipotentis Dei, ſyncera & denique vera lux, quæ illuminat omnem
Ioan. 1. hominem uenientem in hunc mundum, eiuſdem eſt luminare, cuius ingenti luce
perfuſa ciuitas nec Sole indiget nec Luna, nec ulla iam ibi uidetur nox. Ad ingen-
tem urbis huius lucem gentes omnes, ac Reges properabunt, & nuſquam offen-
dentes conſertim ingredientur, omnes opes ſuas ac theſauros per eius portas, quę
perpetuò patebunt, ex omnibus orbis partibus inferentes. Viri omnes probi, &
inculpatæ uitæ. Nec enim in hanc urbem, ubi pax ſumma erit, & arctiſsima inter
ciues & Deum neceſsitudo, peccatores pacis oſores, & Deo inuiſi admittendi 5
Apoc. 21. ſunt. *Ecce*, inquit, *vox de throno, tabernaculum Dei cum hominibus: & habitabit cum
eis, & ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus erit eorum Deus, & abſterget Deus omnem la-
chrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor,
quæ prima abierunt.* Ac talis quidem eſt ſpecies, & admiranda ciuitatis Chriſtianę,
quæ Ioanni per Spiritum ſanctum oſtenſa eſt, magnificentia. Talis ſub finem
temporum, quæ ſexto ſigillo, & magna parte ſeptimi reuelantur, nobis a Ioanne
depingitur futurus eccleſiæ ſtatus. Talem ſponſæ ſuæ pulchritudinem, & auream 6
ætatem commendare, omnibuſq; ſuperioribus ſponſæ ætatibus hoc loco præfer-
re uidetur ſponſus. Quæ omnia quia omnem ſpem, & humanam fidem ſuperare

1 uidit ſpiritus ſanctus, nec facile poſſe quemquam perſuaderi, talem unquam in
terris conſtare poſſe Rei pub. ſtatum; ſemel, & iterum, ac tertiò adiecit, *hæc ver-
ba fideliſſima ſunt, & vera.* Alioqui (ut puto) non adiecturus, niſi ipſe, quæ in terris
aliquando gerenda eſſent, myſteria proderet. Nam hæc eadem in cælo copioſiſsi-
me præſtanda eſſe chriſtianis omnibus perſuaſiſsimum eſt. Nos igitur hac ratio-
ne, & pleriſque alijs perſuaſi talem aliquando in terris conſtituendam, & a Chri-
ſto conſtabiliendam fore in uniuerſo orbe eccleſiam, exiſtimamus. Sed quia ui-
deo communem eſſe ſententiam, quæ magnos habet auctores, hæc omnia ad bea-
tam uitam in cœlis degendam, & eccleſiam, quam triumphalem appellamus, eſſe
2 referenda; ne a grauiſsimorum hominum ſententia in eorum opinionem, qui
quamuis non contemnendi uideantur, longe tamen minoris ſunt nominis & au-
ctoritatis, uidear temere defeciſſe; præter eam, quam proxime expoſui, non nullas
alias in medium proferam rationes, quæ me, ut manibus pedibuſque in illorum
tranſirem ſententiam, impulere. Ac prima quidem ratio ſit, quòd hic ipſe Rei.
pub. chriſtianæ ſtatus, aut ſaltem maximum ipſius ſpecimen, & initium Hiero-
ſolymis iam olim extiterit. Et primum quidem, tunc apparuiſſe uidetur cœlum *Act. 2.*
nouum, & terra noua, quum igni ſpiritus ſancti repurgati Apoſtoli inſtar cælo- *Pſal. 18.*
rum, enarrarunt gloriam Dei: & cætera plebs, quæ uelut terra noua copioſiſsi-
3 mos iuſtitiæ fructus proferebant, quum ſuo emiſſo ſpiritu Chriſtus faciem terræ
illius renouaſſet pſal. 103. Poſſumus & hoc dicere inquit Hierony. in 65. c. Iſaiæ, *Pſal. 4.*
quòd conuerſi ab idololatria, & priſtino errore deſerto, nouos cælos & nouam
terram uideant nequaquam arbitrantes elementa Deos, & quæ naſcuntur ex ter-
ra. Tunc ſublatum uiſum fuit mare, quum quietis & pacatis animis in cęleſtium
meditatione illi omnes conquieſcerent. Quin & Paulus huc alludens clamat, *2. Cor. 5.*
ſiqua ergo in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua. Quid
quæſo aliud quum hæc diceret doctor ille gentium, & ueritatis prædicator dice-
re uoluit, quàm Ioannes quum hęc diceret, *vidi cælum nouum, & terram nouam, pri-* *Apo. 21.*
4 *mum enim cælum & prima terra abijt, & mare iam non eſt?* Pręterea quum hęc ſcribit *Act. 4.*
Lucas. *Multitudini credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quiſquam eorum, quæ
poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Et uirtute magna red-
debant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti, & gratia magna erat in omnibus
illis, neque enim quiſquam egens erat inter illos: Quotquot enim poſſeſſores agrorum erant,
aut domorum, vendentes afferebant precia eorum, quę vendebant, & ponebant ante pe-
des Apoſtolorum. Diuidebatur autem ſingulis pro vt cuique opus erat.* & Paulus quum
diuitias ſimplicitatis Macedonum laudat, & Corinthios ex ſimplicitate commu- *2. Cor. 8.*
nicationis bonorum ſuorum cum omnibus ſanctis commendat, quum inquam
5 hęc illi ſcribunt, quid aliud, quàm auream, & inſtar uitri pellucidam, ciuitatis no-
uę Ieruſalem deſcribunt plateam? Nempe eius urbis populum ob uere auream,
& ſimplicem, ac puram, nullaque ex parte fictam charitatem, omnia bona ſua in
communem uſum habentem expoſita, ceu patentem & peruiam urbis plateam,
quę merum aurum ſit inſtar uitri lucidum, qualem futurum populum chriſtianū
per uniuerſum orbem prędicere uidetur Ioannes. Neque uero mihi quiſquam
obijciat, eam rerum communionem in uniuerſo orbe, aut eſſe non poſſe, aut diu
6 non poſſe conſiſtere. Ego enim contra obijciam, *ſcribe, quod hæc verba fideliſſima
ſunt, & vera.* Item, *quę impoſſibilia ſunt apud homines, apud Deum non ſunt impoſſibilia.* *Apoc. 21.*
Neque uero, aut non poteſt Deus dare, aut humanus animus in hac uita tantum *Luc. 18.*
cha-

charitatis,& candoris à Deo non accipere, ut habeant homines omnia commu- 1
nia,quæ aut in commune conferant,aut ſaltem quum opus ſit, communia ſibi in-
uicem faciant. Præterea, nonne qui hic deſcribitur Ioanni murus ex iaſpidibus
conſtructus,illud idem eſt ædificium, quod iam ſuis temporibus extrui cæpiſſe
1.Pet.2. affirmat Petrus in hunc modum? *Ad quem*,inquit,*accedentes lapidem viuum,ab hominibus quidem reprobatum,a Deo autem electum,& honorificatum,& ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamini Domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum.*Nonne hi idem illi ſunt lapides,quos ſu
Zach.9. per terram eleuandos fore, prædixit Zacarias propheta his uerbis. *Saluabit eos Dominus Deus eorum in die illa, vt gregem populi ſui; quia lapides ſancti eleuabuntur ſuper* 2
*terram eius.*Nonne hæc eadem eſt ſtructura, de qua ſic ſcribit Paulus. *Iam non eſtis*
Eph.2. *hoſpites,& aduenæ,ſed eſtis ciues ſanctorum,& domeſtici Dei,ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum,& prophetarum: ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu Domino noſtro:in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei, in ſpiritu ſancto?* Quod plane ædificium cum ex
preciosis illis conſtet lapidibus,& uiris quadratis, & ipſum omni ex parte quadratum ſurgit:id eſt,omnibus virtutibus,& donis ſpiritus ſancti abſolutum.Iam
uerò quid vetat, quo minus ſic intelligamus Ioanni ſibi viſam Ieruſalem nouam
de cælo deſcendentem,propterea quòd talibus conſtat ciuibus, qui cælitus inſti 3
Philip.3. tuti cæleſtium ciuium mores ad viuum exprimunt, cum quibus iam ſunt & ipſi
Heb.12. conſcripti, & quorum conuerſatio (vt Paulus teſtatur) in cælis ſit? Iuxta quem
tropum hanc eandem ciuitatem idem ad Hebræos ſcribens Ieruſalem cæleſtem
appellet,& multorum millium Angelorum frequentiam, atque eccleſiam primitiuorum in cælis conſcriptorum, & iudicem omnium Deum, & ſpiritus(id eſt)
animas iuſtorum perfectorum.Nam hunc locum de præſenti eccleſia nos intelli-
Eſai.66. gere, permittit Hieronymus in illum Iſaiæ locum, *& annuntiabunt gloriam meam in gentibus &c.* Chryſoſtomus autem, & Theophylactus: & ex recentioribus
Caietanus, id omnino de præſenti eccleſia dictum uolunt. Et Caietano quidem 4
illud egregie dictum uidetur,immobile Regnum, propriiſsime appellari Regnũ
Chriſti,per participationem uerò,ſtatum Euangelicum.Nam cum ſtatus Euange-
Rom.14. licus Regnũ Dei ſit, & hoc ipſum(vt Paulus docet) in iuſtitia,gaudio, & pace in
ſpiritu ſancto conſiſtat; atque hæc omnia ſanctis prædeſtinatis in terris habita,
in cælis ſunt confirmanda,& plenius perfectiuſque poſsidenda, recte ſane ſtatus
Euangelicus Regnum Chriſti immobile dici meretur per participationem. Atque eadem ratione recte mea ſententia,dicas: hoc eſt regnum, in quo ciues Ieru-
ſalem Ioãni affirmat Angelus regnaturos in ſecula ſeculorum, & in quo regna-
Apoc.22. turum ſuper terram ſe cum aliis,quos agnus ſacerdotes & Reges Deo fecit,idem 5
Apo.5. Ioannes pronunciat. Id uero regnum ſeptimo eccleſiæ ſtatu in hoc mundo con-
ſtabiliendum,& confirmandum fore,ille locus Apocalypſis indicare uidetur. *Et ſeptimus Angelus tuba cecinit, & factæ ſunt voces magnæ in cælo dicentes: factum*
Apoc.15. *eſt Regnum huius mundi Domini noſtri Ieſu Chriſti, & regnabit in ſæcula ſæculorum Amen*. Certum eſt autem ſeptimum Angelum, & ſeptimam tubam(ut iam
aliàs diximus)ſeptimum eccleſiæ ſtatum ſignificare. Atque hoc ipſum cõtinget,
Apoc.12. quum poſt memorabilem illam pugnam de eccleſię cęlo deuictus Diabolus cum 6
omnibus ſuis copiis,in terram, in hoc eſt terrenos homines, deijcietur.proſtratus iacebit. *Et audiui*, inquit Ioannes, *vocem magnam de cælo dicentem, nunc facta eſt*

ſalus,

1 *ſalus, & virtus & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator*
fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte. Cum ergo
huc acceſsiſſe Hebræos ad Chriſtum conuerſos dicat Paulus, & regnũ immobile
ſuſcepiſſe, quid incommodi eſſe uidetur, ſi hoc ipſum Regnum, hanc eandem Ie-
ruſalem, quæ tum primum ſub Apoſtolis cœpit, ad iuſta incrementa & ſummam,
quam in terris habere poteſt amplitudinem, extremis temporibus prouehendam
fore dicamus? Quur non tantam ciuitatis illius lucem ex agno, quod eius lumi-
nare eſſe dicitur, in omnes ciues diffuſam affirmamus; ut quod ſe exhibiturum *Ierem. 31.*
pollicetur Dominus apud Ieremiam, nec hactenus vnquam exhibuit, tunc demũ
2 exhibeat? Nimirum, ut non doceat vnuſquiſque proximum ſuum, & vnuſquiſque
fratrem ſuum dicens, cognoſce Dominum, propterea quòd omnes ipſum ſint co-
gnituri a minimo uſq; ad maximum: repurgati ſcilicet a peccatis, & ſcientia ſpiri
tus ſancti illuſtrati. Vt in tota eccleſia per vniuerſum orbem diffuſa iam nõ uidea
tur opus eſſe ſole nec luna, hoc eſt doctorum opera; quum omnibus ipſe agnus
per ſpiritum ſuum pro doctore ſit futurus. quem ſtatum iam tum ſub Apoſtolis
cæpiſſe, ex illis Ioannis uerbis colligimus. *Vos*, inquit Ioannes, *vnctionem habetis a* *1. Ioan. 2.*
ſancto, & noſtis omnia, & paulo inferius, *Non neceſſe habetis*, inquit, *vt aliquis vos do*
ceat, ſed ſicut vnctio docet vos de omnibus, manete in eo. & Paulus ad Philippen. *Si quid* *Philip. 3.*
3 *aliter ſapitis inquit, Deus uobis hoc reuelabit*. Atq; hęc erit ſciẽtia Dñi, qua replendã,
operiẽdãq; forræ terrã (hoc eſt homines in terra degẽtes, & vniuerſos filios Ieru
ſalẽ doctos a Dño) prædixit Iſaias. Iam vero ex tanta ſcientiæ diuinæ abundan- *Iſa. 11. & 14.*
tia, ille oriri videtur fluuius, qui ex throno agni manans mediam præterfluit ciui-
tatem; fluuius nimirum gratiæ & pacis, quem ſe in Ieruſalem tam copioſe immiſ
ſurum apud Iſaiam promittit Dominus, ut portę illius claudendę numquam ſint; *Eſa. 60.*
quod etiam aſſirmat Ioannes. Ac tum illud quoq: futurum credimus, quod hacte
nus quamuis promiſſum, nunquam tamen fuit præſtitum: nempe, vt nulla gens cõ
tra gentem leuet gladium, neque homines ultra exerceantur ad prælium. Vt nulli *Eſa 11.*
4 occidantur in monte ſancto Domini, hoc eſt, in eccleſia, nulli ve noceatur. Quę
omnia in hoc mundo complenda fore, ſaltem iuxta ſenſus myſticos non negat
Hieronymus, quum hos locos interpretatur.

Et vt aliquando noſtram hanc ſententiam confirmandi finem faciam (quan-
do non ſuſcepi ſingula, quæ de ſtatu illo extremo apud Ioannem, &
Iſaiam, reliquoſque prophetas dicuntur, expendere myſteria) tunc demum
glorioſa apparebit ſponſa agni eccleſia, nullam habens maculam, aut rugam.
Tunc tota pulchra & immaculata ſuo ſponſo meritò commendabitur, quum
ingens illa immaculatorum turba Ioanni præuiſa, ſequetur agnum quocunque *Apoc. 14.*
5 ierit. Tunc deſtructa illa carnali Ieruſalem (vt deſtruendam fore prædixit *Eſa. 24. & 25.*
Iſaias, quę etiam ſub Babylonis nomine a Ioanne deſtruenda prædicitur) cantabi *Apoc. 18.*
tur carmen hoc in terra Iuda, *vrbs fortitudinis noſtræ Sion, ſaluator noſter. Ponetur in*
ea murus & ante murale. Aperite portas, vt ingrediatur gens iuſta, cuſtodiens veritatem.
& reliqua, quæ capite viceſimo ſeptimo canit Iſaias. Quæ omnia, & multa alia a *Eſa. 24.*
prophetis & Apoſtolis dicta de eccleſia ad ſtatum beatorum, qui poſt vniuerſale
iudicium futurus eſt, referre, vt per multos referre uideo, hominum mihi
6 uidetur eſſe refugium, qui dum nimis iniqui iudices in ſeipſos ſunt tam fæ-
licem Reipub. chriſtianæ ſtatum in terris vnquam fore ut credant, in ani-
mum ſuum inducere nequeunt: quem tamen a Deo conſtitui poſſe, non diſſiten-

tur.

tur hos fortaſsis æquiores & faciliores habituri ſumus, ſi vni alicui ex grauiſsi- 1
mis,& primarijs ſacrarum litterarum interpretibus noſtram ſententiam non im-
probari,doceamus:& qui cum ea pugnare videntur, ſcripturæ locos nihil pugna-
re oſtendamus: audiant igitur Hieronymum grauiſsimum,& pene ſolum prophe
tarum interpretem,in ſexageſimum Iſaiæ caput; vbi eadem fere propheta ille,quę
Ioãnes de extremo eccleſiæ ſtatu vaticinatur. Sunt,inquit Hieronymus,qui,hæc
omnia,quæ nos poſt primum ſaluatoris aduentum vſq; ad conſumationem mun-
di,& ex parte completa,& penitus explenda memoramus, futuro tempo re præ-
ſtolentur , quando ſubintrante plenitudine gentium, ſaluandus ſit omnis Iſrael.
Quorum nequaquam ſententia reprobanda eſt,dummodo ſpiritualiter complen- 2
Hier. 60. cap. Iſaie. da,& non carnaliter nouerimus. Præterea idem Hieronymus locum illum Iſaiæ
ſexageſimo capite, in quo ille eadem magnificentia & ſplendore,quo Ioannes,Ec
cleſiæ maieſtatem deſcribit verbis domini. *Ecce ego ſternam per ordinem lapides*
tuos,& fundabo te in ſaphiris &c. Sic enarrat. Adhuc inquit loquitur ad eccleſiã hu-
milem prius,atque pauperculam;quæ non habet legem,nec prophetas,nec ſermo
nem Dei; & tempeſtate conuulſam ſiue inſtabilem, quæ multos ſeculi turbines
ſuſtinuerit,& inter varios idolorum fluctuat errores;quæ nullum habuit conſo-
latorem,& fruſtra omnem ſubſtantiam ſuam in medicos perdidit, quod ipſe ue-
niat,ipſe deſcendat,& ædificet in terris cęleſtem Ieruſalem,q̃ in Apocalypſi Ioan 3
nis vocatur ſponſa & vxor agni,habens lumen ſimile lapidis precioſi : & reliqua
in hanc ſententiam,quę legere poſsit lector,& ibidem myſticas lapillorum inter-
pretationes cognoſcere. Bernardus etiam ſermone 27. In cantica, hunc ipſum lo
cum Ioannis de anima, quę in hoc corpore corruptioni obnoxio cęleſtem uitam
agit;& in vniuerſum de eccleſia, quę in terris more cęleſtium viuit,diſerte inter
pretatur. Noſtra igitur ſententia,qui hęc non carnaliter, ſed ſpiritualiter futura
contendimus, iudicibus Hieronymo & Bernardo, reprobanda non eſt ; qui cum
eadem fere atq; illi ſentiamus,iã ab illis,aut alijs doctis,& ęquis iudicib.cum Iu-
dęis,hebionitis,& cherintianis, quorum Deus venter eſt,quiq; ideo regnum car- 4
nale ſub Meſsia expectant,impietatis damnari non timemus, aut leuitatis cum Pa
pia,Hirenęo,Apollinario, Tertulliano, Victorino,reliquiſq; chiliaſtis chriſtia-
nis Iudaizantibus,qui ſanctos poſtquam reſurrexerint,cum Chriſto mille annis in
terra putant regnaturos:affluente ſcilicet vndiq, rerum copia incredibili,aureo-
que ſęculo feliciore,quàm a poetis,aut alijs ſcriptorib. celebratum ſit. Ecce videt
Ioannes cœlum nouum, & terram nouam, & Paulus, *ſiqua inquit, in Chriſto, noua*
Apoc.21. *creatura : vetera tranſierunt, facta ſunt omnia noua.* Videt Ioannes Ieruſalem nouam
2.Cor.5. deſcendentem de cœlo,& Paulus,*noſtra*, inquit, *conuerſatio in cœlis eſt.* Et acceſsi-
Apoc.21. Philip.3. ſtis inquit Hebręis,ad Ieruſalem cęleſtem,eccleſiam primitiuorum in cęlis con- 5
Heb.12. ſcriptorum, & animas iuſtorum perfectorum. Videt Ioannes tabernaculum ubi
Apoc.21. Deus habitet unà cum hominibus,ex lapidibus precioſis conſtructum,& duode
cim lapidibus precioſis nominibus duodecim Apoſtolorum inſcriptis fundatũ,
Zach.9. 1.Pet.2. & Zacharias lapides viuos eleuandos prędicit ſuper terram. Et Petrus chriſtia-
nos,ad quos ſcribit,ſuper Chriſtum lapidem viuum a Deo electum,uelut lapides
viuos ſuperędificari, & ex ipſis ſpiritualem domum conſtrui docet. & Paulus
Eph.2. Epheſios ſcribit ſuper fundamentum Apoſtolorum, & prophetarum coędifica- 6
Apoc.11. ri,ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu,in templum Dei,& habitaculum ſpi
ritus ſancti. Ioannes audit voces magnas in cęlo dicentes. *factum eſt Regnum huius*

mundi

1 *mundi Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Regnabit inſecula ſeculo.* & cum eo & ciues nouæ
vrbis Ieruſalem regnaturos in ſæcula ſæculorum. Quin & viginti quatuor ſenio-
res audit affirmantes, ſe ſuper te rram regnaturos, quos agnus Regnum, & ſacer-
dotes Deo fecerit; & Petrus. *Vos*, inquir, genus electum, regale ſacerdotium, gens *Apoc. 5.*
ſancta, populus acquiſitionis, ut uirtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vo *1. Pet. 2.*
cauit in admirabile lumen ſuum. Et Paulus inquit Hebręis, *Itaque regnum immobi-* *Heb. 12.*
le ſuſcipientes, habemus gratiam per quam ſeruiamus placentes Deo cum metu, & reueren
tia. Iam ergo cum tam belle per omnia conueniat Ioanni cum Zacharia, Petro, &
Paulo, quos citra controuerſiam de eccleſia in caſtris adhuc huius mundi militan
2 te loqui certum eſt; neminem iam (ut puto) hæc noſtra offendet ſententia. Nem-
pe quæ Ioannes de noua vrbe Ieruſalem ſibi viſa narrat, de eadem quoque eccle-
ſia eſſe accipienda. Sed dicat aliquis, ſi uis offendi neminem, tollendi prius ſunt
tibi, qui reſtant ſcrupuli. Et quidem certe diuino fretus fauore eos me ſublaturũ
ſpero qui inſigniores uidentur, & plus negotij exhibere lectori: quibus ſublatis,
reliquos, ſiqui ſuperſint, quiuis facile diluat. Ac primum quidem, quòd Ioannes *Apoc. 21.*
audiat vocem de throno dicentem, mortem vltra non fore, neque luctum, neq; cla 1.
morẽ, neq; dolorem. Deinde ꝙ affirmet ciuitatem illam non indigere ſole neq; lu 2.
na. Præterea nullam ibi fore noctem, neque ullum tempus; item ꝙ non intrabit in 3.
3 eam quicquam coinquinatum aut abominationem faciens, & mẽdacium. Inſuper 4.
ciues eius vrbis regnaturos fore in ſæcula ſæculorum; cum tñ idem dicat aperto 5.
ſeptimo ſigillo, ſub quo admirandum hunc eccleſiæ ſtatum nos cõſtituimus, ſi- *Apoc. 8.*
lentium factum eſſe quaſi mediæ horæ; quibus uerbis breuiſsimo tempore dura-
tura pax & tranquillitas promittitur, ut omnes interpretantur. Poſtremo quod 6.
proprie ad præſens pertinet inſtitutum, parum deferre videmur in primis ſan
cto ſanctorum Chriſto, deinde eiuſdem matri Mariæ virgini, quæ prima gratiam
apud Deum inuenit, Tum Apoſtolis, qui primitias (hoc eſt, optima Spiritus San- *Rom. 8.*
cti dona) habuerunt, quum perfectiorem aliquem eccleſiæ ſtatum conſtituimus,
4 q̃ ſub illis habuerit. Primum ergo ſcrupulum ſic diluendum putamus, ut eadem
figura hoc dictum ſit Ioanni, qua Auguſtinus duodecimo libro de ciuitate Dei *Aug. ciui.*
capite ſeptimo eidem dictum putat viceſimo capite Apocalypſis, Alligatum fuiſ- *lib. 20. c.*
ſe Satanam, ut non ſeducat amplius gentes. Nimirum, quemadmodum ante Chri *7.*
ſti mortem, per quam deletum fuit peccatum, & inducta fuit iuſtitia ſempiterna, *Apoc. 7.*
ſeducere ille ſolebat. Quæ eadem eſt illius loci in eodem libro capite duodecimo
interpretatio: Neq; locus inuentus eſt eorum, ſ draconis, & Angelorum eius, in
cęlo, ideſt in eccleſia. Quomodo etiam Hieronymus illud Ezechielis dictum in *Hier. in*
terpretatur de Tyro, *Nec ædificaberis vltra*, nempe, quòd non ſit ultra futura Re- *Ezechie.*
5 gina populorum, nec proprium habitura Imperiũ, vt habuit ſub Hyrã, & cæteris *cap. 26.*
Regib. antequã a Nabuchodonoſor euerteretur. Nam alioqui, teſtatur Hierony
mus vrbẽ illam Phœnicis fuiſſe nobiliſsimã & pulcherrimam. Sic ergo & nos hoc
loco accipere poſſumus dictũ hoc, ut poſt interfectum Antichriſtum, & cõfirma
tam in uniuerſo orbe per p̄dicationẽ Euangelij pacem, & ciuitatẽ Chriſtianã, nõ
amplius futura ſit Mors, neque luctus, neque clamor, aut dolor. Hoc eſt, non am-
plius fore tales perſequutiones, & cædes, reliquaque incommoda, qualia fuerint
6 ſuperioribus temporibus; ſed tantam fore rerum humanarum tranquillitatem,
quantam huius uitę conditio ferre poteſt. vt iam hic uiſcenda ſit quędam ſpecies,
quamuis imperfecta, futuri ſtatus beatorum in cælo: Quibus hęc omnia perfectiſ
ſime,

ſime, pleniſsimeque præſtanda ſunt. Sic enim quæcumque admiranda legimus de 1
ciuitate hac cęleſti Ieruſalem, accipienda ſunt, ut quæ ſignificent ipſius fęlicita-
tem, ſic ſuperiorum temporum conditionem ſuperare; vt ingens argumentum eſ-
ſe poſsint, & vt velut tabella quædam miro artificio depicta, quæ nobis ſupernæ
illius beatitudinem ad viuum exprimant. Immo verò in qua haud ſecus, quam in
filia nondum plane adulta, mores & ingenium generoſæ Matris poſsimus contem
plari; ita tamen, vt multum adhuc, & multa in filia quantumuis formoſa, & libera
liter educata, deſiderentur, quæ tamen in Matre omni ex parte beata in-
ſint pleniſſimè.

Hunc vero eſſe morem ſcripturæ ſanctæ annotauit Hieronymus in Danie- 2
lem, ut futurorum veritatem præmittat in typis; iuxta illud quod de Domino ſal-
uatore in ſeptuageſimo Pſalmo dicitur, qui prænotatur Salomonis: & tamen om-
nia, quæ de eo dicuntur Salomoni non valent conuenire. Neque enim permanſit
cum ſole, & ante lunam generationis generationum; Neque dominatus eſt a Ma-
ri vſque ad Mare, & a flumine vſque ad terminos orbis terrarum: nec omnes gen
tes ſeruierunt ei; Neque ante ſolem permanſit nomen eius, nec benedictæ ſunt in
eo omnes tribus terræ, neque omnes gentes magnificauerunt eum. Ex parte au-
tem, & quaſi in vmbra, & imagine veritatis, in Salomone præmiſſa ſunt, ut in Do-
mino Saluatore perfectius implerentur. Hæc Hieronymus; Quibus conſentit Au 3
guſt. de Ciui. in lib. 17. cap. 8. 9. 12. 13. 16. Quorum nos ſententiam exemplis ex
ipſa re quam præ manibus habemus, natis, poſſumus confirmare. Quod Pſalmus
quadrageſimus quartus canticum amatorum conſcriptum ſit Dauidi ad celebran
das nuptias & amores filij ſui Salomonis, & filiæ Pharaonis; qui tamen ſoli Chri-
ſto, & eius eccleſiæ, quorum illi typum geſſerint, omni ex parte poſsit conuenire.
Nec enim Salomon Deus fuit, aut ut illi Dei appellatio tanquam iudici, de more
ſcripturæ, quæ iudices Deos appellat, conuenire poſsit. At uero ſedem eius, aut
regnum in ſæculum ſæculi manſuram fore, quod breuiſsimum fuiſſe conſtat,
nemo dixerit. Nec filij filiæ Pharaonis Principes conſtituti fuerunt ſuper om- 4
nem terram, quæ tamen futura canit ille vates. Quin & hoc ipſum canticum, in
quo uerſamur, communis eſt ſententia eodem ſpectare, quo prædictum Pſalmũ;
quod tamen multa habet, quæ nulla ratione illis ſponſis, ſed ſoli Chriſto & eccle
ſiæ poſsint conuenire. Cum ergo hunc morem Ioanni in præclara illa deſcriptio-
ne Ieruſalem obſeruatum fuiſſe uideamus, nemo a nobis exigat, ut omnia quæ
illic dicuntur eccleſiæ quantumcunque præcellenti, quam diu in hoc ſæculo futu
ra ſit, omni ex parte accomodemus. Sed eo noſtro contentus eſſe debet officio, ſi
velut typo, & figuræ cuidam, futurę olim in cælo beatiſsimæ ciuitatis ſtatum,
quantum figuræ fert natura, eccleſiæ extremis temporibus futuræ congruere 5
poſſe oſtendamus: Quomodo quæ primo loco velut incredibilia, & ab omni
huius uitæ ſtatu aliena obiecta ſunt, congruere proxime oſtendimus. Et de-
nique ſic intelligimus dictum Ioanni, in Ieruſalem illa noua non amplius fore
mortem neque luctum, neque clamorem, ſicut uaticinatus fuit Iſaias. cap. 11. &
65. Fore, ut in monte ſancto Dei, & in Ieruſalem nemo occidat, aut noceat: nec
in Ieruſalem exaudiatur uox fletus, aut uox clamoris; quę etiam de prima reſur-
rectione interpretari a fide eccleſiæ nõ abhorrere auctor eſt Hieron. in eũ locũ. 6
cap. 65. *Et non audietur in ea vltra vox fletus &c.* Qua ẽt ratione qđ ſecundo loco
obiectum fuit, dilui poteſt. Nempe, tantam fore olim in uniuerſa eccleſia Dei, &
om-

1 omnium quæ de Deo ſcire homines neceſſum erit, cognitionem: ut quantum ad ea attinet, nemo doctoris operam ſit deſideraturus; ſed ſolo unctionis copioſiſsimæ beneficio, quemadmodum iam olim contigiſſe, ex Ioanne retro oſtendimus, per ſe omnia omnes ſint aſſequuturi, & ſi longe aberit a cognitione beatorum, quantum maxime referet. Sic etiam & quæ tertio loco difficultatem facere uidebantur, explanari poſſunt. Noctem ibi nullam fore, nempe ignorantiæ, & omnium hæreſum atque errorum tenebras, & quæ antea homines uexauerint, ad præſentiam tantę lucis Chriſti, & cognitionis eius, quam ipſe copioſiſsimam tunc eſt in ſuam Eccleſiam diffuſurus, fore diſcuſſas. Quod Iſaias dixit operiendam fore ter *Iſai. 11.*
2 ram ſcientia domini, uelut aquis maris: Nec tamen ideo credimus nullum tum fore Chriſtianis doctorum uſum, non minus quam, quum illud Ioannes ſcriberet. Erit præterea tanta ueritatis & ſpiritus in uniuerſam illam ciuitatem effuſa copia, ut adeo perfecte in ſpiritu, & ueritate ciues illi Deum adoraturi ſint; ut quemadmodum fore Chriſtus prędixit, nec montem Samarię, nec templum Ieroſolymitanum adorandi gratia adire opus habeant; ſed adeo familiarem, & ubique pręſentem Deum ſint deprehenſuri, ut ubique ipſum ſumma religione colere poſsint, & uenerari; ut olim ſub apoſtolis feciſſe chriſtianos teſtatur Paulus quum Corinthios ſalutat in hunc modum. *Paulus uocatus apoſtolus Ieſus Chriſti per uoluntatem* *Ioan. 4.*
3 *Dei, & Soſthenes frater, Eccleſiæ dei, quę eſt Corinthi, Sanctificatis in Chriſto Ieſu, uocatis ſanctis, cum omnib. qui inuocant nomen domini noſtri Ieſu Chriſti in omni loco ipſorum & noſtro.* Quod tñ non tollit, quin tum futura ſint templa, ut temporibus Apoſtolorum, quum hęc Paulus ſcriberet, fuiſſe loca orationi dicata Eccleſiaſtici teſtantur annales. Atque ita quartus ſcrupulus ſublatus uideri poteſt. Quomodo etiam & quintus tolli poſsit: Vbi enim tanta erit eius urbis ciuibus cum Deo familiaritas, aut nullus patebit ad eos aditus abominandis, grauique aliquo ſcelere, pernicioſo ue mendacio contaminatis hominibus: aut non erit tanta eorum frequentia, quanta antea fuerit. Et qui deprehenſi fuerint, ſtatim tollendi ſint: ut olim ab illo ſan- *1. Cor. 1.*
4 cto ſodalitio, & iam tunc inchoata hac ſancta ciuitate ſublatos fuiſſe Ananiam & Saphyçam in actis legimus. Nam aliquas ſemper fore priſtinarum ſordium reliquias poſt ſublatum Antichriſtum, & eius ſceleratam factionem, & in repurgando orbe perpetuò occupandos fore ſanctos, illud Ezechielis oraculum indicat. *Et erit in die illa, Dabo Gog locum nominatum ſepulchrum in Iſrael, uallem uiatorum ad orientem maris, quæ obſtudeſcere faciet prætereuntes. Et ſepelient ibi Gog, & omnem multitudinem eius, & uocabitur uallis multitudinis Gog. Et ſepeliet eos domus Iſrael, ut mundent terram menſibus ſeptem. Sepelient autem eos omnis populus terræ. Et erit eis nominata dies, in qua glorificatus ſum, ait Dominus Deus. Et uiros iugiter conſtituent luſtrantes terrã,* *Eze. 39.*
5 *qui ſepeliant, & requirant eos qui remanſerint ſuper faciem terræ, ut emundent eam. Poſt menſes autem ſeptem quærere incipient. Et circumibunt purgantes terram.* In hoc enim tota tunc occupabitur domus Iſrael, Hoc eſt, tota illa ſanctorum multitudo, tam eorum qui per carnalem propagationem ex Iſrael genus ducent, & eius fidem ac mores imitabuntur, quam qui fide tantùm & moribus Iſraelem referent, ut homines illos, qui de factione Antichriſti poſt illius interitũ ſuperfuerint, puritate uitæ, ſuæ, & doctrinæ ab erroribus, & uitijs quæ ab Antichriſto cõtraxerint, ad fi-
6 dem Chriſti, & Baptiſmi puritatem perducant: Atque ita cum Chriſto eos ſepeliant, & terrã mundent. Qui uero reſipiſcere nolent ſed ſcelerum impunitatẽ ſibi pollicentes, ꝙ uideant, poſt interemptum Antichriſtum ſe pace frui altiſſima,

ſanctis bene monentibus parere contemnent, & eorum neglectis conſilijs, genio 1
tantum indulgebunt;hi demum erunt,de quibus Paulus hæc prædixit, *quum dicent homines pax,& ſecuritas,tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis*. Et Chriſtus apud Lucam, *ſicut* inquit *factum eſt in diebus Noe, ita erit in diebus filij hominis. Edebant, & bibebant, vxores ducebant, & dabant ad nuptias vſque in diem,qua intrauit Noe in arcam,& venit diluuium,& perdidit omnes. Similiter, ſicut factum eſt in diebus Lot,edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant : qua die autem exijt Lot a Sodomis pluit ignem & ſulphur de cęlo, & omnes perdidit : ſecundum hæc erit,qua die filius hominis reuelabitur*.

Iam qui penultimo loco in ſpeciem pugnantes loci propoſiti ſunt,ut conciliari 2
poſsint,paulo altius repetenda nobis eſt hac de re diſputatio. Ac primum quidem illud nobis probandum eſt, ante turbulenta,& infœlicia Antichriſti tempora ſedatum fore orbem, & pacatis rebus omnibus, Eccleſiam a grauiſsima perſequutione,quam a myſtico Antichriſto paſſa fuerit,feriâtem,in ſumma pace quieturam, conuerſa iam tum ad fidem magna Iudæorum multitudine, quod præludium ſeptimi ſtatus Eccleſiæ futurum putamus. Id uero ex illo Ezechielis loco manifeſtum uidetur,vbi inducitur dominus Antichriſtum ſub nomine Gog alloquens in hæc uerba. *In nouiſſimis annorum venies ad terram,quæ reuerſa eſt a gladio, & congregata eſt de populis multis ad montem Iſrael, qui fuerunt deſerti iugiter: Hæc de* 3
populis educta eſt, & habitabunt confidenter vniuerſi. Aſcendes autem quaſi tempeſtas, venies quaſi nubes, vt operias terram tu, & omnia agmina tua, & populi multi tecum. Hæc dicit dominus Deus, in die illa aſcendent ſermones ſuper cor tuum, & cogitabis cogitationem peſſimam dicens, Aſcendam ad terram ſine muro, veniam ad quieſcentes habitanteſque ſecure: omnes habitant ſine muro, vectes, & portæ non ſunt in eis. Et quæ ſequuntur. Ioannes etiam in eandem ſententiam inquit. *Et quum conſummati fuerint mille anni, ſoluetur Satanas de carcere ſuo, & exibit, & ſeducet gentes, quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ Gog & Magog, & congregabit eos in prælium: quorum numerus eſt ſicut arena maris, & aſcenderunt ſuper latitudinem terræ, & circumierunt caſtra ſan-* 4
ctorum, & ciuitatem dilectam &c.

Perſequutionem autem,quæ hanc pacem pręcedet, pędicare uidetur Chriſtus apud Matthæum, quum inquit. *Conſurgent gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt peſtilentiæ, & fames & terremotus per loca. Hæc autem omnia initia ſunt dolorum*. Quæ poſtrema uerba ſignificant,maiora multo in uniuerſum orbem uentura fore mala. Nulla autem maiora,quàm quæ ſub Antichriſto accident, creduntur futura. Pax autem hanc tribulationem ſequutura, ſignificari uidetur ibidem, his uerbis. *Et prædicabitur hoc Euangelium regni in uniuerſo orbe*. Ideo enim poſt expoſitam perſequutionem ſubiungit Chriſtus futuram per uniuerſum orbem 5
Euangelij prædicationem. Tam generalis namque prædicatio pacata requirit tempora: quod etiam indicat locus ille Apocalypſis capite ſeptimo. *Et quum loquuta fuiſſent ſeptem tonitrua uoces ſuas, Ego ſcripturus eram,inquit Ioannes, & audiui vocem de cęlo dicentem mihi: ſigna, quæ loquuta ſunt ſeptem tonitrua, & noli ea ſcribere*.

Hęc enim uerba ſignificant,prædicatores,qui futuri ſunt tempore illius perſequutionis, Deo inſpirante,& interius admonente,intellecturos,non eſſe late ſpar- 6
gendum uerbum Dei durante ea perſequutione, & hominum improbitate, Sed parcius eſſe pędicandum,habito delectu locorum,& perſonarum. Ea uero tran-

Marginal notes: Eze.38. Apo.20. Matt.24. Apo.10.

1 facta, iubetur Ioannes deuorare librum; & in perſona eius dicitur prędicatorib⁹ qui tunc ſunt futuri, *Oportet te iterum prophetare*, hoc eſt, prædicare Euangelium *gentibus,& populis,& linguis,& Regibus multis*. Atque hoc eſt quod Chriſtus ait. *Et prædicabitur Euangelium Regni in vniuerſo orbe*. Per eam uero prędicationem feriante iam mundo a bellis ante aduentum Antichriſti,conuerti incipiet ad Chriſtum uniuerſus orbis. Iam uero,quamuis contenti eſſe potuimus communi doctorum ſuffragio,qui tam apud Ezechielem, quam apud Ioannem appellatione Gog venire Antichriſtum aiunt; vt tamen illorum quoque tollatur ſcrupulus,qui inde perſuaſi contendunt, aliam ſub Gog & Magog extremam inferendam eſſe Eccle-
2 ſiæ tribulationem,propterea quod in loco a nobis ſuperius citato ex Ezechiele,populo Iſraelitico bellum & maximam cladem illaturus prædicitur;cum tamen Antichriſto adhæſuros fore Iudæos,ex illis verbis Chriſti ab omnibus catholicis creditum ſit. *Ego veni in nomine patris mei,& non accepiſtis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis*. Sic illis ſatisfaciendum putamus. Conuertendos quidem ante aduentum Antichriſti multos Iudæos: & contra hos,& eos qui ad ſpiritualem Iſraelem pertinent,gentiles tum factos Chriſtianos, & contra montem Iſrael,hoc eſt contra Eccleſiam uniuerſam, pugnaturum Antichriſtum: Multo plures uerò in ſua impietate uſque ad impuriſsimi illius Tyranni tempora permanſuros, il- *Ioan.5.*
3 lumque pro Meſsia ſuo & Rege expectatiſsimo recepturos: quorum ille, & multarum nationum opera ciuitatem ſanctam ſit oppreſſurus, & miſerrime afflicturus.Quin & fortaſsis multi ex ijs,qui paulo ante aduentum Antichriſti Chriſtum receperint, ad illum ſunt defecturi. Quod illa uerba apud Danielem ſignificare uidentur. *Filij quoque præuaricatorum populi tui extollentur,vt impleant viſionem,& corruant*. Adde, quòd nullum poſt Antichriſtum contra Eccleſiam ſurrecturum eſſe Regem, probat ille locus apud Danielem apertiſsime, ubi poſtquam oſtenſum eſt, ſublatum fuiſſe Regnum Antichriſti, hæc ſubiungit Angelus. *Et iudicium ſedebit, vt auferatur potentia,& conteratur,& diſpereat vſque in finem. Re-* *Dan.12.*
4 *gnum autem, poteſtas,& magnitudo Regni,quæ eſt ſubter omne cælum,detur populo ſanctorum altiſſimi: cuius Regnum, Regnum ſempiternum eſt: & omnes Reges ſeruient ei & obedient*.

Iam & illud probare aggredimur, poſt caſum Antichriſti, & Meretricis magnæ Babylonis, omnium ſcilicet Impiorum, pacata rurſum fore omnia,& pacem reddendam eſſe uniuerſo orbi,omneſq; Iudęos ad Chriſtum conuertendos.Id uero ex teſtimonio proxime adducto manifeſtum eſt: Et ex illo Ezechielis oraculo, *Ecce ego aſſumam filios Iſrael de medio nationũ ad quas abierunt,& congregabo eos undique, & adducam eos ad humum ſuam: & faciam eos gentem vnam in terra in monti-* *Ezec.37.*
5 *bus Iſrael, & Rex unus erit omnibus imperans. Et non erunt vltra duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo Regna: neque polluentur ultra in idolis ſuis, & ſaluos eos faciam de vniuerſis ſedibus ſuis,in quibus peccauerunt; & mundabo eos,& erunt mihi populus, & ego ero eis Deus. Et ſeruus meus Dauid Rex ſuper eos. Et paſtor vnus erit omnium eorum. In iudicijs meis ambulabunt,& mandata mea cuſtodient, & facient ea. Et habitabunt ſuper terram, quam dedi ſeruo meo Iacob, in qua habitauerunt patres veſtri: & habitabunt ſuper terram ipſi, & filij eorum vſque in ſempiternum, & Dauid ſer-* *Iuxta Hebræum eſt, trangreſſionibus.*
6 *uus meus Princeps eorum in perpetuum. Et percutiam cum illis fœdus pacis, pactum ſempiternum erit eis. Et fundabo eos, & dabo ſanctificationem meam in medio eorum in ſempiternum. Et tabernaculum meum in eis, & ero eis Deus,& ipſi erunt mihi populus.*

Hoc autem eſt quod Chriſtus dixit, *erit vnus paſtor, & unum ouile.* Et quod in 1
Ioan. 10. Apocalypſi Ioanni oſtenditur, *Tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis,*
Apoc. 19. *& ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus: & abſterget Deus om-*
nem lachrimam ab oculis eorum; & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor,
neque dolor erit vltra. Huius porro pacis meminit Chriſtus apud Lucam in hunc
Luc. 17. modum. *Sicut factum eſt* inquit, *in diebus Noe, Ita erit in diebus filij hominis. Ede-*
bant, & bibebant, uxores ducebant, & dabant ad nuptias vſque in diem qua introiuit Noe
in arcam: & venit diluuium, & perdidit omnes. Similiter ſicut factum eſt in diebus Lot,
Edebant, & bibebant, & vendebant, plantabant, & ædificabant: qua die autem exijt Lot a
Sodomis, pluit ignem & ſulphur de cœlo, & omnes perdidit: ſecundum hæc erit, qua die 2
1.Theſ. 5. *filius hominis reuelabitur.* Et Paulus ad Theſſalonicenſes, *Dies* inquit *Domini ſi-*
cut fur in nocte veniet. Quum enim dixerint homines, Pax & ſecuritas, tunc repentinus
eis ſuperueniet interitus. Non ergo illico poſt caſum Antichriſti nullo dato orbi
reſpirandi ſpatio, ad iudicandum, ut multi putant, uenturus eſt Chriſtus. Tem-
pus porro, quo duratura ſit pax illa, Iudæi & Chriſtiani Iudaizantes, quos retro
Chiliaſtas appellauimus, Mille annorum fore putauerunt; unde ſpirituales qui
rectius ſentiunt, χιλιάςας Græca uoce, quæ Latinis Millenarios ſonat, eos ap-
pellarunt. Recentiores quidam in eundem Apocalypſis locum, ut illi, impin-
gentes, non quidem mille annos, ſed tamen longo tempore, quamuis ipſis inco- 3
gnito, quod millenario numero deſignatum uolunt, duraturam fore contendunt.
Sed horum coniecturam, & opinionem omnino infirmat illud Chriſti oraculum
apud Matthæum. *Statim autem poſt tribulationem dierum illorum,* (tribulationem
Mat. 24. uero quæ ſub Antichriſto fuerit ſignificari certum eſt) *Sol obſcurabitur, & luna*
non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur: Et
tunc videbunt ſignum filij hominis in cœlo. Et tunc plangent omnes tribus terræ: Et vi-
debunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum uirtute multa, & Maie-
ſtate.

Sunt qui exiſtimant, quadraginta quinque dies dumtaxat interceſſuros inter 4
mortem Antichriſti, & ſecundum aduentum Chriſti, quum ueniet iudicaturus or
bem. In qua ſententia uidetur fuiſſe Hieronymus: qui interpretans illum Da-
nielis locum, *Beatus qui expectat, & peruenit ad dies mille trecentos triginta quin-*
que. Beatus inquit, qui interfecto Antichriſto, dies ſupra numerum præfini-
tum, quadraginta quinque præſtolatur: quibus eſt dominus atque ſaluator in Ma-
ieſtate venturus. Per præfinitum uero numerum, dies mille ducentos nonaginta
ille intelligit. Nempe tres annos cum dimidiato. Quo toto tempore dicitur An-
tichriſtus ſublaturus de Eccleſia iuge ſacrificium. Quibus abſolutis ille ma-
le peribit. Ex quo numero ſuperſunt quadraginta quinque dies. Quare autem poſt 5
interfectionem Antichriſti Quadraginta quinque dierum ſilentium ſit, diui-
næ ſcientiæ eſt. Niſi forte dicamus, Dilatio Regni, ſanctorum patien-
tiæ comprobatio eſt. Nonnulli coniectant, hos dies concedendos eſſe
mundo uelut inducias, & reſipiſcendi ſpatium ijs, qui partes Antichri-
ſti ſequuti fuerint: Ego uerò propter admirandam dierum illorum fœlici-
tatem, quæ infelicitatem præcedentium temporum ſequutura eſt, Bea-
tos illos a Daniele prædicari exiſtimauerim, quibus dies illos uidere con- 6
tigerit. Verùm non proprie ſumendum eſſe hunc numerum dierum, uer-
ba illa Ezechielis ſubindicant, quibus prædicit Dominus, terram poſt

cæſum

1 cæſum Gog, & eius exercitum ſeptem annis, & ſeptem menſibus fore a cadaueri *Ezec. 39.*
bus, & oſsib. mortuorum repurgandam. Quod tempus quadraginta quinque die-
rum ſpacium longe excedit. Quamobrem alij diem pro anno poſitum exiſti-
mant; ut intelligamus totum illud ſpatium quadraginta quinque annorum fore
tempus, quo pax illa durabit. Quod ſpatium ſatis conuenire uidetur cum ſpacio *Apoc. 8.*
illo, quo ſilentium aperto ſeptimo ſigillo extitiſſe affirmat Ioannes, quaſi mediæ
horæ. Nam ſatis conueniens uidebitur proportio temporis quaſi dimidiatæ horæ,
& quadraginta quinque annorum cum mille annis, ſi aduerterimus, mille annos
pro una tantum die æſtimari apud Deum. *Vnus dies apud Dominum* inquit Petrus, *2. Pet. 3.*
2 *ſunt Mille anni, & Mille anni ſicut dies vnus.* Tum uero ea proportio maxime qua-
drabit, ſi quaſi dimidiatam horam diei, quæ pro mille annis æſtimatur, ſumamus,
ut dies nocti opponitur eidemque æqualis eſt. Cuiuſmodi ſunt omnes dies in ſitu
ſpheræ recto ſub æquinoctiali. Si enim mille annos in duodecim partes ęquales,
uelut diem in duodecim partiaris horas, ſingulis partibus octaginta quatuor an-
nos & duos dies naturales cum tredecim horis, inuenies reſpondere pro hora vna:
& quadraginta duos annos, cum die una naturali & ſex horis cum dimidiata,
pro dimidiata hora; qui annorum numerus ad numerum dierũ apud Danielem fe-
re accedit. Vt intelligere poſſimus, ſilentium apud Ioannem, quaſi mediæ horæ,
3 hoc eſt, paulo admodum maius media hora fuiſſe. Nempe quod dimidiatam ho-
ram una decima quarta ipſius parte non plene exceſſerit. Quod ſi rem ad calcu-
lum adeo religioſe non exigamus, ut non eſſe exigendam in ſcripturis uel ex eo cõ
ſtat, quod ſæpe inuenias ſcriptores ſacrarum literarum certum tempus non defi
nire, quemadmodum Ioannem eo loco, & alibi ſæpe feciſſe uidemus; eo calculi
tędio liberati quadraginta quinque annos per totidem dies apud Danielẽ deſigna
tos cum ſpatio illo dimidiatæ horæ congrue admodum poterimus accommodare.
Vt ergo ad propoſitam quæſtionem iam accedamus, dicimus, ſanctos illius ciui-
tatis ciues quadradinta quinque annis regnaturos cum Chriſto in terris: & quia
4 initam cum illo ſocietatem & regnum continuaturi ſunt, ac perfectius ſine fine
regnaturi, quum rapti fuerint in nubibus obuiam Chriſto in aera, ad iudicandum
venienti, ſic ſemper (ut Paulus inquit) cum Domino erunt: & in ſecula ſeculo- *1. Theſ. 4.*
rum (quemadmodum, Ioannes ſcriptum reliquit) regnabunt. Denique ut poſtre *Apoc. 22.*
mæ quæſtioni, quæ ad noſtrum proprie pertinet inſtitutum, aliquod reſpondea-
mus: primum agnoſcimus Chriſtum ſanctum ſanctorum, Deum & hominem, re-
gem regum, & Dominum dominantium, caput vniuerſæ Eccleſiæ, fundamen-
tum primarium, & lapidem angularem, in quo omnis ædificatio conſtructa cre-
ſcit in templum ſanctum in Domino, in habitaculum Dei, in ſpiritu ſancto: & ip-
5 ſum denique tanquam Eccleſiæ, & rerum omnium auctorem, & inſtauratorem co
limus ac ueneramur: & proxime poſt Chriſtum loco eiuſdem matrem Mariam
virginem illam omnibus numeris abſolutam, totius vniuerſitatis Reginam augu-
ſtiſsimam: Agnoſcimus etiam Apoſtolos primarios duces, & ſummos ſecundum
Chriſtum & Mariam conſtitutos fuiſſe Principes ſuper omnem terram: nimirum,
Eccleſiæ vniuerſum orbem comprehenſuræ rectores, omnibus prælatos & præ-
fectos; atque eiſdem primitias ſpiritus datas fatemur. Nempe, excellentiſsimorum
6 quorũcumq; myſteriorũ fidei cognitionẽ, adeoq; eximia chariſmatũ omniũ ſpiri
tualiũ ornamẽta, vt cũ alijs eius generis ornamẽtis, q̃ reliqui accepturi eſſent, colla
ta, velut primitiæ frugũ agri feraciſsimi cũ reliqs eiuſdẽ agri frugib. collatę, ſint ę-

ſtimanda, & illis tanquam præſtantiora præferenda: ut primitiæ reliquas eiuſdem agri fruges præſtare ſolent. Quin & eoſdem ciuitatis illius nouæ Ieruſalem fundamenta eſſe, quibus tanquam maximis, omniumque firmiſsimis ædificij partibus altiſsimi illi longiſsimique nituntur muri. Item & luminaria mundi clariſsima, quorum unum illud de ſe ſic loquitur. *Mihi inquit, omnium ſanctorum minimo, data eſt gratia hæc in gentibus, Euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti: & illuminare omnes, quę ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſæculis in Deo, qui omnia creauit, ut innoteſcat principatibus, & poteſtatibus in cæleſtibus, per eccleſiam multiformis ſapientia Dei.* Ex quib. uerbis intelligimus, Apoſtolos non ſolum reliquis hominibus, ſed etiam Angelis præluxiſſe; & per eos, quemadmodum interpretantur Chryſoſtomus & Hieronymus, illos fuiſſe edoctos: quamuis hoc Thomę aquinati & pleriſque alijs non probetur. Nos uero grauiſsimorum uirorum nixi auctoritate, eodem ordine, quo illi habuerunt, Apoſtolos habemus, ſemperque habituri ſumus: tantum abeſt, ut illis parum deferamus. At uero quod ſeptimum, & extremum Eccleſiæ in terris futurum ſtatum omnibus alijs, atque adeo illi, in quo Chriſtus ipſe inter homines verſatus eſt, pręferamus, non ſtatim Chriſto, aut eius matri Apoſtolis ve parum deferre cuique uideri debemus. Nec enim quenquam ſanctorum ſeptimę ſtatus, aut ſeptimum ſtatum cum illis, ſed hunc ipſum ſtatum cum reliquis præcedentib. conferimus. Nec omni ex parte a ſeptimo ſex priores ſuperari aſſerimus: quinimo ipſum a cæteris quadam tenus ſuperari. Primum enim præſentia Chriſti, prædicatio & uictoria, quam ille de mundo, peccato, & Dæmone reportauit, & per Apoſtolos proſequutus eſt, omnium maxime nobilitauit. Id quod reſignato primo ſigillo vidit Ioannes, quum ait. *Vidi, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illum, habebat arcum, & data eſt ei corona: & exijt vincens vt vinceret.* Secundus crebris martyrum uictorijs ſub Etnicis inſignis fuit. Fuit enim ſeculum illud maxime ſanguinarium & cruẽtum, quod aperto ſecundo ſigillo Ioanni oſtenditur ſub ænigmate equi rufi, & ſeſſoris eius, cui magnus datus ſit gladius. Tertius maximo doctorum ſacrorum prouentu inſignitet floruit, quibus perpetua cum hęreticis, & cum Arrianis præſertim, pugna fuit; Ceu cum equo nigro & perniciosis erroribus tenebricoſo, cui inſidere diabolus uidetur Ioanni, reſignato tertio ſigillo. Neque hoc ſæculum uictorijs martyrum caruit: nimirum, hæreticis in catholicos ſęuientibus. Habuit quartus Monachos & Anachoritas permultos, qui ſua integritate, & puritate ſimulatam, & tetricam hypocritarum conuicerunt ſanctimoniam: & maxime Sergij impiiſsimi illius Monachi, cuius opera & conſilio uſus impuriſsimus Mahometes, impiam legem condidit, & maximas clades, ingentiaque Eccleſiæ intulit mala. Quod myſterium reuelatur Ioanni aperto quarto ſigillo. *Ecce* inquit *equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum nomen illi mors, & infernus ſequebatur eum. Et data eſt illi poteſtas ſuper quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte & beſtijs terræ.* Nam peſtis illa in uniuerſum orbem longe lateque graſſata eſt, & graſſatur perpetuo. Quintus, ſanctis cænobitarum inſtitutis inclaruit, & inſignes ſanctitate, & prædicatione uiros permultos tulit: qui ingenti zelo, & nemeſi concitati, hominum uitia acerrime carperent: quique indigne ferentes perditis hominũ moribus, & quotidie increſcente humana impietate, aſsiduas Deo inferri iniurias, inſtare ultorem iudicem a tergo Deum admonendo, cui peccatores grauiſsimas pro admiſsis daturi eſſent pœnas, ad meliorem mentem quam plurimos reuocarint. Inter quos longe antecelluerunt clariſsima illa duo mundi lumina Franciſcus

Eph. 3.

Apoc. 6.

Philip. 2.

1 ſcus & Dominicus, uiri inculpatæ vitæ; & quemadmodum de Philippenſibus ſcribit Paulus, ſimplices filij Dei, verbum vitæ continentes in medio nationis prauæ atque peruerſæ: ſicut luminaria in mundo nobis præluxere. Et qui inducias, ac reſipiſcendi ſpatium mundo impetrare potuerunt a Chriſto, quem aliquando uiderunt pertæſum hominum impietatem, & impudentiam, ſe ad iudicium de omnib. hominib. conſtituendum, comparare: ut omnino agnoſcas, hoc eſſe ſæculum, quo reſignato quinto ſigillo, uiſæ ſunt animę interfectorum propter verbum Dei ſubtus altare uoce magna clamare. *Vſquequo Domine ſanctus & verus, non iudicas, & non uindicas ſanguinem noſtrum de ijs, qui habitant in terra?* Habet etiam hoc
2 ſeculum ſuos martyres, & ſub finem ſuum permultos habiturus eſt, ut iam antea oſtendimus, ſub Antichriſti anteambulonibus. Sextus quoque ſtatus ſub Antichriſto innumeros habebit martyres, ut ex reuelatione ſexti ſigilli pręmonſtratur. Et in maximis illis perſequutionibus, (ut nobis iam oſtenſum eſt) uelut aurum in fornace repurganda & renouanda eſt Eccleſia: vnde ſęculum illud maxime illuſtrabitur. Omnia igitur ſuperiora ſæcula martyrum uictorijs decorantur. Et primum quidem Chriſti, & Apoſtolorum præſentia, prędicatione, & uictoria reliqua antecellit; ſecundum ingenti martyrum numero præ cæteris inſigne fuit; tertium doctorum multitudine præſtat: quartum qnamplurimos integritate, & puritate ui-
3 tæ inſignes Monachos, & anachoritas tulit: quintum multorum prædicatorum Nemeſis nobilitauit: ſextum Eccleſiæ renouatio, & reſtitutio maxime illuſtrabit. Verum enimuero his omnibus ſeptimum multis nominibus in uniuerſum praſerimus. Primùm quòd tunc maxime deletum erit peccatum, & inducta per uniuerſum orbem iuſtitia ſempiterna: Quorſum uenturum fore Chriſtum Danieli Angelus olim prænunciauit. Ille namque erit populus, de quo apud Iſaiam Dominus Ieruſalem alloquens inquit, *populus tuus omnes iuſti*. Tunc omnes ciues Ieruſalem veræ pietati ſic operam dabunt, ut ex bonis eorum operib. quiuis cognoſcere poſſit, eas eſſe arbores, quas dominus ſuis plantarit & rigarit manibus: unde etiam om- *Iſai.6.*
4 nis ad illum redeat gloria. Illos enim apud eundem prophetam eodem loco ſic appellat Dominus, *Germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum*. Tunc Dei cognitione, & familiaritate maxima omnes illi fruentur ciues; quippe qui illum habebunt doctorem. *Ponam* inquit Dominus *vniuerſos filios tuos doctos a Domino.* Tunc omnes Reges Chriſto parebunt, & ex eius præſcripto & legibus omnia gerent. Vbi pax erit altiſsima. Omnis bellorum, & perſequutionis ſublatus metus. Tunc in Chriſtum meritò illud cani poterit, Te duce ſi qua manent ſceleris ueſtigia noſtri, irrita perpetua ſoluent formidine terras. Siquidem ut inquit Ioannes, Reges terræ afferent gloriam, & honorem gentium in Ieruſalem illam cę- *Iſai.54.*
5 leſtem. Nec erit luctus, neque dolor, neque clamor, neque mors erit ultra. Sublato namque Antechriſto, eiuſque deleto regno, ſublatum quoque fuerit omne impiorum regnum, omnis tyrannis, atque omnis poteſtas. Solum manebit Chriſti regnum. Vniuerſi orbis imperium ſolus habebit Chriſtus: quemadmodum Danieli ab Angelo prænuntiatum fuit in hanc ſententiam. *In diebus* inquit, *Regnorum illorum, ſuſcitabit Deus cæli Regnum, quod in æternum non diſsipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur. Comminuet aūt et conſumet omnia regna hęc, et ipſum ſtab.t in ęter-* *Daniel.2.*
6 *num: ſecundum quod uidiſti, quod de monte exciſus eſt lapis ſine manib. & cōminuit teſtam & ferrū, & æs, & argentum, et aurum.* Admirandū deniq; hoc erit ſpecimen in terris exhibitum abſolutiſsimæ illius in cęlo conſtituendæ Monarchiæ: In qua quemad

modum inquit Paulus, erit Deus omnia in omnibus. Vt ergo iuſtitia prę̨ſtat for- 1
1. Cor. 15. titudinem, quod illa omni tempore ſit hominibus neceſſaria; huius vero ſublata iuſtitia nullus ſit vſus, nec tamen inde fit, ut oēs iuſti prę̨ſtent fortes; ſic & extremus Eccleſiæ ſtatus, in quo non erit opus fortitudine contra perſequutores, ſuperiores facile uincet, nec tamen inde fit, ut qui hoc ſuperioribus prę̨ferat, eius ſæculi homines Chriſto, aut Mariæ virgini Apoſtolis ue aut martyribus anteponat. Et perinde atque melior eſt ſanitas medicina: ſic illud quoque ſæculum, quo nec ita redarguendi erunt hæretici, a doctoribus, ut ſuperioribus ſæculis, nec hypocritę ab anachoritis; nec renouatione indigebit Eccleſia, ſuperioribus ſæculis longe melius erit. 2 Non tamen qui ita ſentiat, ideo dici debet omnes eius temporis homines ſuperiorum temporum hominibus meliores iudicare: non magis quàm, qui bene ualent ipſis medicis præſtare. Aliæ ſunt ſingularium hominum conditiones, aliæ temporum. Longius fortaſsis auecti ſumus, dum eximiam ſponſę pulchritudinem videre anteuertimus; iam igitur ad inſtitutam interpretationem reddamus.

Deſcendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium: & inſpicerem, ſi floruiſſet vinea, & germinauiſſent mala punica. Neſciui, anima mea conturbauit me, propter quadrigas Aminadab. 3

Deſcenderat ſponſa in hortum Nucibus, pomis, vitibus & malis punicis conſitum: hæc omnia inuiſura, & præſertim, ut inſpiceret malos in conualli conſitas, aut iuxta Hebreum בְּאִבֵּי הַנָּחַל plantas virentes iuxta torrentem, aut coram torrente, hoc eſt, in loco per quē decurrit aqua, ut etiam conſideraret, an florerent vites, & an mali punicæ germinarēt, aut ut ex hebræo vertere poſsis, an germinarent uites, & florerent mali punicę. Verum dum inde redit, auditq; ampliſsimas laudes, 4 quib. tum a ſponſo, tum etiam ab adoleſcentulis, Reginis & concubinis commendatur, ecce inſperato, & ſubitario in vrbe oborto tumultu, grauiſſimaque coniuratione cognita, intelligit ſe quæri ad necem. unde conterrita, & conturbata inſtituit celeri ſibi fuga conſulere. Sed prius uidetur cum ſponſo & ſodalibus deliberare, & iuxta Hebræum, veniam, & fugendi facultatem ab ipſo petere. In Hebręo enim ſic eſt, נַפְשִׁי שָׂמַתְנִי מַרְכְּבוֹת עַמִּי נָדִיב Hoc eſt anima mea poſuit me vectarios populi mei principis. duę enim dictiones diſtinctę ſunt Amminadib. & per dictionem, mercabot Hebræis ſignificantur celerrimi equi, quib. principes populi Iſraelitici utebantur. Nam mulis, & aſinis, ac iumentis reliquum uulgus utebatur; 5 ſignificat etiam, ut noſter interpres uertit, quadrigas, aut currus; & ſub his ſignificatibus intelligimus, ſponſam cogitare, ut aufugiat quam celerrime, inſtar vectariorum, aut quadrigarum, quib. utuntur principes populi Ieroſolymitani. quaſi dicat: o ſponſe mi dilectiſsime, uoſque ſodales meæ chariſſimæ, ego quidem certe ueſtris laudibus & encomijs mirifice delector. Verum aliud uobis nunc agendum eſt. quum enim deſcendiſſem in hortum meum, ut uiderem malos in conualli ſitas, ut etiam inſpicerem, num uites germinaſſent, num etiam mali punicæ floruiſ- 6
ſent, ecce, longe præter ſpem, & expectationem meam, Neſcio quomodo, ingens in urbe excitatus eſt tumultus, & grauis in me extitit coniuratio.

Quare

1 Quare ſi nobis ita videtur, & per vos licet, ego cogito me proripere, & celeri fuga
rebus meis conſulere. Noſter interpres addidit propter, & illud, poſuit, uertit in
turbata eſt, ut ſit ſenſus; uehementer hæreo, nec quid agere debeam, ſatis ſcio:
propterea quòd uideam principes populi mei coniuratos conſcenſis quadrigis
me ad necem quærere. Iam verò quod attinet ad ſenſus myſticos, per hortum
nucũ Iudæos multis nominibus appoſitiſsime ſignificari exiſtimamus. Primùm,
quòd quemadmodum nuces arbores in agro nullis concluſæ ſepibus, prætereun-
tium iniurijs ſunt expoſitæ, & ab omnibus fructus ſui cauſa lapidum & perticarũ
ictibus impetuntur; ſic etiam Synagoga ex quo tempore Chriſtum interfecit, An
2 gelorum cuſtodia deſtituta omnium nationum iniurijs manet expoſita, & prædæ
tradita. Quod ingẽs malum deplorans Dauid, *ut quid Domine*, inquit, *deſtruxiſti ma* Pſal. 79.
ceriam eius? ſicut etiam nucis arboris fructus ſi computruerit, nihil eſculentum
habet, ſed amara omnia, & læthalia (nam externum putamen in primis amarum ha
bet, vitæ inimicum; deinde internum omnino inſipidum & durum, ac proinde
etiam noxium; denique nucleum putridum, quem ob putredinem guſtare horre-
ſcimus) ſic etiam Synagoga amiſſo poſt interfectum a ſe Chriſtum uitalis gratiæ
ſpiritu, putris, & carioſa rabinos profert, ut nuces putridas ſub externis cæremo
nijs, & impijs maiorum ſuorum traditionibus, quibus obſeruandis, ut Chriſtus
3 obijciebat, mandata Dei tranſgrediuntur, quaſi ſub externo & amariſsimo pu-
tamine; deinde ſub interno, & lignoſo, nempe ſub lege duriſsima, quæque ſpiri-
tu deſtituta mortua ſit & mortifera, nihil aliud quàm putridos, & execrandos, ac
deteſtabiles ſenſus thalmudicos pro læthali nucleo continens. Præterea, quòd
quemadmodum Agricola ab ea arbore niſi perticis, & lapidibus icta fructum nul-
lum capit; ſic olim Deus a Synagoga niſi prius grauiſsimis exercita perſequutio-
nibus, & incommodis, nullos fructus retulit. Cuius rei exemplis plena ſunt ſacra
Biblia, & præſertim Pſalmus ille elegantiſsimus, in quo Dauid in primis populi Iu Pſal. 77.
daici ingenium ſuis belle depingit coloribus, & his præſertim uerſibus, *Generatio*
4 *praua & exaſperans, generatio quæ non direxit cor ſuum, & non eſt creditus cum Deo*
ſpiritus eius. Quum occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur: & diluculo venie-
bat ad eum. Et ne ſingula perſequar. Nux arbor hoc habet proprium, ut quaſ-
cunque plantas ſua umbra contingit, male afficiat, atque ſteriles reddat. Id uero
improbum arboris ingenium hoc elegantiſs. diſtycho Ethnicus Poeta expreſsit.

Me ſata ne lędam, quoniam ſata lędere dicor.
Imus in extremo margine fundus habet.

5 Haud ſecus Iudæi improbo uitæ ſuæ exemplo, impiaque doctrina eos, quibus
cum uerſantur, maxime lædunt, nec fructus ullos Euangelicos ferre permittunt:
dum ſomnia, impiaque ſuorum Rabinorum commenta ſuis familiaribus nitun-
tur obtrudere. Quos ideo iam olim Paulus redarguendos eſſe admonuit. *Sunt* Tit. 1.
enim, inquit, *multi etiam inobedientes, uaniloqui, ſeductores, maxime qui de Circunci-*
ſione ſunt: quos oportet redarguere. Qui uniuerſas domos ſubuertunt, docentes quę non
oportet, turpis lucri gratia. Auarum ſane, & odioſum genus hominum, qui fœne-
6 brem quæſtum in nos exercere, ſummam pietatem arbitrantur, ex ſacris legibus
illud ſuæ ſacræ cupiditati prætexentes.
Non fœneraberis fratri tuo, ſed alieno. Neſcientes, aut ſi id ſciunt, ſe ſcire Deu. 27.

diſsi-

diſsimulantes, hoc auaris hominibus tanquam minus malum permiſſum fuiſſe, a
ut Impiorum hominum,inter quos tunc uerſabantur, exigendis uſuris inexplebi
li cupiditati ſuæ ſatisfacerent; quod minus iniquum uidetur, quàm ſi pios, quos
fratrum loco habere oportet, fœnebribus morſibus abſumerent. Alioqui diſsi-
mulare nequeunt, omnino prohibitam ſibi a Deo fuiſſe uſuram. Nec enim cui-
quam permittit Dauid aſcendere in montem Domini, aut in loco ſancto ſtare, ni
ſi ei dumtaxat,qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram,& munera ſuper innocen
tem non accepit. Et dominus apud Ezechielem inter partes uiri iuſti, & quem ip
ſe decreuerit eripere, uſuram non accepiſſe, numerat. Et tamen ex hoc populo
(quemadmodum ſuperius oſtendimus) multi exacto myſtico Antichriſto,ad præ b
dicationem Apoſtolicorum prædicatorum conuertendi ſunt ad Dominum,& fi-
dem Chriſti amplexuri. Hos illi ſolicite reuiſent,ut perſpiciant,quantum in do
ctrina Euangelica profecerint,perinde atque reliquas nationes, quæ per uniuer-
ſum orbem Euangelium receperint, & in Eccleſia uelut uirentes plantæ in con-
ualli, (quippe, quæ humilis eſt, & per abiectionem ſui depreſſa inter ſuperbos,
inſtar uallis inter montes)& uites,ac mali punicæ,inſiti fuerint: Quemadmodum
feciſſe olim Paulum, & Barnabam, teſtatur Lucas in hunc modum. *Poſt aliquot*
Act.15. *dies dixit Paulus ad Barnabam, reuertentes uiſitemus fratres per uniuerſas ciuitates, in*
quibus prædicauimus verbum Domini, quomodo ſe habeant. Quem autem ſuperius c
dixit ſponſa hortum ſponſi,nunc appellare uidetur hortum nucum per Synecdo
chem a parte totum,propterea quòd,Synagoga cum cóuerſa fuerit ad Chriſtum,
in ſignem ſit habitura locum in Eccleſia tanquam ipſius Mater: aut etiam proptе-
rea quòd, præcipuam eius tunc ſint curam habituri prælati, et doctores Euange-
lici. Sed interim dum ſuum hoc officium,et munus illi obibunt, Ecce longe præ
ter ſpem irrumpente Antichriſto, totus orbis concutietur: omnia ſus deque fe-
rentur,& miſcebuntur: undique ad falſam doctrinam,et paratam uim Pſeudopro
phetæ trepidabitur. Deficient a fide Chriſti quamplurimi, ſed maxime Iudæi,qui
partim errore in ipſorum animis inueterato,partim præſtigiis,et admirandis An- d
tichriſti ſignis,facile perſuaſi,a multis ſæculis ſibi,patribuſque ſuis expectatiſsi-
mum Meſsiam,aliquando tandem aduenіſſe gaudentes,in illius partes frequentes
transfugient: et ſe ſuis, qui illum iam receperint, iterum adiungent. Nam a Iu-
dæis recipiendum fore Antichriſtum, prædixit Chriſtus patribus eorum in hunc
modum, *Ego inquit ueni in nomine patris mei,& non accepiſtis me. Si alius venerit in no*
Ioan. 5. *mine ſuo illum accipietis.* Io.15. Et ſic quidem olim maior Iudæorum pars Anti-
chriſtum Epiphanem Antichriſti imaginem, recepiſſe memoratur. Nec iam cui-
quam tutum erit nomen Chriſti profiteri. Tunc ad tam ſubitam, perniciſamq;
rerum omnium perturbationem attonita, Chriſtum, et maiores ſuos orthodoxa e
conſulet Eccleſia; Et quum ad maxima incrementa, et ſummum ſplendorem ſan
cte prædicando, ac pie uiuendo peruenerit, Tunc ſubito ereptum ſibi omnem
prædicandi locum uidens, de fuga deliberabit: et ſæuientibus udique tyrannis,
Chriſti hoſtibus,recolens ſibi dictum olim a Chriſto, *Si uos perſequuti fuerint in*
una ciuitate, fugite in aliam, memor etiam eorum, quæ in maximis perſequutioni-
bus maiores ſui olim fecerint,quorum alios in cryptis,et ſpeluncis latitaſſe, alios
in montibus erraſſe,eccleſiaſtici narrant annales,de quib. etiam Paulus, *Circumie-* f
Heb.11. *runt*, inquit, *in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus*
non erat mundus: in ſolitudinib. errantes, in montibus,& in ſpeluncis, & in cauernis terræ,

Hæc

1 Hæc inquam recolens, velut ita conſulentibus illis, in deſerta, & ignota hominib.
loca, ſe proripiet: & illuc quam celerrime inſtar equorum uectariorum aufugiet.
Quam ſubitam & grauiſsimam rerum mutationem, & perturbationem reſignato
ſexto ſigillo in hunc modum exponit Ioannes. *Vidi* inquit, *quum aperuiſſet ſigil-* Apoc. 6.
lum ſextum, Ecce terremotus magnus factus eſt: & ſol factus eſt niger tanquam ſaccus ci-
licinus; & luna tota facta eſt, ſicut ſanguis; & ſtellæ de cœlo ceciderunt ſuper terram, ſi-
cut ficus amittit groſſos ſuos, quum a vento magno mouetur; & cęlum receſſit ſicut liber
inuolutus. Et hoc ipſum iam ante eidem Ioanni & alijs Chriſtum prædixiſſe, teſta-
tur Matthæus his uerbis. *Statim poſt tribulationem dierum illorum, ſol obſcurabitur, &*
2 *luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cęlo, & virtutes cœlorum commouebuntur.*
Vt enim locum illum interpretatur Augu. ad Heſychium Epiſt. 8. eccleſia eſt ſol,
& luna, & ſtellæ, cui dictum eſt, ſpecioſa ut Luna, electa ut Sol. Quando enim Sol
obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & uirtutes
cœlorum commouebuntur, Eccleſia non apparebit impijs perſequutoribus ultra
modum ſæuientibus. Et quamuis hæc eadem euentura fore ſub Antichriſto myſti
co, qui imago beſtiæ dicitur Ioanni, ex hoc ipſo Apocalypſis loco ſupra oſtendi-
mus, intelligenda tamen ſunt ſic tunc euentura, ut imagines eorum, quæ tanto gra
uiora erunt ſub Antichriſto, quanto imagines rerum ipſæ res præſtant. Accelerata
3 uero fuga eccleſiæ, quę ex collatione ipſius ad uectarios, ſiue quadrigas procerum,
& principum ſignificatur hoc loco, hæc eadem in Apocalypſi per duas alas Aqui-
læ magnas deſignatur, quæ Mulieri illi in hoc datæ dicuntur, ut auolet in ſolitudi
nem, ubi alenda ſit per tempus, & tempora, & dimidium temporis a facie ſerpen-
tis. Hoc eſt, ut euadat perſequutionem Antichriſti, qui ſæuiturus eſt trium anno-
rum ſpacio cum dimidiato: & quod de illa dicitur, habere in vtero, & clamare, &
cruciari parturiendo filium maſculum; hoc ipſum & de eccleſia hoc loco dici pu
tamus, quum ipſa dicit, ſe deſcendiſſe in hortum nucum, ut uideat uirentes plan-
tas in eo loco natas, per quem decurrit fluuius; & num uinea germinet, & mali pu
4 nicæ floreant; hoc nimirum ſtrenue curantem, ut Chriſtianos iuxta fluenta ſcri- Pſal. 1.
pturarum plantatos eo uſque prouehat, ut fructum ſuum reddant ſuo tempore, &
ut quęcunque facturi ſint, fœliciter cędant. Quę eadem cura urget, & coquit eam,
ut inuiſat, an uitis germinet, Hoc eſt, ut det operam, ut qui Chriſto, uelut palmi-
tes uiti, per fidem & charitatem inſerti ſunt, certa præbeant ædendarum vuarum
argumenta; eaſque ſuo tempore ædant. Item, Num floreant mali punicæ, Hoc eſt
ut fortes fortiter cohortetur ad martyrium. Vt qui in hoc a Chriſto comparati,
& fortitudine heroica roborati uidentur, ad certamen pro fidei tutela fœliciter
ſubeundum, ſe accingant. Sic enim mihi uidetur Mulier illa apud Ioannem, cum
5 Dei uerbo grauida ſit, clamare parturiens, & cruciari, dum pariat filium maſculū;
Nempe multos Heroas, qui recturi ſint orbem in uirga ferrea: Hoc eſt, iuſtitiam
inflexibilem ſeruaturi inter iniquiſsimos homines: & ſua conſtanti innocentia de
uicturi: Et tandem de orbe triumphantes ad Deum rapiendi. His igitur paucíſsi-
mis uerbis perſequutio ab Antichriſto extremis temporib. ſubito excitanda, bre-
uiſsime deſcribitur hoc loco; cuius etiā typus, illa perſequutio ab Antiocho Epi-
phane olim Synagogę nihil tale opinanti ſubito excitata multo ante pręceſſerit. Vt
6 enim Antichriſtus Eccleſiam doctrinę pietati uacantem pręter ipſius opinionem
ſubito perturbaturus eſt, & Chriſti cultū ſublaturus; ſic primo libro Machabęo- 1. Macha.
rum feciſſe legitur cum Synagoga & ritu moſaico Antiochus. Et ſicut eccleſia (ut 1. & 2.

ex Apocalypſi Ioannis oſtendimus) in deſertum ſe recipiens ſæuitiam Antichri 1
ſti effugiet; ſic etiam populus Iſraeliticus ab impijs effugatus fuiſſe memoratur in
loca abdita, & abſcondita ſugitiuorum; item & populi ſancti Princeps Matathias
unà cum quinque filijs ſuis, & pleriſque alijs viris pijs in montes aufugerunt. Per
hortum nucum Theodoretus interpretatur pręſentem uitam. Habet enim nux
primum integumentum amarum, ſecundum durum & renitens: Quod uerò inti-
mum, eſculetum eſt, uelut in thalamo quodam repoſitum, & abſconditum, quod-
que non ſine labore inde eximitur. Sic & præſens uita habens dolores, & amaras
triſtitias, habens labores & ſudores; non tamen ſteriles, & infructuoſos, ſed
abſconditum habentes fructum. Quamobrem & beatus Paulus dicit, *Vita* 2
noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo &c. per torrentem idem ille interpretatur
præſentis uitæ bona, & voluptates. Vt enim Torrens non ſemper fluit, ſed tem
pore Hyberno, æſtate uero ſiccatur; ſic honores, diuitiæ, imperia, delitiæ, & reli-
qua huius vitę bona rapido curſu adueniunt hominibus, & feruntur, defectura
prorſus in vita beata.

Reuertere, Reuertere Sunamithis, Reuertere, Reuertere, vt intueamur te. 3

Sedato & compoſito tumultu, fæminas Ieroſolymitanas, quæ tumultum excitaue
rant, iam facti pænitet, & quam relicta urbe aufugiſſe vident, ſponſam reuocant:
cuius intueri pulchritudinem ſummopere deſiderant. Sic & extremis temporibus
Iudæi quum ſe turpiſſime deluſos, & ſua ſpe fruſtratos uidebunt, interfecto &
perdito Antichriſto, reſipiſcent: Et qui Eccleſiam ſumma cum ignominia, &
damno fugere compulerint, ſuam damnates perfidiam, & impietatem, præſertim
qui antea Chriſto nomen dederint, cum reliquis contribulibus ſuis cupientes ite
rum coniungi Eccleſiæ, atque ab ea fidem, & Euangelium doceri, eam ex ſolitu- 4
dine, & cryptis in hanc ſententiam reuocabunt, *Reuertere, Reuertere Sulamith, Re-
uertere, Reuertere, ut intueamur te.* Eſt enim in Hebræo, non Sunamithis, aut Suna-
mith a ſunna ciuitate (vt putat Lyranus) ſed השולמית & in Græco ἡ σουλαμῖτις o
Ieroſolymitana, à Salem ciuitate. Nam olim Ieruſalem dicta fuit Salem, quum in
Gen. 14. ea regnaret Melchiſedech. De quo ſic in libro Geneſeos ſcripſit Moſes, *At vero
Melchiſedech rex Salem proferens panem & uinum (erat enim ſacerdos Dei Altiſsimi) be
nedixit ei.* Nempe, Abhraæ. & Dauid in Pſalmis, *Et factus eſt* inquit, *in ſalem locus*
Pſal. 75. *eius*. quod noſter interpres contra legem nominum propriorũ uertit, in pace. Et ne
dubitares, eadem ne eſſet Salem, & Ieruſalem, ſubiungit idem propheta ludens co 5
pia more poetico in eadem re apertius ſignificanda, *& habitatio eius in Sion.* In quo
monte conſtat ſitam fuiſſe Ieruſalem: quæ & ipſa adhuc temporibus Dauid dicta
fuit Iebus, vt memoriæ proditum fuit primi Paralipomenon undecimo; deinde
Ieruſalem, cõpoſito nomine ex dictione Iebus mutata in verbum tertiæ perſonæ
pluralis numeri Ieru, videbunt, & antiquo nomine Salem; quod totum ſignificat,
videbunt pacem. hoc vero nomen a Dauide ſummis uiribus expugnatæ a ſe vrbi in
ditum fuiſſe ſpiritu prophetico, dignum eſt credere. Quippe qui præuiderit, De- 6
um conſtituiſſe oſtendere in ea urbe Chriſtum filium ſuum, per quem ibi pacem
ipſe nobiſcum aliquando feciſſet. Nec mutatio numeri myſterio carere uidetur,

du ali

1 duali.n.numero Ieruſalaim efferunt Hebręi;quo numero aut tereſtris Ieruſalem,
& cęleſtis ſignificatur;cuius vtriuſq; meminit Paulus ad Galatas c.4. aut verò illa
ipſa Ieruſalē Iudææ metropolis,& eccleſia catholica,quam nomine Ieruſalem my
ſtice multis in locis ſacræ ſcripturæ a prophetis ſignificari uidemus. A Salem igi
tur mutatione uocalium,a in v.& e.in a,& addita ith, quę terminatio eſt gētilium
nominum apud Hebręos, & appoſita initio dictionis ה notitiæ, quæ ut ſępe alibi
Emphaſim habet,factū eſt nomen השולמית Sulamithis quod idem ſonat, quod Ie-
roſolymitana. Et ſic habent duo exemplaria bibliotecę S. Dionyſij oblongum &
latum,ut annotatum eſt in biblijs excuſis a Rob.ſte.anno 1540.Id uero nomen ma
2 xime conueniet illius tpis Eccleſię,quæ ſub typo urbis Ieruſalem nouę de cęlo de
ſcendentis Ioanni oſtenditur. Quater aūt repetitum uerbum illud. Reuertere,
quatuor mundi plagas, unde Iudæi poſt mortem Antichriſti ad Eccleſiam uentu
ri ſunt,& per quatuor portas illius nouæ ciuitatis Ieruſalem intraturi, & eius pul-
chritudinem contemplaturi, deſignat. Quod ēt oraculum illud Ieremię cōfirmat,
*Conuertimini filij reuertentes, ſiue vagi,dicit Dominus, quia ego vir ueſter:& aſſumam uos
vnum de ciuitate, & duos de cognatione,*i.paucos ex uobis eligam: *& introducam vos in* Hiere. 3.
*Sion,& dabo uobis paſtores iuxta cor meum:& paſcent vos ſcientia & doctrina, quumque
multiplicati fueritis,& creueritis in terra in diebus illis,ait dominus,non dicent ultra; arca*
3 *teſtamenti domini,neque aſcendet ſuper cor,neque recordabuntur illius, nec viſitabitur, ne-
que fiet vltra.* Subaudi, alia arca. *In tempore illo uocabunt Ieruſalem ſolium domini, &
congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine domini in Ieruſalem , & non ambulabunt
poſt prauitatem cordis ſui peſſimi. In diebus illis ibit domus Iuda in domum Iſrael,& ve-
nient ſimul de terra aquilonis ad terram quam dedi patribus veſtris. Ego autem dixi,quo-
modo ponam te in filios, & tribuam tibi terram deſiderabilem hæreditatem præclaram,exer
cituum gentium.Et dixi, patrem vocabis me:& poſt me ingredi non ceſſabis.* Quem locum
etiam ipſi Iudæi de Meſsia carnaliter intelligunt, Nos autem ſpiritualiter. Tunc
per quatuor orbis partes excitabit dominus Iudæis famē illam,quam futuram prę-
4 dixit Amos propheta *Dominus* inquit,*immittet famem in terram: Non famem panis,* Amos. 8.
*neque ſitim aquæ: ſed audiendi uerbum Domini. Et commouebuntur a Mari vſque ad Ma-
re, & ab Aquilone uſque ad orientem clamabunt;quærentes uerbum Domini.* Et quidem
clamorem illum,qui per quatuor orbis partes tunc exaudietur, prædixit Salomon
his verbis: *Reuertere,reuertere &c.* Et tunc iuxta Pauli uaticinium, quum plenitu- Rom.10.
do gentium intrauerit, omnis Iſrael ſaluus fiet.

5
Caput VII.

Quid videbis in Sunamithe,niſi choros caſtrorum?

REdeuntis ſponſę pulchritudinē,& maieſtatem ſumma cum admi-
ratione intuentes fęminæ Ieroſolymitanæ, magno facto choro,ip
ſam parant honorifice excipere, perinde atq; milites, qui in duas
alas diuiſi aduenientem Imperatorem intueri ſolent, & uene-
6 rabundi excipere. Quod illa videns, & prope accedens, eas
ſic alloquitur. *Quid uidebis in ſunamithe,niſi choros caſtrorum?*
Aut iuxta Hebræum, quid ſpectatis ipſam ſulamith, Vt chorea caſtrorum?

Hæc

Hec.n.eſt uis dictionis in Hebræo: Quæ ſic habet מַה תֶּחֱזוּ בַּשּׁוּלַמִּית. בִּמְחוֹל. הַמַּחֲנָיִם 1
Mathechezu baſulmath chimicholath hammachanim. Hoc eſt, quid ſpectabitis,
pro, quid ſpectatis in Sulamithe, pro ipſam Sulamith, ſicut chorea caſtrorum? Sic
& olim Eccleſia uidens Iudæos per uniuerſum orbem, ſe uelut ab exilio redeun-
tem ſumma cum ueneratione excipere, in hanc ſententiam eos alloquetur; quid
ſpectatis in ſulamithe, ut chorea caſtrorum? Ac ſi dicat, o ſociæ, ciues meæ, & cō-
militones, quid eſt quod me reuocaſtis? quid ue intentis in me oculis me intue-
mini? Mihi interim gratum eſt ueſtrum officium, quòd poſitis priſtinis odijs, abie
ctaque ſuperiore perfidia, & omni impietate, meliorem mentem receperitis; & per
inde atque milites, qui ſuum repulerunt Imperatorem, ſuæ poſtmodum perfidiæ 2
pænitentia compulſi, reuocatum eundem honorifice parant excipere. Ita & vos
me quam antea in exilium egiſtis, nunc poſtliminio reuocatam, recipere, ac ſum-
mis honoribus in gratiam domini mei Ieſu Chriſti paratis proſequi. Aut etiam iux
ta uulgatam æditionem, tunc Synagogæ ſe reuocāti dictura eſt Eccleſia, *Quid uide
bis in Sulamithe niſi choros caſtrorum?* Quaſi dicat quid eſt quod me reuocas, meque
intueri cupis o Synagoga? Quid in me uidere ſperas? Nihil ſperes te aliud in me
uidere, quam acies militares inſtructas, & ueteranos milites ad pugnandum pro
Heb. 11. Chriſti fide expeditiſsimos: *Quique* (ut tibi in Epiſtola quadam ad maiores tuos
ſcripta legendum reliquit Paulus Apoſtolus) *per fidem vicerunt Regna, operati ſunt iu* 3
*ſtitiam, adepti ſunt re promiſsiones, diſtenti ſunt non ſuſcipientes redemptionem vt meliorem
inuenirent reſurrectionem. Alij vero ludibria & verbera experti, inſuper & vincula, & car
ceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, circumierunt in melotis, & in pellibus caprinis, egentes, angu-
ſtiati, afflicti: quibus dignus non erat Mundus. In ſolitudinibus errantes, in montibus, &*
Apoc. 12. *in ſpeluncis, & in cauernis terræ.* Quid uidebis niſi ueſtigia, & certiſsima ſigna memo
rabilis illius belli totos proximos tres annos cum dimidiato inter Michaelem &
Michaelis Angelos, & Draconem eiuſdemq; Angelos geſti? Recte uero accomo-
dabis uulgatam æditionem dictioni Hebraicæ ſic diſtinctæ, Quid uidebis in Sula-
mithe? ut hic ſiſtat pauliſper interrogatio; Deinde hæc ſubiungatur reſponſio, ſi- 4
cut choros caſtrorum. Quem ſenſum noſter interpres continente oratione reddi
derit in hunc modum, quid uidebis in Sunamithe, niſi choros caſtrorum. Quod
initium ſeptimi capitis Hebræis, finis eſt ſexti capitis ſuperioris.

*Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia Principis: iun-
cturæ feminum tuorum ſicut Monilia quæ fabricata ſunt manu ar-
tificis.* 5

Poſtquam ſuam ciuem Sulamithem exceperunt, eamque omni ex parte contem-
platę ſunt ciues Ieroſolymitanę, iam ampliſsimis laudibus ipſam proſequuntur, a
pulchritudine inſignorum partium corporis ſumptis laudum argumentis: a pedi
bus ducto initio, vſque ad caput. Quę laudandi ratio illo inuerſo ordine u'detur
inſtituta, quem ſuperius in eadem ſponſa ſua commendanda ſeruauit ſponſus.
Quod eo conſilio factum putat Glo. ut oſtendatur, Eccleſiam, quæ hoc loco my- 6
ſtice deſignatur, nouiſſimis temporibus conuocatam, membra habere ſuperiori-
bus non imparia. Theodoretus putat hoc poſterius encomium ſponſæ a ſponſo
inſti-

1 inſtitutum eſſe inuerſo ordine, quem in priore ipſe ſeruauit. In ſuperiore enim ab oculis laudare cępit ſponſam. Nimirum a uirtute contemplatiua, & illis ſpiritus donis, quibus illa prædita diuina myſteria poſsit contemplari, unde commode poſsit ad facultatem, & uitam actiuam peruenire: prius enim oportet nobis obſcuratos mentis noſtræ oculos aperiri, ut diuina luce illuſtrati, ac per fidem confirmati bene agendi facultatem conſequamur. nunc igitur cum iam eo perducta ſit ſponſa & perfecta, ſecundum ipſius ab actione ducto initio ſponſus inſtituit encomium. nos uero ad hæc exiſtimamus, diuerſum encomiorum ordinē diuerſis Encomiaſtarum perſonis optime accommodari: & ſponſum cum Deus
2 ſit, a ſuperioribus & nobilioribus ad inferiora & ignobiliora ordine naturæ accommodato progredi. Iudæos uero qui puri homines ſunt, ab inferiorib. & ignobilioribus ad ſuperiora & nobiliora, ordine quoque ipſis familiari, idem argumentum pertractare. Quem diuerſum philoſophandi ordinem in Platone, & Ariſtotele poſsis obſeruare: Vnde etiam Plato diuini nomen ſibi inter philoſophos feciſſe uidetur. Commendatur igitur hoc loco noſtra Sulamithis a pedum, & ingreſſus pulchritudine, methonymicos calceis pedes, & a pedibus ingreſſum deſignando quaſi dicat. Quam pulchre ingrederis cum iſtis tuis calceis, o filia Principis. Vbi obiter etiam laudatur a genere regio. Belle uerò ſeruatur decorum, quum lau- Iſai.3.
3 dantur calceamenta filiæ Principis. Solent enim principum & magnatum filiæ delicatis & ſumptuoſe ornatis uti calceis. Quod ſignificat Iſaias quum inquit. *In die illa auferet Dominus ornamenta calceamentorum filiarum Ieruſalem*. Commendatur deinde ab exquiſita & exacta feminum iunctura, quæ per ſuas commiſſuras, & conceptus ſibi inuicem & toti corpori optime cohæreant; ut nullum inde impedimentum patiatur noſtra Sulamithis, quo minus recte, expediteque, & citra uitium ingredi poſsit: Hoc enim mulieribus magnam addit gratiam: Id uero exprimitur per collationem ad iuncturas monilium, quæ arte et induſtria argētarij artificis affabre facta ſunt. Quorum nimirum partes per ſuas commiſſuras ſibi in-
4 uicem exacte inſertæ, optime cohærent, totumque opus æquabile admodum et flexibile reddunt. Similis enim Hebraiſmus ſubeſt hoc loco, qui ſupra capite quinto, ubi legimus: oculi eius, ſicut columbæ. pro eo quod eſt, oculi eius ſunt, ſicut oculi columbarum. Columbæ enim, in Hebræo pluralis numeri eſt כיונים ut etiam ſic dictum hoc loco intelligamus, iuncturæ feminum tuorum ſicut monilia כמו חלאים pro eo quod eſt, iuncturę feminum tuorum ſunt ſicut iuncturę monilium, quæ fabricatæ ſunt manu artificis.

Sic ergo illis temporibus iudæi commendabunt ſynceram, et nullis ſordibus maculatam Euangelii prædicationem in Apoſtolicis illis uiris, quomodo Iſa.52.
5 etiam Iſaias eoſdem inde commendauit, quum diceret. *Quam pulchri pedes Euangelizantium pacem, Euagelizantium bona*. Quo etiam teſtimonio Paulus homines Ephes.5.
ſui ordinis magnopere commendauit. Et quicunque id muneris ſuſcepturi eſſent, illos calceatis pedibus ſemper eſſe hortatur in præparationem Euangelii pacis. Toto autem hoc uerſu rectitudinem, et iuſtitiam prædicatorum Euangelii commendari agnoſcimus: quod etiam apud Iſaiam apertius poſsis agnoſcere. Iſai.26.
Conculcabit, inquit, *eam pes pauperis, pes pauperis, greſsus egenorum. Semita iuſti re-*
6 *cta eſt, rectus callis iuſti ad ambulandum*. Quomodo etiam ſe ambulare teſtatur 2.Cor.4.
Paulus. *Abdicamus*, inquit, *occulta dedecoris, non ambulantes in aſtutia, neque adulterantes uerbum Dei: ſed in manifeſtatione ueritatis commendantes noſmetipſos ad omnem*

con-

conſcientiam hominum coram Deo. Sic ergo munitis pedibus, et compoſitis femini- 1
bus nunquam claudicabit, aut in prædicatione Euangelij uitium vllum faciet Ec-
cleſia. Duo enim ſunt præcipua, quæ hominem cogunt claudicare. Alterum,
quòd nudis pedibus per confragoſa, & ſpinis, aut uenenoſis animantibus obſeſſa
loca ambulet. Alterum, quod male commiſſa inter ſe, aut cum reliquo corpore,
crura habeat. Contra primum, pulchris calceis munitis pedibus inducitur ſpon-
Pſal.90. ſa; ut ne offendat ad lapidem pedem ſuum, & ut ſuper aſpidem, & baſiliſcum tuta
ambulet; & leonem conculcet & draconem. *Ecce*, inquit ſponſus, *dedi vobis po-*
teſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem uirtutem inimici: &
Luc.10. *nihil uobis nocebit*. Et quemadmodum in libro Iob ſcriptum eſt, cum lapidibus re 2
Iob.5. gionum pactum erit ſponſæ ſic calciatæ, & beſtiæ terræ pacificæ erunt ei. Con-
tra alterum ſunt ueritas, & charitas quibus ueluti quibuſdam artificioſiſsimis, &
pulcherrimis iuncturis, & nexibus a Chriſto capite ſuo deſcendentibus, ſponſæ
Ephe.4. femina, atque adeo totum corpus (ut docet Paulus) compactum, & connexum per
omnem iuncturam ſumminiſtrationis, ſecũdum operationem in menſuram uniuſ
cuiuſque membri, augmentum in ædificationem ſui facit in charitate: Atque hic
idem ille eſt artifex, cuius artificio, & induſtria hoc feminum opus ut reliqua, per
fectum eſt & abſolutum. Merito etiam hæc ipſa ſponſa filia principis, id eſt, Dei,
qui omnia creauit, dicitur: quippe quæ credens in nomine vnigeniti filij Dei pa- 3
tris ſummi, & ipſa filia eiuſdem patris eſt adoptata. Omnes enim filij Dei ſumus
Gal.3. per fidem, ut docet Paulus, & ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro,
Rom.8. quod ſumus filij Dei.

Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis: uen-
ter tuus ſicut aceruus tritici uallatus lilijs.
Duo hubera tua ſicut duo hinnuli capreæ. 4

Ab vmbilico, uentre, & huberibus commendatur a ciuibus Ieroſolymitanis no-
ſtra Sulamith, & ſub harum partium ænygmate ab ętate integra, & forma egregia,
a fęcunditate, & pulchra prole, atque ab alimentorum, quibus ſuæ proli proui-
deat, perpetua abundantia, ætas integra, & forma egregia in rotunda umbilici for
ma deſignantur: quum enim integra eſt ætas, tunc umbilicus maxime tenſus eſt, &
exquiſite rotundus, atq; æquabilis: quæ eius eſt forma pulcherrima. Vnde etiam
reliqui corporis pulchritudo ſignificatur. Commode uero aſsimilatur umbili-
cus crateri exacte rotundo, atque ideo maxime capaci, qui nunquam indiget po- 5
culis. uel (ut eſt in Hebræo) הַמָּזֶג hammazeg. Id eſt temperatura. Nempe potu
ex aqua & uino temperato. Vt membrum ad imitationem natura comparatum,
uel quum exectum eſt, ſuum adhuc uſum retineat. Eſt enim umbilicus ligamen-
tum inteſtinorum ex uenis & arterijs conſtans, per quas fœtus in utero cõceptus
Prou.3. ſuum a matrę liquidum trahit alimentum ad intima uſque oſſa. Quod ſignifica-
re uolens Salomon in prouerbijs, *Time*, inquit, *Deum, & recede a malo: & erit ſa-*
nitas umbilico tuo, & irrigatio oſsibus tuis, parabolice ſubindicans timorem Dei eſ- 6
ſe inſtar principii & umbilici, per quod, qui uitam iuſtitiæ cæperit uiuere, ſapien
tiam, quæ ſanitas iuſti hominis eſt, & alimentũ, a Deo ad intima uſq; mẽtis ſuę oſ-

ſa

1 ſa, & potentias, poſsit trahere, iuxta illud eiuſdem Salomonis prouerbium. *Initiũ* *Prou. 1.*
ſapientiæ timor Domini. commendatur deinde eiuſdem fęcunditas, & rerum copia, *Pſal. 10.*
quod ventrem habeat ſimilem aceruo tritici vallato lilijs. Nempe quæ multos ſe
circunſtantes habeat, quos perpetuo alit formoſos filios, quibus cõdecoratur, &
ornatur haud ſecus, q̃ aceruus tritici lilijs, quib. ipſum meſſores circunſepſerint.
Quo etiam Dauid proletarium deſcribit hominem, quum de beato viro hæc ſcri
bit, *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ: filij tui ſicut nouellæ oliuarum* *Pſal. 127.*
in circuitu menſæ tuæ. menſæ enim pane, & vino, omniq; alimonia abunde inſtructę
2 pręclaraq; prole circunſeptę, bene reſpondet hoc loco Sulamithis noſtrę venter:
ibi enim ſitæ ſunt partes generationi & nutritioni deſtinatæ; ex quib. officijs Apo
ſtolos, & prælatos apoſtolicos, quales tunc permultos habitura eſt ecclesia, uelut
matres fæcundiſsimas, & nutrices fidiſsimas myſtice ſignificari intelligimus: quæ
ingenti copia verbi Dei concepta (quod & genitura Dei eſt, & filiorum Dei ali-
monia) numeroſam, & pulcherrimam prolem Chriſto gignent, lilijs ſimilem pro
pter virginitatis candorem & ſuaue olentiam, quam illis temporibus profitebun
tur, vt ſuperius oſtendimus. Educati nimirum liberaliter ab ijſdem nutricib. &
verbi Dei diſpenſatoribus doctrina euangelica: *quod* (vt prædixit Zacharias) *fru-* *Zach. 9.*
3 *mentum electorum eſt, & vinum generans virgines.* Vinum inquam illud, quod ſapien
tia ſuis conuiuis temperauit; & quo plenus ille crater clamabat, *Os noſtrum patet* *2. Cor. 6.*
ad vos o corinthij, cor noſtrum dilatatum eſt. Non anguſtiamini in viſceribus noſtris. Adeo
rotundus, capax, & æquabilis, ac politus erat, nullaq; ſcabritie, aut vitio deforma
tus. Atque hic idem clamabat, *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis* *Galat. 4.*
Chriſtus. Et alibi, *facti ſumus,* inquit, *paruuli,* aut iuxta Græcum mites, minimeque *1. Theſ. 2.*
auſteri, *in medio veſtri, tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos,* vt iã nemo offendatur vnius
ventris ad tam diuerſas, & diſsimiles res, craterem ſcilicet, & aceruum triticium
aſsimilatione. Non enim in omni comparatione tam rem, quam rei unde ſumitur
4 comparatio, ſignificationem oportet ſpectare. Quæ quidem ſignificatio modo
cũ re ad quam transfertur conueniat, ſcriptorem omni crimine, & reprehenſione
liberat. Nec hyperbole vitio uerti debet, quæ in ſcripturis cum frequens alibi oc
currat, in hoc opere maxime admitti debet, quod poetico ſtilo conſcriptum eſſe,
primo libro abunde oſtendimus. Cum enim verbum Dei ipſius ſit ſemen & geni- *Iacob. 1.*
tura (voluntarie enim genuit nos uerbo veritatis, inquit Iacobus) item & filiorũ
Dei alimonia, oporteatque pręedicatores Apoſtolicos verbo Dei abundare, & pre *Luc. 12.*
ceptorum euangelicorum ingentes aceruos in ſe conceptos continere, ut tritici
demenſum familiæ Chriſti exhibeant ſuo tempore: Oportet tamen eos omni ru-
5 ga, & vetuſtatis uitio carere. Nempe, non eſſe moroſos, & difficiles: ſed in omni
lenitate & manſuetudine ſuo defungi munere, ut ſuum Timotheum admonet
Paulus. *In hoc enim Chriſtus,* (vt idem Paulus auctor eſt) *ſuam lauit eccleſiam. Vt* *2. Timo. 2.*
eam ſibi redderet ſpecioſam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi. *Epheſ. 5.*
Qualem ſane futuram illo tempore hic locus plane indicat. Temperare etiam
poſsis hyperbolem, ſi intelligas per umbilicum ſignificari totum ventris am-
bitum ſynecdochicos: & per ventrem, quæ ventre continentur metonymi-
cos ex medio exterioris ventri, ambitum eius appellando, tanquam ex ea
6 parte totum, ex qua, velut ex imo orbe, cui crater inſidet, ipſe crater com-
modius deſignari poſsit. Acute verò annotauit Theodoretus inde hoc loco lau-
dari ſponſam, nempe Chriſti eccleſiam, unde apud Ezechielem arguitur Syna-

goga. Hæc enim verbis Domini obijcit Synagogæ propheta. *Radix tua de terra* 1
Chanaan, pater tuus, Amorrhæus, mater tua Chetæa. Quando nata es in die ortus tui, non
eſt tibi præciſus vmbilicus tuus &c. Nam quum tranſlatus fuit populus ille ex Aegy
pto, non omnino abiecit Idololatriam, & mores impios Amorrhęorum, & Che-
tæorum, quorum impietatem imitando ab illis natus uidebatur, & velut per vm-
bilicum mores illorum ſuxiſſe. Sæpe enim deprehenſa eſt Synagoga idolis ſeruiiſ
ſe poſt receptam Dei legem, & legitimum Dei cultum. At uero eccleſia cum pri-
mùm per fidem nata eſt Chriſto, & eius cultum recepit, omnem prorſus abiecit
Idololatriam, & maiorum ſuorum impios mores: ſicq; vmbilicus ipſius abſciſus
eſt, ut hoc loco cõparetur crateri tornatili, a quo ita execta ſit ſuæ arboris radix, 2
vt nullum illius prorſus maneat veſtigium: ſic ẽt nulla maneat in eccleſia euange-
lica radix, nulla vena, nullum deniq; veſtigium patriæ impietatis; nec timendum
ſit Chriſti ſponſam ad eam vnquam impietatem fore redituram. Ezech. 16. Quod
dr̃ vmbilicus Sulamithidis ſimilis crateri, cui nunquã deficit temperatura, admo
net, pręlatos, & doctores eccleſiæ debere eſſe ſemper plenos doctrina, & ſapiẽtiæ
rerum diuinarum; quæ temperatura dicitur, vel quia debent illi ſuam doctrinam
ad auditorum captum temperatã populo propinare; aut, quia ſic Deus nobis ſua
myſteria proponit non exacte cognoſcenda, ſed noſtro captui attemperata, ſimi
Prou. 9. litudinibus & parabolis ſumptis a rebus nobis notiorib. Vt ioto hoc dramate vi- 3
demus fieri: quomodo etiam in prouerbijs ſapientiam ſuis conuiuis non merum
appoſuiſſe, ſed vinum miſcuiſſe legimus. Quem locum Dionyſius in Epiſtola ad
Titum cum Græce ſic legerit ἐκρασεν εἰς κρατῆρα τὸν ἑαυτῆς οἶνον Hoc eſt, tempera-
uit in craterem vinum ſuum, affirmat craterem rotundo & patulo ore cum ſit, pro
uidentiæ omnium, quæ initio & fine caret, patenſq; & explicata omnia ambit, &
continet, ſignum eſſe. In quo quidem cratere diuina ſapientia prouidentiſſimæ
benignitatis ſuæ copiam, gratiamq; largitur. Iam ergo cum ſapientia hunc crate-
rem in menſa domus ſuæ, eccleſiæ nimirum, quam ipſa ſibi ædificauit, conſtitue-
rit, recte nos Epiſcopos vmbilicũ eccleſiæ crateri tornatili ſimilem eſſe diximus; 4
quos diuina prouidentia inſtructos eccleſiæ prouidentes eſſe debere, & aſsiduã
illius curam gerere, nomen ipſum admonet; deiq; prouidentiam in ſua functione
feliciter obeunda quo ad poſſunt, imitari. Qui quemadmodum eodem loco idem
Dionyſius ſcribit, omnibus vt ſint, & bene ſint, auctor eſt & cauſa, & procedit ad
omnia, & in oibus ſit, & oĩa continet: atq; idem rurſus in ſeipſo per eminentem
excellentiam nihil in nihilo ſecũdum nihilum eſt, ſed excipitur ab omnib. ipſe in
ſeipſo identifice, & ſempiterne ſubſiſtens, & ſtans, & manens, ſemperq; eodem
modo ac ſimiliter habens, & nequaquam extra ſe ſit, neq; a ſe de propria, & immu
tabili manſione, atq, ſubſtantia deficit. Verum & in ipſa prouidentiæ ſuę integra 5
perfectaq; bonitate cuncta diſponit: & procedit ad omnia, & in ſe ipſa manet, &
ſtat ſemper, atq; mouetur; & neq, ſtat neq; mouetur; ſed prouidentiæ (ut ita dixe
rim) officia, & actiones dum ſtat immobilis peragit, atq; dum prouidet, in ſua illa
ſtabilitate diuinæ ratione naturæ omnino mirabiliter manet. Qui vero ſint ſolidi
cibi, qui liquidi, quæ eorum vis, & efficacia, quorum in prouerbijs & hoc ipſo lo
co ſit mentio, idem auctor in eadem Epiſtola oſtendit in hunc modum: arbitror
inquit, ſolidum cibum intellectualis perſeuerantiæ atq; identitatis ſignificatio- 6
nem proferre: per quam intellectuales illi ſenſus ſecundum ſtantem, ac potentiſ-
Heb. 5. ſimam, & ſingularem indiuiduamq; ſcientiam diuina participant: quibus beatiſſi

1 mus Paulus ſolidi veraciter cibi a ſapientia accepti conſortium, ac participium tradit. Porro liquidum cibum inundantiam illam longe manantẽ, atq; ad oĩa prodire feſtinantem, ſed adhuc per varia, & plurima, atq; diuidua ad ſimplicem, & fixam, atq; conſtantem Dei ſcientiam eos, quos alit, pro captu ac modo ſingulorũ bonitate pręcipua manuducentem, ſignare certum eſt. Iccirco diuina ac ſpiritualia eloquia & rori, & aquæ, & lacti, & vino, ac melli meritò aſsimilantur. Quod & viri fęcundi, atq; fæcundãdi velut in aqua, & ad incremẽtum perducendi, ut in lacte, & recreandi, ut in vino, & purgandi ſimul atq; conſeruandi, uelut in melle, habeant vim. Hæc enim ſapientia diuina accedentibus ipſis præſtat affluentiam
2 indeficientium dapum, inundantiam largiens, ſuperemanans, atq; ſupereffundẽs. Iſtud nempe veraciter epulari eſt: atq; ideo viuificans ſimul, & paruulos nutriẽs, & renouans, atq; perficiens celebratur. Hactenus Dionyſius. Rabbi Abenezra annotauit סהר pro quo nos habemus tornatilis, vocẽ eſſe chaldaicam, pro ירח voce Hebraica, quæ lunam ſignificat, poſitam. Vnde intelligimus, craterem lunæ, ſeu lunarem, hoc eſt lunæ ſimilem: nempe maximè æquabilem, exactèq; rotundum, & pulcherrimum, qualis apparet luna quum plena eſt. Ac ne quis exiſtimet, ſiccandum fore aliquando craterem illum, & defecturum ad lunæ ſimilitudinem, q̃ ſtatim a plenilunio lumine ſolis paulatim deſtituitur; ideo additum eſt, Nũquam
3 indigens poculis, aut temperatura. egregia ſane comparatio, quæ ſignificat, ꝙ quẽadmodum luna quum plene ſpectat mundanum Solem, mundum hunc inferiorẽ replet humore; ſic etiam eccleſia ex eo tempore nunquam nõ plene ſupra mundanum Solem ſit ſpectatura, ac proinde nunquam non abundatura diuinarum rerũ cognitione, & quę mundum hunc compleat, temperatura. Indicat etiam hæc ipſa comparatio illam eccleſiæ perfectam, plenamq; ætatẽ pro ratione ac menſura perfectæ plenæq; ætatis Chriſti, ad quam per unitatem fidei, & cognitionis filij Dei, vt omnes proficiamus, & eidem perfecti occurramus, ſua dona Chriſtum ipſum quum in cælum aſcenderet, ſuis diſtribuiſſe, ad Epheſios ſcribit Paulus. Et hæc Ephe. 4.
4 de uentre ſponſæ dixiſſe ſatis ſit. De cuius huberibus quia abunde iam diximus ſuperius capite quarto, hoc loco dicere ſuperſedemus; hoc tantum hic annotaſſe contenti, eccleſiam externis temporibus paria habituram hubera, atque primis. Quod ſemel nobis annotatum eſſe uolumus, propter alios locos ubicunque eadem repetitæ occurrunt ſponſæ laudes, ut hoc loco.

Collum tuum ſicut turris eburnea, oculi tui ſicut piſcinæ in Eſebon,
quę ſunt in porta filiæ multitudinis. Naſus tuus ſicut turris libani,
5 *quæ reſpicit contra Damaſcum.*

Eadem uidetur eſſe hoc loco laus colli noſtrę Sulamithidis a turris comparatione, atq; ſuperius capite quarto, ubi collum ſponſæ turri illi Dauidis aſsimilatur. Cui tamen ex hoc loco ad commendationis cumulum accedit candor, æquabilitas, & fortitudo coloris, & quæ in opere eburneo exactius, quam in lapideo ædi-
6 ficio ſeruari poteſt ab artifice rectitudo. Quibus omnib. dotibus, & gratiis illi, q locum colli, & officium in eccleſia extremis temporib. obtinebunt, ſuperaturi videntur eos, qui eundem locum, & officium tenuerint primis temporibus: & ut ait

Cc 2 Philon,

Philon,geſtantes caput eccleſiæ(hoc eſt)corpus & ſanguinem, diaconi ſunt habentes myſterium in conſcientia pura iuxta Apoſtolum. Ideo eburnea turris. Reliqua quæ ad pleniorem huius loci explanationem deſiderare poſsit lector,ex ijs, quæ in quartum caput huius libri fuſius nobis dicta ſunt, poteſt petere. Nos ad alteram huius verſus partem tranſeamus. *Oculi tui ſicut piſcinæ in Eſebon &c.* Eſebon inquit Lyranus,ſecundum Hebræos non eſt hic nomen ciuitatis vltra Iordanem, de qua dicitur Ieremiæ quadrageſimo octauo. *Ignis egreſſus eſt de Eſebon*: ſed eſt nomen commune ſignificans computationem,id eſt,magnæ reputationis,quæ eſt in porta,id eſt,prope portam filiæ multitudinis,id eſt,Ieruſalem,quæ dicitur multitudinis filia,eo quod erat plena populo. Erant enim duæ piſcinæ aquarum in Ieruſalem, ciuitatem multum decorantes, ſicut oculi pulchri & mundi decorant mulierem. Comparantur autem oculi piſcinis aquarum, eo quod ſunt aquei a dominio: propter quod, ſi lædantur,ſoluuntur in lachrymas. Hæc ille. Sed longe melius Glo. oculi tui inquit,qui in arcana ſuſpiciunt, vt poſsint in aperto proloqui, qui fluenta doctrinæ dare auditoribus non ceſſant, ſicut in ciuitate Eſebon piſcinæ ſemper aquis abundantes copioſe populo in introitu ipſius ciuitatis, miniſtrant; & bene dicuntur aquę eſſe in porta ciuitatis,quia nemo poteſt eccleſiam ingredi, niſi prius aſperſus aqua doctrinæ & baptiſmi. Vnde & in introitu templi Salomonis erat mare æneum, vbi ſacerdotes templum intraturi lauabant manus,& pedes. Addit præterea,piſcinę continentes multas aquas ſapientię,& doctrinæ ad potandum eos,qui erant in cingulo mæroris perſequente Antichriſto,quę piſcinę ſunt in illa plenaria introitione vtriuſq; multiplicitatis, quæ erit filia. Hactenus Glo. Is auctor ſequens Gregorium interpretatur Eſebon cingulum mæroris, quod tamen Hebræi longe aliter, quam ille atq; Lyranus,interpretantur,feſtinantem intelligere, aut feſtinantem ędificare. Quibus et conſentit Hieronymus;is enim de locis heb. Eſebon inquit, Seon Regis amorrhæorum, in terra Galaad: quæ cum fuiſſet antea Moabitarũ,ab Amorrhæis bellĩ iure poſſeſſa eſt. Meminit huius Ieremias: Iſaiaſ-

Iudic.11. que in uiſione contra Moab. Porro nunc uocatur Ebus, Vrbs inſignis Arabiæ in montibus, qui ſunt contra Iericho , uiginti a Iordane millibus diſtans: fuit aũt in tribu Ruben ſeparata leuitis. Hactenus Hieronymus. Legimus præterea in libro Iudicum in hunc modum. Miſit itaq; Iſrael nuntios ad Seon Regem Amorrhæorum: & dixerunt ei, dimitte ut tranſeam per terram tuam uſque ad fluuium: qui & ipſe Iſrael uerba deſpiciens nõ dimiſit eos tranſire per terminos ſuos: ſed infinita multitudine cõgregata, egreſſus eſt cõtra eũ in Iapha,&c. Ex quibus teſtimonijs tum Hieronymi,tum & ſacræ hiſtoriæ colligimus,hanc eſſe,non Ieruſalẽ(ut vult Lyranus)ſed eã,quã inſignem fuiſſe urbẽ docet Hieronymus: & populoſiſſimã,ut liber Iudicũ manifeſte oſtẽdit, quũ ipſius Regẽ Seon cũ infinita multitudine egreſſũ fuiſſe dicit contra Iſraelem. Nec.n.aliunde,quã ex ea urbe,tantã collegiſſe multitudinẽ credendũ eſt: quũ hoc ſcriptura non dicat: & tunc ſingulis ciuitatib. ſinguli Reges imperabant in illis regionib. Atq; inde longe magis probabilis eſt coniectura, eam eſſe Eſebon,quæ idiotiſmo Hebraico filia multitudinis dicat: & duas in una ex portis habuerit inſignes piſciãs,quæ numeroſiſsimę multitudini affatim aquarũ preberẽt. ex ea porro aſsimilatione intelligimus commendari hoc loco Epõs Apoſtolorũ ſucceſſores,quos ut ipſos et Apoſtolos eccleſiæ oculos eſſe retro oſtẽdimus. Cũ.n. oculi plurimũ humoris aquei,uitrei,& cryſtallini hẽant,& quo humores illi puriores ſint, & defecatiores,eo pfectior fiat uiſio,ſic

&

1 & Epiſcopi, quos illo tempore habebit eccleſia, comparatione illarũ piſcinarum Eccle.15.
ſignificantur, fore pleni diuina ſapientia, q̃laq; ſymbolo in ſcripturis ſæpe ſignifi-
catur. Vt apud eccleſiaſticum, *cibauit illum pane vitæ & intellectus: & aqua ſa-
pientiæ incũditatis potauit illũ.* Et ex ethymo nominis Eſebon ſignificant ad diuina
myſteria cõtemplanda, & intelligenda fore perſpicaciſsimi, quiq; ad diuina feſti-
nantes toti rapientur, quo magis, ac magis diuinæ ſapientię aqua redũdantes, ſeq;
& ſuæ ciuitatis infinitam multitudinẽ ad ſe diuina intelligendi gratia feſtinantes,
poſsint explere. Deniq; ut Iupiter Græcis εὐρύοπα dictus eſt, q̃d longe lateq; res
vniuerſitatis perſpiciat, ſic etiam eccleſia oculos habere latos dr̃, ſicut piſcinas in
2 porta Eſebon ſitas, nempe Epiſcopos, quos ẽt ipſum nomen admonet, ſui officij
eſſe, ſuperintendere, & res populi inſpectare, quorumq; vſu tunc res populi ipſa
longe, lateq; diſpiciet: & quinam præſertim ad baptiſmũ, ianuã ſacramentorũ, &
aditũ in Rem.pub. Chriſtianã ſint admittẽdi. His oĩbus diligenter expenſis nihil
iam vt puto, offendet lectorẽ hyperbole, quæ maior adhuc eſt hoc q̃d proxime ſu-
periore loco occurrit, qualis ẽt eſt, q̃ proxime ſequitur. *Naſus tuus ſicut turris liba-
ni, &c.* libanus mons eſt altiſsimus inter Iudæam & Syriam, cuius metropolis eſt
Damaſcus. In cuius ęditiſsimo & Damaſco imminẽti loco, dicũt hebræi, Salomo-
nem turrim altiſsima ędificaſſe: e cuius ſummitate ſpeculator in Damaſcũ, totãq;
3 ei vrbi circum adiacentem regionem proſpicere poterat, ut nihil moliri poſſent
Syri antiqui Iudæorum hoſtes, quod non ille ſtatim deprehenderet, & ſuis quam
primum ædito ſigno, indicare poſſet. De crebris latrunculorum Syriæ incurſioni-
bus, & grauiſsimis, quæ illi Iſraelitis inferre ſoliti ſunt malis, freques eſt in libris
Regum mentio. Hominem ẽt minime hebetis ingenij, minimeque obtuſi iudicij,
prouerbiali ſententia non carere naſo dicimus. quo ẽt emunctæ naris hominem
eundem ſoliti ſumus appellare, qui propterea quod iudicium habeat omni hebe-
tudinis, & ſtuporis nebula liberum, ſic de re quauis poſsit exacte iudicare, ut qui
naſum hẽt pituita, omniq; pituitoſo recremento repurgatum, de odoribus. Et eſt
4 frequens a naſo ad animum in loquendi vſu tranſlatio. Vt quum dicimus, ſecreta
aliorum conſilia ſubolfacere, & Aeſchini Demoſthenis orationes lucernam ole-
bant. Et apud Iſaiam ubi in vulgata noſtra æditione legimus de Chriſto, replebit
eum ſpiritus timoris Domini, iuxta hunc eundem loquendi modum in Hebræo
eſt. Et olfactio cuius cum timore Domini. Id eſt, acri iudicio præditus erit, quod
erit coniunctum cum timore domini. Iſaie. 11. Eſt ẽt in eccleſia perpetuus ille 1.Cor.2.
perſpicax cordium ſcrutator, quiq; oĩa uel profunda Dei, vt inquit Paulus, ſcru-
tatur ſpiritus Dei: qui ſuam ſic excoquit, & ab oĩ vitio repurgatam eccleſiam ſpi-
ritualem reddit, & maxime ipſius iudices, ut ſicut idem Apoſtolus teſtatur, de oĩ- 1.Cor.2.
5 bus iudicare poſsint, & ipſi a nemine iudicari. Qui ẽt (quemadmodum hortatur
Ioannes) ſpiritus an ex Deo ſint, probare norint, an ex Satano acerrimo Dei ad-
uerſario: cuiuſmodi multos ſub finem ſæculi habebit eccleſia Epiſcopos: qui in- 1.Ioan.4.
ſtantibus Antichriſti temporibus quum maxime opus fuerit, pſeudo prophetas,
& Antichriſti diſcipulos a ueris p̄phetis, & germanis Ieſu Chriſti diſcipulis, &
ipſum Antichriſtum a Ieſu Chriſto poterint diſcernere, & illorum actus & inſi-
dias quantumcunq; fictæ pietatis prætextu fucatas ac diſsimulatas, toti eccleſiæ
6 prodere. ne veteratores illi, & callidi impoſtores eã fallant, aſsidente ei ſpiritu
ſancto; quo ſuggerente, quæcunque ſcire opus ſit de credendis, & agendis ſciat,
deque his certam ſemper ſententiam proferat: ſuiſque ſcitis, & quæ neminem er-

rare permittunt,decretis ſanctiſsimis Syrorum,dęmonum nimirum,& hæretico 1
rum,omniumq, qui inteſtino in ipſam aguntur odio,conſilia deſtruat,& in irritũ
2.Cor.10. abire cogat:quæ ſua,ſuorumq; commilitonum arma eſſe Paulus gloriatur.*Arma*,
inquit , *noſtra non ſunt carnalia , ſed potentia Deo : conſilia deſtruentes , & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſum ſcientiam Dei : in captiuitatem redigentes omnem intellectum inobſequium Chriſti* . Tales certe illi erunt tres Angeli . Hoc
eſt,tres Epiſcoporum ordines, quorum monita & prædicationem refert Ioannes
Apoc.14. Apocalypſis decimo quarto capite.Horum primus ad timorem & venerationem Dei hortatur vniuerſum orbem,& inſtare iudicium admonet,ſecundus caſum &
ingentem ruinam Babylonis celebrat,tertius a cultu & inſtitutis beſtiæ. & imagi 2
nis eius magnis clamorib. admonet abſtinere. Hac igitur hyperbolica,& quãtum uis in ſpeciem impropria comparatione appoſitiſsime commendatur exactum eccleſiæ,quæ extremis temporib.erit,iudicium.ad cuius mentis naſum Dei ſcientia repurgatum, diuinus ſpiritus, certas perferet rerum & conſiliorum, quę hoſtes captabunt, notas,(quemadmodum tractus per purgatas nares corporis purus aer ex reb.odoratis certas ſpecies & natiuos odores in cerebrum vſq; infert. Vnde illa uelut ex altiſsima ſpecula turris in libano,hoc eſt,in Chriſto ſita,Syrorum inſidias,& quæ Chriſti magni Salomonis hoſtes antiquiſsimi,ſed omnium potentiſ-
ſimus Antichriſtus,ſuis inferre parant ciuibus,ingentib.ſuę prædicationis clamo 3
ribus,& monitis prodat,ac ne incauti illi opprimantur,tempeſtiue moneat. Theodoretus Damaſcum pro gentibus,& quæ in ipſis præualet,impietate in ſacra ſcriptura poni putat.Id vero probat ex illa Iſaiæ prophetia,acceſsi ad prophetiſſam, hoc eſt,ad virginem,& peperit filium &c. Quę omnia ipſe interpretatur de Chriſti conceptione;& quod Chriſtus adhuc puer fuerit liberaturus tam gentes, quæ Damaſci nomine ſignificarētur, quam Iudęos,qui Samarię ſpolia dicuntur,a Rege Aſſyriorum.Hoc eſt,a diabolo & eius tyrannide.

Caput tuum ut carmelus : & comæ capitis tui ſicut purpura Regis iuncta canalibus . 4

Commendatur Sulamith hoc loco a capite, & capillis pulcherrimis, quòd caput habeat per pulchum,carmelo monti pulcherrimo ſimile:item & quæ comam habeat uiuido colore fulgentem,caputq; eius exornantem,perinde atq; purpura regē exornat,q̃ ſtatim atq; tincta fuerit,aqs e canalib.decurretib.admota ſit. Cęterũ hic locus in Hebræo ſic habet, ראשך עליך ככרמל ודלת ראשך כארגמן מלך אסור ברהטים
Quem verſum aliter deſtinxit noſter interpres,aliter recentiores Hebræi,& Græ 5
ci interpretes . Noſter enim interpres ſecundam huius verſus partem continenter coniungit cum prima:hebræi & gręci ſuſpendunt lectionẽ poſt illud,כארגמן. Iuxta quam diſtinctionem nonnulli recentiores ſic vertunt . Caput tuum ſimile eſt carmelo:& coma capitis tui ſimilis eſt purpuræ,Rex alligatus canalibus, vel laquearibus . Nam hic ipſe noſter interpres hoc ipſo libro capite primo hanc eandem
dem dictionem uertit,laquearia,quam etiam diſtinctionem ſequuti Gręci ſic ver 6
terunt κεφαλή σου ἐπί σε ὡς Κάρμηλος, καὶ πλόκιον κεφαλῆς σου ὡς πορφύρα βασιλεὺς δεδεμένος ἐν παραδρομαῖς. Caput tuum ſuper te ſicut carmeli: & Cæſaries capitis tui ſicut purpura.Rex ligatus in decurſibus. Quod poſtremum nonnulli ſic interpre

tan-

1 tantur,& eſt coma tua ſimilis regi, qui ſtipatus eſt canalibus. Id eſt, qui habitat
prope canales,ubi ſunt aquæ. Quod erat maxime commendabile in Iudæa, ubi
ſummo in precio erat terra irrigua: ut inde intelligamus commendari pulchritu-
dinem comæ ex collatione ad terram irriguam, quæ primatum & principatum in
ter alias Iudææ terras teneat. Quo plane in precio fuiſſe carmelum montem, uel
ex eo Iſaiæ loco certum eſt, *Gloria libani data eſt ei, & decor carmeli & Saron,* *Iſa.35.*
Id uero de eccleſia dictum eſſe, nos iam alibi oſtendimus in his commentarijs. Eſt
autem Carmelus Tyriorum mons frugifer,multis ſcatens aquis,& uini feraciſsi-
mus,ualde ſublimis in Galilæa,non procul a Ieruſalem,in tribu Aſer, iuxta Pto- *Ioſue.19.*
2 lemaidem,& mare,cuius frequentiſsima fit mentio ſparſim in prophetis. Eius ẽt
meminit Ioſephus de bello Iudaico.libro.3.cap.2. Et iuxta ea,quæ de montis hu
ius præſtantia tradita ſunt,uertere poſsis,caput tuum ſimile eſt carmelo: & coma
capitis tui ſimilis eſt purpurę.Simile inquã, eſt carmelo,qui multis ſcatens aquis
rex eſt omnium Iudææ regionum. Alij iuxta vulgatam æditionem commendari
purpuram, regiam veſtem dicunt, quod iuncta ſit canalibus: nempe ut Lyranus
ait, poſita iuxta decurrentes canales ad lauandum ſtatim atq; infecta fuerit colo-
re purpureo, quo exterſis tincturæ ſordibus, color ſit magis viuidus. Iam ut ad
ſenſum myſticum accedamus,mens tua inquit Glo. quia regit totum corpus co-
3 gitationum, eſt alta ut mons, per conuerſationem vitæ, & talis mons, qui habet
ſcientiam circumciſionis, nõ per ablationem carnis, ſed ſuperfluitatum cordis.
Conchæ maris ferro circunſciſæ lachrymas purpurei coloris emittunt,quib.col-
lectis,tinctura purpurei coloris efficitur. Canales qui purpuram regis ſuſcipiũt,
ſunt præcordia fidelium, lana quæ tingitur ut indumentum Regis efficiatur, eſt
humilitas in patiendo,quæ iuncta eſt canalib. quando conſtanti corde uirtus hu-
militatis & continua Dominici amoris meditatio ad tolerantiam animatur. Mihi
uero illud in primis animaduertendum uidetur hoc loco כרמיל Hebræis non tan-
tum ſcientiam circuncisionis ſignificare, quam ex Gregorio etymologiam rece-
4 pit glo. ſed ẽt coccinum. quem ſignificatum hoc loco magis agnoſcunt Hebræi.
illi enim ſic uertendum putant, caput tuum ſimile eſt coccino. ut commendetur
caput ſulamithis, quod maxime rubeat inſtar coccini,& coma eiuſdem, quod ru
beat inſtar purpuræ: qua Rex indui debeat & ornari, iuxta vulgatam æditionem.
Aut uero, quæ ab infectione ſui iũcta fuit canalib.& ibidẽ lota, ideoq; excellit in-
ſtar regis. Et cũ hoc ſignificatu magis cõuenit purpuræ,quã cũ ſuperiore. Vtcũq;
ſit, intelligimus hoc ęnigmate commendari dignitatem paſsionis Chriſti,quem vt
Paulus ait, poſuit Deus caput ſupra omnem eccleſiam, quem ẽt ſuo ſanguine ru- *Eph.1.*
bricatum admirantur Angeli apud Iſaiam. Item & gloriam martyrij in martyrib. *Iſa.63.*
5 innumeris,quos permultos iam olim habuit.& extremis temporibus habitura eſt
eccleſia.Hi enim ſuo proprio,velut conchæ ſanguine,& ſanguine de Chriſti capi
tis ſui plagis defluente,quib.per fidem & charitatem iuncti ſunt, uelut rubro hu
more de cocco per canales decurrente,tincti rubent,non quantum ipſum coccũ,
ſed ut purpura:& ad virtutem paſsionis eius quantum poſſunt, accedunt, eiq; aſ-
ſimilari contendunt. Quamobrem & ipſe Chriſtus ſuis martyribus, velut elegan-
tiſsima coma, haud ſecus quã purpura ſeſe exornat. conſtabit preterea nobis hæc
6 ipſa cõparatio,& ſenſus myſticus ẽt,ſi carmelũ pro ipſo monte ſumamus.quippe
qui quũ feraciſsimus vini ſit, ut ſupra diximus, vini copia quaſi ſanguine tinctus,
ipſum Chriſtum paſſum, & ſuo ſanguine perfuſum, qui caput eſt eccleſię refer-

re videatur;quo etiam conſtabit vulgata editio confirmata ex illo Apocalypſis lo 1
co,Hi ſunt qui lauerunt ſtolas ſuas & dealbauerũt eas in ſanguine Agni.Poſt gra-
uiſsimas enim illas perſequutiones & clades in eccleſiam & ab Antichriſto, & mi
niſtris eius illatas,uidentur Ioanni illa centum quadraginta quatuor ſignatorum
millia:& ex omni natione innumera Martyrum turba ſtantium ante thronum in
conſpectu agni,& ſtolis albis amictorum. De quibus Ioanni hęc refert unus de
ſenioribus illis.24 Hi ſunt qui uenerunt de magna tribulatione, & lauerunt ſto-
las ſuas,& dealbauerũt eas in ſanguine Agni.Ideo ſunt ante thronum Dei,& ſer
uiũt ei die ac nocte in tẽplo eius: & qui ſedet in throno habitabit ſuper illos &c.
Quod ergo dicuntur in Apocalypſi innumeri Martyres ſtare ante thronũ amicti 2
ſtolis albis,quas ipſi lauerint in ſanguine Agni,hoc loco dicuntur, *comæ ſicut pur-
pura Regis iuncta canalibus*. Nempe,qui per fidem & charitatem totos ſe immer-
ſerint ſanguini ex plagis Chriſti ceu ex canalib. unà cum aqua currenti, perinde
atq; de Carmello multus fluit vuę ſanguis,& aquarum copia. Cum enim ex Chri
ſti latere exiuerit ſanguis & aqua,eo ſanguine ueluti purpureo colore continguntur, & inde imbuti charitate ſuauiter rubent,qui in illum credunt, & eius paſsio
nibus communicant.Lauantur autem, & dealbantur aqua Baptiſmi,eam uim tra-
hente ex paſsione Chriſti,atq; ita,viuido rubore ſplendent omnib. emundati ſor
dibus.Quo fit,ut & in Apocalypſi lauiſſe,& dealbaſſe ſtolas ſuas, hoc eſt,corpora 3
ſua,& affectus in ſanguine Agni,dicãtur:& hoc loco inſtar purpuræ rubere.Qui
enim colores proprie ſumpti pugnant, eoſdem metaphorice ſumptos in unum
coire nihil uetat. Adde,quod quemadmodum ſanguis in mulieribus longa con-
coctione in mammis facta,fit lac,qđ albiſsimum eſt,ita etiam ſanguis Chriſti lon
ga fidei meditatione & calore charitatis in mente Chriſtiana concoctus uelut
mutatus in lac totum hominem uehemẽter dealbat.Agathius Guidacerius ex ſen
tentia Abenezra uertit, cum canalibus.Et hunc locum in hunc modum interpre-
tatur,Rex inquit maximus Meſsias fuit ligatus in Cruce cum canalibus:Id eſt,cũ
quinq; ei factis vulneribus. Significantur enim eius ſanctiſsima quinq; vulnera 4
hic per quinque canales metaphorice:ex quo per quinque corporis ejus vulnera
tanquam per quinque canales aquarum, emanauit totus ſanguis innocentiſsimi
puriſsimique corporis eius. Hæc Agathius. Qui etiam ex eodem Abenezra ad-
ducit interpretationem,& nobis addere viſum eſt, non quod probemus,(ineptiſſ
ma enim eſt,& fabuloſa, ut cæteræ ſimilium locorum eſſe ſolent Rabinorum in-
terpretationes)ſed qđ in ea uidere poſsit Chriſtianus Lector, quanta ſit fidei no
ſtræ uis,quæ uel ab ipſis hoſtib.veritatis ſuæ teſtimonium poſsit extorquere. Illi
enim hunc locum de Meſsia interpretantur:quem affirmant,grauiſsimis malis op
preſſum fuiſſe,dum Ieruſalẽ inſtaurare feſtinaret.Quod ẽt nos affirmamus,nullas 5
tñ fabulas admiſcentes,ut ipſi faciunt,ſed nudã ſectantes ſacrarum ſcripturarum
veritatẽ.Rabini igitur illius interpretatio ſic hẽt,Rex inquit,ligatus cũ canalibus
Hoc eſt,Rex Meſsias, qui ſecundũ veteres doctores ſtudens atque feſtinans veni
re ad inſtaurandam Ieruſalem natus fuit ſignantiſsime in ipſa die qua deſolata
fuit eadem Ciuitas per Titum, & Veſpeſianum fuit cum canalibus, id eſt, tri-
bulationibus multis, quæ intelliguntur per canales multarum aquarum: & adeo
male fuit affectus, vt & ſi a tanto tempore ſit natus, nihilominus hactenus ve- 6
nire non potuerit. Scilicet, velamen poſitum eſt(ut teſtatur Paulus) ſuper cor eo
2.Cor.3. rum. Et tam miſere caligant Iudæi, ut exiguam lucem procul ſpectantes, meri-

dianam

1 dianam tñ ueritatis lucem luſcioſi propius nequeant intueri.Mihi uero ubi hunc
locum diu multumq; uerſaui,illa oĩum maxime probatur interpretatio.Rex alli-
gatus laquearibus, propterea quod myſterium Crucis & ſummam paſsionũ Chri
ſti noſtris per Hypotypoſim ſubijciant oculis.Eſt enim Exegeſis quædam,& bre
uis explicatio ſuperioris ænigmatis,atq; Aethiologia. Ac ſi dicant filiæ Ieruſalẽ,
quod obſcurius diximus o noſtra Sulamith, comam capitis tui purpurã eſſe, hoc
ideo diximus, eiuſque tam inſoliti capillitij cãm hanc ſignificare uoluimus,quod
Chriſtus Rex & caput tuum duobus laquearibus in Crucem compactis alligatus,
clauis nimirum,confixus ſit,ibique (quamuis per ludibrium) corona ſpinea redi
2 mitus,publico tamen Pilati preſidis decreto in tabella ad caput eius propoſita in-
ſcripto Rex Iudæorum in publico orbis theatro declaratus. Vbi totus ſanguine
manaus Rex haberi uoluerit. Qui per fidem & charitatem ipſi uelut coma ſuo ca
piti adhærentes,eiuſdem ſanguine perfuſi & tincti fuerint in Baptiſmo inſtar pur
puræ quemadmodum etiam & Chriſti coma copioſo ſanguine de capite ipſius
aculeatis ſpinis confoſſo, ceu de canalibus decurrente, cruentata & infecta, pur-
puræ,magis,quam comæ ſpeciem præbere uideatur. Hæc uero admiranda Regis
noſtri deſcriptio perpetuo nos admonere poteſt fidei & charitatis Chriſtianæ,
quas uirtutes in baptiſmo accepimus,& ipſo Chriſtianorum nomine profitemur.
3 Sed in primis cardineum ſenatum,& presbyteros purpuratos,qui præter hæc pur
pureo ſuo habitu pro purpurea Regis crucifixi coma ſe gerere uidentur: & quem
intus meditantur Chriſti ſanguinem, exteriore ſigno præ cæteris profiteri: ne ſi
non quas exteriore habitu uirtutes pollicentur, præſtent præ cæteris, calumniam
patiantur ab huius tempeſtatis hæreticis,qui in hoc unum inuigilant,in hoc maxi
me incumbunt,ut a Romana & catholica Eccleſia omnes tollant cerimonias,om
nique myſtico mundo malignis ſuis calumnijs & ſycophantijs exuant. Illud de-
nique hoc loco annotandum uidetur, hanc eſſe ſummam confeſsionis fidei ſuæ
in Chriſtum,quam illis temporibus Iudæi poſt acceptum ſpiritum gratię ad oran
4 dum ipſis promiſſum apud Zachariam, publice profitebũtur,quum ad illum aſpi-
cient,tanquam ad ſeruatorem ſuum conuerſi,quem confixerint, plangentes & lu
gentes tanquam ꝑ unigenitum & primogenitum Dei patris ſummi, & Marię in-
tactæ uirginis filium,legitimum Regem ſuum,quem maiores eorũ crucifixerint,
& ipſi eiuſdẽ ſceleris rei ſint,quippe qui maiorum acta & impietatem ſemper pro
bauerint: ſed iã ſui ſceleris poſcentes ueniã.Zachariæ oraculum ſic habet.Effun Zach.12.
dã ſuper domũ Dauid,& ſuper habitatores Ieruſalem ſpũm grãæ precum & aſpi-
cient ad me quẽ cõfixerunt.Et plangent eũ planctu quaſi ſup unigenitum, & dole
bunt ſup eũ,ut doleri ſolet in morte primogeniti.In die illa magnus erit planctus
5 in Ieruſalẽ ſicut planctus Adadremmon in cãpo Mageddon.Et planget terra,fami
liæ & familiæ ſeorſum.Familiæ domus Dauid ſeorsũ,& familię eorũ ſeorsũ:fami
liæ domus Nathan ſeorſum,& mulieres eorũ ſeorſum:familiæ domus Leui ſeor-
ſum, & mulieres eorũ ſeorsũ.familiæ Semei ſeorsũ,& mulieres eorũ ſeorsũ; oẽs
familiæ reliquæ,familiæ,& familiæ ſeorsũ,& mulieres eorũ ſeorſum.Is porro erit
terræmotus quẽ fore prędixit Ioãnes in Apocalypſi,aperto tẽplo Dei in cęlo, ibi- Apo.11.
que uiſa arca teſtĩ eius.Ad prædicationem enim cæleſtium concionatorum illius
6 temporis attentis Iudæis,tunc demum is cognoſcetur Deus eſſe & Meſsias,quem
maiores ipſorum,& ipſi illorum acta probantes crucifixerunt, & per quem Deo
patri reconciliati ſint. Quod plane erit, aperto cœlo, nempe cæleſti Eccleſia il-
lis pa-

1. Cor. 3. lis parente, in templo Dei, hoc eſt, in ſpiritualibus illis uiris, qui (vt Paulus affir- 1
mat) templum Dei ſunt, arcam Dei uidere, hoc eſt, Chriſtum cognoſcere, in cu-
ius humanitate omni auro longe puriore Deus ſedeat, & adorandus ſit in nouo te
ſtamento, tanquam in exemplari illius exempli, in quo olim ſub ueteri teſtamen-
to adorabatur. Hoc namque myſterium illis patefiet ab Euangelicis concionato-
ribus ex Pauli doctrina, qui docuit nos, Chriſtum poſitum fuiſſe a Deo patre pro
Rom. 3. piciatorium in ſanguine ſuo per fidem: ex cuius etiam doctrina intelligent, om-
Colo. 2. nes theſauros ſapientiæ & ſcientiæ in Chriſto eſſe reconditos: Vt olim in arca
Ioan. 6. ueteris teſtamenti legem, quæ ſapientiam, & Dei ſcientiam doceret. in eo præte-
rea inhabitare omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter. Ipſum denique eſ- 2
ſe panem de cœlo delapſum uiuificum, cuius typus fuerit manna in arca repoſitū.
Quod myſterium Eccleſiaſtæ illi tanto ſpiritus impetu & energia concitati profe
rent ingens ſcelus in Chriſtum admiſſum, & horrendas pro tanto ſcelere pœnas
debitas exaggerando, ut fulminare, tonareque, ac magna grandine pluere tum ui-
deantur: ita conterritis & tremefactis auditoribus, ut ad ingentes cœli tempeſta-
tes terra ſolet contremiſcere, qualis etiam tempeſtas extitit, quum uerum exem-
plar ueteris tabernaculi in monte Sina oſtenſum fuit. Apertum eſt inquit Ioãnes,
templum Dei in cęlo: & uiſa eſt arca teſtamenti eius in templo eius, & facta ſunt
fulgura, & uoces, & tronitrua, & terræmotus, & grando magna. Diuinum uero Sa 3
lomonis ingenium, qui tantum luctum, & horrendam tempeſtatem ſub ſchema-
te amatorio, & delitiarum encomiaſtici dramatis potuerit deſignare. Tunc uero
Iudæi (quemadmodum ex Ieremia ſuperius oſtendimus) ueteris arcæ obliuiſcen
tur, quum umbram & figuram Chriſti illam fuiſſe agnouerint: nec iam illam re-
ſtituere, aut aliam inſtar illius fabricare cogitabunt: ſed Ieruſalem nouam ciuita
tem ſolium domini appellabunt, hanc Deum adoraturi viſitabunt, ibi Deum pa-
trem ſuum inuocabunt: & a uijs ſuis peſsimis diſcendentes, poſt illum perpetuo
ingredientur.

4

Quam pulchra es, & quam decora chariſsima in delitiis.

Epilogus eſt, & breuis ſumma ſuperiorum laudum cum exclamatione. Et habet
quidem Emphaſim, maximamque amoris ſignificationem in Hebræo. ubi noſtra
Sulamith אהב Ahab ideſt, amor, uocatur. quod noſter interpres dixit. O chariſ-
ſima, ac ſi dicat, o tuo ſponſo unice dilecta Sulamith, quam pulchra es, quam iu-
cunda, & meræ delitiæ: refert enim hæc ludendi formula illam, qua hæc ipſa ſpō
ſa laudes ſponſi ſui ſub finem quinti capitis concluſit, quum inquit, guttur illius
ſuauiſsimum: & totus deſideria, aut (ut noſtra habet æditio) totus deſiderabilis. 5
Summa itaque erit illis temporibus Eccleſiæ pulchritudo ſpiritualis: & ingentes
delitiæ, quas illi reuelabit Deus per ſpiritum ſuum. nam alioqui (ut ex Iſaia teſta-
tur Paulus) nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt,
quæ Deus, diligentibus ſe præparauit.

Aliter odores tui. *Statuta tua aſsimilata eſt palmæ, & hubera tua botris. Dixi, aſcen*
dam in palmam; & apprehendam fructus eius, & erunt hubera 6
tua, ſicut botri uineæ, & odor oris tui ſicut odor malorum.

Guttur

1 *Guttur tuum, ſicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiiſque & dentibus illius ad ruminandum.*

Chorus fœminarum Ieroſolymitanarum poſtquam copioſiſsime laudauit Sulamithem, inſtitutumque de illa encomium breuiſsimo illo concluſit Epilogo, *Quam pulchra es, & quam decora chariſsima in delitijs*, cupit & ipſe eiuſmodi frui delitijs, eamque in primis deoſculari: & eius uberibus inebriari: quia tamen uidit Sulamithem proceræ admodum eſſe ſtaturæ inſtar palmæ altiſsimæ, ſe-
2 que præ illa ualde humilem, & quæ propter ſtaturæ ſuæ breuitatem non poſsit ſine adminiculis, aut niſi rependo ueluti per ſtipitem ad eius uerticem pertingere, & ſicos ori coniungere, ſtatuit apud ſe, aut admota machina, aut rependo eo conſcendere, ac ſic tandem optatis perfrui delitijs. Quod ut ſibi per eam liceat, blande admodum precatur. Suntque verba hæc uniuſcuiuſque fœminarum Ieroſolymitanarum. Eſt autem emphaſis in pronomine Hebraico, quod noſter interpres omiſit, etenim in Hebræo זאת קומתך Zoth quomathech, Id eſt, iſthæc altitudo tua, aut, iſthæc ſtatura tua. Ac ſi dicat. Tu quidem o ſulamithis, formoſiſsima es, iucundiſsima, & meræ delitiæ, quibus ego
3 frui uehementer optarim tua libando ſuauiſsima oſcula: At uero quum tuam iſtam altiſsimam ſuſpicio ſtaturam, atque hubera formoſiſsima contemplor, uideor mihi uidere palmam altiſsimam, in cuius ſummitate duo botri promineant pulcherrimi, quo mihi pertingere, ſtatura breuiſsima cum ſim, non licet, niſi conſilium ac rationem aliquam ex cogitem, ut mei aliquando uoti compos ſiam. Sic igitur apud me ſtatui, vt quoniam mihi firma, proceraque inſtar palmæ uideris, per te repens, & tandem brachia tua quaſi ramos apprehendens, ad tua primum hubera, deinde ad os uſque tuum euadam. Verum enimuero, id ego te inuita non auſim aggredi. Quamobrem te etiam atque etiam oro, ut per te mi-
4 hi liceat, tua ſugere hubera, & uelut ex botris expreſsis, ſuauiſsimum ex ipſis liquorem haurire: liceat deinde os meum tuo ori coniungere, tibi oſcula altiſſime infigere, vt ex naſo tuo admirandam, ueluti ex malis exhalantem inſpirem fragrantiam: & ex ore tuo, quod nectare ſemper madet, nectar illud hauriam, quod ſponſus tuus, qui idem mihi quoque chariſsimus eſt, ſumma cum uoluptate ſolet bibere, quodque ſenes diſertos facit & facundos. Sic igitur Paraphraſticos & breuiter expoſitum hunc locum, ut iam fuſius exponamus, Primùm ex Hebræo annotare operæ precium eſt pro eo quod noſtra æditio habet, apprehendam fructus eius, in Hebræo eſſe אחזה בסנסניו Ochaza beſanſinaiu,
5 quod proprie ſonat, prehendam palmites eius, uel ramos eius. Atque id magis quadrat cum metaphora. Rami namque arboris ſunt inſtar brachiorum, quæ qui ad os altiſsimi hominis uelit conſcendere, prehendere nititur, ut ramos arboris altiſsimæ, qualis eſt palma, is qui in faſtigium eius arboris contendit euadere. præterea eſt in Hebræo נא Na interiectio blandientis & obſecrantis, quam noſter interpres vt ſeptuaginta verterunt κρατήσω τῶν ὑψέων αὐτοῦ prehendam cacumina ipſius, pronomen illud זאת Zoth, neſcio quo conſilio ui-
6 detur neglexiſſe, cum tamen non paruam uim habeat ad hunc locum, alioqui obſcuriſsimum, illuſtrandum: & ad exprimendum affectum precantium, & denique ad exorandum. longe enim maior uis eſt in his uerbis, & ſint obſecro, hubera

bera tua ſicut botri uineæ: & odor naſi tui ſicut odor malorum: ſitque guttur 1
tuum. &c. quàm in illis, & erunt ubera tua &c.

Sed idem erit ſenſus, ſi uerbum ויהיו id eſt erunt, pro eſſe poſsint, intelligamus.
futurum enim pro imperatiuo, & præſertim deprecatiuo, ſæpe occurrit in ſa-
cris literis, & ſic plane ab interprete poſitum eſſe crediderim. Præterea, pro eo
quod uulgata æditio habet odor oris tui, in Hebræo eſt, וְרֵיחַ אַפֵּךְ hoc eſt, odor
naſi tui. Vt etiam in Græco eſt, ῥινός σου verum ſi אף Aph. faciem in-
terpretemur (ſignificat enim hoc uerbum Hebræis faciem, ſicut & os latinis) ut
dictum ſit interpreti noſtro iuxta uim etiam ſermonis Hebræi, odor oris tui, pro
eo quod eſt, odor faciei tuæ, tunc generatim ſignificabitur odor oris & naſi, dua- 2
rum conſpicuarum faciei partium, per quas communis expiratur halitus. Nec
quicquam incommodi ſit, quod halitus, qui ex ore & naſo prodit ſponſæ, poma
dicitur olere, & idem uinum optimum; plena enim ſponſa pomis & uino ſimul
permixtis in uentriculo halitum utraque olentem per guttur in os & naſum eru-
ctare neceſſe habet.

Hæc porro ſunt poma illa ex malo arbore lecta, & uinum ex regia cella uina-
rie hauſtum, quæ omnia ipſa ſuperius dixit ſuo gutturi dulcia eſſe. De quibus
abunde nobis eo loco dictum eſt.

Nonnulla exemplaria habent, odoris tui. Vt quæ impreſſa ſunt Lutetiæ in of- 3
ficina Roberti Stephani anno quadrageſimo, & quadrageſimoquinto: poſtremo
quod in uulgata æditione legimus. *Et guttur tuum ſicut uinum optimum dignum
dilecto meo ad potandum: labijſque & dentibus illius ad ruminandum*, in He-
bræo eſt, וְחִכֵּךְ כְּיֵין הַטּוֹב הוֹלֵךְ לְדוֹדִי לְמֵישָׁרִים דּוֹבֵב שִׂפְתֵי יְשֵׁנִים Vechichec cetein ha-
tob holech ledodi lemeſſarim, dobeb ſiphthe Ieſſenim. in Græco ſic habet καὶ
λάρυγξ σου ὡς οἶνος ἀγαθὸς πορευόμενος τῷ ἀδελφιδῷ μου εἰς εὐθύτητα ἱκανούμενος ἐν
χείλεσι καὶ ὀδοῦσι. Quidam ex Hebræo ſic uertunt, & palatum tuum uelut ui-
num optimum, quod defluit dilecto meo ſuauiſsime loquenti labijs dormien-
tium. hoc eſt, ſermone balbutienti, & imperfecto. Ac ſi dicat, ſermo tuus 4
mihi tam ſuauis eſt o ſulamithis, quam ſuaue eſſe ſolet uinum optimum dilecto
meo, quo epoto ille non ſatis expedite loquitur. Alij ſic uertunt, guttur tuum
quaſi vinum bonum recte incedens ad dilectum meum, commouens, uel loqui
faciens labia ſenum. Quæ ſane interpretatio inter uarias huius loci interpre-
tationes omnium expeditiſsima mihi uidetur, iuxta diſtinctionem quam nunc in
Hebræis exemplaribus inuenimus. ibi enim eſt hypoſtigme poſt illud לְמֵישָׁרִים
vt intelligamus ſignificari uinum optimum uadens dilecto ad rectitudines, hoc
eſt, quod per guttur dilecti recte, & ſumma cum uoluptate tranſit & defluit
(pro quo noſter interpres uertit, dignum dilecto meo ad potandum: & Græci, 5
tranſiens nepoti meo ad rectitudinem,) & quod ſenibus optime ſapit.

Quod etiam argumentum eſt optimi uini, ſunt enim ſenes bibaces. יָשֵׁן enim
ſenem ſignificat. Noſter interpres, & Græci legiſſe uidentur וְשִׁנַּיִם dentibus,
& pro ſenſu, quem inde conceperunt hi uerterunt, ſufficiens in labijs, & den-
tibus, ille abſque & dentibus illius ad ruminandum, iuxta quam interpretatio-
nem Glo. quæ putat, hæc uerba eſſe ſponſi, quia inquit, eccleſia in certamine præ-
ſentis uitæ, gaudia futuræ uitæ prægustat, ſubditur, *ſtatura tua aſsimilata eſt pal- 6
mæ*. Hæc eſt rectitudo bonæ operationis, quæ ad terrena deſpicit incuruari: to-
tam ſe ad cæleſtia erigit, & in certamine poſita tendit ad brauium: quo finito
agone

1 agone uictrix donanda eſt, palma in inferioribus aſpera eſt, ſed deſuper pulchra eſt, & fructum gerit. Sic eccleſia in terra aſperos tolerat labores: ſed ſperat in cœlo ſe recepturam præmia. palma conſeruat folia, ſic eccleſia uariante ſæculi ſtatu eadem tenet fidei ſacramenta. *Hubera tua*, magiſtri qui pro capacitate audientium ſuam temperant doctrinam, & undecunque ad ſublimia ab ubertate domus Dei inebriant, & corda exhilarant. *Dixit aſcendam &c.* quaſi dicat. Et quod tales habes doctores, non eſt tui meriti, ſed donum meum, quia *aſcendi in palmam*, id eſt dedi eccleſiæ augmentum uirtutum, donec ad perfectum ueniat. *Et apprehendam fructus eius.* id eſt, confortabo, & multiplicabo uirtutes in eis. *Hubera tua*
2 *erunt ſicut botrus Cypri*, quia illi qui parua norunt, ſi beneuole audiant interdum potiore ſcientia inebriantur.

Interpretatur præterea hæc Glo. de cruce, in quam Chriſtus aſcendit, cuius fructibus, Reſurrectione ſcilicet, Aſcenſione, & aduentu ſpiritus ſancti, & ſalute mundi doctores ſunt inebriati & roborati. *Et odor oris tui, &c.* Odor inquit, malis, guttur uino comparatur, quia mala ex nouitate, uinum ex uetuſtate laudem conſequitur. Sicut uinum malo præſtat, ita præſtat præſens alloquutio eccleſiæ, famæ quam de illa poteſt audientium ſermo diſſeminare. *Guttur tuum &c.* In gutture uox præſentis doctrinæ, in odore fama abſentis deſignatur. Et ideo uino il-
3 la, propter fragantiam uirtutum, hæc malis, ad ſuauitatem abſentis famæ comparatur. Verbum quod dilectus in ore meo poſuit, tantæ eſt ſublimitatis, ut non per alium, quam per ipſum ſponſum debuerit prædicari: quia non eſt alius inuentus, qui ſolueret librum: & ab illo ſuſceperunt alij. Chriſtus quaſi potauit, quia docente diuinitate in perfectione ſcientiæ profecit, & libenter paſsionem ſuſtinuit: membra non eodem modo.

Verum ut molliat Glo. incommodum, & ſubitam perſonæ mutationem, hæc interponit, dum ſponſus laudat guttur ſponſæ, illa intelligens in gutture uerbum, per quod ſalus datur mundo deſignari, ex magno amore uerbum diſpenſa-
4 re uolens, rapit uerba ab ore Sponſi. Ille uino optimo eam comparauit, hæc ſubiecit, *Dignum dilecto meo ad potandum, labijſque & dentibus illius ad ruminandum.* Non ita facile ad potandum, quod ille prius potans alijs porrexerit, ſed cum labore & ſtudio meditandum. Hæc Glo. quibus nos ea dumtaxat addemus, quæ ad huius loci pleniorem explicationem facere uidentur. Confertur igitur hoc loco eccleſia cum palma, propter plurima ſua palmaria facinora, quæ ſub Antichriſto præſertim, eiuſque impijs miniſtris edidit: & propter palmæ ingenium quod in grauiſſimis illis perſequutionibus perpetuo præſtitit. hæc enim arbor (ut ait Plinius) non cedit ponderi, ſed in pondus nititur, & repandatur. Et Plutarchus, in certa-
5 minibus inquit, palma ſignum eſſe placuit uictoriæ: quoniam ingenij eiuſmodi lignum eſt, ut urgentibus opprimentibuſque non cedat. Id uero arboris inge- 2.Cor.12.
nium olim exprimens Paulus dicebat.

Placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in neceſsitatibus, in perſequutionibus, in anguſtiis pro Chriſto. Cum enim infirmor, tunc potens ſum. Et rurſum. *Non* 2.Cor.4.
deficimus, ſed licèt is qui foris eſt noſter homo, corrumpatur, tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis no-
6 *ſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ uidentur, ſed quæ non uidentur. Quæ enim uidentur, temporalia ſunt: quæ autem non uidentur, æterna ſunt.*

Confer-

Confertur etiam cum palma propter ſimilitudinem, quam iuſtitia cum ea arbo 1
re in Pſalmis habere dicitur. Nempe, quod ſicut palma in magnam creſcit altitudinem, ſic etiam iuſtitia quantumcunque oppreſſa exiſtit, in altum ſeſe attol-
Pſalm.92. lit. Id uero eleganter cecinit Regius pſaltes in hunc modum, *iuſtus vt palma florebit*, aut uero creſcet, nam & creſcere, & augeri uerbum פרח Hebræis ſignificat. quod etiam eo loco ſignificare oſtendit alia adiecta ad cedrum comparatio, *Et ſicut cedrus libani multiplicabitur*. hoc eſt, in altum ſuccreſcet. Quomodo plane iuſtos illos in medijs Antichriſti perſequutionibus extitiſſe, & depreſsis aduerſarijs, ipſos in altum inſtar palmæ inſigniter, & ad miraculum ſuccreuiſſe,
omnes uidebunt, atque eximiam illorum iuſtitiam admirabuntur, ad quam Deus 2
ſuos electos euexerit. Nam ut inquit Paulus, *Quos præſciuit, hos & prædeſtina-*
Rom.8. *uit conformes fieri imaginis filij ſui: ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit: quos autem vocauit, hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, hos & glorificauit*. Intelligimus itaque ex omnibus, Synagogam illis temporibus admirandam uictoriam eccleſiæ, & eximiam iuſtitiam, quæ ex Deo eſt, dum ſuſpiciet, ſuam agnituram humilitatem, & iuſtitiam quæ ex lege eſt, neglecturam: atque ut olim Paulum feciſſe legimus, pro damno & ſtercore æſtimaturam.

Philip.3. Confert præterea Synagoga duo eccleſiæ hubera duobus botris, propterea 3
1.Cor.2. quòd, uidet prælatos eius & concionatores exemplo Pauli nihil aliud docere, nec ſe aliud ſcire profiteri, præter Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum: atque ideo ex illis ſuauiſsimum cruorem, uelut muſtum & merum generoſum ex uuis
Prouerb.3. expreſſum deffluere. Quæ uera ſapientia eſt. Sapientia autem, ut ait Salomon, lignum uitæ eſt ijs, qui apprehenderint eam.

Quod autem ſponſa aſsimilatur palmæ, & hubera eius botris uineæ, illud ſubindicari uidetur myſterium, quod ſit inſtar palmæ, non fœminæ quæ ſterilis eſt, ſed maſculæ & fructuoſæ; quæ tamen fructum ferre non poſsit, niſi in uite manſerit, nempe in Chriſto, ut ipſe apud Ioannem teſtatur: quæque non conuertat
ſuccum, quem ex uite trahit, in ſuam naturam, ut facere ſolent reliquæ arbores 4
inſititiæ: ſed cuius potius natura in ſui ſtipitis naturam conuertatur; cuius conſors & concorporalis ut Petrus & Paulus docent, facta ſit; ideoque non dactylos racemos, ſed natiuas ſtipiti vuas ferat, quarum acinis quidem pueri, uino autem indidem expreſſo grandiores ali poſsint.

Tunc igitur Synagoga celſitudinem iuſtitiæ in eccleſia demirans, & dulcedine doctrinæ Euangelicæ, qua illius mammas inſtar uuarum turgere uidebit, & manare, ſuam, quæ lege tantùm conſtabit, iuſtitiam, & uarias maiorum ſuorum traditiones negligens, iuſtitiam, quæ ex Deo in Chriſtum credentibus pro-
uenit, & ſolidam Ieſu Chriſti doctrinam ſerio quærens, uehementerque expe- 5
tens, orabit eccleſiam, ut ſe de humilitate legis, & doctrinæ phariſaicæ, ad ſublimitatem iuſtitiæ, & doctrinæ Euangelicæ, quam in ipſa admirabitur admittat, & euehat, familiariterque ad amplexus, & oſcula adiungat: ſibique primùm tamquam adhuc paruulæ mammas admoueat, & ſe rudimentis fidei uelut lacte, nutriat; tum ad os, & naſum applicet, hoc eſt, ad altiora myſteria Euangelij prouehat. Vt ſcilicet, ex ipſius naſo ſpirantem illum inſpiret ſpiritum, quo afflata, & 6
nutrita ſic ſpiritualis reddatur, ut ſpiritualibus ueteris teſtamenti myſterijs ſpi-
1.Cor.2. ritualia noui teſtamenti myſteria feliciter poſsit comparare, & de omnibus recte

iudi-

1 iudicare. Vt etiam ex ipſius gutture, unde ſcit velut ex euripo uinum, id eſt,
eam doctrinam Euangelicam, quæ ſpiritualis hominis cor exhilarat, & homi-
nem diuina cognitione inebriat, perpetuo erumpere & eructari, ſibi liceat bibe-
re: Quod uinum iure dicitur recte ſuauiſsimeque tranſire, & ad ſponſum de-
fluere, aut uere dignum ſponſo ad potandum, dentibuſque & labijs eius ad ru-
minandum, quum bibitur ſumma cum uoluptate ab ijs, qui arctiſsimo fidei,
& charitatis uinculo & glutino in unum corpus Chriſto coniuncti ſunt, quo-
modo quia & ipſa eidem coniungi, & conglutinari optat, ipſum ſuum iam audet
dilectum appellare. Aut uero dilectum a Sulamithe, ſibi quoque dilectum profi-
2 tetur, ut ſic maiorem capiat a Sulamithe beneuolentiam, quodque ab ea con-
tendit, certius impetret.

Alij ut hunc declinent ſcopulum דודי pro amoribus meis, poſitum eſſe uo-
lunt, ut dictum intelligamus. Quod recte defluit dilecto meo, quaſi dictum ſit,
quod ſuauiter defluit amoribus meis, id eſt, quod bibere, mihi ſuauiſsimum eſt.
Hoc ipſum porro vinum dicitur commouere, aut facere loqui labia ſenum, hoc
eſt, ſenes diſertos reddere, propterea quòd, quemadmodum uinum optimum
nutrit & uegetat ſenes, unde etiam uinum lac ſenum dicitur, eoſdem etiam facun
dos reddit. Nam ut inquit ille, Fœcundi calices quem non fecere diſertum? Sic
3 & doctrina Euangelica ſuo calore eos nutrit, & uegetat, in quibus natiuus cha-
ritatis calor languet, & eo excitato calore facundos facit. Vt certe olim ueteres
illos homines idiotas, & piſcatores facundos fecit, & diſertos. Eam uero facun-
diam aſſequi Synagoga tunc maxime deſiderabit.

Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.

4 Idem uidetur eſſe ſenſus huius loci, & illius, *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Item
& illius, *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi:* Quorum omnium hæc ſit uis; ego
vnice amo dilectum meum, & ipſe uiciſsim me unice amat: quod enim in Hebræo
eſt תשוקתו pro quo noſter interpres uertit conuerſio eius, nonnulli exponunt de-
ſiderium ſiue appetitus eius.

Hæc ergo reſpondere uidetur noſtra Sulamithis ſuis Ieroſolymitanis ciuibus.
quaſi dicat, o ciues meæ, ego uero libenter vos ad meas delitias admitterem, ue-
rum id non auſim tentare inconſulto dilecto meo, cuius ſolius ſum, & cui ſoli me
ſeruo: quique uiciſsim me unice amat: ſupereſt igitur ut ab illo gratiam ineatis, &
5 quæ optatis, ab illo ut impetretis, ad quem ego nunc adeo: uos interim ualete. In *Act. 8.*
hanc etiam ſententiam Eccleſia tunc reſpondebit ſynagogæ, in quam Philippus
diaconus roganti Eunucho, quid ſe baptizari prohiberet, reſpondiſſe fertur.
Si credis ex toto corde, licet: quaſi diceret, adeſt quidem aqua, accedentem tamen ad
Deum oportet prius credere in Chriſtum ex toto corde: alioqui, non licet Ec-
cleſiæ ſacramenta temere cuique communicare. Sic & Eccleſia hæc fere dicet
ſynagogæ: Rogas o ſynagoga, ut te ſuſcipiam, & porrectis manibus, velut inclina-
6 tis ad te ramis inſtar palmæ, ad mea hubera & amplexus, atque oſcula eueham:
Id uero mihi volupe eſt abs te audire: cupioque tuis uotis omnino ſatisfacere, Rom. 14.
ſic enim memini meum Paulum mihi conſulere, ut infirmos fide ſuſcipiam, mi-

hique

hique adiungam. At uero ego meam fidem aſtrinxi ſponſo meo chariſsimo Chriſto, quam eidem intemeratam ſeruo: ſcioque me ſic ab illo uiciſsim amari, ut neminem mihi integrum ſit in meam conſuetudinem, & gremium recipere, qui non ſic ſe totum illi crediderit, ipſique omnino fidens deuouerit, ut eius fidei beneficio pars eius aliqua facta ſit, & uiuum membrum. Nec excidit animo, quòd ipſe uetuerit ſanctum dare canibus: & ſuas, quas ipſe mihi credidit, margaritas porcis exponere. Si ergo credis o Synagoga Ieſum ſponſum meum Meſsiam eſſe, & filium Dei, iam tibi manum porrigo, iam te ad catechiſmum in primis, deinde ad baptiſmum, reliquaque ſacramenta, & myſteria noſtra admitto: ſed prius ad ſponſum meum Chriſtum adibo, ipſum conſulam, ipſum orabo, vt ipſe te in primis recipiat, ipſe te meis amplexibus, meis huberibus, & oſculis dignam reddat. Ego namque ipſo inconſulto, te ad noſtra ſacramenta non auſim admittere: Nec citra illius opem tam arduum opus me perficere poſſe ſperauerim.

Apoc. 22. Atque hoc ipſum erit, quod Angelus audiente Ioanne in Apocalypſi dixit. *Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine agni: ut ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem. Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & Idolis ſeruientes, & omnis qui amat, & facit mendacium.* Iam uero, quod hoc loco ſponſa dicit, *Et ad me conuerſio eius*, eandem uim habet, quam illud iam ſecundo repetitum, *Et dilectus meus mihi*. Sed apertius ſignificat miram illam amoris uim, qua raptus ſponſus in ſponſam transfertur: quem exceſſum & amoris uim ſe pati ipſe ſignificare uoluit, quum paulo ſuperius diceret, *Auerte oculos tuos a me, quia ipſi me auolare fecerunt*, Vel (vt eſt in Hebræo) ipſi me excedere fecerunt.

Patitur itaque Chriſtus, qua homo, amoris uim a formoſiſsima ſua Eccleſia: qui & qua Deus, in eandem a ſe excedit, in ſe tamen immotus permanens. Id quod auctoritate Dionyſij freti dicere non dubitamus. cuius hæc ſunt uerba 4. cap. de di. no. Audendum quoque inquit, id inſuper pro ueritate loqui, ipſum omnium auctorem pulchro bonoque amore omnium propter amoris uehementiam extra ſe prodire, dum prouidet omnibus. atque bonitate, & dilectione, & amore quaſi mulcetur, atque ex illo ſtatu, quo ſuper omnia extat, ab omnibus ſegregauit, ad id profecto, ut in omnibus ſit, deducitur, per ſubſtantialem uidelicet uirtutem illam, quæ traducit ipſum interim, a ſeipſo nunquam digredientem. Quamobrem diuinarum rerum periti Zelotem ipſum appellauerunt. Vt amore benigno erga omnia exuberantem, excitantemque ad amatorij deſiderij ſui zelum, deſideriumque ipſum declarantes zelo dignum. Quo etiam, quæ deſiderabilia ipſi ſunt, promerentur & zelum: atque ipſe ad ea, quæ prouidet, zelo quodam uidetur affectus. Eſt ergo hæc conuerſio, & amor Chriſti in eccleſia (ut ex ſuperioribus Dionyſij uerbis intelligimus) deſiderium efficiendi, gignendique amorem in pulcherrima ſua eccleſia, quo concepto, & in opus uelut in lucem ædito diuino partu, maiorē

Deut. 10. in dies zelum & amorem Chriſti ipſa promereatur: eundemque ſibi tenacius agglutinet: quemadmodum de ipſo ad populum Iſraeliticum loquitur Moſes in hæc uerba, *Et nunc Iſrael, quid Dominus Deus tuus petit a te, niſi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in uijs eius, & diligas Deum, ac ſeruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua, cuſtodiasque omnia mandata Domini, & carimonias eius, quas ego hodie præcipio tibi, ut bene ſit tibi. En Domini Dei tui eſt cœlum, & cœli cœlorū, terra & oīa quæ eis ſunt. Et tamen patribus tuis conglutinatus eſt, & elegit eos, amauitq; ſemen eorum poſt eos.* Et vērū cum hæc dicit ſponſa, cōmemorare ingentē illā, & ſempiter-

1 piternam miſericordiam ſponſi ſui; qua commotus ille,qui ante ipſam repulerat,
& auerſatus fuerat, ad eandem poſtea conuerſus ſit; & eam uelut uxorem dere-
lictam reuocarit; cuius benignitatis hoc extat apud Iſaiam capite 54. oraculum.
*Vt mulierem derelictam, & mœrentem ſpiritu vocauit te Dominus, & vxorem ab adole-
ſcentia abiectam dixit Deus tuus. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationi-
bus magnis congregabo te. In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper
abs te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. Dixit redemptor tuus Dominus.*
Hæc itaque uidetur eſſe conuerſio,cuius hoc loco meminit Eccleſia.

2 *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in vil-
lis, mane ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi
flores fructus parturiunt, ſi floruerint mala punica. Ibi dabo ti-
bi ubera mea.*

*Mandragoræ dederunt odorem; in portis noſtris omnia poma noua
& vetera ſeruaui tibi.*

3

Quæ hactenus geſta ſunt in hoc dramate, inde uſque ab illo loco, *Dilectus meus
deſcendit in hortum ſuum ad areolas aromatum &c.* Extra urbem Ieruſalem geſta eſ-
ſe ex ipſo dramate, & noſtræ interpretationis œconomia ſatis conſtat. Tunc
enim rogata ſponſa, quò abijſſe ſuſpicaretur dilectum ſuum, fœminis Ieroſoly-
mitanis reſpondit,omnino ſuſpicari,illum in ſuos hortos extra urbem deſcendiſ-
ſe: quamobrem ſibi certum eſſe,dilecti ſui quærendi, & conueniendi gratia illuc
ire: eam illæ conſequutæ ſunt,& unà cum ipſa a ſponſo,& ſodalibus exceptæ. In-
de ſponſa egreſſa in hortum nucum deſcendit. Sed ingenti excitato in urbe tu-
4 multu & coniuratione, in deſertum fugere neceſſe habuit. Hanc quum inde re-
uocata rediret, fœminæ Ieroſolymitanæ magnifice commendarunt: & arctiſſi-
mam cum ipſa uoluerunt coire amicitiam; Verum eas non prius conſulto ſpon-
ſo, ſulamithis admittere recuſauit. Qua propter illis foris relictis, in urbem ad
ſponſum ſe recepit. In urbe igitur aliquandiu apud illum commorata, eundem
rus euocat: utque animi gratia ad agri diuitias contemplandas ruſticatum pro-
deant, precatur: vbi etiam ſe illi fruendam pollicetur. Ad hunc modum etiam
Eccleſia extremis temporibus, quum uidebit Iudæos reſipiſcere, & in ſuum gre-
mium recipi cupere, hoc ipſa quoque vehementer deſiderans ad Chriſtum tota ſe
5 mentis contentione recipiet, ad ipſum hæc referet. citra cuius opem tam arduum
opus nec perficere poſſe ſperabit,nec aggredi audebit, Illud Pauli dictum repu-
tans, *Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis, ſed omnis ſuffi-* 2.Cor.3.
cientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti. &c. Chri-
ſtum itaque tunc orabunt prælati & doctores,ut ſuis adſit: & ad ipſius negotia ge-
renda in agrum pergentibus ſe iungat comitem, ac uerbi ducem, & auctorem.
Quum enim ad prædicandum euangelium Iudæis ire parabunt, ad eos certe homi
6 nes,qui extra urbem velut rure agunt,nempe extra Eccleſiam,in urbem aduocan-
dos, & introducendos ſe accingent. Quemadmodum in Euangelio ipſemet ille
homo ſeruo ſuo iubet, vt in uias,& ſepes exeat, & quoſcunque ibi inuenerit intra- Luc.14.

re compellat. Hoc igitur myſterium his uerbis ſignificatur, *Veni dilecte mi, & egrediamur in agrum &c.* Sed in primis operæ precium eſt uidere, ut in melius uerſa ſit ſcena. ſuperius enim capite 2. ſponſa in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ latitans expectat, dum a ſponſo euocetur in agrum, multiſque blanditijs & illectamentis, ut tandem in euangelij prædicationem prodeat, opus habet. At uero hoc loco omni poſito metu tam uirilem præſtat animum, & animoſa ſui ſatagit officij, ut nihil magis in uotis habeat, quàm euangelium per uniuerſum orbem diſſeminare. Nullos recuſat labores, nulla formidat pericula, modo omnes homines Chriſto adiungat, & lucrifaciat. Vnde conijcimus quam fortes & heroicos illa ætas ſit habitura Epiſcopos, & præcones Euangelicos. Nec tamen quum hanc coniecturam facimus, poſtremos illos tiros Apoſtolicos primis Apoſtolis, ſed poſtrema tempora primis temporibus ante ponimus. Sublato namque Antichriſto cum tota impiorum factione, pacatiora tum erunt tempora, & prędicando euangelio longe commodiora, qnam fuerint ſub Scribis & Phariſęis, regibus & imperatoribus impijs. Accedit & illud, quod multis maiorum ſuorum rebus pręclare geſtis, & recentiſsima Antichriſti clade confirmati illi, quamuis non pares meritis, exemplis tamen ſuperiores, ad prædicandum Euangelium prodibunt. Tunc igitur videns Eccleſia præterita iam hyeme infidelitatis, & imbribus perſequutionum Antichriſti, verna reddita eſſe mundo tempora, & directioribus ſolis iuſtitiæ radijs incaleſcentem iam omnem agrum omnemque arborem (hoc eſt) omnes nationes fidem Chriſti, chiſtianęque fidei fructus parturire, vehementer optabit agrum illũ inuiſere, omneſque ipſius ſegetes, & fructus ad maturam frugem ſua cura, & diligenti cultura perducere; ſed quia ſe tam arduis cœptis plane imparem agnoſcit, Chriſtum ſupplex orat, ut unà cum ipſa egrediatur in agrum, hoc eſt, ut ſibi uni-
Matth. 28. uerſum orbem diſſeminandi verbi Dei gratia, peruadere cogitanti, adſit ut olim
Luc. 21. pollicitus eſt, comes indiuiduus, qui ſemen ſuggerat, quique ut olim Apoſtolis, os
Matt. 13. & ſapientiam, cui nulli poſsint reſiſtere aduerſarij, tribuat: cum enim ager mundum myſtice, ut Chriſtus in Euangelio docet, ſignificet, intelligimus ſponſam nõ 4
1. Cor. 3. contentam ſuorum ciuium numero, optare reliquos homines, qui extra ſuam ciuitatem per reliquas mundi regiones, velut ruſtici & pagani ciuilitatis Chriſtianę
Matt. 21. expertes rure, & in pagis inculti agunt, ciuilibus & Euangelicis moribus, atque inſtitutis excolere, ſicque excultos ſua ciuitate donare, & intra eadem urbis ſepta cogere: ut ergo magno ſucceſſu hoc ipſum pręſtare poſsit, Chriſtum ſponſum ſuum rogat in hunc modum, *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in uillis.* Neque enim qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat (ut Paulus ait) ſed qui incrementum dat Deus. Scit præterea ex Euangelio ſponſa, ſponſi ſui patrem antiquiſsimũ illum patrem familias in eo agro uineam habere, ex qua iam diu expectat fructus, 5
quæ tam uariarum ferarum irruptionibus vaſtata, & nuperrime ab Antichriſto ſingulari illa fera pene funditus euerſa, ſterilis, & inutilis ſit reddita. Hoc ipſa grauiter dolens, cupienſque ampliſsimos ex ea uinea, quam colendam ſuſcepit, prouentus Domino reddere, ſponſi ſui Chriſti opem implorans, *mane* inquit, *ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt.* Per uineas enim intelligit Iudæorum & gentium varias nationes, quos omnes ſub unius vineę
Eph. 2. appellatione Chriſtus, qui mediator legis maceriam diſſoluens (ut teſtatur Paulus) fecit utraque unum, complectitur: hic tamen in plurali כְּרָמִים vineas appellat, 6
quod eos adire inſtituat, qui cum fidem nondum receperint, nec in unitatem fidei

adhuc

1 adhuc conuenerint, nondum vna actu uinea, ſed plures adhuc ſunt, & ſola præ-
ſcientia Dei vinearum appellatione cenſeatur: Quod uero hortatur ſponſum, vt
mane ſurgant, uehemens ſuum ſtudium & deſiderium, quoad ſuum officium, &
decretum ſibi opus faciat, ſignificat.
Item & commodum atque operi idoneum, quod captat, tempus matutinum,
nocti ac tenebris Antichriſti ſuccedens indicat: & occaſionem, quæ in rebus ge-
rendis plurimum momenti habet. Nam ut ille inquit. Fronte capillata, a tergo
occaſio calua eſt: quod etiam prius de communi in omnes homines conferendo
officio confuſe dixit, & in genere, mane ſurgamus ad uineas, expreſsius deinde &
2 explicatius proponit ſubiungens, uideamus, ſi floruit uinea, aut iuxta Hebræum
הַגֶּפֶן פָּרְחָה אִם Videamus an floreat uitis, ubi uidetur ſingulare pro plurali po-
ſitum pro, an floreant vites, & in idem redit, ſed tamen ſingulari locutione dupli
ci nomine ſingularis Eccleſiæ cura ſignificatur, quippe quæ non ſatis habeat ui-
neas inuiſere, hoc eſt populis Euangelium prædicare, ſed præterea ſedulo inſpi-
ciat ſingulos auditores, & an ex ſua prædicatione tantum utilitatis retulerint, ut
ſuaue olentem fidei florem proferant, qui primus eſt auditorum Euangelii pro-
fectus, exploret. Quin nec ibi operoſæ & ſedulæ ſponſæ cura ſubſiſtit: Nec
3 enim contenta eſt pulcherrimum fidei florem in ſuis ſpectare auditoribus, quem
ſcit aut rigido infidelitatis gelu, aut ardentis cupiditatis æſtu aduſtum perire po-
tuiſſe; ſed longius progreſſa, illud etiam diligenter obſeruat, an flores fidei, uita-
li prolificoque charitatis calore rupti expectatos fructus proferant; quò tandem
omnes Eccleſiæ conatus ſpectant, & referuntur. Quam eandem curam circa
malos punicas ſponſam gerere, ex eo intelligimus, quod addit, *an floreant mala pu
nica*. Nam ex proxime præcedentibus relinquitur nobis ſubaudiendum, an flo-
res malorum punicarum fructus parturiant. Aut uero in ſolis malis punicis ſatis
habet flores uidere, quia ſatis fuerit, poſt tempora Antichriſti fideles ſic præ ſe
4 ferre promptum animum ad martyrium ſubeundum, quum opus fuerit, queamd-
modum mali punicæ prolatis floribus, ad ædendos ſuos fructus, quum tempus ade
rit, comparatæ uidentur. Verùm quia ſcit chriſtianos non amplius propter fidem
in uitæ diſcrimen uocandos (qui fructus myſticus eius arboris toto hoc drama-
te deſignari ſolet) propterea non curat, quum de malis punicis loquitur, illud ad
dere, an flores fructus parturiunt. Quod ſuum ſtudium, & officium quia ſcit ſuo
ſponſo fore gratiſsimum, ſummaſque delitias, huius ſuminæ uoluptatis ſpe pro-
poſita, ipſum allicere, & in ſuam ſententiam tentat pertrahere, quum ſubiungit,
Ibi dabo tibi huberamea, aut amores meos; quod ſi uſquam alibi Hebræum nomen
5 illud דוד cum pro nomine ſic coniunctum דוֹדַי hoc certe loco maxime ſignifica-
bit. Quaſi dicat. Adſis mihi obſecro, o Chriſte ſponſe mi chariſsime, fer opem
ad hanc rem quam paro, ad hoc arduum opus, quod moueo, feliciter promouen-
dum, & perficiendum, uel ob id maxime, quod in eo tibi uni placere ſummopere
ſtudeo, & gratificari.
Quod ſi ut noſtra æditio habet, ſponſam ſponſo ſuo hubera ſe daturam in agro
polliceri, accipiamus, ut accipere neceſſe eſt, id figurate dictum ſic intelligemus,
Ibi dabo tibi ubera mea, hoc eſt, ſi tu mihi bone Ieſu in prædicatione Euangelica,
6 & procurandis auditorum incrementis adſis, tunc demum ego Euangelicam do-
ctrinam ſic fęliciter exhibebo auditoribus, ut te illorum palatum, & appetentiam
excitáte ſuauiſsimè ipſis ſapiat: paruulos noſtros cathecumenos materna cura &

lenitate in ſinu meo molliter ſouebo,quemadmodum Paulus faciebat, perinde ac 1
ſi nutrix foueat filios ſuos: atque ita uide bor illis, immo uero tibi, in cuius potiſsimum gratiam id facere meditor, hubera mea ſugenda exhibere, quem illud
Matt. 25. dixiſſe ſciam, *Quæcumque vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*. Et utrocumque modo interpreteris, ſignificat hic locus,chriſtianos Eccleſiaſtas, quum bona fide rem Chriſti gerunt, & populi ſalutem procurant, tanquam ſpirituales ſponſas tunc ſpiritualiter cum Chriſto miſceri,& ſponſo ſuo gratum facere. Videant igitur,& diligenter animaduertant Domini noſtri Ieſu Chriſti philamthrophiā, qui ipſum demereri cupiunt prælati,& Eccleſiaſtę, quam puros eos eſſe oporteat,
quum hanc obeunt functionem; ut Chriſtum ad ſe pellicere poſsint, & unus cū 2
eo ſpiritus effici, atque ea ratione animam ſuam e media morte eruere. *Scire enim*
Iacob. *debet*, inquit Iacobus, *qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ ſuę, quod ſaluabit animam a morte, & operiet multitudinem peccatorum*. Iam ſequentem uerſum ſuperioribus accommodare poſsis duobus modis, & duobus item modis ſecare. Altero quidem modo ut repetito uerbo,uideamus,ſic legas,uideamus, an mandragoræ dederint odorem, & per parentheſim illud interijcere, ibi dabo tibi hubera mea. Altera,ut ſit ſecundum argumentum,quo ſponſa perſuadere nititur ſponſo,ut cum ipſa ruſticatum prodeat. Poſsis etiam bifariam ſic diſtinguere,ut alte-
rum membrum ſit, mandragoræ dederunt odorem in portis noſtris; alterum ſit 3
reliquum, quod inde ſequitur. Atque ita diſtinguunt latini interpretes noſtri. Hebræi alterum membrum magis contrahunt in hunc modum. Mandragoræ dederunt odorem,reliquum totum alteri membro tribuunt. quam etiam diſtinctionem aperte ſeruat Græca æditio, quum coniunctionem addit in hunc modum:

> *Καὶ ἐπὶ θύραις ἡμῶν πάντα τὰ ἀκρόδρυα νέα πρὸς παλαιὰ ἀδελφιδέ μου ἐτήρησά σοι.*

Hoc eſt, & in portis noſtris omnia poma noua ac uetera nepos mi,ſeruaui tibi. 4
merito inquit Glo. ſponſa inuocat ſponſum ad auxilium prædicationis: ubi prædicatores præcipuis uigeant uirtutibus. Portæ, Apoſtoli, & eorum ſucceſsores, mandragoræ,id eſt uirtutes illorum, quæ ſunt pro medicamentis, quæ contra ſollicitudines mundi adducunt quietem,quæ nauſeam uerbi Dei excludunt, quæ uitia ab hominibus ſine dolore excidi faciunt, quæ proferunt mala ſua, id eſt, Eccleſias ſuauiter redolentes in confeſsoribus, ſimilia malis punicis in martyribus, dederunt odorem,quia exemplis maiorum minores confirmantur: ſic Gl. quæ de mandragoris Plinius,& Dioſcorides tradiderunt,huic loco iuxta myſticos ſen-
ſus accommodat; quod tamen mandragoras malis punicis aſsimilat, id prætet Pli 5
nij & Dioſcoridis ſententiam facit, quorum hic libro quarto, capite 65. ſcribit Mandragoras mala gerere ſorbis ſimilia, pallida,odorata, in quibus ſemen ueluti pirorum. Ille libro uigeſimoquinto, capite 13. Ferunt inquit, Mandragoræ mala auellanarum nucum magnitudine, & his ſemen,ceu pirorum. De hoc pomi genere inquit Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum lib. uigeſimoſecundo, capite 36. opinari quoſdam ſcio, quod acceptum in eſcam ſterilibus fœminis fæcun-
ditatem paret: ac per hoc putent omnino inſtitiſse Rachel, ut hoc a filio ſororis 6
acciperet,cupiditatem pariendi;quod ego quoque arbitrarer,ſi tunc cōcepiſset. Nunc uero cum poſt alios duos ab illa nocte partus Dn̄s eam prole donauerit,

nihil

1 nihil eſt quur de Mandragora tale quid ſuſpicemur, quale in nulla fœmina exper
ti ſumus. Dicam ergo quid ſentiam. Dicent hic forte meliora doctiores.
Quum enim hæc mala ipſe uidiſſem, & propter iſtum ipſum ſacræ lectionis lo-
cum id mihi obtigiſſe gratularer, (rara enim res eſt) naturam eorum diligenter
quantum potui, perſcrutatus ſum, non aliqua a communi ſenſu remotiore ſcien-
tia, quæ docet uirtutes radicum, & poteſtates herbarum; ſed quantum mihi, & cui
libet homini renuntiabat uiſus, & olfactus & guſtus, proinde rem comperi pul-
chram & ſuaue olentem, ſapore autem inſipido: & ideo quur eam mulier tanto-
perę concupierit, ignorare me fateor, niſi forte propter pomi raritatem, & odoris
2 iucunditatem. Cum uero ipſam rem geſtam ſancta ſcriptura tacere noluerit, quę
non utique talia deſideria muliercularum nobis pro magno inſinuare curaret, niſi
aliquid in eis magnum quærere commoneret, nihil amplius conijcere valeo, quã,
quod ex illo communi ſenſu mihi ſuggeritur. Vt illo mandragorico pomo figu-
rari intelligam famam bonam; non eam, quæ confertur, quum laudant hominem
pauci iuſti atque ſapiẽtes, ſed illam popularem, qua etiam maior, & clarior notitia
comparatur: non ipſa per ſe expetenda, ſed intentioni bonorum, qua generi hu-
mano conſulunt, neceſſaria. Vnde dicit Apoſtolus, *Oportet etiam teſtimonium ha-* 1. Tim. 3.
bere bonum ab eis qui foris ſunt. Qui licèt parum ſapiant: reddunt tamen plerum-
3 que labori eorum, per quos ſibi conſulitur, & ſplendorem laudis, & odorem bonę
opinionis. Nec ad iſtam gloriam popularem primi perueniunt eorum, qui ſunt
in Eccleſia, niſi qui in actionum periculis & labore uerſantur. Et reliqua, quæ
in commendationem figurati & myſtici ſenſus ad locum libri Geneſis ille doctiſ
ſimus iuxta ac ſanctiſsimus ſacrarum litterarum interpres illic ſubiungit. Ego
uero ubi locum illum diu multumque meditatus fui, ſic tandem mihi uideor cau
ſam, propter quam ſorores illæ de mandragoris contenderint inueniſſe. Cum
enim hunc locum, meis auditoribus publice enarraturus eſſem, nec illis niſi prius
ipſe mihi ſatisfeciſſem, ſatisfacere poſſe ſperarem, cœpi mecum rem acrius repu-
4 tare: & quæ de mandragoris Plinius, quæ etiam Dioſcorides ſcripſiſſent, diligen
tius expendere. Et tandem ex alio ipſius herbæ nomine, eiuſque nominis cauſa,
quam reddit Dioſcorides, cæpi quid de mandragora ſorores illæ cogitare potue
rint, conijcere. Mandragoram inquit Plinius, alii circeium uocant. Dioſcorides,
mandragoram aliqui antimalum, alij circeiam uocant: quoniam uidetur ea ra-
dix ad amatoria conducere, obſeruaui deinde Hebraici nominis etymologiam:
& inueni דודאים (quo nomine pluraliter tantum hæc herba Hebræis appellatur)
a דודים plurali nominis דוד: & quod amorem Hebræis ſignificat, adiectione
unius dumtaxat literæ א differre, ut inde deductum eſſe nemo dubitare poſsit,
5 & amores, aut, amatoria ſignificare, & admodum ueriſimile eſſe, id nominis man-
dragoræ ab Hebræis ſic inditum eſſe, ut a Græcis circeium, aut circeia, propterea
quod vulgaris eadem fuerit ea de herba apud Hebræos opinio, atque apud alias
nationes, quæ ipſam a Circe nobili pharmaceutria denominarint, quod ea
herba Circe in miſcendis poculis amatoriis, & ad incantationes uſa fuerit: quam
ego coniecturam cum muliercularum contentione propius coferens, ſic mihi per
ſuaſi, Rachelem prolis ſupra modum cupidam, quum uidiſſet Ruben mandra-
6 goras ad matrem detuliſſe, ſtatim de conficienda potione amatoria cogitaſſe, qua
exhibita uirum a ſorore abalienaret, ſibique addiceret:
Ideoque ſororem rogaſſe, ut ſibi partem aliquam de mandragoris, quas filius

attuliſſet, dono daret: quem dolum illa ſuſpicata, atque ægre ferens, ſic reſpon- 1
derit: Parum ne tibi uidetur, quod præripueris maritum mihi, niſi etiam mandra-
goras filii mei tuleris. Tum Rachelem ut ea ſuſpicione apud ſororem ſe purga-
ret, modo quod petebat impetraret, cedentem ſuo iuri, ordinem inter ipſas, & a-
lias uxores Iacob caſte, ſanctéque conſtitutum, ea nocte inuerti permiſiſſe: dixiſ
ſeque, dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filii tui. Ac ſi diceret. Ego ue-
ro quam ab iſto crimine aliena ſim o ſoror, ut tibi fidem faciam, iſtumque ex tuo
animo ſcrupulum adimam, iam tibi uirum, qui mecum proxima nocte cubiturus
erat, permitto: ut tibi liberum ſit, ex mandragoris mixtum poculum ipſi dare:
& quam ex me tibi metuis fraudem, anteuertere. Tu mō mādragoras mihi impar 2
tiri ne grauare. Atque ex hac uulgata opinione crediderim hoc loco dictum eſſe,
ſponſæ mandragoræ dederunt odorem. Per mandragoras enim ſanctos ſuos mo-
res, dicta & facta, & uniuerſam ſuam laudabilem conuerſationem ſignificat Ec-
cleſia hoc loco; quam iis, quibus prædicatura eſt Euangelium ſic ſperat ſe proba-
re poſſe, ut illos ſanctiſsimæ uitæ ſuæ exemplo ad ſuauiſsimum diuinę notitiæ
odorem & ad doctrinæ ac prædicationis ſuæ amorem eximium, ueluti exhibito
poculo amatorio ex mandragoris confecto, ſit accenſura. Id uero cum in gratiam
Cor. 2. Chriſti ſponſi ſui facere inſtituerit, ideo ſe illi mandragoras daturam pollicetur,
quum dicit, *mandragoræ dederunt odorem*. Vt hoc laconiſmo ſponſus intelli- 3
gat, ſibi etiam promitti mandragoras, laconiſmo enim frequenter utuntur aman-
tes: Deo autem gratias inquit Paulus, qui odorem notitiæ ſuæ per nos manifeſtat
Pet. 3. in omni loco. Chriſti enim bonus odor ſumus Deo. Et Petrus mulieres chriſtia-
nas hortatur, ut ſuis uiris ſint morigeræ, ut ſi qui non credunt uerbo, per uxorum
conuerſationem ſine uerbo lucrifiant, conſiderantes cum reuerentia honeſtam
illarum conuerſationem. Atque hæc quidem erit huius loci interpretatio, ſi pro
ſecundo argumento id poſitum ſumamus. At uero ſi iuxta primam diſtinctionem
ſic legamus, uideamus an mandragoræ dederint odorem; tunc per uineas, multi-
tudinem gentium commode exponemus, per mandragoras, iudæos, quorum olim 4
Hebr. 2. Deus magno amore uelut faſcinatus, non Angelos, nec ullam aliam hominum na-
tionem, ſed ſemen Abrahæ apprehendit: & Racheli, populo nimirum iudaico in
primis copulatus eſt; qui quidem iudæi quamuis nunc quidem propter Euange-
Rom. 11. lium (ut inquit Paulus) inimici ſunt Chriſti, eidem tamen propter eorum patres
chariſsimi ſunt. Hos ergo extremis temporibus, quum iam interfecto Antichri-
ſto, ſuum fidei recipiendæ manifeſtauerint deſiderium, inuiſere Chriſtum horta-
bitur Eccleſia, ut uideant, an illi in ea perſtent ſententia, & deſiderio. quod fue-
rit uerum dediſſe odorem, nec ſimulaſſe fidei deſiderium. Recte uero accommo
dabitur hic ſermo metahoricus præſenti inſtituto iuxta rerum naturam, a quibus 5
fiet translatio: ut poſtquam vinearum mentio facta eſt, tum etiam mentio fiat man-
dragorarum: quas aiunt adnaſci uitibus, Sic enim (quemadmodum Paulus præ-
dixit) vbi plenitudo gentium intrauerit, omnis Iſrael ſaluus fiet. Video etiam vul
gatam eſſe, & noſtris recentioribus doctoribus de mandragoris receptam hāc opi
nionem, quam inter alios Iacobus Valentinus in commentariis, quos ſcripſit in
cantica Salomonis, refert in hunc mundum (ipſius enim uerba referam) Mandra-
gora eſt quoddam pomum genitum in radice cuiuſdam herbæ facientis folia ad 6
modum paruæ lactucæ: & ſic mandragoræ ſunt tanquam tubera terræ ualde odo
rifera, habentia ſimilitudinem humani uultus:

Et

1 Et habent hanc proprietatem,ut dicunt herbolarij, quòd ſi quis defert ſecum man
dragoras, attrahit cæteros ad amorem, & nutum ſui; item habet aliam proprieta-
tem, quòd ſi mulieres manducant mandragoras, diſponuntur faciliter ad fœcun-
ditatem,& conceptũ prolis. Et ideo Ruben attulit mãdragoras matri ſuæ Liæ,ut
diſponeretur ad concipiendũ. Hæc ille incerto auctore refert, non tam conſide-
rate quam Auguſtinus: & quæ ſi uera eſſent, præſertim quæ de ſimilitudine huma-
ni uultus dicuntur, nõ tacuiſſent grauiſsimi illi auctores Plinius, & Dioſcorides,
tametſi a Columella mandragora epitheto dicitur ſemihomo. An ceperint homi-
nes indormire peccatis,& ut qui mandragoram biberunt,non ſentiant motus cor
2 poris, ſi pij homines doctrinæ calicẽ bibentes affectiones efferre ſtudent? Aiunt
pueri medicorũ,mandragorã ſomnũ conciliare.Hæc inſumma Theodoretus.Ad
dit tandem ſponſa poſtremum argumentum, quo ſponſum nititur Rus euocare.
In portis noſtris omnia poma noua & vetera ſeruaui tibi (intelligit autem poma
ſelectiſsima. hic eſt enim ſignificatus vocis Hebraicæ מְגָדִים) hoc eſt. Quum
vero de agro in urbem redibimus rebus noſtris iure compoſitis,tunc in ipſis urbis
noſtræ portis,ubi publici fiunt conuentus, ſpectante populo, ſelectiſsima poma
noua,& uetera (quæ plurima tibi ſeruo ſponſe mi) tibi exhibebo. Conſtat autem
ex multis ſacris ſcripturæ locis,ueteres Iudæos olim in portis urbium ſuarum, &
3 Ieroſolymorum præſertim, tanquam in celeberrimis locis iudicia agitare, & po-
puli cætus celebrare conſueſſe. Vnde etiam in ſacris Biblijs loca publica,& con-
uentus celebres portæ appellantur, ut pſalmo nono. Qui exaltas me inquit Da- *Pſal.9.*
uid,de portis mortis, ut annũciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Id
eſt, in publico populi conuentu. Prouerb. 31. Nobilis in portis uir eius.
quum ſederit cum ſenatoribus terræ, & 2. Re. 15. Abſolom mane conſur-
gens ſtabat iuxta introitum portæ, & omnem uirum qui habebat negotium, ut
veniret ad Regis iudicium,uocabat ad ſe.& Zacha.8.ueritatem & iudicium pacis
iudicate in portis ueſtris. Et ſæpe alibi. Sic igitur & hoc loco Eccleſia ſub meta-
4 phora ſumpta a re ruſtica pollicetur Chriſto, ſi ipſe prædicanti euangelium per
uniuerſum orbem adſit, quum conuerſis ad fidem nationibus, ambo uelut in ur-
bem Ieruſalem ex agro redibunt,eaſdem baptizandas,& per baptiſmi portas in ci
uitatem Dei inducendas poſt ſe ducentes, tum ipſam iam baptizatis & in ciuita-
tem nouam Ieruſalem receptis, in ipſis portis, nempe in conuentibus publicis, &
concionibus eccleſiaſticis, altiora fidei myſteria tanquam firmioribus & adultis,
prædicaturam,& locos tum ex nouo teſtamento,velut ſelectiſsima poma tã noua,
quã uetera,exhibituram;quod,& olim ipſe faciebat, qui domi Apoſtolis ſuis quæ
ad collationem, & intelligentiam noui & veteris teſtamenti pertinerent, tanquã
5 perfectioribus,aperte exponebat. quæ tamen per parabolas & ænigmata extraneis
proponebat: Et idẽ ſuis diſcipulis ſuo exemplo facere conculcabat, quũ diceret, *Matth.13.*
ideo omnis ſcriba doctus in Regno cęlorum, ſimilis eſt homini patri familias, qui
profert de theſauro ſuo noua & vetera. Hic vero ſeruato decoro colloquij ruſti
cani,hoc idem ruſticana ſubindicatur ſimilitudine a ſponſa,quæ ſelectiſsima po-
ma noua,& vetera ſuo ſponſo pollicetur. Belle uero reſpondet hoc promiſſum
deſiderio Iudęorum,qui proxime ſuma ſulamithem ſic rogarunt: Fiant odores
6 tui,aut odor oris tui,aut vero,naſi tui, ſicut odor malorum.

Caput VIII. 1

Quis te mihi det fratrem meum ſugentem hubera matris meæ, vt in
ueniam te ſolum foris, & deoſculer, & iam me nemo deſpiciat.
Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, & in cubiculum
genitricis meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condi- 2
tum, & muſtum malogranatorum meorum.
Leua eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me.

SPonſa quia uidet ſponſum cunctari, nec ſe tam facilem, quam ipſa
optarit, præbere, ſuiſque uotis annuere, maiore iam contentione
pergit ipſum orare, ut poſitis odijs, omniumque iniuriarum, quas
a matre ſua paſſus eſt, oblitus, & placatus ſe iam facilem præbeat, 3
& exorabilem: vt ſic priſtinus ille amor iam diu interruptus, inter
eos plene redintegretur. Poſt mitiorem ergo, qua hactenus cũ illo
vſa eſt oratione, & leuiores motus, iam nunc totos effundit animi ſui affectus, &
qui Græcis τὰ πάθη dicuntur, uehementes motus, vnaquè cum vehementibus affe
ctibus, & maxima erga matrem amoris teſtificatione; adhibet etiam illa ad perſua
dendum, quod optat, argumentum alterum, quod ex matris reconciliatione omni
ipſa contumelia liberanda ſit: alterum quod ſe maximas delicias ſponſo in cõclaui
matris ſuæ (ſi modo ipſe illuc ſe in duci patiatur) facere pollicetur. Amoris vehe-
mentiã & deſiderij magnitudinem maxime exprimit illa in ſimilibus affectibus He 4
bræis familiaris loquendi formula, *Quis mihi det te fratrem meum, &c.* Quem he-
braiſmũ, latini ſic efferunt, o ſi mihi ſis frater ſugens hubera matris meæ &c. Hoc
ipſum etiam exprimunt, crebra inciſa, & aſyntheta, quibus totus hic locus in He
bræo diſtinctus eſt uſque ad illa uerba, *Leua eius ſub capite meo, &c.* In hunc mo-
dum, *inueniam te foris, deoſculer te, & non deſpicient me, apprehendam te, deducam te,*
introducam te in domum matris meæ, docebis me, potabo te vino condito, muſto malo-
rum punicorum.

Nec enim quicquam præterea eſt in hebræo. Et hic rapidus orationis decur-
ſus manifeſte indicat, quanto amoris impetu in ſponſum rapta, ad deliquium uſ- 5
que animi ipſa præceps feratur: & unà ſecum illum nitatur rapere, dum hæc ſub-
iungit, *Læua eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me.* Ac ſi dicat, o
ſi te tam facilem ſponſe mi, & placabilem matri meæ præbeas, quam ſi puellus fra-
terculus meus ſis, qui primum irritatus, deinde eidem placatus ipſius ſugas hube-
ra. O ſi foras extra urbem egrediamur uerſus villam matris meæ, ubi te meis o-
ſculis, & quas tibi illic opto facere delitijs placare poſſim, nec iam poſt hac quiſ-
quam me deſpiciat, propterea quod te matri meæ iratum uideat. Ibi certe am- 6
plectar te, nec te dimittam, donec in domum matris meæ introduxero, ubi tu me
doceas, ego uero te conuiuio excipiam, in quo uinum aromatites & muſtum ma-

logra-

1 lo granatorum meorum tibi propinem. Sed hæc diu precantem, & optantem, hei
mihi ſponſe mi, animus me deficit, labaſco, labantem me obſecro amplexare tua
lęua, & nutanti capiti meo dexteram tuam ſupponito. Talis certe extremis tempo
ribus cura coquet Eccleſiam in concilianda Chriſto ſynagoga, qualis hic expri-
mitur cura & ſolicitudo, uſque ad animi deliquium adigens ingenuam, & piam
ſponſam, matri ſuæ iratum ſponſum modis omnibus placare iam pridem laboran-
tem, & conciliare, quæ tamen hoc ab ipſo nequit impetrare. Iam enim ex eo tem-
pore hoc ipſum ſtatuit apud ſe & aggreſſa eſt Eccleſia, quum diceret, *inueni eum,*
quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris Sup. cap. 2.
2 *meę, & in cubiculum genitricis meæ.* Quanta igitur maxima poterit animi conten-
tione poſt ſublatum Antichriſtum, orabit Eccleſia ſic Chriſtum ſponſum ſuum,
ut ſibi prædicare paranti euangelium Iudæis, faueat; ſuamque gratiam, & pacem
largiatur: ſimul etiam & ſynagogæ ſe omnino miſericordem præbeat, ceu ſubtra-
hens ſe paulisper a cœli curia, poſita perſona iudicis ac maieſtate, omnique iudi-
cij ſtrepitu priuatus, facilis, & placabilis, quaſi lactens puellus ad Iudęos ueniat;
vbi cum ipſa ſic priuatam agentem perſonam quaſi puellum Iudęis placatum fo-
ris, nempe apud ſynagogam, ipſius hubera ſugentem, & ceu fraterculum ſuum in
agro verſantem, quem ibi deoſculari poſsit, inueniat; atque ita ambę, tum ipſa in
3 prędicando, tum illa in audiendo, recipiendoque euangelio, rem Deo, qui pater
Chriſti eſt, gratiſsimam faciant: ut inde & ipſa ſoror, & illa mater ipſius dici poſ-
ſint. Eò ſcilicet ſpectans, quòd ſciat, Chriſtum in Euangelio dixiſſe, *Quicunque* Mat. 12.
fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt. Gra-
tiam enim, & pacem ſuam quum Chriſtus tribuerit ſynagogæ, tum illa Chriſtum
animo uelut concipiet & pariet, & in recepto Euangelio perſeuerans, ſuis hube-
ribus, hoc eſt, nondum perfectis, ſed tamen ſuauibus inſtar lactis, bonis operibus
nutrire uidebitur: & Chriſtus ipſe quum pia ſynagogæ opera probabit, illiſque de
lectabitur, eiuſdem quaſi puellus matri iam placatus, fugere uidebitur hubera.
4 Nec enim amores hoc loco interpretari poſsis, ut alibi: hic enim non דֹּדַי ſed דַּדַּי,
poſitum eſt in hebræo. Et ideo in eodem negotio Eccleſia a Chriſto contendet,
ut ſe ille ſynagogæ quaſi lactantem filium, ſibi vero quaſi fratrem præbeat. Iam ue
ro quod inde proculdubio conſequuturum eſt, tanquam firmiſsimum & neceſſa-
rium a conſequentibus ſubiungit argumentum. *Et non deſpicient me.* Aut, ut no
ſtra æditio habet, & iam me nemo deſpiciet: perinde eſt, ac ſi dicat, quod ſi mihi
annueris o dilecte mi, omni me calumnia, & iniuria liberabis. Quum enim plenitu
do gentium iam ſe mihi adiunxerit, mecumque de pietate, & religione idem ſen-
tiat, neq; vlla iā ſit in uniuerſo orbe, quātus, quantus eſt, natio præter unā Iudęorū
5 gentem, quæ non te tanquam Deum colat, & me tāquam ſponſam tuam obſeruet;
ſi tua dignatione ſynagoga (quam ego matrem agnoſco) aliquando ſapiat, teq; reci
piat, tunc deſinet mihi obtrectare, & ab atrocibus maledictis, quib. hactenus me-
que, teque inceſsit, abſtinebit: ceſſauerit enim illa Iudæorum æmulatio, atque ira,
qua illos laboraturos fore hiſce tuis uerbis prædixit Moſes, *Ego ad æmulationem*
vos adducam in non gentem: in gentem inſipientem in iram vos mittam. Ceſſauerint & il
læ blaſphemiæ Iudæorum, qui propter te per ſingulos dies in omnibus ſynagogis
6 ſub nomine Nazareorum anathemizant nomen Chriſtianum. Præterea quum ad-
dit *apprehendam te &c.* Suum in cępto prædicationis opere perpetuo gliſcens in cō
cilianda Chriſto ſynagoga deſideriū exprimit; nempe ꝙ optet, quē ſemel matri re

con-

conciliauerit ſponſum Chriſtum magis ac magis eidem reddere familiarem, & 1
inſolubili amoris vinculo deuincire. Hoc eſt enim apprehendere ſponſum, &
quem foris (id eſt, in ſynagogis, quę a templis, & ciuitate chriſtiana ſeiunctę ſunt)
per gratiam & pacem eiuſdem deoſculata eſt, atquè eadem ratione lactandum il
lum quaſi filium paruulum, ſynagogæ conciliauerit, eundem procedente tempo-
re per aſsiduam prædicationē & Euangelicam inſtitutionem uelut eiuſdem ſyna-
gogæ uirum, in cubiculum ipſius ducere, atque introducere. Id vero quia ſponſa
ſe præſtare non poſſe agnoſcit, niſi prius a ſponſo doceatur, quæ ipſa deinde ma-
Mat. 10. trem ſuam doceat, ideo ſubiungit, *docebis me*. quaſi dicat. Nec enim tunc cogita-
bo, quomodo, aut quid loqui debeam, ſed ſecura, quam mihi tu in illud tempus 2
pollicitus es ſapientiam, expectabo. Quia uero progreſſu temporis iam adultus
apud ſynagogam, & ex paruulo filio vir eiuſdem factus Chriſtus, tanquam uir exci
piendus erit in conclaue, hoc eſt in intimos cordis matris ſuæ receſſus, tum & ip-
ſa pollicetur, ſe in illis nuptijs pincernę officio perfuncturam, atque vinum aroma
tices, & ſuccum ex ſuis malogranatis expreſſum miniſtraturam. Qui vterque po-
tus generoſiſsimus eſt, & adulto dumtaxat uentriculo conueniens. Per vinum por
ro aromatices, aut ut noſtra æditio habet, vinum conditum, quod ſcilicet, ex opti
Mat. 9. mo uino ſit, cui permixta ſunt aromata, unde ipſum odoratum redditur, & *ἐυςομα-*
τικὸς, hoc eſt roborans uentriculum, altiſsima quæque myſteria, & conſilia euan- 3
gelica cum fide, & charitate, omnique uirtutum genere coniuncta, intelligit. Atq;
hoc uinum non niſi in utres nouos infundendum eſſe, ipſe Chriſtus cenſet. Ne ſi
in utres ueteres immittatur, nimirum ne ſi committatur hominibus parum firmis,
parumque in fide, & inſtitutione Chriſtiana conſtantibus, utraque pereant. Id ue
ro pollicetur Eccleſia, ut oſtendat ſe in animo habere, hoc pręſtare ſynagogæ,
quod illa ſuperius rogauit, quum diceret: ſit obſecro guttur tuum ſicut uinum op
timum dignum dilecto meo ad potandum &c. Per muſtum autem malorum grana
torum, exempla martyrum deſignat, quæ quum proponuntur, uelut ſuccus ex ma
logranatis expreſſus auditoribus propinari uideatur. Quæ quidem exempla nemi- 4
ni imitanda proponi debent, niſi ei, qui tamdiu in priuata arena euangelij exercita
tus ſit & fœliciter uerſatus, ut tanquam ſtrenuus Chriſti athleta in publicum cir
1. Cor 2. cum ſi opus ſit, produci poſsit. Sapientiam inquit Paulus, loquimur inter perfe-
Heb. 5. ctos: & alibi, Perfectorum, inquit, eſt ſolidus cibus, & eorum, qui pro ipſa conſue
tudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni & mali. Hac ergo ſapien-
tia pollicetur Eccleſia inſtituere ſynagogam proceſſu temporis, & eam uelut uino
aromatite, & muſto malogranatorum potare. Vt quum hęc illa hauſerit cordę
atque crediderit, plenè iuſtificetur: quumque ipſa loquetur eadem præſente Chri
ſto, illi uelut uinum aromatites, & muſtum ex malogranatis expreſſum haurien- 5
dum ſummaque cum uoluptate bibendum propinet; quod ille ex ipſius gutture
ſic ſuauiter bibat, quemadmodum uinum illud optimum dilecto ſuo ex gutture
Eccleſiæ ſuauiter defluere ad amores ſuos, ipſa antea obſeruauit; atque ea de-
mum ratione ſponſa, quæ Synagogam matrem ſuam potauerit, ſponſum quoque
fratrem ſuum potaſſe iure dici poterit. Quam uerò hic ſynagogæ amor & ingens
cura prælatos & doctores extremis temporibus vret, & conficiet, indicant verba
illa, *Læua eius ſub capite, meo &c.* 6

Ex quibus conijcimus, talem tunc in Eccleſia futuram charitatem, & in reconci-
liandis Chriſto Iudæis amoris uim, qualem in Paulo fuiſſe, illa ipſius verba ſigni-

1 ficant. *Veritatem dico in Chriſto Ieſu, non mentior, teſtimonium mihi perhibente con-*
ſcientia mea in ſpiritu ſancto; quoniam triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi Rom. 9.
meo: optarem enim ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei
ſecundum carnem &c.

Nec enim in amatorio dramate ſub perſona ſponſæ hic ſingens Pauli amor, &
eadem amoris cauſa in illa Eccleſia magis ad viuum exprimi potuit, quàm quòd
in vitæ diſcrimen uenire prælati & doctores ſignificentur, dum ſynagogam ma-
trem ſuam ſecundum ſpiritum, Chriſto reconciliare ſatagunt, vt ille Iudæos, fra-
tres ſuos ſecundum carnem; & uel ob id maxime, ne iam quiſquam eos deſpiciat,
2 hoc eſt, ne iam quiſquam ſuperſit, qui propter Chriſtum Eccleſię maledicat, quod
maxime eſt Chriſto male dicere; quò etiam incredibilis amoris ſui arcum inten-
dens Paulus dicebat, ſe malle a Chriſto uelut anathema, & diris omnibus deuo-
tum, citra tamen ullam culpam ſuam ſeparari, modo deſinerent Iudæi Chriſto ma
ledicere, atque ita blaſphemias & maledicta Iudæorum Chriſti iactura, omnium
quę pati poterat, maxime ſuo malo redimere. Scio multorum eſſe ſententiam, to-
tum hunc locum ad patres ueteris teſtamenti, & Eccleſiam, quę aduentum Chri-
ſti pręceſsit, pertinere; qui omnes uehementer optarent, ut uerbũ illud Dei, quod
in principio rerum omnium apud Deum erat, & in ſinu Patris inuiſilis homini-
3 bus uelut in abditiſsimis adytis in forma Dei latebat, hominem indueret, & ſub
ſerui habitu e cœlo peregre in huius mundi agrum profectus, ex uirginis thalamo
foras egrederetur, & hominum frater, factus homo conſpiceretur, atque inter ho-
mines familiariter uerſaretur. Nos continens & perpetuum hiſtoriæ filum tenen-
tes, ſenſum qui continenti & perpetuæ hiſtoriæ magis congruere viſus eſt, ſe-
quuti ſumus.

Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ne ſuſcitetis neque euigilare faciatis di-
4 *lectam donec ipſa velit.*

Delinitus ſponſus pathetica ſponſæ oratione, eiuſque deliquio, & uitæ periculo
commotus, collabentem præ amoris deſiderij uehementia, mediam complectitur,
bonoque eam iubet eſſe animo. Affirmat ſe iam ἀμνηστεῖν hoc eſt, iniuriarum
obliuionem facere, in ſuam fidem, & gratiam, ut ipſi gratificetur, matrem ipſius
accipere. Atque his blanditijs, & benignitate reuocatam, ac recreatam quieti tra
didit. Tum uero ad fœminas Ieroſolymitanas conuerſus, eas religione obſtri-
5 ctas obteſtatur, ne dormienti, & quieſcenti ſponſæ obſtrepant, neue ipſam exci-
tent aut euigilare compellant.
Sic olim Chriſtus fatigatus, uictuſque aſsiduis, & improbis Eccleſiæ preci-
bus, ac uidens prælatos omnes triſtitia, & dolore confici, dum ſynagogæ reconci Ioã. 10.
liationem differri uidebunt annuet tandem piorum hominum uotis: & in illo-
rum gratiam ſynagogæ placabitur: omnibuſque remiſsis iniurijs, & facta amni-
ſthia, tunc demum fiet (ut ipſe prædixit) unus paſtor, & unum ouile. Id quod
6 plane fuerit, amore & mærore confectã Eccleſiam recreare, & quieti dare. Quum
etiam tam ſecretioribus ſuis, quam publicis ſuorum familiarium Eccleſiaſtarum
monitis Iudæos obteſtabitur, poſthac vt quieſcant, præfractam ceruicem infle-
ctant.

ctant,abiectaque priſtina illa, & inueterata perfidia,poſitis odijs, & omni perti-
Heb.14. nacia, ac ueteris legis, maiorumque ſuorum procul ablegatis cærimonijs, & ſuperſtitionibus,morigeros ſe Eccleſiæ præbeant, docerique,ac perſuaderi faciles. Tunc illud paulinum frequenter ipſis inculcabitur, *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant tanquam rationem reddituri de animabus veſtris: vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes; hoc enim non expedit vobis*. Hactenus quartus huius dramatis actus.

FINIS LIB. IIII.

COS-

COSMAE DAMIANI HORTOLANI COMMENTAR.

In Canticum Canticorum Salomonis,

LIBER V. ACTVS V.

Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delitiis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?

3

SEDATIS iam omnibus turbis, rebuſque omnibus ad optatum,
quem ſponſa ſemper optauit, finem perductis, hoc quinto, & ex-
tremo huius ſacræ tragicomediæ actu in ſcænam introducitur
ſponſa voti compos facta. Quippe quæ ſponſum ſuis precibus,
& delitijs cum in agrum, & deambulando in deſertum uſque lo-
cum pertraxerit, ibique eiuſdem oſculis, & optatis amplexibus ſi-
ne arbitris potita fuerit: iam inde de eodem honorifice comitata in urbem re-
4 deat. Introducitur & adoleſcentularum chorus hoſce comites magno plauſu
excipientium, & quæ ſponſam ſummis honoribus & fauore ſponſi auctam adeo
iam non deſpiciant, ut tantę rei nouitate ac miraculo attonitæ ſic exclament. *Quæ
eſt iſta quæ aſcendit &c.* Belle uero & graphice ſub hoc ſchemate Eccleſia genti-
lium prælatorum, & doctorum nobis deſignatur: quæ cum extremis temporibus
aſsiduis precibus, & omnibus pietatis officijs ad inuiſendos, & ſeruandos Iudęos
Chriſtum pertraxerit, tunc demum re præter uulgi opinionem feliciter geſta, ue-
lut Chriſto comitata, eodemque in itinere familiariter, quaſi de more amantium
iniecta in ipſius humerum manu, ingrediens, ex deſerto aſcendere exiſtimetur im-
5 perfectis, & ijs qui cum parum adhuc in fide, & charitate profecerint, tantum ab-
eſt, ut ſynagogam Chriſto reconciliandam tunc fore ſint credituri, ut ſpirituales
uiros dum eam rem aggredi uiderint, quaſi fruſtra innitentes ſuam ludere ope-
ram ſint credituri: contra uerò, ubi uidebunt, pertinaci piorum hominum prædi-
catione & opera conuerſum in Chriſtum (quemadmodum Paulus dixit) omnem Rom. 11.
Iſraelem, tunc demum inſperatæ rei auctorem Chriſtum agnoſcentes, illud Pau-
linum exclamaturi ſunt. *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Quam in-
6 comprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Quis enim nouit ſenſum
Domini? aut quis conſiliarius eius fuit? Quoniam per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo
ſunt omnia: ipſi gloria in ſęcula ſæculorum Amen.* Iſai. 59.

Tunc

Tunc & illud Iſaiæ oraculum memoria repetentes admirabundi exclamabunt. 1
Venit tandem ex Sion promiſſus ille liberator, & qui omnem abſtulit ab Iacob
impietatem. Agnoſcentes præterea & illud aliud eiuſdem prophetæ oraculum
expletum eſſe, de admiranda Dei potentia, & fide pronuntiabunt. Ecce, iam tan-
dem ſublato crucis uexillo, ſuos miſit Deus duces, & milites euangelicos, quos ip
Iſai.66. ſe ſibi ſeruauit, ut diuerſas per omnes gentes Iſraelis reliquias prædicationis ui &
efficacia colligerent, & collectas in montem ſanctum ſuum reducerent. Oracu-
lum porro ſic ſe habet. *Et ponam eis ſignum, & mittam ex eis qui ſaluati fuerint, ad
gentes in mare in Africa, & Lybiam tenentes ſagittam, in Italiam, & Græciam ad inſu-
las longe, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam: & annuntia-* 2
*bunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres veſtros de cunctis gentibus do-
num Domino in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad mon-
tem ſanctum meum Ieruſalem, dicit Dominus: quomodo ſi inferant filij Iſrael munus in
vaſe mundo in domum Domini.*

Quæ uero hoc loco dicuntur de inferendis illis in equis, iumentis, ac uarijs ve
hiculis, hæc myſtice intelligenda eſſe, ſatis conſtat. Sed aduertendum eſt, hoc
tropo vſum prophetam alludentem ad morem magnæ multitudinis de deſertis lo
cis cum omnibus ſuis impedimentis (ut Agareni ſolent) prodeuntis. Synagogam
porro deſerti appellatione hoc loco deſignari, illud argumento eſſe poteſt, quod 3
ſponſum ſuum Chriſtum illa excludere, immaniterque interficere quum cogita-
ret, hoc ſibi pro tam inſigni perfidia, & impietate ab ipſo audiuit paratum exci-
Luc.13. dium. *Ecce*, inquit, *relinquetur vobis domus veſtra deſerta*. Item & illud Amos pro-
Amos.9. phetæ uaticinium, *Conuertam inquit Dominus, captiuitatem populi mei Iſrael, & ædifi-
cabunt ciuitates deſertas, & inhabitabunt, & plantabunt vineas, & bibent vinum earum, &
facient hortos, & comedent fructus eorum &c.*

Atque (ut retro capite tertio, annotauimus) deſerti nomine ſignificari gentes,
ut apud Iſaiam, quas propheta ille prædixerat uertẽdas fore in Charmelum; ſic et
hoc loco eadẽ deſerti appellatione Iudæos deſignari certũ eſt, quos ex Charmelo 4
in ſaltum idem mutandos prædixit. *Erit* inquit, *deſertum in Charmel: & Charmel in
ſaltum reputabitur*. De hoc ergo deſerto Iudaici populi, reliquias uniuerſas Iu-
dæorum extremis temporibus aſcendere mirabitur gentilis Eccleſia. Aut uero
regiones cunctarum gentium, unde (ut proxime citato Iſaiæ oraculo Ieroſoly-
mam reducendæ prædictæ ſunt reliquiæ Iſrael) deſerti nomine rurſum hic ſigni
ficantur: propter vaſtitatem infidelitatis, quam per omnes gentes paulo ante indu
Luc.18. xerit Antichriſtus, iuxta illud ſuperius adductum Chriſti uaticinium, *Quum ve-
nerit filius hominis, putas inueniet fidem in terris?* Ac tunc demum primus aſcen-
ſus populi Iſraelitici de deſerto Arabiæ in terram patribus eorum promiſſam, per 5
hunc ſecundum longe feliciorem, cuius ille typus fuerit, confirmabitur. Ad quem
aſcenſum ſic gentes fideles admirabuntur, & præ lętitia exclamabunt, uidentes po
pulum Iſraeliticum ad eccleſiã, nouã Ieruſalẽ aſcendere; ut olim Chananæi pr ę ti
more attoniti exclamarunt, quum uiderent maiores illorum de deſerto Synai
aſcendere in terram ſuam. Sunt & alia oracula in ſacris litteris, quæ ſub imagi-
ne deſerti Synagogam ſolent adumbrare. Hoc uero deſertum iam olim coluit, &
ſub finem ſęculi magno ſucceſſu colet Eccleſia. Verùm quia (ut Paulus admonet) 6
1 Co.3. *neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat, Deus*, eam ob rem
ubi hæc fama de conuerſione iudæorum ad aures populi Chriſtiani peruene-

rit,

1 rit, tunc fidelibus illis uidebitur Eccleſia de deſerto aſcendere humero Chriſti in
nixa: cuius potiſsimum opera & fauore negotium hoc confectum fuerit, & præ-
ter communem hominum opinionẽ profligatum. Quod præterea prædixit Iſaias,
eos qui tunc reducturi ſunt fratres Iudæorum Ieroſolymam, ſi molliter, & ho-
norifice populum illum reducturos fore, perinde atque inferre ſolebant olim filij
Iſrael munus aliquod in uaſe mundo in domum Domini. hoc ipſum eſſe uidetur
quod hoc loco pro decoro perſonæ ſponſę, dicitur Eccleſia aſcendere de deſerto
innixa ſuper dilectum ſuum, Nempe uiribus & fauore Chriſti nitens, delicate &
honorifice reliquias Iſraelis in montem ſanctum domini reducere, & nouam Ie-
2 roſolymam. Nullas vero maiores a Chriſto ſponſo ſuo delitias percipere poteſt
Eccleſia, quam quum fælices ſucceſſus prædicationis Euangelicæ ab eo ſe impe-
trare, ex impiorum conuerſione deprehendit. Quibus ſane delicijs affluens Pau- *Philip. 4.*
lus ſuos Philippenſes gaudium ſuum uocabat, & coronam. Item & Theſſalonicen *1. Theſ. 2.*
ſes, quorum etiam conſtantiam chriſtianam ſuam ipſe uitam reputabat. Non eſt *& 3.*
tamen diſsimulandum, hæc uerba, delitijs affluens, in hebræo non haberi.

Sub arbore malo ſuſcitaui te. Ibi corrupta eſt Mater tua: ibi violata
3 *eſt genitrix tua.*

Quia pergratus, perque iucundus nobis eſſe ſolet ortus noſtri locus, ibidemquè
libenter uerſamur; nec ſine uoluptate, quos mater dum nos eniteretur, labores ibi
pertulit, audimus ab alijs memorari, eo ſpectans ſponſa, ut grata mente perſequa-
tur meritam gratiam, & beneuolum erga ſe ſponſi fauorem, fauſtam, & bene omi
natam arborem illam commemorat, ſub qua ſponſus ortus ſit, & dolores, quos
ipſum parturiendo, mater ibidem pertulit nõ uulgares. Id quod uariata eiuſdem
ſententiæ indicat repetitio. Confabulando igitur inter eundum ſponſa, locum,
ubi ſponſum conuenire commodum fore iudicauerit, memorat. Vt ex loci com
4 moditate ad conciliandum illum matri ſuæ peropportunam captaret occaſio-
nem: & illud tanquam certiſsimum maximi amoris & gratiæ promit argumen-
tum, quod nihil ille offenſus fuerit excitari ſub ea arbore, ubi ſomnum capiebat
ſuauiſsimis laboribus in gratiam ſuam ſuſceptis, defeſſus, & extremis periculis
defunctus; quodque inde excitatus, & euocatus ſe in ſolenni pompa in vrbem
reducat honorifice. Vt hæc ſit confabulationis pars: & totius colloquij hæc ſit
ſumma; Meritò te amo de hoc honore & fauore o dilecte mi, quem ut mihi exhi-
beres, nihil offenſus es, a me tunc excitari, quum grauiſsimis in meam gratiam ſu-
ſceptis laboribus, & extremis defunctus periculis, ſuauiſsimum ſomnum caperes
5 ſub arbore illa malo, uel eo nomine tibi gratiſsima, quod ea te primum in lucem
æditum tenſis ramis, ſuis quaſi brachijs exceperit, & ingentium dolorum, quos
quum ibi te parturiret mater tua, perpeſſa eſt, teſtis exiſtat. Atque huius loci hic
ſit ſenſus myſticus, vt poſt interiectam confabulationibus Chriſti & Eccleſiæ im
perfectorum acclamationem, rurſum Eccleſia uehementer gaudens, & uelut gra-
tias agens ſponſo ſuo Chriſto de Iudæorum conuerſione, quam ad crucem, &
6 crucifixi illius pedes prouoluta ſummis precibus impetrarit, in hanc ſenten-
tiam cum eodem familiariter colloquatur: Ego uero exulto præ gaudio, & to-
ta geſtio o optime, & mihi chariſsime Domine Ieſu Chriſte, quòd tibi tan-

dem

dem Iudæos reconciliauerim: ſed non poſſum ſatis mirari, quantum apud te poſ 1
ſint pertinaces,& obſtinatę eorum, qui te ſupplices ad tuam crucem prouoluti ſo
licitant,preces: atque in ea arbore, uelut grauiſsimis laboribus, & extremis peri-
culis in ſuam gratiam ſuſceptis,defeſſum,& dormientem contemplantes,ingenti-
bus animi ſui clamoribus & profuſis lacrymis contendunt excitare, & abs te quæ
optant impetrare. Ego quidem certe nuper, quum de prædicando Iudæis euan-
gelio cogitarem, tuaque unius ope ad eam rem ſane arduam, quam moliebar,me
omnino indigere animaduerterem, nullum commodiorem locum captare potui,
ubi te conuenirem; nuſquam alibi, quam in cruce magis exorabilem te inuenire
poſſe iudicaui. Quamobrem ad crucem tuam procidens,defixis in te crucifixum 2
oculis,lacrimans, & ſublatis manibus ſupplex ibi cæpi obſtrepere, uocalibus &
clamoſis intimo corde expreſsis gemitibus altum inclamare,tuam gratiam,opem,
& præſentiam flagitare:quumque nullum finem orandi facerem,te tandem,qui ha
ctenus Iudæis dormire uidebaris, excitaui, atque ad rem omnibus ſeculis memo-
rabilem conficiendam comitem mihi,ducemque impetraui:idque exemplo illius
omnium quæ unquam fuerunt, quæ ue futuræ ſunt fœminarum ornatiſsimæ ma-
tris tuæ Mariæ; illa enim quæ quum te in eam arborem actum ſublatumque uide-
ret,totius ſynagogæ, tum impiæ matris tuæ,iaculis teliſque peti,iiſdem ipſa quò-
que telis confoſſa & tranſfixa non leuiores tunc,quàm quæ parturit mulier, dolo- 3
res pertulit: & quæ quum te in lucem edidit, ſine ullo uoluptatis ſenſu,aut illece-
bra conceperat,ita etiam ſine ullo doloris ſenſu peperit; tunc tamen,uiſa ſibi pla-
ne eſt,te parturire; quippe,cuius animam (ut uates ille Simeon prædixerat) acu-
tiſsimus doloris gladius tranſuerberauit. Ea inquam, pientiſsima mater tua Ma-
ria ſic te ſuis doloribus & clamoſis ſpiritus ſui gemitibus excitauit, ſic in ſui com
miſerationem commouit,ut Ioannem raræ puritatis ac pietatis uirum,filium,te al
terum,& ſuæ orbitatis dulciſsimum tulerit ſolatium. Atque hic ſenſus tum uul-
gatam noſtram lectionem complectitur, tum & hãc quam iuxta hebræos alij agno
ſcunt: ibi te parturiuit mater tua,ibi te parturiuit genitrix tua חִבֵּל enim corrum- 4
pere,perdere,& deſtruere hebræis ſignificat,& parturire: ut etiam uertere poſsis,
ibi te deſtruxit mater tua,ibi te deſtruxit genitrix tua, Nimirum ſynagoga. Nec
ſatis aſſequor quo ſpectans noſter interpres actiuam orationem mutauit in paſsi-
uam. Eam tamen lectionem,quoniam recepta eſt,nos quoque amplectimur & in-
terpretamur. Sed tunc hic locus ad Chriſtum magis uidebitur pertinere, quàm
ad Eccleſiam. Vt Chriſti ad Eccleſiam quæ tantam ſui admirationem ſpectato-
ribus excitauit,hæc ſint uerba: agnoſce o Eccleſia ſponſa mea, ingens quod in te
contuli beneficium; & ſummum hunc,quo te affeci, honorem ſingulari memoriæ
commenda,quod quum corrupta & uiolata ſub arbore malo, ideoque uilis, con- 5
temptaque unà cum matre tua Eua, quæ & ipſa quoque ibi prima omnium corru
Ioiſ. 12. pta uiolataque ab antiquo ſerpente fuit, iaceres,tuam tandem uicem miſeratus, te
de terra & ſordibus erexi;& quemadmodum ante prædixeram, poſtquam in eam
arborem ſublatus fui ſublimis, ad me traxi, mihiquè indiſſolubili charitatis nexu
ſociaui;te inquam,o Eccleſia,quæ prima ex primitijs Iudęorum, & gentium ple-
nitudine,coaleſcens mihi,fidem habuiſti;& nunc tandem ſynagogam hactenus re
bellem per te mihi reconciliatam,èque priſtinis ſuis ſordibus excitatam,repurga- 6
tamque eodem mihi amoris glutine copulaui, ut aſtutiſsimus humani generis ho-
ſtis diabolus habeat,quod illi perpetuò doleat. Nempe iniquos aſtus ſuos & frau

des,

1 des, quas olim in arbore exercuit, iuſtiſsimis noſtris aſtibus, & fraudibus in arbore quoque deluſos, deuictoſque fuiſſe.

Cæterum & hæc quoque lectio priorem noſtram interpretationem admittit, ut iam admonuimus; poterit igitur & ipſa ſponſæ accommodari. Gentibus inquit Glo. admirantibus reſpondet ille, qui fecit utraque unum, & admonet, meminiſſe gratiæ, per quam ipſa excepta eſt, & aliorum congaudere ſaluti.

Gratiam autem eam intelligit, quòd ſub cruce ſit ſuſcitata, qui effectus magnæ benignitatis eſt: quia in illa arbore interius excæcata eſt mater tua, ex quo
2 dixit; ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Vult itaque auctor Gloſæ hæc uerba eſſe Christi ad eccleſiam.

Verùm apices, qui deſignandis uocalibus a recentioribus Hebræis inuenti, & adiecti ſunt, hæc ad ſponſam omnino referunt uerba. nam illud עֹרַרְךָ quod eſt excitaui te, item & illud חִבְּלַתְךָ parturiuit te. Item & illa אִמֶּךָ mater tua & יְלָדַתְךָ genitrix tua. omnibus pronominibus affixis adiunctum habent camez. quod pronominibus maſculinis ſecundæ perſonę adiungi ſolet. Tres illi patres hæc uerba eſſe uolunt ſponſi ad Sulamith, per malum intelligen
3 tes ſenſualem fabricationem, quæ inſtar pomi multos ſenſus oblectare nati, omnes ſenſus exhilarat; ſub qua dormientem illam, & circa bona torpentem ſponſus ſe dicit excitaſſe; atque admonet conceptam a prima ſua matre Eua ſub habitu rerum materialium per uoluptuariam generationem, & in lucem æditam per natiuitatem ſecundum potentiam: ideoque ante paſsionem ſenſuum comprehendatur ſectans uoluptatem, & fugiens dolorem. Quòd ſi ab hoc corrupto habitu liberari uelit, hortatur, ut ſe quaſi ſigillum cordi, & brachio ſuo imponat, quo & contemplatiua ipſius uis, & actiua ab omni error libera ſeruetur: & actiua per aſsimilationem proin ſimplicem & minime fictam actionem & ignitam auerſionem a malo, atque ita maneat ipſe in ſulami-
4 the, ſeruans eam, uelut ſigillum quoddam ab habitu rerum materialium.

Pone me velut ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum: quia fortis eſt, vt Mors dilectio, du-
5 *ra ſicut Infernus æmulatio, lampades eius lampades ignis atque flammarum.*

Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eum.

6 Proximum ſponſæ argumentum ut confirmet ſponſus, illud in primis ab ea exigit, ut ſe ſolum meditetur, & ob oculos habeat perpetuò obſeruantem inſtar

ſtar ſigilli, quod impreſſum cordi, & brachio appenſum geſtet de more aman- 1
tium: illi enim ne unquam abſentis amici poſsint obliuiſci, ſigillum ipſius an-
nulo inſculptum, aut quoduis aliud mnemoſynum manui inſerunt, aut brachio
appendunt.

Iſa. 49. Ad quem etiam morem alludens Dominus apud Iſaiam urbem Sion ſic al-
loquitur: *Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur fi-
lio vteri ſui? Et ſi illa oblata fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui. Ecce, in
manibus meis deſcripſi te*, aut, ut alij uertunt, inſculpſi te. Id uerò, quam
ſuo iure ille exigat, illuſtri demonſtrat exornatione, ſubiecta nimirum Aethio
logia, quod eam prior ipſe immenſo amore ſit proſequutus, cuius amoris in- 2
gentem uim amplificat, & ex eiuſdem amoris contentione ad mortem, ſepul-
chrum, & ignem, quem nulla aquarum uis extinguere poſsit, nec obruere, di-
ſerte exponit: quin, & eò vſque rem deducit, ut omne aliud amoris genus præ
hoc, nihili faciendum uideatur. Chriſtus quoque quum audit eccleſiam hono-
rificam crucis, ſuique cruci affixi facere mentionem, inque iugi hac meditatio-
ne omnem ſuam collocaſſe fiduciam, ut eandem in hac confirmet ſententia, *Po
ne*, inquit, *me uelut ſignaculum ſuper cor tuum, uelut ſignaculum ſuper brachium tuum*,
aut ut quidam uertunt, uelut ſigillum.

His uero uerbis ſuam Chriſtus hortatur eccleſiam, ut ſe ſolum crucifixum 3
cogitet, ſe ſolum ob oculos obuerſantem habeat, ſe ſolum ex toto corde, ex to-
ta mente, & cunctis tam corporis, quam animi uiribus amet: & breuiter, ut
quantum poſsit, ſecum paria in amore faciat. Hoc enim eſt, Chriſtum ceu ſigil-
lum cordi impoſitum, atque impreſſum habere, & uelut ſigillum brachio ap-
penſum geſtare: ſigilli itaque ſymbolo tantundem amoris hoc loco Chriſtus a
ſua exigit eccleſia, quantum olim a ſynagoga, quum eam ſic alloqueretur, exi-
Deut. 6. gebat, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota
fortitudine tua. Eruntque uerba mea hæc, quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & nar-
rabis ea filijs tuis, & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere tuo, dor- 4
miens, atque conſurgens. Alligabis uerba hæc quaſi ſignum in manu tua: eruntque &
mouebuntur inter oculos tuos.* Et Exod. 13. *Eritque quaſi ſignum in manu tua, & qua-
ſi monimentum ante oculos tuos, & ut lex Domini ſemper ſit in ore tuo.*

Cor namque Chriſto obſignatum, & ſoli Chriſto notum nullius alterius rei
impreſsionem admittit: ſed illius ſolius caractere notatum expreſſam Chriſti
duntaxat refert imaginem & ſimilitudinem. Atque is demum homo primigeniæ
integritati ſuæ reſtitutus, ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus meritò di-
Coloſ. 1. ci poſsit: propterea quòd Chriſto, qui, (vt Paulus affirmat) imago Dei inui- 5
ſibilis eſt, ſit quam ſimillimus, atque adeo alter Chriſtus, quippe non ſuam, ſed
Chriſti uitam uiuat, & cui Chriſtus auctor uitæ ſit, & fons: cum enim ex cor-
de (ut philoſophorum, & medicorum, atque ipſius Salomon eſt ſententia)
uita procedat corporalis, ex eo ſane corde, quod Chriſtum uelut actum pri-
mum habet & Entelechiam ſpiritualem, uita procedit chriſtiana, & tota ſpiri-
tualis, ac diuina.

Omni cuſtodia, inquit Salomon, *cuſtodi cor tuum: quia ex ipſo uita procedit.* 6
Prouerb. 4. Id uero in ſe expertus Paulus dicebat, *Viuo iam non ego: viuit vero in me
Gal. 2. Chriſtus.*

Qui

1 Qui etiam Chriſtum brachio impreſſum, aut appenſum geſtat, nempe, qui in omni re, quam agere aggreditur, Chriſtum cogitat, & in illius gloriam omnia facit, is demum factura Dei eſt; de qua idem Apoſtolus ait: *Ipſius factura* Epheſ. 2.
ſumus, creati in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Brachij enim & manus typo, hominis opera in ſacris litteris myſtice deſignantur. Ea uero ſunt opera uitæ ſpiritualis, & chriſtianæ, quæ a Chriſto chriſtiani corde uelut actu primo, ſic procedunt, ſicut ab anima, quæ cordis humani uitalis actus eſt, uitalia procedunt opera. Ad opera namque ſpiritualia & Chriſtiana ſpiritus filij Dei agit homines, in quos immiſſus a Deo, & alte impreſſus fuerit.
2 *Qui*, inquit Paulus, *ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei*, & rurſum, *Quia*, in- Rom. 8.
quit, *filij Dei ſumus, miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem, abba,* Gal 4.
pater. Porro qui Chriſtum cordi ſuo ſic alte impreſſum habet, is de ſolo illo cogitat crucifixo, eius idem eſt uelle, quod Chriſti uelle, idem nolle, quod Chriſti nolle; quæ arctiſſimæ amicitiæ uis eſt, ut ea ſola omnem cuiuſcumque alterius rei amorem, totiuſque mundi amicitiam, quin & omnium mundanarum rerum ſenſum ab humano corde, & noua illa ciuitate Dei Ieruſalem Apoc. 22.
poſſit profligare; omneſque inde canes, ueneficos, impudicos, homicidas, Idololatras, & mendaces omnes procul arcere.
3 Hoc uero intimus ille Chriſti amicus Paulus de ſe ſic profitetur, *Mihi abſit* Galat. 6.
gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Qui inſuper in omnibus operibus ſuis Chriſtum habet præ oculis, & ex illius præſcripto omnia gerit, is certe Chriſtiani amoris ſui Chriſtum habet teſtem locupletiſſimum. *Qui*, inquit Chriſtus, *habet mandata mea, & ſeruat* 1. Ioã. 14.
ea, ille eſt qui diligit me.

Et uidetur interim alludere ſponſus, quum hæc ſponſæ iubet, ad caracterem beſtiæ, nempe Antichriſti, quem in dextera ſua, uel in fronte recipere coegerit eos, qui in libro uitæ ſcripti non fuerint, Antichriſti præcurſor, imago illius beſtiæ dicta Ioanni in Apocalypſi. Vt exemplo illorum admonita eccleſiæ, quæ in Apoc. 13.
4 libro uitæ ſcripta eſt, ſui dumtaxat legitimi ſponſi, & Domini Ieſu Chriſti caracterem ſemper, & ſigillum in corde, & dextera, ac fronte impreſſum habeat. At uero ne moroſus uideatur Chriſtus eccleſiæ ſuæ amator, iniquus ue amoris, & officij exactor, quum hæc poſtulat, ſe nihil iniquum facere, ſed ius ſuum repoſcere, hiſce oſtendit argumentis, quia fortis eſt inquit, ut mors dilectio; id eſt, amor, quo te proſequor; hoc eſt amoris quo te proſequor, uis tanta fuit, vt me confecerit, & abſumpſerit, perinde atque mors conficit homines, & abſu
5 mit. Ac ſi dicat, o mea eccleſia, quum unice, omnique religione abs te amari volo, teque mihi ſoli deuotam ſeruari, id ego meo iure facio. Quippe qui te, quum adhuc inimica mihi eſſes, & impia, tam uehementer dilexi, ut libentiſſime pro te mortem in crucem obierim, turpiſſimoque mortis genere pulcherrimam, ſplendidiſſimaque tibi uitam comparauerim. Iure igitur te totam mihi uindico. *Vix*, inquit Paulus, *pro iuſto quis moritur. Nam pro bono forſitan quis audeat mo-* Rom. 5.
ri. Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam quum adhuc
6 peccatores eſſemus ſecundum tempus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.

Rurſum, *Vnus*, inquit, *eſt Deus, vnus mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus, qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus.*

Et alibi, *pro omnibus*, inquit, *mortuus eſt Chriſtus*, *vt & qui uiuunt* 1
iam non ſibi viuant, *ſed ei*, *qui pro omnibus mortuus eſt*, *& reſurrexit.*

Subiungit præterea hoc argumentum, *dura ſicut infernus æmulatio*, aut
vt ſepulchrum Zelotypia: qua ſcilicet in te affectus ſum.

Hoc eſt Zelotypiæ, qua in te affectus ſum, tanta fuit uis, vt me ſuis anguſtijs
concluſerit, & obruerit, perinde atque ſepulchrum concludere ſolet homines
& obruere: קנא enim hoc loco ſolicitum illum amorem ſignificat, quo er-
ga eccleſiam ſuam Chriſtus ſic affectus fuit, ut omnem dederit operam, ne mun-
dus, caro, aut diabolus, eius forma potiretur; quomodo ſolet hic affectus ſoli-
citos admodum tenere amantes; ut quum timet uir, ne quis forma uxoris ſuæ 2
fruatur: unde etiam uoce græca, Zelotypia dictus eſt hic affectus. Nam zelus
amor eſt, & typus forma.

Num. 25. Quo etiam ſignificatu hæc dictio קנא Numeri uigeſimo quinto capite
Exo. 20. ſæpe ſumitur, quam etiam Antropopathiam Deus in ſe traſtulit, quum ſe ip-
ſum קנא id eſt, Zelotypum, ſeu Zelotem dixit Exodi uigeſimo capite. Vt
Exo. 20. ſignificaret, quam ipſe ſit ſolicitus, ne uitio ullo, Idololatriæ præſertim, nos
polluamus, coniugalem fidem, quam ei aſtrinximus, diabolo nos proſtituen-
do, ſoluentes.

Ego ſum inquit, Dominus Deus tuus fortis קנא Zelotus ſeu Zelotypus. 3
Id eſt, qui ferre nequeo, ut alius conriualis præter me ametur abs te, aut colatur.
שאול etiam hoc loco ſepulchrum ſignificare uidetur: pro quo noſter inter-
pres uertit, infernus, ut multis alijs in locis ſacræ ſcripturæ: ex quibus ſatis
fuerit vnum, & alterum proferre. Vbi manifeſtiſsime vox illa Hebræa ſepul-
chrum ſignificat. Iob. 17. cap.
Si ſuſtinuero, inquit, *infernus domus mea eſt: & in tenebris ſtraui lectulum meum*:
putredini dixi: pater meus es, mater mea, & ſoror mea uermibus.

Ibi enim tam elegans, & manifeſta eſt ſepulchri periphraſis, ut qui
propius rem inſpexerit, aperte uideat שאול ſepulchrum ſignificare: 4
quaſi dicat Iob, ſi expectauero dum ſepulchrum domus mea ſit, ibi-
que in tenebroſo nimirum loco, uelut ſternam lectum meum, in quo de-
cumbam, & computreſcam, ac cum putredine quaſi cum patre meo, cum
vermibus autem quaſi cum matre mea, & cum ſorore arctiſsimam habeam
conſuetudinem.

Pſalm. 41. Et Dauid maximas anguſtias, & ingentia mala, quæ a Saule, & con-
ſiliarijs eius pateretur uolens exprimere, appoſitiſsima hac uſus eſt ſimi-
litudine; Sicut agricola inquit, proſcindit terram, & frangit, ſic diſsi- 5
pata ſunt oſſa noſtra iuxta ſepulchrum. eum locum noſter interpres obſcu-
re admodum uertit; ſicut craſsitudo terræ erupta eſt ſuper terram: diſsi-
pata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum: Ibi uero nullo modo inferni nomi-
ne intelligere poſsis loca inferorum. Neque enim illuc delabuntur oſſa
mortuorum.

Eſt igitur perinde acſi dicat Chriſtus: non temere, turpis ue amoris illece-
bra illectus o mea eccleſia, tecum coiui ſocietatem: ſed miro conſilio, æterno- 6
que patris decreto te primum ſanguine meo, & aqua baptiſmi ablui tuis ſordi-
bus, quibus ſcatebas: & ſitu, quo ſqualebas abſterſi; atque igni charitatis

gra-

2 & ſitu, quo ſqualebras abſterſi; atque igni charitatis excocta, abſumptaque omni vetuſtate, formæ & ætati integræ reſtitui, vt nihil ſupra.

Porro ſcio multos mihi paratos mœchos, qui te ambiunt, deq; ſtupro aſsidue, improbeque ſolicitant. Ego vero riualis impatiens ſum, is ipſe, qui olim me Deum Zelotem, ac violatæ fidei coniugalis vltorem acerrimum teſtatus ſum: & me zelus ille adhuc vrit, qui me in tuam gratiam ad mortem vſque & ſepulchrum adegit: tanta eſt denique amoris, quo in te affectus ſum, vis, vt me vicerit; perinde atque mors, & ſepulchrum omnes homines vincere ſolent, & abſumere: mirari ergo nemo debet, quòd velim te mihi omni
2 ſtudio fidem ſeruare, teque illibatam, & puram mihi uni fruendam exhibere.

Exigit itaque hoc tropo Chriſtus ab eccleſia ſummum amorem ſui, etiam omnem interdicit mundi ſub graui inimicitiæ ſuæ interminatione, amicitiam. Vt etiam apertius per legatum ſuum Ioannem multo poſt interdixit. *Nolite* 1. Ioã. 2.
inquit Ioannes *diligere mundum: neque ea quæ in mundo ſunt.* Item & per Iacobum in hæc verba. *Quicunque voluerit amicus eſſe huius ſæculi, inimicus Dei conſtituitur.* An putatis, quod inaniter ſcriptura dicat. *Ad inuidiam concupiſcit ſpiritus, qui habitat in vobis?* Iacob. 4.

Prohibet denique Idololatriam, & omnem cultum dæmonum, & pſeudo
3 prophetarum: in quo maximè conſiſtit mœchia ſpiritualis, cuius ſe vindicem affirmat Deus in hanc ſententiam. *Non habebis Deos alienos coram me, non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum, neque eorum, quæ ſunt in aquis ſub terra. Non adorabis ea neque coles, Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, & in tertiam, & quartam generationem, iis qui oderunt me.* Atque hæc eſt Exod. 20. Luc. 12.
illa ſeparatio, cuius immittendæ in terram cauſa ſe veniſſe teſtatur Chriſtus, quum ait. *Putatis, quod pacem veni mittere in terram? non dico vobis, ſed ſeparationem.* Quæ ſane ſeparatio huius ſigilli obſignatione belle deſignatur. Vt
4 enim quæ obſignata ſunt, ei ſoli, qui ſuo ea obſignauit ſigillo, intacta ſeruantur, ita etiam Eccleſiæ cor intactum ſibi ſoli ſeruari vult Chriſtus, quo veluti ſigillo obſignatum ſit. Si manſeris in mea charitate, & qui ex ea exiſtit, zelo; manebo ego quoque in te, & ſeruaberis ſicut dictum eſt: quoniam vniuerſa quidem erga me charitas fortis eſt: Quippe quæ omnem impulſum & motum ad malum, ceſſare facit, inſtar mortis. Zelus vero erga me ſeuerus eſt, nihilque malo condonans, irrationales impetus vinciens, & qui eos domo prodire non permittit, inſtar inferni. Sic tres illi patres. Euſebius fortis eſt inquit, vt mors dilectio, ad pugnandum vſque ad mortem pro pietate, aut
5 pro ueritate. Durus vt infernus, Zelus. Nam etiam in inferno cum eſſet, Chriſtum æmulati ſunt Iudæi, corrumpentes milites.

Noſter Thomas illorũ trium patrum ſententiam ſequitur. Addit inſuper & tertium hoc argumentum. *Lampades eius,* inquit, *Lampades ignis atque flammarum,* vel (vt eſt in Hebræo) רשפיה רשפי אש שלהבתיה Quod ad verbum ſonat, carbones eius, carbones ignis, qui flãma Dei, ſubaudi eſt. Hoc eſt illius amoris, quo ego te proſequor carbones, ſunt carbones igniti a flamma ingenti & inten
6 tiſsima. eſt enim hic hebraiſmus qualis in locis illis. *Iuſtitia tua ſicut montes Dei,* id eſt, ſicut montes altiſsimi, *Operuit montes vmbra eius, & arbuſta eius cedros Dei.*

Pſalm 35. Id eſt, cedros altiſsimas. Sic enim ſolent Hebræi addito Dei nomine alicui 1
& 39. dictioni ſignificationem eius augere. Vt Græci addito equi, aut bouis nomine hypomarathron, & buphthalmon herbas appellant.

Vulgata noſtra æditio eandem uim habet, nempe faces illius, faces eſſe ignitas, & flammatas, hoc eſt ingentibus flammis accenſas: quam vero ingens ſit igniti huius amoris uis, uerba hæc diſerte ſignificant, & per expoſitionem aperte explicant, *aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, neque flumina obruent illam*, eſt autem elegans expoſitio, qua amoris uis & natura ex ignis ſimilitudine elegantiſsime nobis exponitur.

2 Ignis enim ea eſt natura, ut occultus & compreſſus magis conualeſcat. Quamobrem cæcum ignem ualidiorem Reginæ amorem poeta appellauit: & quidam alius, Quoque magis tegitur, inquit, tanto magis æſtuat ignis. Sic & hoc loco tantam eſſe amoris uim, quo ſuam ipſe ardet eccleſiam, affirmat Chriſtus, ut quamuis multis ſe effundentibus in eum afflictionum aquis, & calamitatum fluminibus, extingui, obrui ve nequiuerit. Aquarum enim & fluminum appellatione myſtica ueniunt in ſacris literis afflictiones, & mala qui-
*Pſalm.*68. bus premimur. Vt in pſalmo illo, *Deus noſter refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis: propterea non timebimus dum turbabitur terra, & trasferentur montes in cor maris. Sonuerunt & turbatæ ſunt* 3
*Pſalm.*68. *aquæ eorum*, & alio Pſalmo, ubi Dauid ſub perſona Chriſti quæritur in hunc modum, *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ uſque ad animam meam: infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia, ueni in alti-*
Pſalm. 87. *tudinem maris, & tempeſtas demerſit me*: Et alibi, *Super me confirmatus eſt furor tuus, omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.*

Veniunt etiam aquarum multarum, & maris appellatione populi; & appel-
*Apoc.*17. latione fluminum, principes & magnates. Aquæ multæ ut interpretatur Angelus Ioanni, populi multi ſunt, & gentes & linguæ. Et de futuris eccleſiæ perſequutoribus, Principibus, & populis, quorum uiribus & ſtrepitu haud 4
*Pſalm.*92. ſecus quàm uiribus & ſtrepitu maris Dei ſuperior ſit potentia, hæc Regius uates canebat, *Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem ſuam: eleuauerunt flumina fluctus ſuos: a uocibus aquarum multarum, mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.*

Falſa porro crimina, grauiſsimas còntumelias, atroces iniurias, & omnis generis probrorum flumina, alapas, colaphos, calces, uincula, uerbera, uulnera, crucem, omniumque malorum uaſtum mare, quæ omnia in Chriſtum paſsionis tempore irruperunt, diſerte nobis exponunt ueterum prophetarum oracula; nec quicquam aliud diligentius ſacra proſequuntur Euangelia. 5

Quam multi inſuper populi & principes in Chriſtum conſpirarint, eumque
Pſalm 2. perſequuti ſint, & oppreſſerint, ijdem auctores teſtatiſsimum poſteris reliquerunt. Inter quos Dauid hæc cecinit, *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius*. Et hoc oraculum interpretans Petrus Apoſtolus. *Conuenerunt uere*, inquit, *in ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum*
Act. *Ieſum, quem unxiſti, Herodes, & Pontius Pilatus, cum gentibus, & populis Iſrael,* 6
facere quæ manus tua, & conſilium tuum decreuerunt fieri. Sed quam inanes, &

irriti

1 irriti eorum fuerint conatus, quam fruſtra hæ aquæ ignitum Chriſti amorem,
quo ſuam ille deperit eccleſiam, extinguere nixæ ſunt; immo uero, quam præ-
ter opinionem ſuam multo magis accenderunt, illa demonſtrant argumenta
acerrima; nimirum ſcribarum, & Phariſæorum caſtigatio; nunquam intermiſ-
ſa, aut remiſſa ueritatis prædicatio; ſpontanea, & tempeſtiua ſui ipſius in hor-
to oblatio; nulla defendendi, aut purgandi ſui cura: Et (nequid mortis
ſuæ, & liberationis noſtræ curſum impedire poſſet, aut remorari) obſtinatum
coram iudicibus ſilentium. Vt uere ſtrenuum, & ingenti ſponſæ ſuæ libe-
randæ amore æſtuantem ſeruatoris animum poſsis agnoſcere, uerbis illis con-
2 teſtatum, *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiatur?* *Luc.12.*
Tanta inquit Ambroſius, Domini dignatio eſt, ut infundendæ nobis deuo-
tionis, & conſumandæ perfectionis in nobis, & maturandæ pro nobis ſtu-
dium paſsionis ſibi ineſſe teſtetur; qui cum in ſe nihil habuerit, quod doleret,
noſtris tamen angebatur erumnis; ſed ſub tempore mortis mæſtitiam præten-
debat, quam non ex metu mortis ſuæ, ſed ex mora noſtræ redemptionis aſſum-
pſerit: iuxta quod ſcriptum eſt, & quomodo angor uſque dum perficiatur?
Quod ſane maturandi perficiendique baptiſmi, nempe paſsionis, in qua totus
ipſe, & unà cum ipſo eccleſia Chriſtiana perfunderetur, ſtudium, illa fuit cuſto
3 dia, quam ſe tunc ori ſuo impoſiturum fore coram impijs criminatoribus ſuis
per uatem ſuũ Dauidẽ olim prædixerat, *Poſui*, inquit, *ori meo cuſtodiam, quum con-* *Pſalm.38.*
ſiſteret peccator aduerſum me, obmutui, & ſilui a bonis, & dolor meus renouatus eſt.
Concaluit cor meum intra me & in meditatione mea exardaſcet ignis. Exarſit nam-
que tam obſtinato ſilentio compreſſus ex corde ingens, & a flamma diuini amo
ris ignita illa uox, & pro inimicis ſuis ad patrem hactenus inaudita interceſ- *Luc.23.*
ſio. *Pater, ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.*

Multa extant tum in profanis, tum in ſacris hiſtorijs magni amoris argumen
ta: legimus enim, & priuatos homines in amicorum gratiam, & duces ac reges
4 pro ſuis ciuibus & rebus pub. uitam, nedum pecunias & fortunas omnes ultro
prodegiſſe: at uero, qui pro inimicis ſuis & interſectoribus mortem ſponte
obierit, & interim dum interficeretur, pro ipſis interceſſerit, ſolum Chriſtum,
& Chriſti diſcipulos præceptoris ſui æmulos, legimus. Adeo conualuit, &
exarſit inuaſus & compreſſus ingentibus aquis & innumeris fluminibus igni-
tus Chriſti amor: tantum abeſt, ut obrui potuerit, aut ſuffocari: atque hic ille
eſt ignis, quem in terram, hoc eſt, in corda noſtra, immiſſurus, ibique accenſu-
rus de celo in terram, uenit Chriſtus.

Extremum denique ſuperioribus hoc additur argumentum, aut uero ſupe-
5 riorum expoſitio, & explicatio. *Si dederit*, inquir, *homo omnem ſubſtantiam do-*
mus ſuæ pro dilectione. Aut (ut nonnulli uertunt) pro amore, *quaſi nihil de-*
ſpiciet eum, aut iuxtá aliam lectionem, deſpicient eam. per uerbum pluralis
numeri, & pronomen fœmininum. Vt pronomen eam, referatur ad dilectio-
nem, & ſuppoſitum uerbi ſit homines, quod extra ſubauditur.

Iuxta noſtram lectionem, eum refert hominem, qui omnes ſuas fortunas ex-
poſuerit pro dilectione, id eſt, in gratiam & liberationem dilecti & amici (nam
6 per metonymiam dilectio, uel amor pro dilecto, uel amico ponitur hoc loco)
& ſuppoſitum uerbi, deſpiciet, aliunde petitum, erit homo, aut quiuis homo.

Iam uero, præterquam quòd tum ueteris, tum noui teſtamenti uolumina 1
Chriſtum Eccleſię ſuę amore captum, ſuo ſanguine & morte eam expiaſſe, ſui-
que oblatione ſpontanea redemiſſe teſtantur; hoc ipſum ille Pauli locus om-
nium luculentiſsime declarat. *Chriſtus* inquit, *dilexit Eccleſiam, & tradidit ſe-
metipſum pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.
Vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut
aliquid huiuſmodi: ſed ut ſit ſancta & immaculata.* Vt ergo intelligat Eccleſia
ſui expiationem, eximiamque puritatem, & pulchritudinem eximio amori,
quo Chriſtus ipſam proſequitur, deberi; cui non alia ratione, quàm mutui amo
ris compenſatione, omnique puritatis, & pulchritudinis conſeruandæ ſtudio 2
uelit ipſe ſatisfieri, (ſiquidem amore tantùm amor compenſari poteſt) amoris
ſui magnitudinem per contentionem ſui ad eos, quos uulgus uelut raros ami-
cos admiratur, amplificat. Rarus enim is uulgo habetur amicus, qui uerbo,
uarijſque id genus officijs, atque adeo omnium fortunarum ſuarum iactura,
amici uitam ſeruarit: at uerò, qui ſapiunt, ſolidæque amicitiæ uim atque in-
genium recte norunt ęſtimare, nullum adhuc illi inter amicos locum tribuunt:
ſed qui propriam uitam, ne dum fortunas omnes, in amici gratiam auſit expo-
nere, eum denique uerum, & ſolum amicum iudicant. quorum iudicio ſubſcri
bens Chriſtus, *Maiorem* inquit, *charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam po-* 3
nat quis pro amicis ſuis.

Iob. 1. Verum quam rarus qui hoc præſtet amicus inueniatur non tacuit Satan.
Pellem, inquit ille, *pro pelle, & cuncta quæ habet, dabit homo pro anima ſua.* hoc
eſt, tam cara eſt unicuique uita ſua, ut eam cuiuſcumque alterius uita, & om-
nibus fortunis ſuis libenter ſit redempturus: ut minime mirandum ſit, quòd
Iob amiſsis omnibus liberis, & opibus ſuis, quando uita adhuc illi ſupereſt, ad-
uerſam fortunam tam fortiter ferat.

Hæc ſane amoris uis incredibilis, immo uerò ingens gloriæ conſequendæ
cupiditas, cuius uilia mancipia philoſphos poeta ille appellauit, cum in Pilade 4
pro Oreſte, in Pythia pro Daſrρne, in Decijs & Curtio pro Romanis, in Co-
drω pro Athenienſibus mortis contemptum in generare, uitæque deſiderium
extinguere potuerint, immortale illis amicorum nomen, & gloriam apud om-
nes comparauit.

Chriſtus igitur, quum non tantùm uitam propriam contempſerit, ſed mor-
tem omni ſtudio expetierit, eamque probroſiſsimam pro redimendis ſeruan-
diſque inimicis fortiter obierit, proque his moriens apud patrem interceſſe-
rit, nec humanam quæſiuit gloriam (bonorum enim noſtrorum non indiget)
primas amicitiæ partes iure ſibi uendicat, principemque, ac ſupremum inter 5
amicos locum tenet. Quamobrem non utcumque, aut cum re ulla alia amari con
tentus, totum eccleſiæ ſuæ cor, omnemque amoris noſtri impetum in ſe unum
conuerti poſcit. Id uero eſt, quod per reticentiam ipſe ſignificat, quum inquit,
ſi dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil de-
ſpiciet eum. Ac ſi dicat: o mea eccleſia, ſi ego ut te ſeruarem omnes opes meas
& fortunas tantùm prodegiſſem, nihil magnum feciſſe uideri poſsim, ac pro
nihilo pendi. Qui vero quum Deus eſſem, Dei maieſtatem ſeruili huma- 6
nitatis habitu obſcurare, & in ſeruilium militum ordinem redactus in tuam

gra-

1 gratiam quum inimica mihi eſſes, non meæ, ſed patris mei dumtaxat, & tuæ gloriæ ſatagens, veſtri generis hoſtem illum potentiſsimum in me unum prouocare ſtuduerim; cuius armis, cruce nimirum, & clauis turpiſsime confectus te in diuorum libertatem aſſerui, ac uitam beatam: te mihi deſpondi, diuinæque naturæ meæ ac gloriæ feci participem: quomodo non abs te ſolus amari dignus videri poſsim?

2 *Soror noſtra parua, & hubera non habet: quid faciemus ſorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt?*

Solicitus ſponſus de ſorore ſua nuper recuperata, quod eam tenellam adhuc, & rerum inexperientem proci facile poſsint decipere, & uarijs dolis ac technis circumuentam abducere, aut etiam ui adhibita rapere, de eadem inſtituenda, cuſtodiendaque cum ſponſa & ſodalibus ſuis in hanc ſententiam deliberat, *Soror noſtra parua eſt, &c.*

3 Verùm cum hæc de matre Sponſæ dicta uideantur, cui ad Sponſæ preces Sponſus iam ſit reconciliatus, non uidetur hoc loco ſeruari decorum, quòd Sponſus eam ſororem vocet, quam matrem potius debuit appellare; & longe minus ſeruari uidetur decorum quum dicitur hubera non habere.

Quamobrem animaduertendum eſt, Synagogam alia ratione primo, & tertio capite huius dramatis ab eccleſia ſub perſona ſponſæ matrem appellari, alia ratione initio huius poſtremi capitis. Primigenia namque eccleſia cum Iudæis in Chriſtum credentibus conſtaret, matrem appellauit Synagogam, propterea quòd, & genus ab ea duceret, & religionem antea ſuſcepiſſet: quæ ve-
4 ro extremis temporibus erit eccleſia, hoc tantùm nomine Synagogam, quæ tum erit, matrem agnoſcet, quòd Chriſto genita ſit a primigenia eccleſia, quæ illius Synagogæ fuerit filia, cui extrema illa ſucceſſerit, cuiuſquè uelut hæres nomen gerat & perſonam, donec in Chriſtum credat, ob idque inter eas nulla ſit habenda ætatis ratio; nihil itaque uetat quominus pro libertate poetica eadem, quæ reliqua tum fuerit poſteritas Iſraelis, & matris antequam crediderit, & ſororis ipſius ſponſę, quum iam in Chriſtum crediderit, perſonam poſtremo hoc capite ſuſtineat. Eadem itaque ſynagoga initio huius capitis ratione iam dicta, mater ſponſæ uocatur, quum nondum reconciliata ſponſo, rure exte-
5 rius agit; hoc uero loco iam reconciliata, & in urbem redacta, ſoror ſemper ſeruato decoro, appellatur. Ac ſic erunt quemadmodum Chriſtus prædixerit, nouiſsimi primi, & primi nouiſsimi. *Math. 20.*

Hanc igitur puellam in fidem ſuam receptam liberaliter educare, atque inſtituere cum decreuerit ſponſus, iam de illa educanda, inſtituendaque, & diligenter cuſtodienda cum ſponſa & ſodalibus ſuis ſponſus deliberat. Sic etiam extremis temporibus quum reliquiæ Iſraelis abiecta pri-
6 ſtina perfidia, ad fidem redierint, prǽuidens Chriſtus non defuturos pſeudoprophetas, qui omnem daturi ſint operam, ut populum illum dum adhuc neo-

phytus

phytus erit, parumq; in fide, & doctrina chriſtiana prouectus, auertant, & ad 1
ſuam trahant impietatem, cum prælatis, & doctoribus, qui tum inſignes erunt in eccleſia, & quibus cum ſumma illi erit familiaritas, velut in hunc modum conſultabit. *Soror noſtra parua eſt &c.*

Arcanis nimirum inſpirationibus illos ſui officij admonens, & ad homines nuper conuerſos, in chriſtiana fide & charitate confirmandos, contraque omnium impoſtorum, & hoſtium inſidias præmuniendos ſollicitans: ſororem porro vocat iuxta decorum epithalamij homines ſui generis. Nam (vt inquit Paulus) de tribu Iuda ortus eſt Dominus, quo etiam nomine dixit Mariæ Magdalenę, *Vade ad fratres meos, & dic eis, aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum.* aut etiam propterea quod (vt Paulus ait) pueri communicauerunt carni & ſanguini, & ipſe communicauit eiſdem. Quamobrem non confunditur fratres eos vocare, dicens, *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Atque hoc nomine populum Iudaicum ſuam & gentilis eccleſiæ ſororem appellat. Quum autem dicit, eam huberibus carere, ſignificat nondum nubilem eſſe, ac proinde parum prudentem, & cautam. Quamobrem ſic illi timendum ſit ab impoſtoribus, ut Paulus timebat Corinthijs, quum diceret, *Deſpondi vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto; timeo autem, ne ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant a ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* hoc ergo timens Chriſtus ſic rogat prælatos. *Quid faciemus ſorori noſtræ in die, quo alloquenda eſt?* Nempe quum ſollicitabitur ab impoſtoribus, ne illorum impoſturis, & fallacibus argumentis expugnata det manus, & decepta a nobis deficiat: ac ſi dicat, o ſocij & ſodales mei Epiſcopi, & doctores, quos ego mei regni conſortes, meique operis vicarios eſſe volui, noſtis, ut populum Iſraeliticum, quem ego ſemper in germani fratris dilexi loco, vobiſque eodem loco diligendum commendaui, nuper recuperauimus, ab inueterata perfidia, atque antiqui hoſtis tyrannide aſſertum maiorum ſuorum libertati, & fidei reſtituimus. Nos ergo omni ope niti decet, ut homines ijſdem maioribus nobiſcum progeniti, & nunc arctiore fidei, quàm ſanguinis nexu nos contingentes, in ſuſcepta fide, & recuperata libertate permaneant; nec dubium eſt, quin ſatanas ſerpens ille antiquus, hoſtis noſter, ereptam ſibi prædam dolens, omnes aſtus & fraudulentas artes ſuas adhibiturus ſit, ut eos quum adhuc myſteriorum fidei & doctrinæ noſtræ rudes ſunt, a veritate abducat: ac tum per ſe, angelum lucis mentiens, tum per miniſtros ſuos pſeudo apoſtolos, qui meos apoſtolos belle norunt ſimulare, (ut ego olim per meum Paulum vos admonere memini) varios obtrudens errores, & impia placita, ſub pietatis ſpecie deludat, & in ſuam rurſus redigat poteſtatem.

Veſtrum eſt igitur tempeſtiue mecum deliberare, & omnem dare operam, ne hi fratres noſtri quicquam detrimenti capiant, neuè myſtici corporis noſtri ſtructura hac ex parte ruat, aut vitium vllum faciat: quin, ut qui ſancti eſſe cœperunt, veſtra opera in dies ſanctiores fiant, & ad perfectam vſque fidem & mei cognitionem proficiant, quo ad virilem ac perfectam ætatem meam hoc modo perducti, deſinant tandem inſtar paruulorum vacillare, & inſtar fluctuum maris impiorum & veteratorum dogmatibus velut ventis agi-

Marginal notes: Heb. 7. (beside "Mariæ Magdalenę", with 2 in the right margin); Ioh. 20.; Heb. 2.; 2. Cor. 11. (beside "que hoc nomine"); 3 (right margin, beside "ſicut ſerpens"); 4 (right margin, beside "tyrannide"); 2. Cor. 11. (beside "doctrinæ noſtræ"); 5 (right margin, beside "rios obtrudens"); Eph. 4. with 6 (beside "meam hoc modo").

1 agitari, ac circunferri. In hoc enim ego vos, alios dedi meæ eccleſiæ apoſtolos, alios prophetas, alios Euangeliſtas, alios paſtores, & doctores. Nimirum ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, & corporis mei myſtici & ſpiritualis domus meæ ædificationem. Vos myſterij per meum Apoſtolum iam olim commonefeci.

Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea: ſi
2 *oſtium eſt, compingemus illud tabulis cedrinis.*

Deliberanti ſponſo de cuſtodienda, & contra aſtus ac vim hoſtium inſtruenda ſorore, reſpondent ſodales, illius ingenium in primis inſpiciendum uideri: & quid eius uires ferre ualeant, quid ue recuſent, diligenter conſiderandum: quod ſi ingenio ſit natura intrepido, & ad pericula adeunda comparato, ita ut pro muro hoſtibus opponi poſsit, egregia inſtitutione, & conſiliis uelut pro-
3 pugnaculis argenteis, eſſe confirmandam, ac muniendam. Vt quum ars naturæ acceſſerit, omnibus illa modis reddatur inexpugnabilis. At uero ſi ingenio ſit ad parendum potius, & recipiendum, quam ad imperandum, ac reſiſtendum natura compoſito, ita ut pro porta vrbis habenda ſit, ſic & ipſam inſtruendam, & optimis conſilijs, præceptiſque, ac monitis inſtituendam uideri; vt exacte nouerit, qui in urbem ſint admittendi tanquam ciues, atque eos dumtaxat admittat; & qui tanquam hoſtes repellendi uidebuntur, ijs veluti obiectis foribus cedrinis, repellat. Atque ea ratione optimæ puellæ natura artificioſę inſtitutionis acceſsione melior red
4 dita, ab omni hoſtium ui, & impoſtura ſit tuta.

Porro, quod propugnacula ædificanda cenſentur argentea, & fores cedrinæ: Catachreſis poetica eſt, ad dramatis venuſtatem & expolitionem per hyperbolem accommodata: vt ex materiæ excellentia ſummum ædificij precium, & elegantia eleganti oratione deſignetur: argenti precium omnibus notum eſt, cedrinorum uero oſtiorum precium ex incredibilibus menſarum cedrinarum precijs, quæ refert Plinius, æſtimare poſsis. Is enim libro decimotertio, capite decimoquinto, hæc de menſis cedrinis memoriæ prodidit, Mauris inquit, plurima arbor cedri, & menſarum inſania, quas fœminæ uiris contra marga-
5 ritas regerunt. Extant hodie Marci Ciceronis in illa paupertate, & quod magis mirum eſt) illo æuo, emptæ libris decem: cum his memorantur Galli Aſinij, libris vndecim uenundatæ: ſunt & duæ a Iuba Rege uenditæ, quarum alteri precium fuit libris quindecim alteri paulominus. Interiit nuper incendio, quam Cethegus decedēs libris quatuordecim permutauerat lati fundij taxatione, ſi quis prædia tanti mercari malit.

Sed ut ad huius loci ſenſum myſticum ueniamus, in eandem fere ſententiam
6 extremis temporibus epiſcopi, & doctores Eccleſiæ gentilis cum Chriſto, & tota Eccleſia de Iudæis recens ad Chriſtum conuerſis in ſuſcepta fide & pietate

chri-

1.Cor.3. chriſtiana conſeruandis, & prouehendis conſultabunt: ac, quemadmodum Pau- 1
lus olim, ut ſapiens architectus Chriſtum Ieſum, fundamentum iecit, & neo-
phytorum Iudæorum, quos ipſe alioqui Epiſcopos creari uetuerat, habito de-
1.Tim. 1. lectu, Timotheum Epiſcopum conſtituit, & Epheſinæ eccleſiæ pro muro for-
tiſsimo propugnaculis argenteis, hoc eſt, ſacrarum literarum cognitione abs
ſe munito, dedit: ſic & illi neophytorum iudæorum delectum habebunt, &
inſpecto, diligenterque explorato cuiusque ingenio, quos diuinitus edocti iu-
dicabunt, uelut murum fortiſsimum ad ſpiritualium arietum, ac globorum bel-
licorum ictus fortiter ſuſtinendos natura comparatos, & a Deo electos eſ-
ſe, hos ipſos pro muro eccleſię collocabunt: ac ne propius accedere in ur- 2
bem poſsit hoſtis Diabolus, & ſuis admotis uineis, murum ſuffodere,
præceptis & conſiliis euangelicis, omnibuſque vtriuſque teſtamenti my-
ſterijs & exemplis eoſdem inſtituendos curabunt: ac bene inſtitutos, pro-
batoſque, quibus videbitur præficient particularibus eccleſiis. Quod ſa-
ne fuerit ſuper eos, veluti ſuper murum mæniana propugnacula ex argento
(quod nos iam alibi ſcripturarum ſcientiam deſignare annotauimus) ædifi-
care. Vnde prægrandibus ſententiarum, & exemplorum demiſsis ſaxis,
ſpirituales hoſtes ab eccleſiæ, cui præfecti fuerint, muro repellantur: &
vineis, vniuerſiſque hypocriſis ac ſimulationum deturbatis machinis, ipſi 3
opprimantur. Sic enim fortes, & inſtructos, ac munitos eos eſſe opor-
tet, qui acri prædicationis ſuæ reprehenſione peccatores irritaturi ſunt,
& in ſe prouocaturi.

Ierem.1. Ideo enim dicebat Dominus Ieremiæ, quum ipſum ad prædicandum
mitteret. *Ego dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream,
& in murum æneum ſuper omnem terram regibus Iuda, principibus eius, & ſa-
cerdotibus, & omni populo terræ: & bellabunt aduerſum te, & non præuale-
bunt, quia ego tecum ſum.* Verum quos humiliore ingenio in hoc a Deo
deſtinatos eſſe iudicabunt, ut prælatis ſuis bene monentibus pareant, & ex 4
eorum præſcripto Chriſtum, & eius fratres ac ciues ad ſe recipiant; hos
illi ſublimium rerum aſsidua meditatione diligenter exercere, Deo & ho-
minibus dictis & factis probare, perpetua pænitentia mortificatos, omni
uitiorum carie liberos ſeruare, & quæ illis ſuperſint in proximorum vſum
reſecatis, dæmonibus formidabiles reddere, omni ope annitentur. Id quod
erit, ianuas ciuitatis chriſtianæ tabulis cedrinis, quibus irrumpere uolentes
hoſtes arceantur, compingere, ac concludere: cedrus nanque arbor magna
eſt & odorata, quæ cariem non ſentit, & cuius ſcobe (vt auctor eſt Plinius)
ſerpententes fugantur. 5

Iam uero qui huius loci myſterium propius inſpexerit, animaduertet, per
ianuam futuros olim ianitores metonymicos deſignari: Viros incorruptos,
& integræ famæ, propterque eximias ipſorum virtutes dæmonibus formida-
biles. Et mihi quidem (quoniam inter leuitas, qui ſacerdotibus olim in tem-
1.para.24. plo miniſtrabant, uiri primiarii erant ianitores) horum nomine ſignificari ui-
1.Tim.3. dentur, qui diaconi tum conſtituentur, quum ex præſcripto Pauli probati,
inuenti fuerint pudici, non bilingues, non vinolenti, non turpe lucrum 6
ſectantes, habentes myſterium fidei in conſcientia pura, denique nulli crimi-

1 ni obnoxij. Et ex his, per figuram dictam intelligentiam, quos appellamus ſubdiaconos, lectores, oſtiarios, acolytos, exorciſtas, ſuo quique digni ordine.

Id vero eſt, quod de Iudæis quum reducti fuerint Ieroſolymam, vaticinatus eſt Iſaias uerbis Domini, quum diceret. *Et aſſumam ex eis ſacerdotes, & leuitas, dicit Dominus: quia ſicut cæli noui, & terra noua, quæ ego ſtare facio coram me, ſic ſtabit ſemen veſtrum, & nomen veſtrum.* Iſa. 66.
Vt per murum mænianis argenteis munitum, ſacerdotes; per oſtium
2 uero cedrinis tabulis concluſum & compactum, leuitas intelligamus; ex quibus omnibus omni exutis uetuſtatis uitio, in omnemque cæleſtium uirtutum & morum ſplendorem innouatis, diſtincti minimeque confuſi conſtabunt ordines eccleſiaſtici, & cœleſti perquam ſimilis reddita, tunc reſtituetur Eccleſiaſtica Hierarchia, quæ nunc ſenio confecta ſuum priſtinum magna ex parte amiſit decorem: & dum omnes in omnes inuadunt ordines, ac excluſis probis, & doctis, improbis & indoctis ad Eccleſiaſticas dignitates patet aditus, confuſa agitur, & ſuum in paucis ægre ſeruat nomen: iam enim nemo in uno aliquo eorum ordinum, quos
3 minores vocamus, conſiſtit aut in ſubdiaconatu, aut diaconatu; ſed omnes ſine diſcrimine ad ſacerdotium aſpirant.

Vnde fit, ut ſacerdotes diaconorum, & ſubdiaconorum officio fungi neceſſe habeant; & diaconi, ac ſubdiaconi (quos præſentibus ſacerdotibus ſedere vetant ſacri canones) vnà cum ſacerdotibus in templis ſedeant.

Inde fit etiam ut in imis ſubſellis priuati, quaſi idiotæ, ſedeant docti, & ſenes; in ſuppremis, pueri, indocti, & idiotæ, opimis ſacerdotijs, & precioſis nitentes pellibus (ut in Græcorum prouerbio eſt)

4 Ὄνοι ἐν ταῖς λεονταῖς.

Vt confuſa Antichriſti tempora uideas repræſentari; ſed hæc hactenus. Tunc ergo (ſicut diximus) ſuo nitori reſtituetur Eccleſiaſtica Hierarchia, tunc quæ hoc tempore confuſa vileſcit, hoſtibus ſuis eccleſia terribilis erit ut caſtrorum acies inſtructæ, & ex militaris diſciplinæ ſpiritualis præſcripto ordinatæ.

5 Hæc igitur erit ædificandi ratio, quam ædificatores illi in conſtruenda & munienda illa cæleſti Ieruſalem ſub totius operis Architecto Deo obſeruabunt; cuius ſe eſſe operas, populum uero chriſtianum materiam, ex Paulo reputabunt: *Dei inquit ille, adiutores ſumus, Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis.*

Tantum in omni re ualet natura; ſic diuina ſapientia; attingit a fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia; ſuauiter ſic naturam pie 1. Cor. 3.
6 ſupponit ſæpe, & perficit gratia, vt theologorum fert ſententia: qui Sap. 8.
etiam bonam prędeſtinatorum naturam prædeſtinationis appellatione complectuntur.

Vt

Vt eius, qui uitam chriſtianam (quæ tota ſpiritualis eſt, & ſupra naturam poſita) fæliciter ſit exacturus, ingenium diſpiciendum ſit epiſcopo, & diligenter explorandum: ut quo ſtructuræ ſpiritualis loco quenque debeat collocare, poſsit dignoſcere. 1

Ne ſi alio, quam eius fert natura, loco quis conſtituatur, is in cauſa ſit, ut Chriſti ædes vitium faciant, aut hoſtibus compilandæ exponantur.

Hoc quia plerique Epiſcopi negligunt obſeruare, heu, quam miſere hoc tempore oppugnatur & quatitur Chriſti Eccleſia: ac multis
ſuis partibus expugnatur, atque diripitur: nec enim ſui populi ingenium, 2
ac primos naturæ impetus in pueris, nec inſtitutionis acceſsionem in adultis explorare curant: ſed temere, & ſine delectu in ſacerdotalem ordinem admittunt, & ad maiores eccleſiæ functiones, ac ſummos honores promouent, non quos ratio admittendos, aut promouendos dederit, ſed quos aut ſors obiecerit, aut perſonarum reſpectus inſinuauerit, aut pecunia obſtruſerit.

Matth.25. Ah, quanto aliter diues ille homo Dominus Ieſus bona ſua, quorum illi diſpenſatores ſunt, diſpenſauit, & ſuo exemplo diſpenſanda eſſe docuit. Is certe peregre profecturus, in cœlum nimirum aſcenſurus, vo-
cauit ſeruos ſuos, Apoſtolos, aliosque diſcipulos, quibus bona ſua, eloquiorum ſuorum, & euangeliorum diſpenſationem intelligo, tradidit: 3
& ſingulis quidem ſecundum propriam cuiuſque virtutem, hoc eſt, pro menſura & modo facultatum tam natiuarum, quam exercitatione & ſtudio acquiſitarum.

Matth.19. Iubet præterea idem Dominus, vt qui cœlibem uitam, quo expeditius ſanctiuſque ſacræ eccleſiæ munia habeat, profiteri inſtituerit, ſuas primum expendat vires, an per naturalem, aut vero longa exercitatione com-
paratam caſtitatem fœminarum conſuetudine perpetuò carere poſsit. 4

Non omnes, inquit, *capiunt verbum iſtud: qui poteſt capere capiat. Quod ſi non continent ſe*, inquit Paulus, *nubant: melius eſt enim nubere quam vri.* Vt certe hoc tempore uidemus per multorum hominum arduum hoc opus temere inuadentium flammata libidine conflagrare eccleſiam Chriſti; & ab hæreticis, ſciſmaticis, reliquiſque hoſtibus deuaſtari; & propterea quòd parui qui hubera non habent, pueri nimirum, & homines rerum inexperientes ac imperiti a pueris ſola ætate differentes, eius adminiſtrationem ſuſcipiunt & tutelam, compilari.

Multa nuper de hac veteris diſciplinæ parte reſtituenda, ut de cæteris 5
omnibus, docte ſancteque in concilio Tridentino conſtituta ſunt: quæ ſi in vſum exigerentur, non dubium, quin breui magnam priſtini decoris ſui partem recuperatura eſſet Chriſti eccleſia. Præſertim ſi in erigendis & omni neceſſario apparatu inſtruendis puerorum collegiis toto pectore incumberent Epiſcopi: atque his uelut agris dominicis bene cultis ſemina illa feliciter committerent, unde ampliſsimam Domino meſſem ipſi poſſent
colligere. Inde certe in ſingulis eccleſijs uelut ex equo troiano ſtrenui 6
nobis

1 nobis quotidie prodirent duces & milites, & ſic inſtructæ acies, ut haud ſecus quàm olim eccleſia principibus, & poteſtatibus, mudiq; rectoribus harum tenebrarum, & omnibus denique nequitijs ſpiritualibus terribilem redderent, & formidabilem. Sed, proh dolor, quam rarus eſt, qui has ſuas partes eſſe putet. Plerique omnes hoc opus immenſi laboris & ſuis impar uiribus eſse cauſantur: ruit domus Dei multis ſuis partibus, pauci admodum ſunt, qui fulciendis ruinis ſupponant humeros, meſsis ubique multa, pauci operarij. Sed, Dixi, cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. At hoc certe dicere non omittam, rogemus Dominum meſsis, ut
2 mittat operarios in meſſem ſuam, rogemus Dominum ut e domo ſua procul exigat deſtructores eius, & vaſtatores: & quos per Iſaiam olim promiſit, ad eam mittat ædificatores.

Ego murus: & hubera mea ſunt turris, ex quo facta ſum coram eò quaſi pacem reperiens.

Poſtquam ſodales ſponſi ſuam de munienda ſorore dixerunt ſententiam, ip-
3 ſa quoque ſponſa ſuam profert. Se quidem conſilium & ſententiam ſodalium probare, ſed interim dum parantur argentea propugnacula, & oſtia cedrina, primo quoque tempore dandam eſſe operam, nequid detrimenti ab hoſtibus puella capiat. Pręterea quęrendam eſſe puellę nutricem ingenuam, & probam, quæ illius alendæ, ac liberaliter educandæ curam ſuſcipiat.

Quamobrem cũ ipſa ſibi vtrunq; officiũ abunde pſtare poſſe uideatur, ſe poſthac ſororem ſuam fortiter tueri, & alere potenter, ac liberaliter educare pollicetur. Nam cum iam pridem nupta ſit uiro potentiſsimo, ſimul ac ſapientiſsimo, eidemque arctiſsimo amoris nexu coniuncta, illius fauore freta, mul-
4 tas iam res tam fortiter, & præclare geſsit, ut ſe pro muro inexpugnabili omnibus hoſtibus auſit opponere. Tam multis a viro ſuo docta abundat conſilijs, præceptis, & philoſophiæ euangelicæ inſtitutis, atque exemplis, ac ſtratagematis chriſtianis, ut his omnibus plenum pectus, & ceu præ ingenti lactis copia in modum turrium extantia hubera ſorori ſugenda præbere poſsit, vnde illa abunde alatur, & repulſis hoſtibus liberaliter educata, ſponſo intacta ſeruetur.

In hanc quoque ſententiam catholica eccleſia ſingulos admonebit prælatos, & doctores, ut recens conuerſos in Chriſtum Iudæos intra catholicam
5 fidem, & doctrinam Euangelicam orthodoxis omnibus probatam, omni ope nitantur continere: & ea duntaxat eos docere, quæ ipſa probet & doceat. Prę ſertim, ut abiectis omnibus legalibus cæremonijs, & ritu Moſaico, ſolum euangelium, & Chriſtum amplectantur: nec ſicut olim patres eorum, legem unà cum euangelio obſeruandam eſſe contendant. Ipſa enim in ſuam fidem, & tutelam illos recipiet, & receptos fortiter tueri, & benigne alere pollicebi-
6 tur: quod utrumq; officium ſola pręſtare poterit: nam cum eccleſia catholica ex quo tempore Chriſto reconciliata eſt, pacemq; ab ipſo impetrauit, Chriſtũ apud

Colloſ.2. apud ſe perpetuo habeat, propugnatorem omnipotentem, & doctorem om- 1
niſcium, (ſiquidem in ipſo inhabitat vt Paulus teſtatur, omnis plenitudo
diuinitatis corporaliter, & in ipſo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcien-
tię abſconditi) ab ipſo ſummas habet uires, quibus principes, & poteſta-
tes, & Rectores harum tenebrarum, & omnes denique hoſtes tam ui-
ſibiles, quam inuiſibiles poſsit repellere, & contra omnium oppu-
gnationem uelut murus fortiſsimus inconcuſſa reſiſtere, atque intra
ſuamænia concluſos uelut ciuitas munitiſsima ſeruare: Chriſtum etiam
multos iam annos audiens conſilijs, pręceptis, inſtitutiſque chriſtianę
philoſophiæ abundat, ipſumque, & eius ſocios heroas illos Apoſto- 2
los, & martyres, in omnibus rebus magnis, quales multas ad illa vſque
tempora pręclare geſſerint, perpetuo aſſequuta, eorum omnium, & ſuis
exemplis aucta, his omnibus uelut lacte ſuauiſsimo plenum pectus cum
ſit habitura, & hubera prę ingenti lactis copia uelut turres omni com-
meatu, & bellico aparatu refertas extantia, paruulos adhuc in Chriſto
Iudęos eo lacte abunde nutrire poterit, & inde etiam uelut ex turribus,
crebris iactis miſsilibus, ad murum propius accedere tentantes hoſtes feri-
re ac procul arcere.

Ierem.1. Si enim unus Ieremias propterea quòd Deum ſuę prędicationis & lega- 3
tionis comitem indiuiduum eſſet habiturus, pro ciuitate munita, pro
columna ferrea, proque muro ęneo, quem nulla principum, aut regum,
Pſal.86: aut populorum uis poſſet expugnare, Domino habitus eſt, quanto magis
tunc vniuerſa eccleſia, ciuitas illa Dei ſuper montes ſanctos ab ipſo Chriſto
Pſal.45. altiſsimo uniuerſitatis architecto, & eiuſdem ciue fundata ſibi & conſtructa
murus dici poterit, & ciuitas illa, quam propterea quòd Deus in medio
eius ſit, ad nullos vnquam hoſtium incurſus commouendam fore, aut
Prou.18. mutaturam Regius pſaltes canebat? Si (ut inquit Salomon) nomen Do-
mini turris fortiſsima eſt, ad quam confugiens iuſtus uelut in alto conſti- 4
tutus extra omnium telorum iactum eſt, meritò mater Eccleſia catholica
exactam habens utriuſque teſtamenti cognitionem, & nominis Dei uiui,
in ſuo pectore hubera ſe habere affirmat turribus ſimilia: quippe quæ
ditiſsima illa penu & bellico apparatu ex ſacro pectore illuc transfuſo, in
modum turrium ad miraculum turgeant, & attollantur; quibus admotos
paruulos ſuos, & potenter alere, & extra omnium hoſtium tela collocatos,
tueri poſsit. Hoc enim proprium eſt doctrinę, quam eccleſia catholica ſuis
alumnis exhibet, ut & fideles potenter nutrire, & fidelium hoſtes fortiter fe- 5
rire poſsit, proculque arcere.

Iam uero quod noſtra æditio habet, ſicut turris, crediderim uitio ſcri-
ptorum mutato numero plurali, inductum eſſe numerum ſingularem.

Nam in Hæbræo eſt כְּמִגְדָּלוֹת & in Græco ὡς πύργοι ſicut turres, nec
aliter puto uertiſſe noſtrum interpretem: aut dicas poſitum eſſe ſingu-
lare pro plurali, ut alibi hoc ipſo opere dictum eſt, ſicut fragmen mali pu-
nici genæ tuæ, pro fragmina. Hubera mea inq̄t Theodoretus, hoc eſt, moralē 6
& theologicam diſciplinam in altum erexit ſponſus meus; & inſtar turris ha-
bere

1 bere ſtatuit: ut inde pugnans qui ſponſo infenſi fuerint, ex pugnem. Preterea illud, quaſi, in verbis illis, quaſi pacem reperiens, ſic ſumendum videtur, vt apud Ioannem illo loco. *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a patre &c.* Vt non ſimilitudinem, ſed ueritatem ſignificet, quam noſtrum aduerbium, tanquam, exprimit. Vt quomodo locum illum Ioannis interpretatur Chryſoſtomus, uidimus gloriam eius eſſe, qualem decebat unigenitum Dei patris filium; ſic & nos hunc locum, *ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens*, ſic interpretemur, ex quo tempore reconciliata ſum illi, & eo loco habita, quo habetur, qui omnino pacem cum eo fecit. Ioã. 1.

2 Sed ille adhuc reſtat ſcrupulus, quod cum ſodales dixerint inſpiciendum fore, ſit ne ſoror murus an oſtium; Quòd ſi murus ſit, ſuper murum ædificanda eſſe propugnacula argentea; ſi ianua, compingendam eſſe tabulis cedrinis: Sponſa tamen habita ratione muri, & propuguaculorum, ſe pro muro illi fore, & ipſius hubera pro tutoribus, & propugnaculis, pollicita eſt: nec tamen ſe pro ianua tabulis cedrinis, alia ue materia concluſa, eidem fore promiſit. Niſi fortaſſe iam tum ſpiritus ſanctus ueluti per reticentiam myſterium illud ſub indicare uoluit, quod per Iſaiam, & apertius adhuc per Ioannem multo poſt reuelauit, illius temporis Eccleſiam ciuitatem illam nouam Ieruſalem, duode Iſa. 60.
3 cim habituram fore portas nunquam claudendas, propterea quòd nulla amplius futura ſit nox, nec periculum ſit, ne aut ui irrumpant, aut clanculum in eam hoſtes ſubintrent. Id nimirum uetantibus angelis ſingulis ciuitatis illius portis ſingulis præfecti. Vt inde etiam noſtra confirmetur ſuperior coniectura, & interpretatio, quæ de oſtio ſuperius dicta ſunt, de oſtiarijs & ianitoribus intelligenda eſſe, qui & ipſi in Apocalypſi angeli dicantur portis præfecti.

4 *Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam cuſtodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.*
Vinea mea coram me eſt: mille tui pacifice, & ducenti iis qui cuſtodiunt fructus eius.

5 Hactenus ſodales, & ſponſa ſuas dixerunt ſententias: & ſtrenuam in cuſtodienda, inſtituendaque ſorore adhuc parua polliciti ſunt operam. Iam ſponſus & ipſe ſuam profert, ſe quidem ſororem ſuam cuſtodiendam & liberaliter educandam illis tradere, eandemque excolere decreuiſſe, quemadmodum & ſuam illam inſignem uineam, quam ante multos annos habet in Baalamom cuſtodibus creditam excolit, & curat ſedulo; nec pęnitenda quidem grati prædij cultura, unde tum ipſe, tum cuſtodes uberes fructus capiunt, quos millenorum
6 ac ducentenorum argẽteorum taxatione permutant; quantum etiam prẽmium ſperat, & ſuo exemplo ſperare iubet ſponſam ſuoſque ſodales ex diligenti cuſtodia, & liberali communis ſororis educatione.

Eſtque toto hoc colloquio ſermo tam ſodalium & ſponſæ, quam ſponſi figuratus, & hiſtoricus eius ſenſus allegoricus, & his quidem duobus uerſibus loquitur ſponſus de ſe modo in tertia perſona; & ut ſponſa in fine ſexti capitis de ſe loquens dixit. *Quid videbis in ſulamithe &c.* Sic hoc loco ſponſus de ſe loquens inquit: *Vinea fuit pacifico &c.* Modo etiam loquitur in prima quum inquit, *vinea mea coram me eſt:* Modo in ſecunda quum ait, *mille tui pacifice*, & ſodales alloquitur in tertia cum ſubiungit, *& ducenti ijs qui cuſtodiunt fructus eius.* 1

Notandum præterea eſt, pro eo quod noſter interpres hoc loco uertit, pacifico, in Hebræo eſſe לִשְׁלֹמֹה hoc eſt Salomoni. Et pro eo quod idem vertit. Vinea mea coram me eſt, mille tui pacifice, in Hebræo eſſe כַּרְמִי שֶׁלִּי לְפָנָי הָאֶלֶף לְךָ שְׁלֹמֹה Hoc eſt, uinea mea quæ ad me pertinet, coram me eſt, mille tibi Salomon. Vbi uidetur ſponſus ſignificare uineam quam ipſe non ui, aut dolo, ſed iuſto precio, aut iure hæreditario poſſideat: hanc enim manifeſtam emphaſim habent uerba illa, uinea mea, quæ ad me attinet. Inſuper pro eo quod uertit, in ea quæ habet populos. In Hebræo ſunt duæ diſtinctiones בַּעַל הָמוֹן quarum ſignificationem bene uertit interpres. Sed aiunt hebræi, nomen eſſe proprium loci Ieroſolymis vicini. Nomina porro propria ſeruanda ſunt, non uertenda. denique אִישׁ pro quo noſter interpres uertit, uir. nonnulli uertendum putant vnuſquiſque, ut Leuitici decimonono capite אִישׁ unuſquiſq. patrem ſuum & matrem ſuam timeat. Vt intelligamus unumquemque ex cuſtodibus quotannis pendere Salomoni pro fructibus uineæ mille argenteos. 2 3

Poſſumus etiam iuxta noſtram æditionem nomine uiri intelligere inſignem quendam & potentem uirum. Id enim uolunt Hebræi inter אִישׁ & אֱנוֹשׁ atque אָדָם eſſe diſcriminis, ut his duobus uocabulis ſignificetur idem quod latinis ſignificat homo; illo uerò ſignificetur inſignis aliquis, & præſtans uirtute aut dignitate, ut nomine uiri apud latinos, quod a uirtute deductum uidetur: ut tertij libri Regum ſecundo capite inquit Dauid ad filium ſuum Salomonem, *confortare & eſto vir fortis*, ibi enim pro אִישׁ interpres uertit uir fortis. & 1. Reg. 2 i. Dauid ad Abner imperatorem exercitus Saulis ait, *nunquid non vir tu es?* nempe clarus, & inſignis. Et Pſal. 48. ubi uulgata æditio habet, *quique terrigenæ, & filij hominum*, in Hebræo eſt גַּם בְּנֵי אָדָם גַּם בְּנֵי אִישׁ quod Hieronymus uertit, tam filii hominum, quàm filij uiri, & recentiores explicatius in hunc modum, tam plebei, quam dignitate aliqua pollentes. 4 5

Et ex hoc loco mihi maxime probabilis fit quorundam recentiorum ſententia, ut quoties in Euangelio Chriſtus ſe filium hominis dicit, ipſe uernacula ſua lingua ſe בֶּן אָדָם appellauerit. iuxta communem illam ſuorum popularium opinionem, qui de eo ſic loquebantur. *Nonne hic eſt faber, fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius, Iacobus, & Ioſeph, & Simon, & Iudas? & ſorores eius, nonne omnes apud nos ſunt?* Et niſi mea me fallit coniectura, ab hac ſententia non diſſentit Hieronymus. Is enim illum locum Matthæi, *quem dicunt homines eſſe filium hominis?* ſic ſcriptum reliquit. Nota, quod ubicunque ſcriptum eſt in ueteri teſtamento, filius hominis, in hebræo filius Adam poſitum ſit: puto enim 6

Mar. 6.
Matt. 13.
Mat. 16.

men-

1 mendum eſſe in exemplaribus, quæ hodie reperiuntur, & Hieronymum nõ ſcri pſiſſe in ueteri, ſed in nouo teſtamento, per hebræum uero intellexiſſe Euangeliũ Nazaræorũ, cuius ipſe aliquot locis meminit, aut Euangeliũ Matthæi, qđ Hebraice a Matthæo ſcriptum fuiſſe ipſe teſtatur. Nec enim grauiſsimus ille uir, & in hebræis codicibus uerſatiſsimus id ſcripturus fuit, quod falſum eſſe, facile probari poſsit. Nam Pſalmo 143. ubi in latinis exemplaribus legimus, *aut filius hominis, quia reputas eum*, in Hebræo non eſt בֶּן אָדָם, ſed בֶּן אֱנוֹשׁ *Pſal. 143.*
& Danielis 7. ubi in latino legimus, *ecce in nubibus quaſi filius hominis ueniebat*, in *Dan. 7.*
Hebræo non eſt בַּר אָדָם ſed בַּר אֱנָשׁ Et 2. Reg. 1. ubi legimus, *filius hominis* *1. Reg. 2.*
2 *aduena Amalechitæ ego ſum*, in Hebræo eſt בֶּן אִישׁ גֵּר עֲמָלֵקִי אָנֹכִי.

Quod autem annotauit eodem loco Hieronymus, quod in pſalmis legimus, *filij hominum uſquequo graui corde?* In Hebræo eſſe, filij Adam, argumentum eſt tunc temporis Hebræos codices aliter quam nunc habuiſſe. Nunc enim exemplaria Hebræa non בְּנֵי אָדָם ſed בְּנֵי אִישׁ habent eo loco, quod de inſigni uiro, nempe de Abraham dictum eſſe interpretantur Hebræi. & noſtri recentiores uertunt, o uiri potentes, hoc eſt potentum & magnatum filij. Quomodo nos etiam hoc loco nomẽ אִשׁ inſignem & principem uirum ſignificare putamus. Atque (ut ad myſticum totius huius loci ſenſum ueniamus) per Salomonem
3 Chriſtum intelligimus; cuius ſicut typum, ſic typicum nomen geſsit Hebræorum Rex ſapientiſsimus Salomon: *ipſe enim Chriſtus eſt pax noſtra*, (ut docet Paulus,) *qui fecit vtraque unum, medium parietem maceriæ ſoluens, inimicitias in carne ſua, legem mandatorum decretis euacuans: ut duos condat in ſemetipſo in unum nouum hoĩem, faciens pacem, ut reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in ſemetipſo. Et ueniens euangelizauit pacem ijs, qui longe fuerunt, & pacem ijs, qui prope, Quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo in uno ſpiritu ad patrem. Et per ipſum placuit patri reconciliare ſibi omnia, pacificans per ſanguinem crucis eius ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt.* Nam effuſo ſanguine ſuo in cruce, & ſui ipſius *Epheſ. 2.* *Coloſ. 1.*
4 oblatione, expiauit, ac ſuſtulit peccatum, quæ cauſa erat inimicitiarum inter Deum reliquoſque cœlites, & homines: impleuit etiam legem Moſis, atque impletam antiquauit, & uelut de medio tulit maceriem quandam, duas uineas, nempe duos populos Iudaicum & gentilem, ſeparantem, & ne in unam uineam ac populum unum coirent, uetantem. Quo utroque ſublato impedimento, cæleſtia terreſtribus conciliata ſunt, pax inter Deum & homines facta eſt, duo populi in unum coierunt, ac tandem uelut ex duabus uineis ſub unica ſepe le-
5 gis euangelicæ, una cœpit eſſe uinea.

Hoc ergo myſterium extremis temporibus omnino complendum & reuelandum indicaturus per Salomonem ſpiritus ſanctus inducit Chriſtum ſub nomine Salomonis de ſe in tertia perſona ad ſponſam ſuam Eccleſiam gentium loquentem, & quod illa ſub perſona ſponſæ proxime dixit, ſe ingentia feciſſe incrementa, ex quo pacem ab ipſo impetrauit, ſub uineæ parabola confirmantem: per uineam enim quam in Baal hamon habet noſter Sa-
6 lomon, intelligimus Eccleſiam gentium, quæ toto orbe diffuſa innumeros continet populos; per cuſtodes uero, quibus hanc ipſe tradidit excolendam, & cuſtodiendam, Apoſtolos, & eorum ſucceſſores Epiſcopos, & doctores euangelicos, de quibus ipſemet prædixit ſublatum a Iudæis uineæ regnum dan- *Matth. 21.* *Matth. 20.*

dum eſſe genti, quę fructus eius faceret per uirum inſignem & principem; 1
Deum patrem, qui ſub parabola patris familias Matthæi uiceſimo capite di-
citur exiſſe primo mane conducere operarios in uineam ſuam, facta conuen-
tione cum operarijs, & eos ad illam excolendam miſiſſe. Et uiceſimo pri-
mo capite is ipſe dicitur plantaſſe uineam, & tradidiſſe eam agricolis. Ver-
bum enim ἐξέδοτο quod noſter interpres uertit locauit, tradidit quoque ſi-
gnificat; ut hoc loco uerbum Hebræum נתן. dicitur etiam miſiſſe filium ſu
um hæredem ad exigendos ab agricolis vineæ illius fructus: Qui uero hic
dicuntur cuſtodes, apud Matthæum dicuntur operarij & agricolæ; & beati
tudo æterna, quę illic denario ſignificatur, hic modo mille, modo ducentis 2
argenteis deſignatur. Mille quidem argenteis, Chriſti beatitudo & ſumma
gloria, beatorum omnium ſupra modum excedens beatitudinem & glori-
Heb. 3. am. Ampliore enim gloria, ut inquit Paulus, iſte præ Moſe dignus eſt ha-
bitus, quanto ampliorem honorem habet domo, qui fabricauit illam. Et
Moſes quidem fidelis fuit in tota domo tanquam famulus, in teſtimonium
eorum, quæ dicenda erant: Chriſtus uero tanquam filius, in domo ſua.
Summa porro gloria Chriſtum donauit pater, ut idem Paulus teſtatur,
Ephe. 1. *ſuſcitans ipſum à mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam in cæleſtibus, ſupra*
omnem principatum, & poteſtatem, & uirtutem, & dominationem, & omne nomen, 3
quod nominatur: non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Et omnia ſubiecit ſub
pedibus eius.
Quam ſummam & ampliſsimam mercedem profundiſsimæ abiectionis ſui, &
obedientiæ patri pręſtitæ in hac uinea ſtrenue excolenda, vſque ad mortem
crucis præ omnibus laborando, idem alibi docet in hæc uerba, *Chriſtus humi-*
Philip. 2. *liauit ſemetipſum factus obediens patri uſque ad mortem, mortem autem crucis: Pro-*
pter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne no-
men, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum:
& omnis lingua confiteatur, quod Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. 4
Ingens igitur hæc merces mille argenteis tum propter numeri myſterium,
tum propter materię dignitatem, tanquam ſimplex, perfecta, ſolida, quadra-
ta, & maxime ſtabilis, claraque inſtar diei, & longe fulgens, deſignatur pro-
pter numeri quidem myſterium, quod mille numerus cubus ſit, & maximus
eorum qui ex ſimplicibus & perfectis conſurgunt numeris, nempe ex dena-
rio; ut ex obſeruatione decalogi perfectam, ſupremam, ſolidam, & om-
ni ex parte quadratam, ac ſtabilem beatitudinem conſurgere intelligamus. 5
Quæ longitudo illa eſt & latitudo, altitudo & profundum, quam ut Epheſij
comprehendant, flexis ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti genibus orat
Paulus.
Ephe. 3. Iob. 11. Nempe perfecta Dei cognitio, qui ut in libro Iob ſcriptum eſt, ex-
celſior cœlo eſt, profundior inferno, longior terra, & latior mari. propter
materiæ uero dignitatem, quod argentum omnia metalla, uel aurum ipſum
Plinius. li. uincat colore, qui in ipſo clarior eſt, magisquè diei ſimilis, & ideo (ut au- 6
33. cap. 3. ctor eſt Plinius) militaribus ſignis familiarior eſt hæc materia, quoniam in
his longius fulget, prætrea temporibus Salomonis fortaſsis aurum ſignatum
nondum in uſum hominum uenerat.

Nam

1 Nam vt refert Plinius. Populus Rom. ne argento quidem ſignato ante
Pyrrhum Regem deuictum vſus eſt. Et aureus numus poſt ſexageſimum
ſecundum annum percuſſus eſt, quàm argenteus. Sed conſtat ſub Moſe qui
longe ante Romam conditam fuit, ſiclum argenteum in uſu fuiſſe: quod nu-
miſma Hebræorum quatuor drachmas atticas ualere Ioſephus ait. Quæ cauſa
etiam eſſe potuit quamobrem non mille aureos, ſed argenteos uir ille Salomo-
ni pendere dictus ſit hoc loco.

Et quamuis qnidem Chriſtus a prima ſui conceptione beatus fuit, nec non
ſummum & præcipuum quod in beatitudine eſt, meruit, ne non unquam bea-
2 tus fuerit, & inde eius dignitas minuatur, ſi beatam ipſe uitam ſuo merito ut
cęteri beatorum, ſibi comparaſſe dicatur, ea tamen ampliſſima beatitudini s
ſuæ ornamenta, quæ ex Paulo ſtatim recenſuimus, & impaſsibilitatem, immor
talitatem, claritatem, & agilitatem præclaras corporis ſui dotes, poſtquam
ex mortuis excitatus eſt, a Patre ut paulus teſtatur, obtinuit: & horum in
crementa quamdiu hic mundus durat, indies conſequitur. Indies enim ſi-
bi ſubijcit qui ſe adorent, & qui confiteantur, quod Dominus noſter Ieſus
Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Ac tunc inſigniter conſequetur, qnum om
nis Iſrael ſaluus fiet. Sed tunc maxime quum (quemadmodum Paulus præ- 1. Cor. 15.
3 dixit) tradiderit regnum Deo & patri, quum euacuauerit omnem principa-
tum, & poteſtatem, & uirtutem: oportet autem illum regnare, donec po-
nat omnes inimicos ſub pedibus eius: Quod ipſum multo ante uaticinatus *Pſal.* 109.
fuit Dauid, quum hæc diceret. *Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris
meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Itaque cum Chri-
ſtus ſupra modum præ cæteris in hac uinea laborauerit, & ratione diuinita-
tis, cui coniuncta fuit humanitas infinitæ energie & efficaciæ ipſius fuerint,
quas in uineam ſuam, præſertim in paſsione, collocauit, operæ; quibus & ſi
bi qnæ prędiximus, & nobis ut bene ageremus, ac noſtris bene factis uelut
4 fructibus ſuæ vineæ patri redditis, beatitudinem mereri poſsimns, eſt pro-
meritus; ſic etiam a patre ſuo, cuius eſt unicuiquè pro modo laborum mer-
cedem rependere, immenſum hoc præ cuſtodibus omnibus tulit, & indies
fert præmium: Ac uero ſingulis cuſtodibus, nimirum Epiſcopis & doctori
bus, quorum labor nec tantus unquam fuerit nec tam efficax, quam Chri
ſti, ducenteni argenti numi rependuntur: Nempe beatitudinis ſumma, quæ
in Dei uiſione ſita eſt, & huius auctarium noſtri Theologi in his, & marty
ribus, ac uirginibus, aureolam uocant.

5 Aut uero geminato centenario gemina illa retributio hoc loco deſignatur,
quam Apoſtolis & Apoſtolorum imitatoribus Chriſtus promiſit, quum ro
gnati Petro in hunc modum: *Domine, ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſu* *Mat.* 19.
mus te: quid ergo erit nobis? reſpondit, *Amen dico vobis, quod vos qui ſe-
quuti eſtis me, in regeneratione, quum ſederit fil ius hominis in ſede maieſtatis ſuæ,
ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et om-
nis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut
6 vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vi-* *Mat.* 10.
tam æternam poſſidebit. Et alibi, *Nemo eſt* inquit, *qui reliquerit domum,
aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me,*

& propter Euangelium, qui non accipiat centies tantum, nunc in tempore hoc domos, 1
& fratres, & ſorores, & matrem, & filios, & agros cum perſequutionibus, & in ſeculo
futuro uitam æternam.

Gemina ergo hæc retributio geminato centenario ſignificatur propter di-
gnitatem materiæ argenteæ, quam annotauimus: & habet centenarius nume-
rus ſuum myſterium.

Nam & ipſe perfectus eſt, & quadratus numerus, ex radice denarij perinde
atque millenarius, conſurgens; ſed millenario longe minor & qualitate & di-
gnitate; qui tamen in illo tanquam perfecta & inſignis pars eius, ineſt; ut in
Chriſti gloria omnis omnium beatorum comprehenditur gloria, perinde at- 2
que in eiuſdem meritis omnium inſunt, & continentur merita; omniumque
ſuam inde ſoliditatem conſequuntur. Nam ut Paulus prædicat, *Deus qui di-*
ues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, & quum eſ-
ſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto, cuius gratia ſumus ſaluati, & conre-
Ephes. 2. *ſuſcitauit & conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu.* Epheſ. 2.

Iam uero, ut hæc omnia in ſummam contrahamus, Chriſtus poſt conuerſos
ad ſe Iudæos, gentium Eccleſiam, & eius Epiſcopos ac doctores in hanc ſen-
tentiam alloquitur: o mea Eccleſia, uere tu quidem, & pie ingentia iſthæc tua
incrementa mihi fers accepta; qui omnes tibi remiſi iniurias, & noxas, tecum 3
pacem feci, patrique meo reconciliaui, meo ſanguine expiatam, propriæque
uitæ pretio de Diaboli tyrannide redemptam, mihi aſſerui, meo ſpiritu afflaui,
omni genere gratiarum dotaui, & excolui, & exornaui: teque per omnes gen-
tes, & nationes & populos propagatam inſtar uaſtę cuiuſdam uineæ magno em
ptæ excolendam cuſtodiendamque meis Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus
Epiſcopis & Doctoribus tradidi; Quibus ego ſemper faueo, ac uires, fœli-
ceſque ſucceſſus tribuo.

Atque eorum & mea pręſertim opera & induſtria ferax tu, & bonorum ope
rum frugifera patri meo facta es. Tuos ille fructus tanti æſtimat, ut mihi in 4
primis tuæ iſtius feracitatis & fœcunditatis auctori, pro meis in te meritis am
pliorem, quàm ut facile dici, aut intelligi poſsit, reponat gratiam. Me nam-
que propterea quòd, ut quæ ipſe de te mihi mandata dederat, omnino perfice-
rem, ad mortem uſque abiectiſsimam, & crucis patibulum me abieci, ab infe-
ris excitatum, uitæ reſtituit immortalem, in cœlum ſublimem euectum, omni-
bus tam Angelorum, quam hominum ordinibus, & quotquot nunc ſunt, & in
poſterum futuræ ſunt, poteſtatibus prælatum ac præfectum, & dextrum ſibi fa-
cit aſsidere, & unà ſecum cœleſtia ſimul & terreſtria moderari, parique, immo 5
uero eadem fruentem gloria, apud omnes tam qui cœlos, quam qui externum
terræ ambitum, & qui intimos eiuſdem receſſus incolunt, in eodem diuinitatis
honore haberi, colique & obſeruari.

Quin & Apoſtolis meis, & martyribus, quique iiſdem cum illis hactenus in-
greſſi ſunt veſtigijs, Epiſcopis, & doctoribus, qui te cœleſtibus doctrinis, in-
ſtitutis, & exemplis excolere, atque augere omni ope nixi ſunt, optimus il-
le omnium pater Deus quantam maximam pro ſuis quiſque meritis capere 6
poſſunt, rependit mercedem, & uitam beatam omnibus bonis cumulatiſ-
ſimam.

Verum

1 Verum enimuero hoc tempore nihil certe gratius mihi, nihil ue optabilius
contingere potuit, quàm quòd uideam populum Iudaicum, uineam illam ele-
ctam, ad optimum ingenium ſuarum primigeniarum uitium Abraham, Iſaac,
Iacob, & aliorum inſignium maiorum ſuorum ac meorum, a quibus maxime
degenerauerat, rediſſe. Hæc certæ uinea tanquam mihi cognata & hæredita-
ria mihi ſemper cara fuit: & eius unius maxime reſtituendæ & excolendæ gra
tia ad homines Iudæos Iudæus & Iudæorum miniſter factus, de cœlo deſcen-
di, ſanguinem & uitam profudi, neque quicquã qđ ad ipſius reſtitutionem cul
turamque faceret unquam omiſi. Quin ad patrem reuerſus, pro meis fratri-
2 bus, & cognatis orare nunquam deſtiti, donec, quod ipſi iam uidetis, meliorem
illis mentem impetraui: & quod iam olim, dum in humanis agerem, & illi ui-
neæ uiuerem, illique maxime laborarem, promerueram, ut mea opera expleta
lex uetus uelut maceria quædam ruinoſa; quin & peccatum omnis inimicitia-
rum tum inter Deum & homines, tum inter duos populos cauſa tolleretur, at-
que ex duabus ingens una fieret uinea, patri meo perquam utilis, & frugifera,
nuper obtinui.
Hanc ego uineam, quæ tam multis nominibus ad me attinet, haud ſecus
quàm te, o mea Eccleſia, ſedulo curare, & diligenter colere inſtitui: tibique,
& nobis omnibus o Epiſcopi & doctores mei, ſumma cura, omnique ratione
excolendam, & cuſtodiendam committo. Veſtrum igitur erit ueſtram om-
3 nem operam, & induſtriam in ipſam collocare: & pro uirili ueſtra ut uberri-
mos ex ea fructus pater meus capiat, efficere. Suum quiſque bona fide munus
obeat. Ego omnibus ſemper adero, ego uires ſuggeram, ego uoſque, & ui-
neam hanc curabo, ueſtros conatus, ut fœliciter cedant, patri meo gratum fa-
cturus, efficiam: a quo uiciſsim ampliſsima ipſe ſpero, & uobis quanta maxi-
ma quiſque pro ſuis meritis capere poſsit polliceor præmia.
Et hæc quidem huius loci germana nobis uidetur interpretatio, huius dra-
matis œconomiæ, & rerum conſequutioni maxime accommoda.
Sunt qui huius loci partem priorem uſque ad uerba illa *mille tui pacifice &c.*
4 Chriſti uerba eſſe putent, alteram uero partem Dei patris ad Chriſtum eſſe uer
ba. Vt Chriſtus in tertia perſona de ſe loquens dicat, ſe plantaſſe uineam, nem
pe Eccleſiam ex populis duobus Iudaico & gentili congregatam: eamque co-
lendam, & cuſtodiendam tradidiſſe Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus Epiſco-
pis & Doctoribus, ſingulis etiam fidelibus exercendam: nec tamen poſtquam
in cœlum ſe recepit, quamuis abſentem corpore, ideo animo & ſolicitudine
5 præſentem eſſe deſiiſſe, quin eam perpetuo curaret ſua prouidentia, & fauore
beneuolo.
Tum ſubiungat pater, laborum & meritorum, tum Chriſti, tum cuſtodum
uineæ æſtimationem, & decretam pro illis mercedem. Vt Chriſto decreti ſint
mille argentei, hoc eſt, ſumma præ cæteris gloria & beatitudo, reliquis ue-
rò, pro modo laborum & meritorum cuiuſque, longe inferiorum. Alij etiam
aliter.
6 Sed nos, qui perpetuam explicare hiſtoriam his commentarijs laboramus,
omnes omnium referre ſententias non ualemus.

Quæ habitas in hortis, amici auſcultant: fac me audire vo- 1
cem tuam,
Fuge dilecte mi, aſsimilare capreæ, hinnuloque ceruorum, ſuper
montes aromatum.

Dum colit uineam ſibi a ſponſo commiſſam ſponſa, & fructus eius diligen-
ter cuſtodit, dum reuiſit hortos ſuos, ibique ſedet, ecce ſponſus ad eam mul-
tis ſodalibus, & communibus amicis comitatus accedit: ac rogat, ut carmen 2
aliquod eorum, quæ ipſa dum ſuos colit hortos cantare ſolet, nunc quoque
in gratiam ſuam & communium amicorum, qui eam audire curent, cantet.
Ipſa uero dicto parens miris modis, temperata uoce, extremam hanc conci-
nit canticulam, fuge dilecte mi, aſsimilare capreæ, hinnuloque ceruorum ſu-
per montes aromatum, atque extrema hac ode totum drama concludens orat
ſponſum, ut omnibus iam ſublatis moris ad ſuos aromatiferos, & odoratiſsi-
mos montes, quam celerrime inſtar capreæ, aut hinnuli, abſcedat: ſeque ad
illos montes ſuis hortis longe amæniores, abducat: hoc enim ſponſo ipſa in-
telligendum relinquit, qui antea in eos montes ſe abire dicit, ibi commoratu- 3
Sap.ca.4. rus, dum dies aſpiraret, & umbræ inclinarentur, inde tunc rediturus, eam-
que ad ſe in hæc uerba euocaturus, *tota pulchra es amica mea, macula non eſt in*
te. Veni de libano ſponſa mea, veni: de libano, veni coronaberis de capite A-
mana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus par-
dorum.

Ille uero eius votis libenter annuens citato curſu unà cum ſodalibus, ad aromatiferos montes præit uiam: eòque ſponſam uocat, ut ſe facturum prædixit, uocatam nulla tenet mora, pari curſu nihil cunctans inſequitur.

Et quantum ad hiſtoricum ſenſum attinet, ſacrum hoc epithalamium in 4
hunc concluditur modum. Porro, quod attinet ad ſenſum myſticum,
ſponſa quæ hìc dicitur in hortis habitare, aut (ut alij uertunt) ſedere, Ec-
cleſia catholica eſt, quæ ſingulari Dei, & ſponſi ſui Chriſti gratia extremis
temporibus altiſsima illa tam corporis, quam animi fruetur pace, de qua pro-
phetæ ſub varijs metaphoris & parabolis a re hortenſi & ruſtica ſumptis, mul-
ta mirandaque uaticinati ſunt.

Iſai.61. Sic enim inducitur Eccleſia apud Iſaiam ingentia dona & beneficia, quæ
a Deo patre per Ieſum Chriſtum acceperit, prædicans, *Gaudens gaudebo in* 5
Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me veſtimentis ſalutis,
& indumento iuſtitiæ circundedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſpon-
ſam ornatam monilibus ſuis. Sicut enim terra profert germen ſuum, & ſicut hortus
ſemen ſuum germinat, ſic Dominus Deus germinabit iuſtitiam, & laudem coram uni-
uerſis gentibus.

Ezec.36. Et Ezechiel uerbis Domini hæc prænunciat. *Hæc dicit Dominus. In*
die qua mundauero vos ab omnibus iniquitatibus veſtis, & habitari fecero vrbes, 6
& inſtaurauero ruinoſa, & deſerta fuerit exculta, quæ quondam erat deſolata in
oculis omnis uiatoris, dicent, terra illa inculta facta eſt ut hortus voluptatis, &
ciui-

1 *ciuitates deſertæ, & deſtructæ, atque ſuffoſæ, munitæ ſederunt.* Et Amos, *Ecce* Amos 9.
inquit, *dies veniunt, dicit Dominus, & comprehendet arator meſſorem, &*
& calcator vuæ mittentem ſemen: & ſtillabunt montes dulcedinem, & omnes col-
les culti erunt: & conuertam captiuitatem populi mei Iſrael. Et ædificabunt
ciuitates deſertas, & inhabitabunt, & plantabunt vineas, & bibent vinum ea-
rum, & facient hortos, & comedent fructus eorum. Et plantabo eos ſuper
humum ſuam: & non euellam eos vltra de terra ſua quam dedi eis. Et Micheas, Mich. 4.
In nouiſsimo, inquit, *dierum erit mons domus Domini præparatus in vertice mon-*
tium, & ſublimis ſuper colles: & fluent ad eum populi & properabunt gentes
2 *multæ, & dicent: venite aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob,*
& docebit nos de uijs ſuis, & ibimus in ſemitis eius. Quia de Sion egredietur
lex, & verbum Domini de Ieruſalem, & iudicabit populos multos, & corripiet
gentes fortes vſque in longinquum. Non ſumet gens aduerſus gentem gladium,
& non diſcent vltra belligerare: & ſedebit vir ſubtus vineam ſuam, & ſubtus fi-
cum ſuam.

Vt ergo his locis prædicitur, Eccleſia non tantum ſub Chriſto, ſed maxime
ſub finem mundi admiranda pace tam corporis, quam ſpiritus potitura: Sic &
hoc loco, quum dicitur in hortis habitare, aut ſedere. Tempore enim pacis in
3 hortis uerſantur, & ſe recreant homines.

Dicitur etiam habitare in hortis Eccleſia catholica, propterea quòd conſi-
ſtit in particularibus Eccleſijs, uelut in hortis ſpiritualibus, quorum fons irri-
gatorius ipſa eſſe ſuperius dicta eſt. Quin & anima iuſti quaſi hortus irriguus Pſal. cap. 4.
eſſe dicitur apud Iſaiam. Ioannes etiam in Apocalyp. hoſce hortos, in quibus Iſai. 58.
habitare dicitur ſponſa, deſignare uidetur quum dicit, ex utraque parte flumi-
nis illius, quod ex ſede agni exortum mediam influit ciuitatem, eſſe arbores ui-
tales, quarum folia ad ſalutem gentium faciunt.

Sed quod pacata extrema tempora hoc loco ſignificentur, illud fidem face- Apoc. 21.
4 re uidetur, quod ſub initium huius dramatis, quum turbata tempora, & tumul- Pſal. ca. 2.
tuaria eſſent ſurgentis Eccleſiæ initia, ſuam ſponſam uelut in foraminibus pe-
træ & coclea latitantem ſponſus hortetur; ut poſito omni metu, in publicum e
foraminibus illis prodeat: & faciem ſuam ipſi oſtendat, ipſique loquatur: *co-*
lumba mea inquit, *in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, oſtende mihi faciem*
tuam: fac me audire vocem tuam: vox enim tua dulcis, & facies tua decora. At
uero hoc loco, non in foraminibus petræ, non in cauerna maceriæ dicitur latita-
re, ſed in hortis habitare. Non eam hortatur ſponſus, ut inde prodeat, & oſten-
5 dat faciem, ſed tantùm ut uocem ſuam audire faciat.

Nec adduntur argumenta, quibus ipſa perſuadeatur, quod iam inde tuta
prodire poſsit, nempe iam præteritis turbulentis temporibus, & quum iam tu-
ta eſſent omnia: ſed omnium ſecuram ſponſam, quæ unà cum ſpiritu (ut in
Apocalypſi teſtatur Ioannes) aſsidue clamat, *veni Domine Ieſu,* ſic alloqui-
tur, *quæ habitas in hortis, amici auſcultant: fac me audire vocem tuam.*

Ac ſi dicat o mea Eccleſia catholica, quæ & ipſa hortus es mihi gratiſsimus,
6 & omnium mearum Eccleſiarum, ac ſingulorum electorum uelut hortorum
meorum ſatagis, ac uigilem curam agis, id quod mihi maxime uolupe eſt uide-
re: Ecce iam diu & ſæpeſæpius abs te uocatus uenio, adſunt mecum omnes

An-

Apoc. 22. Angeli ſodales mei, & communes amici noſtri. Iam fare, age quid me uis? 1
Quid eſt, quod teque tuumque ſpiritum aſsidue clamare audio, ueni, ueni,
ueni Domine Ieſu. Ecce iam ueni, ſicut olim promiſi : & merces mea me
cum eſt, reddere unicuique ſecundum opera ſua. coram ſum, quem inuocas,
opta quod uelis, tantum loquere. Scis enim me tua oratione mirificè delectari.
Delectantur & ea hi amici noſtri, teque loquentem audire percupiunt.
Math. 18. Hi hactenus orationes, & uota tua ſumma cum uoluptate audierunt, & ad
me bona fide retulerunt: teque de meliore nota mihi, patrique meo ſemper
commendarunt, & in hoc (ut te aliquando monui) patris mei, qui in cœlis
eſt, faciem ſemper uident. 2
Veniet itaque Dominus Ieſus pacatis temporibus, & quum dicent homines,
pax & ſecuritas : ſed ut maximo illorum malo, qui pace illa abutentur ad ſuas
Luc. 12. delitias & facta pœnitendi, ſic maximo Eccleſiæ bono, quam tertia noctis
uigilia, quod erit extremum huius ſæculi tempus, inueniet uigilantem: eamque,
ut ipſe ueniat, perpetuo orantem, ſic alloquetur, *quæ habitas in hortis amici
auſcultant : fac me audire uocem tuam :* quam uero uocem hoc loco, a ſponſa ſua
Eccleſia catholica auſcultantibus angelis audire uelit Chriſtus, ſic ex Mat
thęo & Paulo conijcimus, ut ex Luca ſecundo capite huius dramatis con-
iecturam facimus, quid ille ab eadem audire uellet, quum ei diceret, *ſonet* 3
uox tua in auribus meis, uox enim tua dulcis, & facies tua decora. ut enim habita ra
tione temporum, & rerum, quæ in primordijs naſcentis Eccleſiæ euangelicæ
contigiſſe in actis Apoſtolorum narrrat Lucas, illic congrue collegimus, ſpon
ſum quum hæc diceret, *columba mea , in foraminibus petræ, in cauerna mace-
riæ, fac me audire uocem tuam* . hortari Apoſtolos in carcere concluſos inde
egredi , & iuſsius fauore fretos euangelium prædicare : ſic & hoc loco,
ubi de fine ſæculi , & laborum Eccleſiæ agitur, ex his quæ Chriſtus apud
Math. 25. Matthæum de ſuo ad extremum iudicium aduentu dixit , *quum uene-
rit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli cum eo : tunc ſedebit ſuper ſe-* 4
Math. 26. *dem maieſtatis ſuæ , & congregabuntur ante eum omnes gentes &c.* Et alibi, *amo-*
Rom. 14. do inquit , *videbitis filium hominis ſedentem a dextris virtutis Dei , & venientem in*
Iſa. 45. *nubibus cœli :* Et Paulus, *Omnes* inquit, *ſtabimus ante tribunal Chriſti: ſcriptum eſt
enim, viuo ego dicit Dominus , quoniam mihi flectetur omne genu : & omnis lingua
confitebitur Deo. Itaque vnuſquiſque pro ſe rationem reddet Deo.*
Ex his inquam, & pleriſque alijs huiuſmodi ſacræ ſcripturæ locis intelli-
gimus, Chriſtum ſumma cum maieſtate ſublimem in nubibus ſedentem ſub fi-
nem ſæculi uenturum fore iudicem omnibus ſuis angelis comitatum: quem in- 5
Dan. 7. gentem numerum, ut quomodocunque exprimeret Daniel, *Millia Millium* ,
hoc eſt millies mille inquit , *adminiſtrabant ei : & decies millies centena mil-
lia aſſiſtebant ei* .
Intelligimus præterea tam iuſtos, quam iniuſtos ante tribunal Chriſti ſi-
ſtendos eſſe, & Chriſtum ab omnibus ſuorum factorum rationem eſſe exa-
cturum : Locus porro , quem Paulus citat apud Iſaiam ſic habet. *Mihi
curuabitur omne genu , & iurabit omnis lingua in domino* . Dicet ſub. Domi- 6
nus , meæ ſunt iuſtitiæ, & imperium: ad eum uenient, intellige, tam bo-
ni , quam mali, & confundentur omnes qui repugnant ei : iu Domino *iuſtifi-*
cabi-

1 cabitur, aut, iuſtificabit ſe, & laudabitur, aut, laudabit ſe, omne ſemen Iſrael id eſt omnes electi ſuam iuſtitiam, & laudem, quam ex ſua iuſtitia conſequentur, Domino acceptam ferent.

Et ex hoc loco, ut a Paulo citatur, intelligimus, electos gloriabundos de 2.Cor. 1.
teſtimonio conſcientiæ ſuæ, quod quemadmodum Paulus gloriatur, in ſimplicitate cordis, & in ſynceritate Dei, & non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei conuerſati fuerint in hoc mundo, eam uitæ ſuæ rationem reddituros, quæ Christo & Angelis eius omnibus maxime probabitur: & hymnos agendis eidem de ſua iuſtitia gratiis compoſitos, decantaturos.

2 Et hanc eſſe coniicimus vocem, quam a ſponſa ſua hoc loco ſponſus auſcultantibus amicis, audire deſiderat.

His uero fœliciter peractis, ſecum reputabit Eccleſia veniſſe tandem tempus illud, quo in melius immutanda ſint omnia, & uniuerſitati noua facies inducenda; quum electi & adoptiui filij Dei a corporea grauedine, ac ſeruitute liberati, tam corporis, quam ſpiritus perfectam conſequuti libertatem, ampliſſima gloria, ſummiſque honoribus uniuerſo orbe ſpectante a Deo patre, & Domino Ieſu Chriſto donandi ſint, & illuſtrandi. Quorum temporum meditatione Paulus ſe ſe, & electos omnes in mediis malis, & maximis calamitatibus
3 ſic ſolari ſolitus erat.

Exiſtimo quòd non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, Rom. 8.
quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt non uolens: ſed propter eum, qui ſubiecit eam in ſpe, quia & ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei: ſcimus enim, quòd omnis creatura ingemiſcit, & parturit uſque adhuc: non ſolum autem illa: ſed & nos ipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis noſtri. Spe enim ſalui facti ſumus.

4 Animaduertet etiam, & vehementer gaudebit ſe in illud tempus ſeruatam 2.Cor.5.
eſſe, quum (quemadmodum prædixit Paulus) non ſpolianda erit corporis indumento, ſed ſuperueſtienda, & ſubito abſorpta mortalitate a uita immortali 1.Theſ.4.
cum beatis omnib. qui tunc reſurrexerint, in momento, in ictu oculi rapienda erit in nubibus obuiam Chriſto in aere, æternum cum ipſo beata victura.
Hæc uero Pauli uaticinia ſecum reputans, quæ tunc in humanis erit electorum Eccleſia, & momentaneum ſui raptum in cœlum ad uitam beatam, quam pri-
5 mum fieri percupiens, ac moræ impatiens, fixis in terram genibus, atque in Chriſtum in nube lucida cum maieſtate magna ſedentem iudicem intentis oculis, & ſublatis manibus, ſponſum ſuum in hanc ſententiam ſupplex orabit: *Fuge dilecte mi, aſsimilare capreæ, hinniloque ceruorum, ſuper montes aromatum.*

Exprimunt enim hæc uerba poetico & bucolico tropo, moreque ueteris comediæ, quæ in comis, hoc eſt, in pagis agebatur, per comparationem Chriſti
6 ad capream.

Et hinnulum in ſumma montium cacumina fugientem, (quo mira celeritate eiuſmodi animalia ſe proripiunt, ſi qn̄ hoīum conſpectū fugiunt) momentaneū

il-

illum Chriſti diſceſſum, quum facto de uniuerſo orbe iudicio, ab impio- 1
rum conſpectu unà cum electis omnibus in cœlum, quo montes aromatum,
(ut ſuperius oſtendimus) pertingunt, momento uno ille ſe propripiet.

2.Tim.4. Nec curat illud addere, quod antea initio dramatis dicebat. *Trahe me
poſt te : curremus*. Cum enim iam ferè decurſo uitę ſtadio, in proximo
eſſe uideat, ut ęternæ uitę brauium capiat, metæ proxima non iam de curſu,
ſed de quiete, & corona ſic cum Paulo cogitat. *Bonum certamen certaui, cur-
ſum conſumaui, fidem ſeruaui: de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam
reddit mihi hac ipſa die iuſtus index*, ſuauiſsimus ſponſus meus.

Illud pręterea memoria repetit, quod Chriſtus patrem ſuum pro ſuis olim 2
ſic orauit, *pater quos dediſti mihi, volo, vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum.
Vt videant claritatem meam, quam dediſti mihi, quia dilexiſti me ante mundi con-
ſtitutionem.*

Ephe.5. Nec etiam ignorat, Chriſtum caput ſuum, quum in cœlum tunc redibit ſe,
quæ corpus eius eſt, (ut Paulus teſtatur) de oſsibus eius, & de carne eius con-
ſtans, in terris nequaquam relicturum. Plene quoque perſuaſa eſt, & omni-
no confidit, ſponſum ſe ſponſam ſuam in regnum ſuum (quemadmodum in
Matth.25. illud tempus antea promiſerit) euocaturum in hæc uerba, *Veni de libano
ſponſa mea, veni : coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de* 3
cubilibus leonum, & de montibus pardorum. Quod idem hiſce verbis in euange-
lio poſt modum confirmauit, *Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis
regnum a conſtitutione mundi*.

Eſt igitur perinde, ac ſi omnium electorum Eccleſia hæc dicat : o opti-
me, & uita mea mihi charior ſponſe mi Ieſu Chriſte, ueniſti tandem diu
multumque uocatus, & expectatus. Felix beatuſque ſit nobis aduen-
tus tuus.

Coloſ.3. Ecce iam exoptata ſpirat regenerationis noſtræ dies, iam te exorto ſum-
1.Cor.15. mo ſole, & Rege noſtro, Regum omnium, principum, & poteſtatum uires 4
ceu montium umbræ, contrahuntur, iam omnis creatura liberabitur a ſerui-
tute corruptionis; iam uita noſtra, quæ hactenus latuit, in te condita, unà cum
cum tua uita, & gloria uniuerſo orbi reuelabitur; iam corruptibile hoc in-
duet incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem: iam ſingulari tuo be-
neficio de peccato, & morte tecum triumphabimus, hoſtibus noſtris in hunc
Oſee.13.b modum inſultaturi, *Abſorta eſt mors in uictoria ; Vbi eſt mors uictoria tua? Vbi
eſt mors peccatum, ſtimulus tuus*.

Bonum certamen certauimus, curſum conſumauimus, fidem ſeruauimus, 5
uicimus. Gratias agimus Deo patri tuo tibique inuictiſsime Domine Ieſu
Chriſte, per quem ille inſignem hanc, & omnibus ſæculis memorabilem uicto
riam nobis tribuit.

Reſtat nunc tantum tibi dicere, teque orare optime, Max. Ieſu quod iam di-
co, teq; ſupplex oro, ut omnib. ſublatis moris, nos omnes ex quatuor mundi pla
gis (ut olim promiſiſti) ad te venire iubeas; nos, ut uates tuus Paulus prędixit fo
re, ad te in iſtam lucidiſsimam nubem rapias : teque, & nos e conſpectu impio- 6
rum quam celerrime in cęlum ſubtrahas, noſtro certamini iure debitam coro-
nam

1 nam nobis reddas. Iube precor, iam nos omnes ad te uenire, audiat obſecro de te tua Eccleſia promiſſam illam iucundiſsimam uocem tuam. *Veni de Libano, veni, coronaberis de capite Amana, de uertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, & de montibus pardorum.* Item & illam, *Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis a conſtitutione mundi regnum.* Iuſſeris, ad te imus, ad te rapimur, tecum ſemper beatæ victuræ. Amen.

FINIS. DEO GRATIAS.

Quid de his lucubrationibus ſtatuendum ſit, ipſa viderit Eccleſ. cuius cenſuræ nos noſtraque omnia libenter ſubijcimus.

1007.830

L.

A. PANDIMIGLIO · ROMA · LEGATORIA
1922